que nonniſi ſerò obtinuiſſe, ut Galatæ ſive Galli nominarentur. Alii, ut Plutarchus, Κελτῶν *&* Γαλατῶν *nomina promiſcuè uſurpant. Julianus Imperator interdum Celtas à Gallis diſtinguere videtur quibuſdam tamen in locis Celtarum nomine Gallos intelligit.* Ego enim, *inquit*, olim eram in hibernis apud caram Lutetiam : ſic enim Celtæ Pariſiorum oppidulum appellant. *Quos Græci* Γαλάτας, *quam regionem* Γαλατίαν *dixere, Galli & Gallia Latinis dicuntur, ſicut recentioribus Græcis* Γάλλοι *&* Γαλλία.

Orat. in Conſtant. pag. 723.

In Miſopog. pag. 728.

Ex ſuprà ſcriptis conſtat à veteribus Scriptoribus Celtarum nomen plurimis nationibus, cùm Septentrionalibus, tùm Occidentalibus, tributum fuiſſe : hinc omnia, quæ de Celtis ſcripta leguntur, ea de Gallis universè dicta aſſerere nolim. Nam, exempli cauſa, Celtæ apud Strabonem & Arrianum Alexandro interroganti quid potiſſimùm timerent, reſpondiſſe feruntur ſe nihil magis timere quàm ne cæli caſu obruerentur : quis hoc reſponſum certò Gallis adſcripſerit ? Quis Auctori ſupplementi in Q. Curtium vitio vertat, quòd illud Germanis attribuerit ? Numquid prætereà ex eo quòd in occiduis regionibus Celtas, Celtiberos & Promontorium Celticum, in Septentrionalibus Celtas & Celtoſcythas collocent Geographi, continuò cum quibuſdam recentioribus Gallos è ſedibus ſuis egreſſos, has regiones invaſiſſe, & eò Colonias deduxiſſe exiſtimandum eſt ? Fortaſſis etiam Gallorum nomen apud Scriptores Latinos non ita ſtrictè accipiendum eſt, ut quidquid de Gallis referunt, aliis convenire non poſſit : facilè enim fieri potuit ut quæ de Celtis ſcripta repererunt, de Gallis inter-

Digitized by Google

pretarentur. Nam, ut uno verbo aperiam quid ſentiam, omnes Gallos Celtas, non omnes Celtas Gallos fuiſſe mihi eſt perſuaſum.

il s'eſt fort bien pu faire qu'ils aient attribué aux Gaulois ce qu'ils ont trouvé écrit des Celtes. Car pour dire en un mot mon ſentiment, je ſuis perſuadé que tous les Gaulois étoient Celtes, mais que tous les Celtes n'étoient pas Gaulois.

Dissertat. Edit. Pariſiis, 1706.

Adeò ſingularis eſt P. l'Empereur de nomine Gallorum opinio, ut digna ſit cui hîc locum demus. Gallorum nomen Celticæ genti à Romanis, veluti deridiculi gratia, inditum fuiſſe arbitratur, eò quòd hæc natio tum ornatu tum agendi modo avi, quæ Gallus dicitur, multùm eſſet ſimilis.

L'opinion du P. l'Empereur, Jéſuite, ſur le nom de Gaulois eſt ſi ſinguliere qu'elle mérite de trouver place ici. Il s'imagine que le nom *Galli* a été donnée à la nation Celtique par les Romains comme une eſpece de ſobriquet, à cauſe que par leur parure & par leurs manieres, ils reſſembloient beaucoup à l'oiſeau appellé *Gallus*, c'eſt-à-dire au Coq.

IV.

De Celtarum ſeu Gallorum Lingua.

Ut Celtarum, ſic & eorum Linguæ obſcura prorsùs eſt & incerta origo. Hinc de Celticæ Linguæ origine in varias itum eſt ſententias. Cùm enim in omnibus ferè Linguis innumeras voces Celticas deprehenderent Eruditi, alii ab Hebræo, alii à Phœnicio, alii à Scythico, alii à Græco, alii à Latino, alii denique à Germanico ſermone Linguæ Celticæ ortum repetierunt. Pezronius qui, ut ſuprà vidimus, Celtarum originem Gomero Japheti filio refert acceptam, quique illos variis donatos nominibus per univerſas ferè totius orbis partes deducit, nihil miratur ſi verba Syriaca, Chaldaïca, Arabica & alia in ſermone Celtico reperiantur : hæc enim Celtæ ex iſtis nationibus, quibus vicini fuerunt, hauſerint. Quinimmò contendit Pezronius & probare nititur innumeras voces Græcas, Latinas & Germanicas à Lingua Celtica, velut à fonte, derivari.

IV.

De la Langue des Celtes ou Gaulois.

Si l'origine des Celtes eſt tout-à-fait obſcure & incertaine, l'origine de leur Langue ne l'eſt pas moins : c'eſt ce qui cauſe cette ſi grande diverſité de ſentimens. Car les Savans appercevant dans preſque toutes les Langues un grand nombre de mots Celtiques, vont chercher l'origine de la Langue Celtique ; les uns chez les Hebreux, les autres chez les Phéniciens, ceux-ci chez les Scythes, ceux-là chez les Grecs, quelques-uns chez les Latins, d'autres enfin chez les Germains. D. Paul Pezron, qui, comme nous avons vû ci-deſſus, fait deſcendre les Celtes de Gomer fils de Japhet, & qui après leur avoir donné différens noms, les fait promener dans preſque toutes les parties de l'univers, n'eſt pas ſurpris de trouver dans la Langue Celtique des mots Syriaques, Chaldaïques, Arabes & d'autres : car les Celtes les auront puiſés dans ces Nations, dont ils ont été voiſins. Qui plus eſt, ce Pere prétend & tache de prouver qu'une infinité de mots Grecs, Latins & Germains dérivent de la Langue Celtique, comme de leur ſource.

Digitized by Google

Il eſt vraiſemblable qu'anciennement toutes les Nations Celtiques parloient le même langage. Cluvier prouve par pluſieurs raiſons que les Germains, les Illyriens, les Bretons & les Eſpagnols parloient la Langue Celtique, qu'ils ne différoient que dans les dialectes. Boxhorne prétend que les anciens Gaulois & les anciens Germains avoient preſque tout commun, & principalement le langage. Ce qui doit s'entendre des Germains les plus anciens, puiſqu'il eſt conſtant que du tems de Ceſar les Germains & les Gaulois avoient un langage différent : car il rapporte qu'Arioviſte, Roi des Germains, avoit appris la Langue Gauloiſe dans le long ſéjour qu'il avoit fait dans les Gaules. Tacite nous apprend que le langage des Bretons étoit peu différent de celui des Gaulois. D'ailleurs c'étoit la coutume chez les Gaulois, ſelon Ceſar, que ceux qui vouloient s'inſtruire plus à fond de la doctrine des Druides, paſſaſſent dans la Bretagne : il falloit pour cela que les Bretons parlaſſent la même langue que les Gaulois. Cette Langue Gauloiſe s'eſt conſervée juſqu'aujourd'hui ſans altération dans cette partie de la grande Bretagne, qu'on appelle le pays de Galles : c'eſt auſſi celle dont ſe ſervent encore aujourd'hui nos Bas-Bretons, peuples ſitués ſur les côtes de l'Ocean. C'étoit auſſi du tems de Ceſar la Langue que parloient les Celtes qui habitoient la troiſiéme partie des Gaules, qui fut appellée depuis la Gaule Lyonnoiſe. De même que les Celtes ont été appellés Gaulois par les Romains, auſſi leur Langue a-t-elle été nommée la Langue Gauloiſe. Cependant dans la ſuite des tems on ne donna le nom de Langue Gauloiſe, qu'à celle qui fut formée de la Latine, enſorte que peu à peu ce fut deux choſes différentes de parler Celte & de parler Gaulois. C'eſt pour cela que Sulpice Severe introduit une perſonne qui tient ce diſ-

Celticas omnes Nationes antiquitus uno eodemque ſermone uſos eſſe vero ſimile eſt. Germanos, Illyricos, Britannos & Hiſpanos communi Celtica Lingua locutos eſſe, dialectis tantummodò diſtincta, multis probat argumentis Philippus Cluverius. Veteres & Gallos & Germanos, ut pleraque alia omnia, ita in primis Linguam communem & eamdem habuiſſe cenſet Marcus Boxhornius. Quod certè de vetuſtiſſimis Germanis intelligendum eſt : ſiquidem jam Julii Cæſaris ætate Germanica Lingua à Gallica diſcrepabat : refert enim Arioviſtum Germanorum Regem longinqua in Galliis conſuetudine Linguam Gallicam didiciſſe. Britannorum ſermonem haud multùm à Gallico diverſum fuiſſe teſtatur Cornelius Tacitus. Adde quòd moris erat, teſte Cæſare, ut Galli, qui Druidum diſciplinam diligentiùs cognoſcere vellent, in Britanniam trajicerent. Britanni igitur in docendo eodem, quo Galli, ſermone utebantur. Gallicus ille ſermo hucuſque incorruptus permanſit in ea majoris Britanniæ parte, quæ Wallia dicitur : in uſu eſt etiamnum minoris Britanniæ populis ad Oceanum ſitis. Eo utebantur, tempore Julii Cæſaris, Celtæ qui tertiam Galliarum partem incolebant, quæ poſteà Lugdunenſis dicta eſt. Ut Celtæ Romanis Galli, ſic eorum Lingua Gallica vocabatur. Poſterioribus tamen temporibus Gallica Lingua ea dicta eſt, quæ à Latina fuit conflata, adeò ut ſenſim aliud fuerit Celticè loqui, aliud Gallicè. Hinc apud Sulpicium Severum aliquis inducitur alium

Lib. 1. Germ. Ant.

De origin. Gall. cap. 1.

Lib. 1. cap. 47. p. 218.

In Vita Agricolæ, cap. 11. pag. 451. Lib. 6. cap. 13. pag. 254.

Dial. 1. cap. 20. pag. 575.

Digitized by Google

ſic alloquens : vel Celticè, aut, ſi mavis, Gallicè loquere.

Belgas & Aquitanos non tantùm inter ſe ſed & à Celtis ſuo tempore Lingua differre teſtatur Cæſar. *Hoc diſcrimen non propriè in Lingua, ſed in dialectis poſitum fuiſſe multi exiſtimant : quemadmodum hodieque Provinciales, Occitani, Arverni, aliarumque Galliæ Provinciarum incolæ Lingua differre dicuntur, quamvis propriè inter ſe non Lingua, ſed dialecto differant. Mihi quæſtionem ſolvere videtur Heronymus, cùm ait* Galatas, excepto ſermone, quo omnis Oriens loquitur, propriam Linguam eamdem penè habere quam Treviros. *Porro Treviri erant Belgæ, Tectoſages, qui Galatiam conſtituêre, certò erant Celtæ. Belgæ igitur & Celtæ eamdem Linguam habebant. Cùm* Belgæ proximi ſint Germanis qui trans Rhenum incolunt; *cùm præterea conſtet* pleroſque Belgas eſſe ortos à Germanis, Rhenumque antiquitus tranſductos propter loci fertilitatem ibi conſediſſe, Galloſque, qui ea loca incolerent, expuliſſe ; *nil mirum ſi jam Cæſaris ætate in ſua Lingua non nihil mutationis paſſi fuiſſent. Aquitani ſanè ob vicinitatem Hiſpaniarum, ſuumque cum Hiſpanis commercium facilè quaſdam Hiſpanicas voces in ſuam Linguam tranſtulerint.*

Gallia Narbonenſis, quæ longè ante Cæſarem Romana erat Provincia, ſimul cum Romanorum jugo Romanam linguam recepit. Idem poſteà expertæ ſunt cæteræ Gallorum Provinciæ, poſtquàm à Cæſare victæ fuerunt, & factæ ſunt Romani Imperii Provinciæ, ſi tamen quoſdam Galliæ

Lib. 1. cap. 1. p. 206.

Comment. in Epiſt. ad Gal. lib. 2. cap. 3. pag. 743.

Cæſar, l. 1. c. 1. p. 206. Id. lib. 2. cap. 4. pag. 220.

cours à un autre : *Ou parlez Celte, ou parlez Gaulois, ſi vous aimez mieux.*

Ceſar aſſure que de ſon tems les Belges, les Aquitains & les Celtes avoient entr'eux un langage différent. Bien des gens eſtiment que ce n'étoit pas la Langue qui fût différente, mais les dialectes ſeulement : de même qu'aujourd'hui nous diſons que les Provençaux, les Languedociens, les Auvergnats & les habitans des autres Provinces des Gaules parlent différemment, quoiqu'au fond la Langue ſoit la même, & que la différence ne ſoit que dans le dialecte. Saint Jerôme me paroît réſoudre la queſtion lorſqu'il dit que les Galates, outre le langage Grec dont ſe ſert tout l'Orient, ont leur Langue propre, qui eſt à peu près la même que celle des Trevirois. Or les Trevirois étoient Belges, les Tectoſages qui établirent la Galatie, étoient certainement Celtes. Les Belges donc & les Celtes avoient la même Langue. Comme *les Belges ſont voiſins des Germains, qui ont leur demeure au-delà du Rhein ;* comme outre cela il eſt conſtant *que la plûpart d'eux venoient des Germains, & qu'ils avoient paſſé le Rhein pour venir ſe loger dans des lieux fertiles après en avoir chaſſé les Gaulois qui y habitoient ;* on ne doit pas être ſurpris ſi du tems de Ceſar ils avoient déja ſouffert quelque changement dans leur Langue. Les Aquitains auſſi à cauſe du voiſinage de l'Eſpagne & de leur commerce avec les Eſpagnols, auront fort bien pû introduire dans leur Langue quelques mots Eſpagnols.

La Gaule Narbonnoiſe, qui étoit une Province Romaine long-tems avant Céſar, en recevant des Romains le joug de la ſervitude, reçut en même-tems celui de leur langue. Les autres Provinces des Gaules, après qu'elles furent vaincuës par Céſar, & qu'elles devinrent Provinces de l'Empire Romain, ſubirent le même joug,

ſi

ſi cependant l'on en excepte quelques peuples de la Gaule Lyonnoiſe, c'eſt-à-dire les Bas-Bretons, qui ont conſervé juſqu'à préſent le langage Celtique. Les Gaulois néanmoins en prenant la langue des Romains, n'ont pas abſolument abandonné la leur : car ils ont retenu un grand nombre de mots Celtiques, dont ils ſe ſervent encore aujourd'hui. Antonius Primus né à Toulouſe, zelé défenſeur du parti de Veſpaſien, fut ſurnommé *Beccus* dans ſa jeuneſſe, comme nous l'apprend Suetone, qui ajoute que ce mot ſignifioit *bec de coq.* Nous nous ſervons encore aujourd'hui de ce mot pour exprimer non ſeulement le bec du coq, mais encore celui de toute ſorte d'oiſeaux.

Galliæ Lugdunenſis populos exceperis, Britones nimirum maritimos, qui hucuſque Celticum ſermonem conſervarunt. Non tamen Galli adeò linguam Romanam ſuam fecerunt, ut veterem & patriam prorsùs rejecerint : innumeras enim Celticas voces retinuerunt, & etiamnum retinent. Et certè Antonio Primo, Veſpaſiani partium acerrimo propugnatori, Toloſæ nato cognomen in pueritia Becco fuerat, *ut refert Suetonius, qui addit :* Id valet Gallinacei roſtrum. *Quæ vox hodieque apud nos in uſu eſt, ſed non pro Gallinacei tantùm, ſed cujuſvis etiam alterius avis roſtro.* *In Vitellio, pag. 372.*

Les Marſeillois, qui tiroient leur origine des Phocéens peuples de l'Ionie dans l'Aſie, ne parloient pas ſeulement Grec, mais ils mirent encore l'étude du Grec en ſi grande vogue dans les Gaules, que les formules mêmes des contrats s'écrivoient en Grec. Ils perſuaderent même aux plus nobles d'entre les Romains de venir à Marſeille apprendre cette langue, au lieu d'aller à Athénes. Les Romains & les Gaulois qui venoient étudier à Marſeille, y apporterent leurs langues ; de ſorte que Varron, au rapport d'Iſidore, dit que les Marſeillois avoient trois langues, parce qu'ils parloient Grec, Latin & Gaulois, c'eſt-à-dire, Celte. Les Rhodiens dans Tite-Live, diſent qu'ils avoient appris que les Marſeillois étoient honorés & conſiderés par les Romains, autant que s'ils demeuroient au milieu de la Gréce; que la communication avec leurs voiſins n'avoit non ſeulement, ni changé, ni corrompu le ſon de leur langue & leur maniere de s'habiller: mais ſur-tout que leurs mœurs, leurs loix, leur génie n'en avoient ſouffert aucune altération. Pluſieurs ont cru que la langue Gréque avoit été en

Maſſilienſes, à Phocæis Joniæ in Aſia populis oriundi, non tantùm Græcè loquebantur, ſed & ſtudium Græcarum litterarum in Galliis adeò excitarunt, ut etiam contractuum formulas Græcè conſcriberent. *Imò nobiliſſimis etiam Romanis perſuaſerunt,* ut diſcendi ſtudio pro Athenienſi peregrinatione Maſſilienſem amplecterentur. *Romani & Galli, qui Maſſiliam diſcendi cauſa conveniebant, eò ſuam linguam advexere. Hinc Maſſilienſes, teſte Iſidoro,* Varro trilingues eſſe dicit, quòd & Græcè loquerentur & Latinè & Gallicè, *id eſt Celticè. Rhodii apud Titum Livium dicunt ſe audiſſe,* Maſſilienſes in eo honore, in ea meritò dignitate apud *Romanos* eſſe, ac ſi medium umbilicum Græciæ incolerent: *eoſque* non ſonum modò linguæ, veſtitumque & habitum, ſed ante omnia mores & leges & ingenium ſincerum integrumque à contagione accolarum *ſervaſſe. Qui-* *Strabo lib. 4. pag. 9.* *Lib. 37. pag. 353.*

Digitized by Google

dam exiſtimarunt linguam Græcam non tantùm apud Maſſilienſes in uſu fuiſſe, verùm etiam apud alios Galliæ populos ; ſuamque fulciebant ſententiam auctoritate Cæſaris teſtantis in caſtris Helvetiorum tabulas repertas eſſe literis Græcis confectas, & ad ſe perlatas. Verùm per literas Græcas *non linguam Græcam Cæſar intelligit, ſed tantummodò characteres & elementa Græca ; vel ſibi ipſe contrarius eſt : nam ſi Galli Græcè ſciviſſent, & non tantùm characteribus Græcis, ſed & lingua Græca uſi fuiſſent, quomodo Cæſar ad Ciceronem epiſtolam* Græcis conſcriptam literis mittit, ne, *inquit*, interceptâ epiſtolâ, noſtra ab hoſtibus [Gallis] conſilia cognoſcantur ? *Certè hoc in loco* Græcæ literæ *neceſſariò ipſam linguam Græcam, in ſuperiori verò Græcos characteres ſignificant. Alius affertur Cæſaris locus, ubi de Druidum agens diſciplina, ait :* Neque fas eſſe exiſtimant ea literis mandare, cùm in reliquis ferè rebus, publicis privatiſque rationibus, Græcis literis utantur. *Nemo non videt hîc non agi de lingua, ſed de ipſis elementis, opponique ſolummodò conſuetudinem ea, quæ ad Religionem ſpectabant, literis non mandandi, alteri conſuetudini res alias civiles ſcribendi.*

Lib. 1. cap. 29. pag. 213.

Lib. 5. cap. 48. pag. 249.

Lib. 6. cap. 14. pag. 255.

uſage, non-ſeulement chez les Marſeillois, mais encore chez les autres peuples des Gaules : ils appuioient leur ſentiment ſur l'autorité de Céſar, qui aſſure qu'on avoit trouvé dans le camp des Helvétiens des tables écrites en *lettres Gréques*, & qu'on les lui avoit apportées. Mais par ces *lettres Gréques* Céſar n'entend pas la langue Gréque, mais ſeulement les caractéres Grecs, ou il ſe contredit lui-même : car ſi les Gaulois euſſent ſçu le Grec, & qu'ils ſe fuſſent ſervi non-ſeulement des caractéres, mais même de la langue Gréque ; pourquoi Céſar envoie-t-il à Ciceron une Lettre écrite en Grec, de peur que ſi cette Lettre eſt interceptée, les Gaulois ne connoiſſent ſes deſſeins ? Céſar en cet endroit ſe ſert auſſi de ces mots, *lettres Gréques ;* mais elles ſignifient néceſſairement la langue Gréque ; au lieu que dans l'endroit précédent elles doivent s'entendre des caractéres Grecs. On cite un autre paſſage de Céſar, où en parlant de la doctrine des Druides, il dit qu'ils croioient qu'il n'étoit pas permis de rien écrire de leurs Dogmes, au lieu que dans preſque toutes les autres choſes, & dans les comptes tant publics que particuliers, ils ſe ſervoient de *lettres Gréques*. Il eſt évident qu'il ne s'agit pas ici de langue, mais de caractéres, & qu'on oppoſe ſeulement la coûtume de ne rien coucher par écrit de ce qui concernoit la Religion, à la coûtume d'écrire les choſes qui regardoient le Civil.

V.

De Gallorum Religione.

Gallorum Religionem penitus excutere non eſt animus : non enim per tempus licet, nec mei eſt inſtituti. Nihil niſi certum proponam, nec conjecturis indulgebo. Ex eo quòd, exempli cauſa, Dio-

V.

De la Religion des Gaulois.

Je ne prétens pas traiter à fond la Religion des Gaulois : je n'en ai pas le tems, & cela n'eſt pas de mon ſujet. Je n'avancerai rien que de certain, & je ne me livrerai pas aux conjectures. A cauſe que Diodore de Sicile, par

Digitized by Google

exemple, appelle mal-à-propos Gaulois les Germains ſubjugués par Céſar au-delà du Rhin, & parce qu'il donne le nom de Gaulois aux peuples ſitués à l'Océan & vers la Forêt d'Hercynie, & à tous ceux qui s'étendent juſqu'à la Scythie ; je ne ramaſſerai pas pour cela ce que les Anciens ont dit de la Religion & des Dieux de ces peuples pour l'attribuer aux Gaulois. Je ne m'arrêterai pas non plus à rechercher l'origine des Dieux des Gaulois, ni celle du culte qu'on leur rendoit : je n'examinerai pas ſi les Gaulois ont eu des Temples ou non, cela me meneroit trop loin : je marquerai ſeulement ce qu'en ont dit les Anciens. Pour les Monumens déterrés en différens tems, & qui peuvent regarder la Religion des Gaulois, ils ont été expliqués par d'habiles gens, & l'on peut conſulter leurs ouvrages.

dorus Siculus Germanos ultrà Rhenum à Cæſare ſubactos Gallos perperàm appellet ; & populis ad Oceanum & Hercynium montem ſitis, & iis omnibus qui ad Scythiam uſque protenduntur ; Gallorum nomen tribuat, non idcirco ea omnia colligam quæ Veteres de iſtorum populorum & religione & diis retulerunt, ut ea Gallis adſcribam. Non etiam immorabor in inveſtiganda tum deorum Gallicorum, tum cultûs illis exhibiti origine : non inquiram utrùm Galli Templa habuerint necne : quod quidem me longiùs abriperet : ea tantùm proferam quæ de iis omnibus veteres Scriptores dixerunt. Monumenta verò quæ variis temporibus detecta ſunt, & quæ ad Gallorum religionem ſpectare poſſunt, ea à viris eruditis explicata fuere, quorum opera conſuli poſſunt. Pag. 304. Pag. 309.

Sacrifices des Gaulois.

» Tous les Peuples des Gaules, dit » Céſar, ſont fort ſuperſtitieux : & » c'eſt pour cela que lorſqu'ils ont de » groſſes maladies, ou qu'ils ſe trouvent » dans quelques combats ou en danger » de leur vie, ils immolent des hommes » au lieu de victimes, ou ils font vœu » de les immoler : & ils ſe ſervent pour » ces ſacrifices du miniſtere des Druides. Ils s'imaginent que la vie d'un » homme ne peut être rachetée que par » celle d'un autre homme, & que les » Dieux ne peuvent être appaiſés autrement : ils ont des ſacrifices publics de » cette ſorte. D'autres ont des ſtatues de » grandeur énorme tiſſues d'oſier ; & » après en avoir rempli le vuide d'hommes vivans, ils y mettent le feu, & » ces pauvres victimes y ſont bien-tôt » étouffées & conſumées par la flamme. » Ils croient que les ſupplices des voleurs & des autres malfaiteurs ſont plus » agréables aux Dieux ; cependant quand » ils n'ont pas de ces criminels, ils ſacrifient des innocens. » Ils avoient,

» *Natio eſt omnis Gallorum, inquit Cæſar, admodùm dedita religionibus : atque ob eam cauſam qui ſunt affecti gravioribus morbis, quique in prœliis periculiſque verſantur, aut pro victimis homines immolant, aut ſe immolaturos vovent, adminiſtriſque ad ea ſacrificia Druidibus utuntur ; quòd pro vita hominis, niſi vita hominis reddatur, non poſſe aliter deorum immortalium numen placari arbitrantur : publicéque ejuſdem generis habent inſtituta ſacrificia. Alii immani magnitudine ſimulacra habent ; quorum contexta viminibus membra vivis hominibus complent ; quibus ſuccenſis, circumventi flamma exanimantur homines. Supplicia eorum, qui in furto aut latrocinio aut aliqua noxa ſint comprehenſi, gratiora diis immortalibus eſſe arbitrantur :* Galloruin Sacrificia. Lib. 5. cap. 16. p. 253.

Digitized by Google

» *ſed cùm ejus generis copia de-*
» *ficit, etiam ad innocentium ſup-*
» *plicia deſcendunt.* » *Alii Gallis*
Lib. 4. pag. 31. *erant, ſi Strabonem audiamus, hominum immolandorum modi: quoſdam enim ſagittis confige-*
bant, aut in crucem agebant, ac fœni coloſſo exſtructo, in eumque injecto ligno, pecudes & omnis generis beſtias ac homines concre-
Lib. 4. pag. 309. *mabant. Galli, inquit Diodorus Siculus, maleficos per quinquennium detentos palis in honorem deorum ſuffigunt, & ſuper grandi pyrarum ſtrue cum multis aliis primitiis immolant. Nec aliter captivis quàm hoſtiis ad deorum ſacra abutuntur: nonnulli ipſorum etiam animantia bello capta unà cum hominibus trucidant aut comburunt. Multi quoque alii Scriptores hominum immolandorum morem Gallis uſitatum memorant, quorum teſtimonia hoc in Volumini recitavimus.*

ſelon Strabon, d'autres manieres de ſacrifier les hommes : ou il les perçoient de coups de fléches, ou il les attachoient à une croix : ils élevoient en forme de coloſſe un grand monceau de foin ; ils y jettoient grande quantité de bois, & ils y brûloient des hommes & toutes ſortes d'animaux. Les Gaulois, dit Diodore de Sicile, après avoir gardé leurs criminels pendant cinq ans, ils les attachent à un poteau, & les immolent à leurs Dieux avec pluſieurs autres prémices. Ils en font autant à leurs captifs : quelques-uns d'entr'eux tuent ou brûlent avec les hommes tous les animaux qu'ils ont pris à la guerre. Pluſieurs autres Auteurs font auſſi mention de la coûtume qu'avoient les Gaulois d'immoler des hommes : nous rapportons leurs paſſages dans ce Volume.

Gallorum Dii.

Dii, quos Galli, Lactantio
Lib. 1. Inſt. cap. 21. p. 710. *teſte, humano cruore placabant, Eſus erant atque Teutates : omnium Antiquariorum judicio Eſus Mars eſt, Teutates Mercurius. De Eſo ſolus aliter ſentit D. Jac. Martin, cujus ſententiam conſuleſis Tom. I. de Relig. Gall. lib. 2. cap. 2. Eſo & Teutati Tara-*
Pharſal. lib. 1. v. 444. pag. 669. *nem conjungit Lucanus, qui tradit hujus Taranis aram Dianæ Scythicæ arâ non eſſe mitiorem. Taranes idem eſſe putatur atque*
Pag. 255. *Jupiter. Teſtatur Cæſar à Gallis coli Mercurium, Apollinem, Martem, Jovem & Minervam ; ſed omnium maximè Mercurium. De his, eodem teſte, Galli eamdem ferè quàm reliquæ gentes habebant opinionem. Mercurium omnium inventorem artium ferebant ; hunc viarum atque itinerum ducem, hunc ad queſtus pe-*

Dieux des Gaulois.

Les Dieux que les Gaulois, ſelon Lactance, s'imaginoient ſe rendre propices par ces ſortes de victimes, étoient Eſus & Teutates : tous les Antiquaires croient qu'Eſus eſt Mars, & Teutates Mercure. D. Jacques Martin eſt ſeul d'un ſentiment contraire quant à Eſus : voyez ce qu'il en dit au Tome I. de la Religion des Gaulois, Livre 2. Chapitre 2. Lucain joint Taranes à Eſus & à Teutates ; & il dit que l'Autel de ce Taranes, qu'on croit être Jupiter, n'eſt pas moins cruel que l'autel de la Diane de Scythie. Céſar dit que les Gaulois adoroient Mercure, Apollon, Mars, Jupiter & Minerve : mais qu'ils avoient une vénération plus particuliere pour Mercure. Ils avoient ſur ces Dieux, ſelon le même, preſque la même opinion que les autres Nations : ils regardoient Mercure comme l'inventeur de tous les Arts : ils croioient qu'il préſidoit aux chemins, qu'il pou-

Digitized by Google

voit beaucoup pour le négoce & pour faire avoir de l'argent ; qu'Apollon chaſſoit les maladies ; que Minerve donnoit le commencement aux Manufactures, aux Arts & aux Métiers ; que Jupiter avoit l'empire des cieux ; & que Mars conduiſoit les guerres. C'eſt pour cela qu'ils dévouoient à Mars tout ce qu'ils prenoient à la guerre : de ce qu'ils y avoient pris, ils en immoloient les animaux, le reſte ils l'amaſſoient dans un endroit ſans oſer y toucher. Si quelqu'un négligeant ce point de Religion oſoit ou toucher à ce monceau, ou ſe reſerver quelque choſe de ce qui avoit été pris, il étoit puni du dernier ſupplice. Les Gaulois donnoient à Mars le nom de Camulus, comme l'on voit dans deux Inſcriptions de Gruter que nous avons données, page 144 : on ne ſait guéres la véritable ſignification de ce nom. Il eſt nommé dans une autre Inſcription *Mars Vincius* : on croit qu'il tire ce nom de la ville de Vence où il étoit honoré. Mercure tenoit le premier rang entre les Dieux des Gaulois : cependant dans l'une des Inſcriptions que nous venons de citer, il n'eſt nommé que le quatriéme. Zenodore fameux Statuaire, a mis dix ans à faire pour les Auvergnats une ſtatue de Mercure, laquelle, au rapport de Pline, revenoit à quarante millions de Seſterces ; ce qui fait quatre millions de notre monnoye. Quoique Ceſar ne mette point Hercule au nombre des Dieux des Gaulois, on ne peut raiſonnablement douter que ſon culte n'ait été en vogue chez eux, avant même que Ceſar vînt dans les Gaules. On ne ſauroit appuier ce culte ſur les Inſcriptions, parce qu'elles auroient pu être faites depuis le tems de Ceſar : mais comme nous apprenons des anciens Auteurs qu'Hercule étoit venu dans les Gaules, qu'il y avoit bâti la ville d'Aliſe, qu'il y avoit épouſé une femme, dont les enfans avoient donné leurs noms aux Gaulois ; & comme les

cuniæ mercaturaſque habere vim maximam arbitrabantur ; Apollinem morbos depellere ; Minervam operum atque artificiorum initia tranſdere ; Jovem imperium cæleſtium tenere ; Martem bella regere. Hinc Marti quæ bello ceperant devovebant : animalia capta immolabant, reliquas res in unum locum conferebant, nec contingere audebant. Si quis neglecta religione aut capta apud ſe occultare, aut poſita tollere auderet, graviſſimo ſupplicio cum cruciatu afficiebatur. Galli Marti nomen Camuli tribuebant, ut patet ex duabus Gruteri Inſcriptionibus, quas edidimus, pag. 144. Hujus nominis genuina ſignificatio prorſus ignoratur. In alia Inſcriptione Mars Vincius *appellatur : ab urbe Ventio, ubi colebatur, nomen iſtud trahere putatur. Mercurius inter Gallorum deos primas tenebat ; in altera tamen ex Inſcriptionibus ſuprà citatis quarto loco nominatur. Zenodorus inſignis Statuarius per decem annos Mercurii ſtatuam Arvernis fecit, quæ ſi Plinio fides eſt, quadringenties ſeſtertiûm centenis millibus conſtitit, id eſt, noſtrarum librarum quadragies centum millibus. Quamvis Cæſar inter Gallicos deos Herculem non recenſeat, vix tamen dubitari poteſt quin ejus cultus in Galliis viguerit vel ante Cæſaris in illas adventum. Illud quidem Inſcriptionum ope minimè probari poteſt, quippe quæ fortaſſis à Cæſaris ætate factæ fuerint : ſed cùm veteres Scriptores referant Herculem in Gallias veniſſe, ibi Aleſiam urbem condidiſſe, atque uxorem duxiſſe cujus pueri Gallis nomen dederant : cúmque vel ipſi Galli tempore Ammiani Marcellini hæc facta in ſuis monumentis haberent*

Pag. 144.

Pag. 136.

L. 34. c. 7. pag. 67.

Pag. 302, 303, 544.

Digitized by Google

exciſa ; eſt ſanè quòd affirmemus eos in beneficiorum memoriam huic deo cultum peculiarem exhibuiſſe.

Pag. 695, 696. *Et certè Lucianus Herculem memorat Gallis Ogmium dictum, quem nova quadam atque inuſitata figura depingebant : addit idem ſibi ad talem picturam attonito ac ſtupefacto Gallum quemdam Philoſophum ejus ænigma explicaſſe, atque dixiſſe :* Orationis parentem nos Galli nequaquam arbitramur eſſe Mercurium, quemadmodum vos Græci ; verùm Herculi illam tribuimus, propterea quòd hic Mercurio longè robuſtior exſtiterit. *Narrat Strabo Q. Fabium Maximum, cæſis ducentis millibus Gallorum quo loco Iſara & Rhodanus confluunt, ibi duo templa exſtruxiſſe, unum Marti, alterum Herculi : inde quidem Herculem Gallorum Deum fuiſſe probari non poteſt, verùm certò colligitur ejus cultum in Gallias à Romanis invectum fuiſſe annis ſexaginta antequàm Cæſar in eas ingrederetur. Apollini templum erat Maſſiliæ, quemadmodum & Toloſæ & Auguſtoduni. Galli urbes, ſilvas & montes in Deorum numerum referebant : Inſcriptiones nobis exhibent Deos Nemauſum, Voſegum, Penninum : item Deas Ardoinnen, Aventiam, Bibractem, Deam Vocontiorum, Deam Fori Seguſianorum, &c. Galli Circium tanta veneratione proſequebantur, ut ei etiam ædificia quaſſanti gratias agerent, tamquam ſalubritatem cæli ſui deberent ei. Auguſtus templum illi, cùm in Gallia moraretur, fecit. Epona Dea Saloduri, Iſis ab Helvetiis, Andarta à Vocontiis colebatur. Plures alios Galliarum Deos parum notos prætermitto, de quibus agitur in* Anti-

Lib. 4. p. 15.

Senec. l. 3. Qu. Nat. c. 17. pag. 667.

Pag. 140, 137.

Gaulois même du tems d'Ammien Marcellin avoient des monumens qui atteſtoient ces faits, il eſt à préſumer que pour témoigner à ce Dieu leur reconnoiſſance, ils lui ont rendu un culte tout particulier. En effet, Lucien fait mention d'un Hercule que les Gaulois appelloient Ogmius, & qu'ils peignoient d'une maniere nouvelle & inuſitée : il ajoute que comme il paroiſſoit ſurpris d'une peinture ſi extraordinaire, un Philoſophe Gaulois en la lui expliquant lui avoit dit : *Nous autres Gaulois nous ne prenons pas Mercure pour le Dieu de l'éloquence, comme vous autres Grecs : mais nous attribuons l'éloquence à Hercule, parce-qu'il a été bien plus fort que Mercure.* Strabon rapporte que Q. Fabius Maximus, après avoir taillé en pieces deux cens mille Gaulois à la jonction de l'Iſere & du Rhone, y avoit conſtruit deux Temples, l'un à Mars, l'autre à Hercule : ſi cela ne prouve pas qu'Hercule fut un Dieu des Gaulois, on voit du moins que ſon culte avoit été apporté dans les Gaules par les Romains ſoixante ans avant que Ceſar y entrât. Apollon avoit un Temple à Marſeille, ainſi qu'à Toulouſe & à Autun. Les Gaulois déifioient les villes, les forêts, les montagnes : nous trouvons dans les Inſcriptions les Dieux Nemauſus, Voſegus, Penninus, les Déeſſes Ardoinne, Aventia, Bibracte, la Déeſſe des Vocontiens, la Déeſſe de Feurs, ville des Seguſiens, *&c.* Les Gaulois avoient un ſi grand reſpect pour le vent Circius, qu'ils lui rendoient des actions de graces, lors même qu'il renverſoit leurs maiſons, comme s'ils lui étoient redevables de la bonté de l'air qu'ils reſpiroient. Auguſte étant dans les Gaules lui fit conſtruire un Temple. La Déeſſe Epone étoit honorée à Soleurre, Iſis chez les Helvétiens, Andarte chez les Vocontiens. Je paſſe ſous ſilence pluſieurs autres Dieux des Gaules peu connus, qu'on peut voir dans l'Antiquité expliquée de D. Ber-

Digitized by Google

nard de Montfaucon, & dans la Religion des Gaulois de D. Jacques Martin.

quitate *explicata à D. Bernardo de Montfaucon, & in Opere de* Religione Gallorum, *quod D. Jac. Martin publicavit.*

Druides. Les Druides étoient les chefs de la Religion des Gaulois : c'étoient leurs Philoſophes, leurs Theologiens. Ils avoient l'intendance de tous les ſacrifices, tant publics que particuliers ; ils interprétoient les points de Religion, ils avoient un grand nombre de diſciples, & ils étoient fort honorés. Ils jugeoient de preſque tous les différends; crimes, meurtres, héritages, limites, tout étoit ſoumis à leurs déciſions. Ils établiſſoient ou les peines ou les récompenſes. Si quelqu'un ſoit public, ſoit privé, ne ſe rendoit pas à leurs jugemens, on lui interdiſoit les ſacrifices: ce qui étoit chez eux une grande punition. Celui qui étoit ainſi excommunié, paſſoit pour un impie & pour un ſcélerat: on le fuioit, on évitoit de l'aborder & de lui parler, de peur que ſon commerce ne fût préjudiciable : on lui dénioit la juſtice quand il la demandoit; & on ne lui décernoit aucun honneur. Un d'entre les Druides préſidoit à tous les autres, & il avoit toute l'autorité. Après ſa mort celui qui étoit le plus conſideré d'entr'eux lui ſuccédoit : & dans le cas d'égalité de mérite, c'étoient les Druides qui l'éliſoient à la pluralité des ſuffrages : quelquefois même pour l'élection de ce chef on en venoit aux mains. Dans un certain tems de l'année ils s'aſſembloient en un lieu conſacré dans le pays Chartrain, qui paſſoit pour le milieu de la Gaule : là ſe rendoient tous ceux qui avoient des différends, & ils ſe ſoumettoient aux jugemens & aux déciſions des Druides. On croit que leur ſcience a d'abord été trouvée dans la (grande) Bretagne, & que de-là elle a été transferée dans la Gaule : & même du tems de Ceſar qui nous apprend tout ce détail, ceux qui vouloient s'inſtruire plus à fond de cette ſcience, paſſoient

Druides. *Druides Gallorum religionis principes erant : erant eorum Philoſophi, eorum Theologi. Sacrificia publica ac privata procurabant, religiones interpretabantur : ad hos magnus adoleſcentium numerus diſciplinæ cauſa concurrebat : magnoque ii erant apud eos honore. Nam ferè de omnibus controverſiis publicis privatiſque conſtituebant; & ſi quod eſſet admiſſum facinus, ſi cædes facta, ſi de hæreditate, de finibus controverſia eſſet, iidem decernebant ; præmia pœnaſque conſtituebant. Si quis aut privatus aut publicus eorum decreto non ſtaret, ſacrificiis interdicebant : hæc pœna apud eos erat graviſſima. Quibus ita erat interdictum, ii numero impiorum ac ſceleratorum habebantur ; iis omnes decedebant, aditum eorum ſermonemque defugiebant, ne quid ex contagione incommodi acciperent : neque iis petentibus jus reddebatur, neque honos ullus communicabatur. His autem omnibus Druidibus præerat unus, qui ſummam inter eos habebat auctoritatem : hoc mortuo, ſi quis ex reliquis excelleret dignitate, ſuccedebat ; ac ſi eſſent plures pares, ſuffragio Druidum adlegebatur : nonnunquam etiam de principatu armis contendebant. In certo anni tempore in finibus Carnutum, quæ regio totius Galliæ media habebatur, conſidebant in loco conſecrato. Huc omnes undique, qui controverſias habebant, conveniebant ; eorumque judiciis decretiſque parebant. Diſciplina in Britannia reperta, atque inde in Galliam tranſlata eſſe exiſtimatur.* Et nunc, *inquit Cæſar qui hæc*

Cæſar, l. 6. c. 13. pag. 254.

Digitized by Google

omnia ſingulatim proſequitur, qui diligentiùs eam rem cognoſcere volunt, plerumque illò diſcendi cauſa proficiſcuntur. *Druides à bello abeſſe conſueverant : neque tributa unà cum reliquis pendebant, militiæ vacationem, omniumque rerum habebant immunitatem. Tantis excitati præmiis, & ſua ſponte multi in diſciplinam conveniebant, & à propinquis parentibuſque mittebantur : magnum ibi numerum verſuum ediſcebant : eorum nonnulli annos vicenos in diſciplina permanebant. Druides non fas eſſe exiſtimabant ea litteris mandare ; licèt in reliquis ferè rebus, publicis privatiſque rationibus, litteris uterentur. Id Cæſari duabus de cauſis inſtituiſſe videntur, quòd neque in vulgus diſciplinam efferri vellent, neque eos, qui diſcunt, litteris confiſos, minùs memoriæ ſtudere. In primis hoc volebant perſuadere, non interire animas, ſed ab aliis poſt mortem tranſire ad alios : atque hoc maximè ad virtutem excitari putabant, metu mortis neglecto. Multa præterea de ſideribus atque eorum motu, de mundi ac terrarum magnitudine, de rerum natura, de deorum immortalium vi ac poteſtate diſputabant, & juventuti tranſdebant.*

pour l'ordinaire dans cette Iſle. Les Druides n'avoient pas coutume d'aller à la guerre : non-ſeulement ils en étoient exempts, mais encore ils ne payoient aucun tribut, & n'étoient ſujets à aucune charge. Bien des gens excités par ces priviléges ſe rangeoient de leur plein gré ſous leur diſcipline, ou y étoient envoiés par leurs parens. Ils y apprenoient par cœur un grand nombre de vers : quelques-uns reſtoient à cette école une vingtaine d'années. Les Druides croioient qu'il ne leur étoit pas permis de rien écrire de leur doctrine, quoiqu'ils ſe ſerviſſent de lettres pour leurs affaires, tant publiques que particulieres. Ceſar croit qu'ils en uſoient ainſi pour deux raiſons ; la premiere, pour que leur doctrine ne tranſpirât pas au-dehors ; la ſeconde, de peur que leurs diſciples ſe repoſant ſur l'écriture, négligeaſſent d'exercer leur mémoire. Leur principal dogme étoit que les ames ne mouroient pas, mais qu'après la mort elles paſſoient dans d'autres corps. Ils s'imaginoient que cette doctrine, qui fait mépriſer la crainte de la mort, excitoit davantage à la valeur. Ils diſcouroient encore ſur les aſtres & leur mouvement, ſur la grandeur du monde & de la terre, ſur la nature des choſes, ſur la force & la puiſſance des Dieux immortels : & ils tranſmettoient à la jeuneſſe leurs opinions ſur toutes ces choſes.

Bardi & Vates.

Pagg. 31, 51, 308, 544, &c.

Hæc ſunt quæ tradit Cæſar de Druidibus, de eorum religione & doctrina. Alii Scriptores eadem ferè narrant, niſi quòd præter Druides mentionem etiam faciunt de Bardis & Vatibus, qui magnæ erant apud Gallos exiſtimationis. Bardi Poëtæ erant & Cantores, qui ad inſtrumenta lyris non diſſimilia aliorum laudes, aliorum vituperationes decantabant. Vates ſacrificabant, rerum naturam contemplabantur, & ab auſpiciis & victimarum extis

Voilà ce que Ceſar nous apprend des Druides, de leur Religion & de leur doctrine. Les autres Ecrivains diſent à peu près la même choſe, ſi ce n'eſt qu'outre les Druides, ils font encore mention des Bardes & des Vates, qui étoient auſſi en grande vénération chez les Gaulois. Les Bardes étoient des Poëtes & des Chantres, qui ſur des inſtrumens ſemblables à des lyres, louoient les uns & blâmoient les autres. Les Vates étoient des ſacrificateurs, qui contemploient la nature des choſes, &

Bardes, Vates.

Digitized by Google

& qui par les oiſeaux & par les entrailles des victimes, prédiſoient l'avenir. « Quand on les conſulte, dit Dio- » dore de Sicile, ſur quelque choſe de » grande conſéquence, ils obſervent » une cérémonie étrange & incroiable : » ils percent au-deſſus du diaphragme » l'homme qu'ils immolent : l'homme » tombe, & ſur ſa chute, ſur la convul- » ſion de ſes membres & ſur le ſang » qui coule, ils prédiſent ce qui doit ar- » river ». Ces Vates ne pouvoient ſacrifier qu'en préſence & ſous la direction des Druides ; c'eſt pour cela qu'on attribue à ces derniers l'art de deviner. « Il » y a, dit Ciceron, dans les Gaules des » Druides, entre leſquels j'ai connu Di- » vitiac Eduen votre hôte, & qui vous » préconiſe par tout. Il ſe vantoit de » connoître les ſecrets de la nature : » (les Grecs appellent cette connoiſ- » ſance Phyſiologie) : & il prédiſoit l'a- » venir partie par des augures, partie par » conjecture ».

extis de futuris divinabant. « *Ubi de* » *magni momenti rebus, inquit Dio-* Pag. 308. » *dorus Siculus, conſultatio incidit,* » *mirandum & incredibilem ritum* » *obſervant. Hominem, quem im-* » *molant, ſupra tranſverſum pe-* » *ctoris ſeptum enſe feriunt : quo* » *cæſo prolapſoque, tum è caſu &* » *convulſione membrorum, tum è* » *cruoris fluxu quid eventurum ſit* » *præſagiunt* ». *Hi vates ſacrificare non poterant niſi Druidibus præſentibus & auſpicibus : hinc fit ut iſtis quoque ars divinandi tribuatur.* « *In Gallia Druides ſunt,* L. 1. de Divinat. pag. » *ait Cicero, è quibus ipſe Divi-* 662. » *tiacum Æduum hoſpitem tuum* » *laudatorem cognovi, qui & na-* » *turæ rationem, quam Phyſiolo-* » *giam Græci appellant, notam* » *eſſe ſibi profitebatur, & partim* » *auguriis, partim conjectura, quæ* » *eſſent futura, dicebat* ».

Il eſt ſurprenant que preſque tous les Auteurs, qui ont parlé des Druides, ne nous aient rien dit de certaines cérémonies qu'ils obſervoient très-religieuſement, & dont Pline nous a conſervé la mémoire. Celle du Guy de Chêne eſt la plus célebre, & il nous la décrit de cette ſorte : « Les Druides n'ont rien de plus » ſacré que le Guy & l'arbre qui le porte, » pourvû que ce ſoit un Chêne. Ils choi- » ſiſſent toujours des bois de Chêne, & » ils ne font aucun acte de Religion ſans » la feuille de cet arbre... Le Guy eſt » fort difficile à trouver ; & d'abord » qu'ils l'ont découvert, ils vont le cher- » cher avec beaucoup de religion. Ils » prennent pour cela le ſixiéme jour de » la Lune, jour qui commence leurs » mois, leurs années, & même leurs ſié- » cles qui ſont de trente ans : la Lune en » ce jour a aſſez de force, quoiqu'elle » ne ſoit pas encore dans le milieu de » ſon accroiſſement : & ils lui donnent » en leur Langue un nom qui ſignifie,

Guy de Chêne.

Mirum ſanè videtur omnes ferè Scriptores, qui de Druidibus ſermonem fecere, ritus quoſdam ab iis ſumma cum religione adhibitos ſilentio prætermiſiſſe, quorum memoriam Plinius poſteris prodidit. Lib. 16. cap. 44. pag. 62. *Omnium celeberrima ea eſt, quam circa viſcum ſervabant, ceremonia : hanc ſic deſcribit :* « *Nihil* Viſcum. » *habent Druides viſco & arbore* » *in qua gignitur, ſi modò ſit ro-* » *bur, ſacratius. Jam per ſe robo-* » *rum eligunt lucos, nec ulla ſacra* » *ſine ea fronde conficiunt... Eſt* » *autem id rarum admodùm inven-* » *tu, & repertum magna religio-* » *ne petitur : & ante omnia ſexta* » *Luna, quæ principia menſium* » *annorumque his facit, & ſæculi* » *poſt triceſimum annum, quia jam* » *virium abundè habeat, nec ſit ſui* » *dimidia.* Omnia ſanantem *ap-* » *pellantes ſuo vocabulo, ſacrificiis* » *epuliſque rite ſub arbore præpa-*

Digitized by Google

» *ratis, duos admovent candidi co-*
» *loris tauros, quorum cornua tunc*
» *primùm vinciantur. Sacerdos can-*
» *dida veſte cultus arborem ſcan-*
» *dit, falce aurea demetit; candi-*
» *do id excipitur ſago. Tum deinde*
» *victimas immolant, precantes ut*
» *ſuum donum Deus proſperum fa-*
» *ciat his quibus dederit. Fecundi-*
» *tatem eo poto dari cuicumque ani-*
» *malium ſterili arbitrantur: contra*
» *venena omnia eſſe remedio».*

» *qui guérit tout.* Après qu'ils ont préparé
» ſous l'arbre tout ce qui eſt néceſſaire
» pour le ſacrifice & le feſtin, ils font
» approcher deux taureaux, qu'ils atta-
» chent par les cornes pour la premiere
» fois. Alors le Prêtre vêtu de blanc
» monte ſur l'arbre, & avec une faulx
» d'or il coupe le Guy qu'on reçoit dans
» un drap blanc. Après quoi les Druides
» immolent des victimes, en conjurant
» Dieu que le préſent qu'il vient de leur
» faire leur ſoit profitable. Ils tiennent
» que le Guy pris en boiſſon donne la
» fécondité aux animaux ſtériles, & que
» c'eſt un préſervatif contre toutes ſortes
» de poiſons».

Ritus quoque in legendis Selagine & Samolo ſervari ſolitos Plinius memorat. Selago herba eſt Sabinæ ſimilis: «Legitur, inquit,
Lib. 24. cap. 11. pag. 65. Selago. *» ſine ferro dextra manu per tuni-*
» *cam, quà ſiniſtra exuitur, velut*
» *à furante, candida veſte veſtito,*
» *puréque lotis nudis pedibus, ſa-*
» *cro facto priuſquàm legatur pane*
» *vinoque: fertur in mappa nova.*
» *Hanc contra omnem perniciem*
» *habendam prodidere Druidæ*
» *Gallorum, & contra omnia ocu-*
» *lorum vitia fumum ejus prodeſſe.*
Samolus. » *Iidem Samolum herbam nomina-*
» *vere naſcentem in humidis; &*
» *hanc ſiniſtra manu legi à jejunis*
» *contra morbos ſuum boumque,*
» *nec reſpicere legentem: nec alibi*
» *quàm in canali deponere, ibique*
» *conterere poturis».*

Pline fait auſſi mention des cérémo-
nies qu'on obſervoit en cueillant la Se- La Selage.
lage & le Samolus. La Selage eſt une
herbe qui reſſemble à la Sabine. « On
» la cueille, dit-il, ſans couteau & de la
» main droite, en la faiſant paſſer du
» côté gauche par le dedans de la robe,
» comme qui voudroit voler. Celui qui
» la cueilloit étoit vêtu de blanc & nuds
» pieds, après les avoir bien lavés:
» avant que de la cueillir, il devoit avoir
» offert un ſacrifice de pain & de vin.
» On la porte dans une ſerviette qui n'a
» pas encore ſervi. Les Druides débi-
» toient que cette herbe étoit un pré-
» ſervatif contre toutes ſortes de mal-
» heurs, & que ſa fumée étoit excellen-
» te contre les maladies des yeux. Une
» autre herbe appellée *Samolus*, & qui Le Samo-
» naiſſoit dans des lieux humides, de- lus.
» voit être cueillie à jeun & de la main
» gauche. Celui qui la cueilloit, ne de-
» voit pas la regarder, mais la mettre
» dans une auge, & l'y broyer pour les
» animaux qui venoient boire. Cette
» herbe ainſi broyée étoit un reméde
» ſouverain contre les maladies des
» bœufs & des porcs».

Lib. 9. cap. 3. pag. 66. Ovum Serpentum. *Aliam refert Plinius Druidum ſuperſtitionem circa ovum ſerpentum. Angues innumeri æſtate convoluti, ſalivis faucium corporum-*

Pline rapporte une autre ſuperſtition Oeuf de
des Druides au ſujet de l'œuf de Ser- Serpens.
pens. En Eté une grande quantité de
Serpens entortillés enſemble formoient

Digitized by Google

cet œuf par leurs baves & l'écume qui ſortoient de leurs corps ; c'eſt pour cela qu'on l'appelloit *anguinum*. Les Serpens par leurs ſifflemens élevoient en l'air cet œuf, & il falloit le recevoir dans un drap, de peur qu'il ne touchât à terre. Celui qui l'avoit reçu, montoit vîte à cheval & s'enfuioit; parce que les Serpens couroient après lui, juſqu'à ce qu'ils fuſſent arrêtés par quelque riviere. Pour faire l'épreuve de cet œuf, on le jettoit dans l'eau : il falloit qu'il ſurnageât même avec le cercle d'or qui l'entouroit. Les Druides débitoient qu'il falloit le prendre en un certain jour de la Lune. Pline aſſure qu'il avoit vû un de ces œufs, qui étoit gros comme une pomme ronde de moienne groſſeur, & que ſa coque étoit cartilagineuſe. On louoit fort la vertu de cet œuf pour le gain des procès, & pour avoir facile accès chez les Princes. L'Empereur Claude fit mourir un Chevalier Romain du pays des Vocontiens, uniquement parce qu'il portoit ſur lui un de ces œufs dans l'eſperance de gagner ſon procès.

que ſpumis artifici complexu glomerati ovum efformabant, quod ideò anguinum appellabatur. Serpentes ſibilis id in ſublime jactabant, ſagoque oportebat intercipi, ne tellurem attingeret. Raptor profugiebat equo : ſerpentes enim inſequebantur, donec arcerentur amnis alicujus interventu. Ovi experimentum erat, ſi contra aquas fluitaret vel auro vinctum : illud certa Luna capiendum Druidæ dictitabant. Id ovum mali orbiculati modici magnitudine, cujus cruſta cartilaginea, vidiſſe ſe teſtatur Plinius. Ad victorias litium ac regum aditus mirè laudabatur : habens id in lite in ſinu Eques Romanus è Vocontiis à Claudio Principe non ob aliud interemptus eſt.

Immortalité de l'ame.

Les Gaulois inſtruits par les Druides tenoient que les ames étoient immortelles. Ils croioient, ſelon Strabon, que les ames & le monde étoient incorruptibles, mais qu'il y auroit un tems où le feu & l'eau domineroient. Preſque tous les Auteurs, qui attribuent aux Gaulois l'opinion de l'immortalité de l'ame, leur attribuent auſſi celle de la Metempſycoſe : cependant ce qu'ils rapportent des cérémonies qui s'obſervoient aux funerailles des Gaulois, ne peut s'accorder avec le dogme de la Metempſycoſe. On brûloit le corps du défunt, & l'on jettoit dans le feu tout ce qu'on croioit lui avoir été le plus cher, même juſques aux animaux. Peu de tems avant Ceſar, les eſclaves & les clients, que le défunt avoit le plus aimés, étoient après les obſeques brûlés avec lui. « Un des dogmes des Druides, » dit Mela, qui a tranſpiré au-dehors, eſt

Funerailles.

Galli à Druidibus edocti animas arbitrabantur eſſe immortales. Putabant, ſi Straboni fides eſt, animas & mundum corruptioni minimè eſſe obnoxios, ſed aliquando ignem & aquam dominium obtentura. Omnes ferè Auctores qui Gallis opinionem de immortalitate animæ attribuunt, ipſis quoque adſcribunt opinionem de migratione ex uno corpore in aliud : ruunt tamen ea omnia quæ narrant de Gallorum funeribus, ſi ſemel admittatur hæc poſtrema opinio. Corpora defunctorum cremabantur, omniaque, quæ vivis cordi fuiſſe arbitrabantur, in ignem inferebant, etiam animalia. Paulò ſupra ætatem Cæſaris, ſervi & clientes, quos ab iis dilectos eſſe conſtabat, juſtis funebribus confectis, unà cremabantur. « Unum » ex iis quæ præcipiunt Druidæ,

Immortalitas animæ.

Funera Gallorum.

Cæſar, lib. 6. c. 19. p. 155.

Digitized by Google

Lib. 3. cap. 2. pag. 51.

» *inquit Mela, in vulgus effluxit,* » *videlicet æternas eſſe animas, vi-* » *tamque alteram ad manes. Ita-* » *que cum mortuis cremant ac de-* » *fodiunt apta viventibus olim. Ne-* » *gotiorum ratio etiam & exactio* » *crediti differebatur ad inferos:* » *erantque qui ſe in rogos ſuorum,* » *velut unà victuri, libenter immit-* » *terent*». *Galli, ſi Valerium Ma-* *ximum audiamus, pecunias mu-* *tuas, quæ his apud inferos redde-* *rentur, dare ſoliti erant, quia per-* *ſuaſum habebant animas hominum* *immortales eſſe.* « *In funeribus mor-* » *tuorum, inquit Diodorus Siculus,* » *epiſtolas propinquis inſcriptas in* » *rogum conjiciunt, quæ à defun-* » *ctis legantur*». *Quis non videat eos qui ita ſentiebant & agebant, non potuiſſe in animum inducere ſuum, animas poſt mortem in alia ingredi corpora?*

» que les ames ſont éternelles, & qu'il » y a une autre vie après celle-ci. C'eſt » pourquoi l'on brûle & l'on enterre » avec les morts ce qui leur plaiſoit le » plus pendant leur vie. Les Gaulois » remettoient à l'autre monde à rendre » leurs comptes, & à ſe faire payer de » ce qu'ils avoient prêté : il s'en trouvoit » même qui ſe jettoient volontiers dans » le bucher de ceux qui leur avoient » appartenu, comme pour vivre avec » eux». Les Gaulois, dit Valere Maxime, avoient coutume de prêter de l'argent, dont ils ne devoient demander le payement que dans l'autre monde, parce qu'ils étoient perſuadés de l'immortalité de l'ame. « Quand on enterre un Gau- » lois, dit Diodore de Sicile, il s'en trouve » qui jettent dans le bucher des lettres » qu'ils écrivent à leurs parens défunts, » comme s'ils devoient les lire. » Qui ne voit que ceux qui penſoient & agiſſoient ainſi, ne pouvoient s'imaginer que les ames paſſaſſent dans d'autres corps?

Druidum abolitio.

Mos Gallis uſitatus immolandi victimarum humanarum adeò cru- *delis & barbarus ſemper habitus eſt, ut Romani Imperatores variis temporibus Druidum Religionem abolere conati ſint. Eam Auguſtus civibus interdicere ſatis habuit, id eſt iis qui in Galliis civitatem ha-*

Lib. 30. cap. 1. p. 66.

bebant. Narrat Plinius immolan- *dorum hominum ritum ad ſuam memoriam perſeveraſſe in Galliis, Druidaſque ſublatos fuiſſe Tiberii principatu : ſed de Imperatore Claudio, cui Tiberio prænomen erat, loqui exiſtimatur. Et certè,*

In Claudio, p. 372.

teſte Suetonio, Claudius Druida- rum Religionem apud Gallos diræ immanitatis, & tantùm civibus ſub Auguſto interdi-

De Cæſar. cap. 4. p. 565.

ctam, penitus abolevit. *Aure-* *lius quoque Victor per Galliam Druidarum famoſas ſuperſtitiones compreſſas fuiſſe per Claudium te-* *ſtatur. Non tamen genus omne*

La coutume uſitée chez les Gaulois d'immoler des victimes humaines a toujours paru ſi cruelle & ſi barbare, que les Empereurs Romains ont tâché en différens tems d'abolir la Religion des Druides. Auguſte ſe contenta de l'interdire aux Citoiens, c'eſt-à-dire, à ceux qui dans les Gaules avoient droit de Bourgeoiſie Romaine. Pline rapporte que les Gaules avoient conſervé juſqu'à ſon tems la ſuperſtition d'immoler des hommes, & que les Druides en avoient été chaſſés ſous l'Empire de Tibere : mais on croit qu'il parle de l'Empereur Claude, dont le prénom étoit *Tibere*. « En effet, ſelon Suetone, l'Em- » pereur Claude abolit entierement la » cruelle Religion des Druides, qu'Au- » guſte s'étoit contenté d'interdire aux » Citoiens«. Aurelius Victor nous apprend auſſi que les fameuſes ſuperſtitions des Druides avoient été ſupprimées dans les Gaules par le même Empereur. La race cependant des Druides ne fut pas

Abolition des Druides.

Digitized by Google

entierement éteinte : car Auſone, en parlant de Phébicius, Grammairien de Bourdeaux, & de ſon fils Attius Patera Rhéteur, dit qu'ils étoient nés à Bayeux de race de Druides. Ce Phébicius étoit, ſelon le même Auſone, Sacriſtain ou Tréſorier du Temple de Belenus, qu'on croit être Apollon. Il y avoit dans les Gaules au troiſiéme ſiécle de l'Egliſe des femmes appellées *Druiades* ou *Dryades* : c'étoient des Sorcieres & des Devineresſes très-renommées, qu'on conſultoit dans les choſes fâcheuſes, comme autrefois les Oracles de Delphes. Lampridius rapporte, qu'Alexandre Severe partant pour une expédition de laquelle il ne revint pas, une Dryade lui cria en langue Gauloiſe : *Allez, n'eſperez pas la victoire, & ne vous fiez pas à vos ſoldats.* Une autre Dryade, ſelon Vopiſcus, reprochant à Diocletien lorſqu'il étoit à Tongres, qu'il n'étoit pas liberal ; *Je le ſerai*, lui dit Diocletien en badinant, *lorſque je ſerai Empereur.* La Dryade lui repliqua : *Diocletien, ne badinez pas ; car vous ſerez Empereur, quand vous aurez tué Aper.* En effet Diocletien aiant tué Aper, beau-pere de Numerien, il parvint à l'Empire. Saumaiſe croit que ces Dryades des Gaules n'avoit rien de commun avec les fameux Druides, dont nous venons de parler.

Druidarum omninò exſtinctum eſt : Auſonius ſiquidem agens de Phœbicio Burdigalenſi Grammatico, deque ejus filio Attio Patera Rhetore, illos dicit Baiocaſſis ſtirpe Druidarum ſatos. *Iſte Phœbicius, eodem Auſonio teſte, Beleni, qui idem putatur eſſe atque Apollo, ædituus erat. Tertio Eccleſiæ ſæculo florebant in Galliis mulieres Druiades ſeu Dryades dictæ : hæ mulieres fatidicæ, vaticinatrices & ſagæ erant nominatiſſimæ, quæ in rebus dubiis conſulebantur non ſecus atque olim Oracula Delphica. Lampridius refert Alexandro Severo ad expeditionem proficiſcenti, ex qua nuſquam rediit, mulierem Druiadem exclamaſſe Gallico ſermone :* Vadas, nec victoriam ſperes, nec militi tuo credas. *Dryas altera, ſi Vopiſco fides eſt, Diocletiano apud Tungros in Gallia moranti exprobrabat dicens :* Diocletiane, nimiùm avarus, nimiùm parcus es. *Cui joco Diocletianus reſpondiſſe fertur :* Tunc ero largus, cùm Imperator fuero. *Poſt quod verbum Dryas dixiſſe fertur :* Diocletiane, jocari noli ; nam Imperator eris, cùm Aprum occideris. *Revera Diocletianus, occiſo Apro Numeriani ſocero, ad Imperii culmen evectus eſt. Dryadas illas Gallicanas nullam putat Salmaſius habuiſſe cognationem cum famoſis Druidibus, de quibus ſuprà.*

De Profeſſ. pag. 735. 736.

In Alex. Severo. pag. 538.

In Numeriano. pag. 541.

Voilà ce que j'ai recueilli dans les Anciens touchant la Religion des Gaulois. J'ajouterai ici encore quelque choſe que j'avois oubliée. Les Temples des Gaulois, ou les Lieux conſacrés au culte de leurs Dieux regorgeoient d'or : cependant ils étoient ſi religieux qu'il n'y touchoient pas, quoiqu'ils fuſſent très-avares. Les Gaulois en

Temples.

Hæc ſunt quæ ex veteribus Auctoribus excerpſi de Gallorum Religione. Hic addam nonnulla quæ prætermiſeram. Gallorum Templa ſeu loca Gallicorum Deorum cultui conſecrata adeò abundabant auro, ut paſſim diſſeminatum jaceret : tanta tamen erat Gallorum religio, ut aurum, licèt

Gallorum Templa. Diod. Sic. lib. 5. pag. 305.

Digitized by Google

avariſſimi , non contingerent. Galli Deos adorando totum corpus in lævum *circumagebant , ſi Plinio fides eſt : nam eos inter adorandum ſeſe ad dexteram convertiſſe teſtatur Athenæus. Harduinus in ſuis doctiſſimis in Plinium notis obſervat priſcos Gallos è læva in dextram corpus circumegiſſe : mihi contrarium à Plinio ſtatui videtur : qui enim* in lævum *circumagitur , à dextra in ſiniſtram vertatur neceſſe eſt. Narrat Sulpicius Severus in Vita S. Martini , hanc Gallorum Ruſticis conſuetudinem eſſe ,* ſimulacra dæmonum candido tecta velamine miſera per agros ſuos circumferre dementia. Ferunt , *inquit Gregorius Turonenſis ,* in hac urbe [*Auguſtoduni*] ſimulacrum fuiſſe Berecynthiæ , ſicut S. Martyris Symphoriani paſſionis declarat hiſtoria. Hanc in carpento pro ſalvatione agrorum ac vinearum ſuarum miſero gentilitatis more *deferebant* . . . cantantes atque ſaltantes ante hoc ſimulacrum. *Berecynthia eadem eſt atque Cybele.*

Modus adorandi. *Lib.* 28. *cap.* 2. *pag.* 66.

Lib. 4. *pag.* 705.

Simulacra. *Cap.* 9. *pag.* 574.

De Gl. Confeſ. cap. 77.

adorant leurs Dieux ſe tournoient vers le côté gauche , c'eſt du moins ce que Pline nous apprend : car Athenée aſſure qu'ils adoroient les Dieux en ſe tournant à droite. Le P. Hardouin dans ſes ſavantes Notes ſur Pline , remarque que les anciens Gaulois ſe tournoient de la gauche à la droite : il me ſemble que les paroles de Pline diſent tout le contraire , & que pour ſe tourner vers le côté gauche , *in lævum* , on ne peut le faire que de droite à gauche. Sulpice Severe dans la Vie de Saint Martin , rapporte que les Païſans avoient coutume de porter par les champs les Statues de leurs Dieux couvertes d'un voile blanc. Les Actes de Saint Symphorien Martyr , dit Gregoire de Tours , portent qu'il y avoit à Autun un ſimulacre de Berecynthie ; le peuple idolâtre avoit coutume de porter dans un char cette Déeſſe pour la conſervation des vignes & des fruits de la campagne , en danſant & en chantant devant ſa ſtatue. Berecynthie eſt la même que Cybele.

Adoration.

Statues.

V I.

De Moribus & Conſuetudinibus Gallorum.

Prolixior eſſem ſi ea omnia referrem quæ de Gallorum virtutibus ac vitiis narrant Auctores : mihi repetendum foret quidquid huc illuc in hoc Volumine ſparſum eſt , & jam actum agerem. Conſulendus eſt duntaxat Index Rerum , *præſertim ad voces* Celtæ *&* Galli. *Scriptores , cùm agunt de Gallis , ſæpe à ſe invicem diſſident : interdum ſibi ipſi contrarii*

V I.

Des Mœurs & des Uſages des Gaulois.

Je ſerois trop long , ſi je rapportois tout ce que les Auteurs diſent des bonnes & des mauvaiſes qualités des Gaulois : il faudroit que je répetaſſe ce qui eſt répandu de côté & d'autre dans ce Volume ; & ce ſeroit faire deux fois la même choſe. Il ſuffit de conſulter pour cela la Table des matieres , principalement au mot *Celtæ* & *Galli.* Les Auteurs ſe contrediſent ſouvent entr'eux ſur le compte des Gaulois :

Digitized by Google

quelquefois ils ſe contrediſent eux-mêmes : ils en parlent en bien ou en mal ſelon qu'ils ſont affectés, ou bien il faut diſtinguer les tems. Preſque tous les Auteurs dépeignent les Gaulois comme une Nation inhumaine, cruelle, barbare : car outre qu'ils immoloient des victimes humaines, ils pendoient au cou de leurs chevaux les têtes des ennemis qu'ils avoient tués dans les combats ; après avoir frotté d'huile de cédre celles des plus diſtingués, ils les conſervoient ſoigneuſement dans des coffres pour les montrer aux étrangers : ils ſe vantoient de ce que leurs ancêtres ou eux-mêmes avoient refuſé une groſſe ſomme d'argent qu'on leur avoit offerte pour le rachat de ces têtes. Il s'en trouvoit même de ſi vains, qu'ils ne vouloient pas échanger ces têtes pour le même poids en or. Les Boiens porterent dans leur Temple en triomphe la tête du Conſul Poſtumius, & après l'avoir vuidée, ils en enchaſſerent le crâne dans de l'or pour s'en ſervir dans les ſacrifices. Cependant quand les Gaulois s'emparerent de Rome, ils ne couperent la tête à aucun Romain, ils ne firent point d'inſulte aux corps de ceux qu'ils avoient tués ; & même ils ne pourſuivirent pas les autres ni dans leur retraite, ni dans leur fuite. Les Gaulois, dit Florus, n'étoient pas ſeulement barbares, mais ils ſe ſervoient de ruſes : ils choiſiſſoient toujours, ſelon Polybe, des lieux embarraſſés de bois pour y dreſſer des embuches : cependant Hirtius Panſa nous les donne comme des gens ouverts, incapables de dreſſer des embuſcades, & qui faiſoient la guerre en gens d'honneur ſans fraude, ſans artifices. Tite-Live rapporte que tandis que les Romains peſoient aux Gaulois l'or qu'ils étoient convenus de leur donner, Camille enleva cet or aux Gaulois, & qu'il les défit dans deux combats : Plutarque dit

ſunt : de iis vel bene vel malè loquuntur prout affecti ſunt ; vel diſtinguenda ſunt tempora. Gallorum gentem velut inhumanam, crudelem, barbaram nobis repræſentant omnes ferè Scriptores : præterquàm quòd enim humanas victimas immolabant, inimicorum in prælio occiſorum capita collis equorum appendebant, nobiliſſimorum capita cedrio inuncta in arcis diligenter ſervabant ut peregrinis oſtentarent : gloriabantur quòd majores ſui vel ipſimet magnam pecuniæ vim pro iſtorum capitum redemtione oblatam reſpuiſſent : nonnulli eò jactationis provehebantur, ut hæc capita æquilibri auri pondere mutare nollent. Boii Poſtumii Conſulis præciſum caput ovantes Templo intulere, eoque purgato, calvam auro celavere : idque ſacrum vas iis erat, quo ſolemnibus libarent. *Attamen Galli, capta Roma, nullorum abſciderunt caput, nec occiſis illuſerunt, nec invidérunt latebras aut fugam hoſtibus.* Nemo, *inquit Florus,* tantùm feroces dixerit Gallos, fraudibus agunt : *ad inſidiandum loca ſemper deligebant arboribus impedita, ſecundùm Polybium : ſi tamen Hirtio Panſæ fides eſt, homines erant aperti miniméque inſidioſi, qui per virtutem, non per dolum dimicare ſoliti erant. Narrat Livius aurum cùm à Romanis appenderetur, Gallis ablatum à Camillo, eoſque duobus prœliis cæſos. Idem memorat Plutarchus Livium ſecutus : aliter ſentiunt Polybius,*

Strabo, pag. 31. Diod. Sic. p. 307. 313.

Tit. Liv. l. 23. c. 24. p. 343.

Appian. l. 4. de bel. civil. p. 453. 459.

In bel. Gal. c. 10. pag. 534.

P. 190.

De bel. Afric. c. 73. p. 299.

Lib. 5. cap. 49. p. 327.

In Camillo, p. 386.

Digitized by Google

Pag. 156. 371. 485. *Suetonius & Juſtinus ; imò Livius ipſe alio in loco teſtatur Gallos*
Lib. 10. c. 16. p. 332. *haud vana jactare, cùm Romanum populum captum à ſe auroque redemtum memorant.*

la même choſe d'après Tite-Live : mais Polybe, Suetone, Juſtin diſent tout le contraire ; & Tite-Live lui-même dans un autre endroit avoue que ce n'eſt pas à tort que les Gaulois ſe vantent d'avoir vaincu le peuple Romain, & de l'avoir obligé de ſe racheter avec de l'or.

Gallos bellicoſos, fortes & generoſos fuiſſe, inter omnes Scri-
Pag. 723. 301. 729. *ptores convenit. Invicti à Romanis habebantur, eoſque belli gloria & audacia ſuperabant. Illos adeò Romani formidabant, ut ubi primùm*
Pag. 390. *fama erat Gallici tumultûs, copiarum delectum haberent ſolito majorem, ſupplicationes indicerent, ſacrificia facerent. Quin immò qua*
Pag. 389. 457. *lege Senibus & Sacerdotibus militiæ vacatio dabatur, eâ bellum Gallicum nominatim excipiebatur. Plerique tamen Scriptores, ut cum Romanis gratiam ineant, nullam famæ Gallorum minuendæ prætermittunt occaſionem. Galli, ſi eos audiamus, laboris, ſitis, caloris erant impatientiſſimi : fuſa erant, fluida & mollia eorum corpora : ſole incaleſcente, in modum nivis tabeſcebant : eorum primus impetus major quàm virorum, ſecundus minor quàm feminarum : rabiem & impetum pro virtute habebant.*
Pag. 230. *Cæſar, qui Gallorum fortitudinem, quam ſæpius expertus fuerat, magis perſpectam habebat, iis eſt æquior, nec debitam laudem invidet ; eos tantùm carpit quòd ut ad bella ſuſcipienda alacres ac prompti, ſic molles ſint ad calamitates perferendas. Cæſar ipſe eos, niſi in ſeſe invicem armaſſet, atque alios poſt alios fuiſſet adortus, nuſquam domare potuiſſet.*
Pag. 161. *Polybius loquens de prælio, in quo Galli atrociter dimicarunt, & ſuam quiſque, licèt vulneribus onuſti, ſtationem ſervarunt, fatetur eos*

Tous les Auteurs conviennent que les Gaulois étoient guerriers, braves, courageux. Ils paſſoient chez les Romains pour invincibles, & ils les ſurpaſſoient en hardieſſe & en bravoure. Les Romains les redoutoient ſi fort, qu'au premier bruit de leur marche, ils faiſoient des levées de troupes extraordinaires, ordonnoient des prieres, faiſoient des ſacrifices. Et même dans la loi qui exemptoit les Prêtres & les Viellards du ſervice militaire, il y avoit une exception particuliere pour la guerre des Gaulois. Cependant la plûpart de ces Auteurs, pour faire leur cour aux Romains, ne laiſſent échapper aucune occaſion de diminuer la réputation des Gaulois : s'il faut les en croire, les Gaulois ne pouvoient ſupporter ni le travail, ni la ſoif, ni le chaud ; ils étoient lâches, mous, ſans vigueur ; l'ardeur du ſoleil les faiſoit fondre comme de la neige : au premier choc c'étoient des lyons, non des hommes, au ſecond ils étoient pires que des femmes : la rage & l'emportement leur tenoient lieu de courage. Céſar qui connoiſſoit mieux la valeur des Gaulois pour avoir eu ſouvent affaire à eux, leur rend plus de juſtice : il donne à leur courage toute la louange qu'il mérite, & tout ce qu'il dit à leur déſavantage, c'eſt qu'ils ſont auſſi mous à ſupporter les calamités, que promts & ardens à entreprendre des guerres. Lui-même s'il n'avoit pas trouvé le moien de les diviſer entr'eux, & de les attaquer les uns après les autres, il ne ſeroit jamais venu à bout de les ſubjuguer. Polybe en parlant d'un combat où les Gaulois combattirent

Digitized by Google

battirent courageuſement, & où ils n'abandonnerent jamais leurs poſtes, quoiqu'ils fuſſent tout couverts de coups, avoue que les Romains ne leur furent ſupérieurs que par la bonté de leurs armes. En effet les boucliers des Gaulois étoient ſi petits qu'ils ne leur couvroient pas le corps : leurs épées étoient de mauvaiſe trempe, elles n'avoient point de pointe, & l'on ne pouvoit s'en ſervir que pour frapper de taille : au premier coup elles ſe recourboient ; il falloit les redreſſer avec le pied : d'ailleurs elles n'étoient bonnes que dans la mêlée. On voit par-là que s'ils avoient combattu à armes égales, ils auroient été invincibles.

eos hoc uno Romanis inferiores fuiſſe quòd armorum genere vincerentur. Et certè eorum clipei minores erant quàm ut integrum corpus contegere poſſent : gladii, Pag. 356. *quorum ferrum molle ac male fabricatum, mucronibus carebant, nec niſi ad cæſim feriendum utiles erant : primo ictu curvabantur,* Pag. 168. *atque pede ad rectum erant revocandi : eorum præterea, cùm manum hoſtis non conſereret, nullus uſus erat. Hinc patet eos invictos futuros fuiſſe, ſi æquis armis pugnaſſent.*

Les Gaulois étoient naturellement guerriers : mais leur Cavalerie valoit mieux que leur Infanterie : les plus Septentrionaux & ceux qui habitoient vers l'Océan, étoient les plus courageux. Il ne ſe trouva jamais perſonne parmi les Gaulois qui ſe fut coupé le pouce pour ne pas ſervir. Dans les batailles ils ſe ſervoient de chariots à deux chevaux : ils attaquoient l'ennemi avec des traits qu'ils appelloient *Saunies*, & deſcendoient enſuite pour aller ſur lui avec l'épée. Quelques-uns d'entr'eux bravoient la mort juſqu'au point de ſe battre tout nuds, n'aiant qu'une ceinture autour du corps : ils n'étoient nuds, ſelon quelques-uns, que juſqu'au nombril, & il n'y avoit que ceux du premier rang qui combattiſſent ainſi. Ils menoient avec eux à la guerre des ſerviteurs de condition libre, mais pauvres, qui dans les combats conduiſoient leurs chariots, & leur ſervoient de gardes. Céſar appelle ces ſortes de gens *Soldurii*, & Athenée *Siloduri*. L'armée rangée en bataille, les Gaulois s'avançoient, & défioient les plus apparens à un combat ſingulier en branlant leurs armes pour leur inſpirer plus de terreur. Si quelqu'un acceptoit le défi, ils lui vantoient la

Galli erant natura pugnaces, Pag. 29. *equitatu quàm peditatu meliores : quò magis ad Septentrionem & Oceanum vergebant, eò erant bellicoſiores. Nemo aliquando Gal-* Pag. 548. *lorum repertus eſt, qui martium munus pertimeſcens ſibi pollicem præciderit. In pugnis bigarum illis* Diod. Sic. l. 5. p. 306. *uſus erat : ſaunio hoſtes petebant, tum ad gladii conflictum deſcendebant. Erant inter eos qui adeò mortem contemnerent, ut nudi ac ſubligaculis tantùm recincti pugnæ diſcrimem adirent. Nudi tantùm erant, ſecundùm quoſdam, ſuper* Pagg. 342. 165. *umbilicum, & ſoli qui in prima erant acie, ſic nudi pugnabant. Servos ingenuæ conditionis, ſed* Pag. 306. *pauperes, ſecum ducebant, qui rhedariorum & ſatellitum eis operam in bello præſtarent. Hujuſcemodi homines Cæſari dicuntur* Pagg. 231. 708. *Soldurii, Athenæo Siloduri. Inſtructa acie, Galli procurrere ſolebant, & optimum quemque ex adverſariis ad ſingulare certamen* Pag. 306. *provocare, arma ad terrorem hoſtium conquaſſantes. Si quis contrà exiret ad dimicandum, ſtrenua majorum facinora decantabant, ſuas etiam virtutes deprædica-*

Digitized by Google

bant : adverſarium contrà vituperabant, omnemque ei fiduciam animi talibus verbis detrahebant.

Pag. 307. *Quidam æneas beſtiarum imagines affabrè factas in clipeis gerebant. Galeis altè ad majorem oſtentationem criſtatis capita muniebant : alii vera cornua affixa, alii avium quadrupedumque facies in illis expreſſas habebant. Barbaricis tubis utebantur, quæ horridum & bellico tumultui convenientem ſonum edebant. Addit Polybius præ-*

Pag. 165. *ter tubarum infinitarum ſonum, univerſum ſimul exercitum terribili ululatu auras complere. Tho-*

Pag. 307. *races ferreos plerique induebant : pro enſibus ſpathas gerebant oblongas, ex catenis ferreis aut æneis in dextro femore dependentes : nonnulli deauratis vel inargentatis balteis tunicas incingebant. Haſtas præ ſe ferebant, lanceas illis dictas, quarum cuſpis ferrea longitudine cubitum æquabat vel ſuperabat, latitudine duos palmos*

Pag. 165. *habebat. Omnes in primis cohortibus ad collum & manus armillis aureis adornabantur : in bello cùm*

Pag. 33. *ſuis tum Britannicis canibus ute-*

Pag. 197. *bantur. Eos in expeditionibus ſequebantur uxores & pueri plau-*

Pagg. 283. 293. *ſtris vecti. Multos carros magnaque impedimenta ſecum ducere conſueverant. In acie ſedebant ſu-*

Pag. 284. *per faſcibus ſtramentorum ac vir-*

Pag. 197. *gultorum. Gallici milites ad Magnatum cuſtodiam erant deſtinati :*

Pag. 458. *iis Decimus Brutus Romanorum Dux, iis Berenice Antiochi regis*

Pag. 703. *Syriæ uxor ſui corporis cuſtodiam commiſerat. Auguſtus Herodi qua-*

Pag. 374. *dringentos donavit, quos priùs Cleopatra ſatellites habuerat. Galli ſemper erant humiliorum mercenaria manus : Orientis Reges ſine merce-*

gloire de leurs ancêtres, & ſe mettoient ſur leurs propres louanges : au contraire ils rabaiſſoient autant qu'ils pouvoient leur adverſaire, & par leurs diſcours ils lui faiſoient perdre courage. Quelques-uns avoient ſur leurs boucliers des figures d'airain en boſſe qui repréſentoient des animaux, & qui étoient travaillées avec beaucoup d'art. Leurs caſques auſſi d'airain étoient ſurmontés de grands panaches pour ſe faire remarquer davantage : les uns y mettoient de véritables cornes d'animaux, d'autres des têtes d'oiſeaux ou de bêtes à quatre pieds. Ils ſe ſervoient de trompettes qui rendoient un ſon barbare & ſingulier, mais convenable à la guerre. Polybe ajoute qu'outre le ſon d'une infinité de trompettes, ils faiſoient tous enſemble des cris & des hurlemens épouvantables. La plûpart avoient des cuiraſſes de fer : au lieu d'épées ils portoient de longues *Spathes*, qui leur pendoient ſur la cuiſſe droite par des chaînes de fer ou d'airain : quelques-uns avoient par-deſſus leurs habits des baudriers d'or ou d'argent. Ils ſe ſervoient auſſi de certaines piques qu'ils appelloient lances, dont le fer avoit une coudée ou plus de longueur, & deux palmes de largeur. Tous ceux des premieres cohortes avoient des colliers & des bracelets d'or. Ils ſe ſervoient à la guerre de leurs chiens & de ceux qu'ils faiſoient venir de la grande Bretagne. Leurs femmes & leurs enfans traînés par des chariots, les ſuivoient dans leurs expéditions. Ils avoient coutume de mener avec eux grand nombre de chariots & beaucoup de bagage. A l'armée ils s'aſſeioient ſur des bottes de paille ou ſur des faſcines. Les ſoldats Gaulois étoient deſtinés à garder les Grands : Decimus Brutus Général des Romains, & Berenice femme d'Antiochus Roi de Syrie ſe faiſoient garder par eux. Auguſte en donna quatre cens

Digitized by Google

à Herode, leſquels avoient auparavant ſervi de gardes à Cleopatre. Les Gaulois étoient toujours la reſſource des plus foibles : les Rois d'Orient n'entreprenoient point de guerre, qu'ils n'en euſſent à leur ſolde : étoient-ils chaſſés de leur Trône, auſſi-tôt ils avoient recours à eux. Le ſeul nom de Gaulois imprimoit une ſi grande terreur, que les Rois achettoient d'eux la paix, avant même que d'être attaqués. Les Gaulois ſe louoient indifféremment à tout venant, en ſorte qu'ils ſe battoient les uns contre les autres, & s'entregorgeoient. Les cohortes Gauloiſes ſe révoltoient ſouvent contre les Empereurs Romains, & s'en faiſoient redouter : elles les faiſoient & défaiſoient, comme bon leur ſembloit. Elles avoient coutume de ſe mettre en campagne au ſolſtice d'Eté. Les Gaulois étoient legers & inconſtans dans leurs réſolutions ; ils aimoient ordinairement la nouveauté, & faiſoient la guerre pour la moindre choſe. Pour marque qu'ils approuvoient la harangue de leur Chef, ils avoient coutume de faire du bruit avec leurs armes.

nario Gallorum exercitu nulla bella gerebant ; neque regno pulſi ad alios quàm ad Gallos confugiebant. Pagg. 481. 482.

Tantus erat Gallici nominis terror, ut Reges etiam non laceſſiti pacem ingenti pecunia mercarentur. Pag. 479.

Galli ſuam operam indiſcriminatim omnibus locabant, ita ut alii contra alios pugnarent, & ſeſe invicem jugularent. Pag. 196.

Gallicanæ cohortes ſæpe Imperatoribus graves, nec ſemper dicatæ legitimorum Principum fidei, erant velut Imperiorum arbitræ. Pagg. 538. 562.

Galli ab æſtivo ſolſtitio in expeditionem proficiſci ſolebant. Pagg. 553. 724.

In conſiliis capiendis erant mobiles, novis rebus plerumque ſtudebant, & ad bellum mobiliter celeriterque excitabantur. Quando Ducis orationem approbabant, armis concrepare ſolebant. Pagg. 228. 233. Pag. 265.

Les Gaulois étoient fort blancs & de grande taille : ils avoient les cheveux naturellement roux, & ils uſoient d'artifice pour augmenter cette couleur. Ils les lavoient fréquemment dans une eſpéce de leſſive de chaux ; & ils les rendoient auſſi plus luiſans en les retirant ſur le ſommet de la tête & ſur les tempes : par ce moien leurs cheveux s'épaiſſiſſoient tellement qu'ils reſſembloient aux crins des chevaux. Quelques-uns ſe raſoient la barbe ; d'autres la portoient médiocrement longue. Les Nobles ſe raſoient les joues, & portoient néanmoins des mouſtaches qui leur couvroient toute la bouche. C'eſt pourquoi lorſqu'ils mangeoient, leur viande s'embarraſſoit dans leurs mouſtaches ; & lorſqu'ils bûvoient, elles leur ſervoient comme de chauſſes pour fil-

Galli, quorum corpora candida erant & procera, cæſariem non modò natura rufam geſtabant, ſed arte quoque nativam coloris proprietatem augere ſtudebant. Calcis enim lixivia frequenter capillos lavabant, eoſque à fronte ad verticem & tempora retorquebant, quò magis forent conſpicui. Hac ratione ita denſabantur capilli, ut ab equorum ſetis nihil differrent. Barbas nonnulli abradebant ; quidam modicè alebant. Nobiliores tonſura genas lævigabant, myſtaces verò ita demittebant, ut ora ipſorum obtegerentur. Ideò cùm edebant, cibi pilis implicabantur ; quando bibebant, ceu per colum potus dimanabat. Ubi prandebant aut

Diod. Sic. l. 5. p. 305.

Digitized by Google

cœnabant, reſidebant omnes non in ſedilibus, ſed humi, & pro ſtragulis luporum aut canum exuvias ſubjiciebant. Pueri eis miniſtrabant, tam femellæ quàm maſculi, ſed pueritiæ limites nondum egreſſi. Prope illos foci erant igne ardentes, olliſque ac verubus, quæ amplis carnium fruſtis referta erant, inſtructi: viris egregiis pulcherrimas carnium portiones honoris cauſa apponebant. Ad convivia hoſpites invitabant, iiſque finitis, quinam eſſent, & quanam de cauſa veniſſent ſciſcitabantur. Memorat Cæſar hanc Gallicam conſuetudinem viatores detinendi atque percontandi quibus ex regionibus venirent, quaſque res ibi cognoviſſent. Adeò Pag. 270. *erant creduli, ut levem auditionem haberent pro re comperta. Inter* Pag. 306. *ipſas epulas, cauſa ex jurgio quomodocumque arrepta, ſeſe invicem ad certamen provocabant, & inter ſe digladiabantur, quippe qui nihili vitæ jacturam æſti-* Pag. 307. *marent. Singularis illis erat veſtitus: tunicas enim geſtabant variis diſtinctas coloribus atque femoralia, quæ braccas appellabant. (Solis tamen Narbonenſis Provinciæ populis in uſu erant ejuſmodi braccæ.) Virgata Saga, per hiemem denſa, per æſtatem tenuiora, crebriſque teſſelis diſtincta ſuperinduebant, quæ fibulis ſubnectebant. Magna erat apud eos auri copia, eoque utebantur ad ornatum ſuum non tantùm fe-* Pag. 305. *minæ, ſed etiam viri. Ex eo enim conficiebant non tantùm armillas, quas circa manuum junctiuras & brachia geſtabant, ſed & torques ſolidos, annulos & thoraces. Galli terribili erant ad-* Pag. 308. *ſpectu, vocemque edebant graviſonam & horridam prorsùs. In*

Lib. 4. cap. 5. p. 233.

trer leur boiſſon. Ils ne prenoient pas leurs repas aſſis ſur des chaiſes ; mais ils ſe couchoient par terre ſur des couvertures de peaux de loups & de chiens, & ils étoient ſervis par leurs enfans de l'un & de l'autre ſexe qui étoient encore dans la premiere jeuneſſe. Ils avoient à côté d'eux de grands feux garnis de chaudieres & de broches, où ils faiſoient cuire de gros quartiers de viandes, & ils en préſentoient les meilleurs morceaux aux plus diſtingués. Ils invitoient les étrangers à leurs feſtins, & à la fin du répas ils leur demandoient de quel pays ils étoient, & ce qu'ils venoient faire. Céſar parle de cette coutume des Gaulois d'arrêter les Voiageurs, & de les interroger ſur ce qu'ils avoient appris dans le pays d'où ils venoient. Ils étoient ſi crédules, qu'ils prenoient un ſimple oui-dire pour une choſe très-ſûre. Souvent leur propos de table faiſoient naître des ſujets de querelles, & le mépris qu'ils avoient pour la vie, étoit cauſe qu'ils ne ſe faiſoient pas une affaire de s'appeller en duel. Ils portoient des habits ſinguliers : c'étoient des tuniques peintes de toutes ſortes de couleurs, & des hauts-de-chauſſes qu'ils appelloient *Brayes*. (Il n'y avoit cependant que les peuples de la Narbonnoiſe qui portaſſent de ces ſortes de brayes.) Par-deſſus leurs tuniques ils mettoient une caſaque rayée ou diviſée en petits carreaux, épaiſſe en hiver & legere en été, & ils l'attachoient avec des agraffes. Comme les Gaulois avoient beaucoup d'or chez eux, il ſervoit à la parure des femmes, & même à celle des hommes. En effet ils en faiſoient non-ſeulement des braſſelets qu'ils portoient aux bras & aux poignets, mais encore des colliers extrêmement maſſifs, & même des cuiraſſes. Les Gaulois étoient terribles à voir, ils avoient la voix groſſe & rude. Ils parloient peu dans les compagnies,

Digitized by Google

& toujours fort obſcurément, affectant de laiſſer à deviner une partie de ce qu'ils vouloient dire. Ils emploioient le plus ſouvent l'hyperbole, ſoit pour s'éxalter eux-mêmes, ſoit pour rabaiſſer leurs adverſaires. Leur ſon de voix étoit menaçant & fier, & ils aimoient dans leurs diſcours l'enflure & l'exaggération qui alloit juſqu'au tragique : ils étoient cependant ſpirituels & capables de toutes les ſciences. Quoique leurs femmes fuſſent parfaitement belles, ils ne vivoient que rarement avec elles : mais ils étoient extrêmement adonnés à l'amour infâme des garçons. La plus grande partie de ce que je viens de dire touchant les mœurs des Gaulois, eſt tirée de Diodore de Sicile : mais comme cet Auteur étend le nom de Gaulois à des peuples qui certainement ne l'étoient pas, je ne prétens pas attribuer toutes ces choſes aux Gaulois : je ſuis même perſuadé qu'il y en a quelques-unes qui ne leur conviennent pas.

colloquiis parci & obſcuri, per involucra ſynecdochicè pleraque enunciabant : multa hyperbolicè ad ſuæ laudis amplificationem aliorumque contemtum jactabant. Minaces prætereà erant & elati, tragicique exaggeratores ; ingenio acuti, nec ad diſciplinas inepti. Feminas licèt pulcherrimas haberent, minimùm tamen illarum conſuetudine afficiebantur : quin Pag. 310. *potiùs nefariis maſculorum ſtupris inſaniebant. Quæ de Gallorum moribus modò retuli, pleraque è Diodoro Siculo excerpta ſunt : verùm cùm Auctor iſte Gallorum nomen extendat ad populos qui certò Galli non erant, ea omnia Gallis adſcribere nolim : quin & perſuaſum habeo nonnulla eſſe quæ illis minimè conveniunt..*

Les Gaulois ne comptoient pas les eſpaces du tems par le nombre des jours, mais par celui des nuits : c'étoit la nuit qui donnoit le commencement des mois, des années & des jours de naiſſance. Ils ne meſuroient pas les chemins par milles, mais par lieues. Pour éviter la chaleur, ils ſe logeoient ordinairement près des forêts & des fleuves : leurs maiſons étoient grandes, rondes, conſtruites d'ais & de claies, avec un grand toit : elles étoient couvertes de chaume ou de bardeaux de de chêne. Ils couchoient par terre, mangeoient aſſis. Leurs mets pour l'ordinaire étoient du lait & toutes ſortes de viandes, ſur-tout du porc frais ou ſalé. Ils étoient grands mangeurs, & aimoient fort le vin : leur boiſſon ordinaire étoit de l'hydromele, ou ils en faiſoient une autre avec de l'orge, laquelle ils appelloient *Zythus*. Ils étoient querelleux & hauts à la main :

Galli ſpatia omnis temporis Pag. 255. *non numero dierum ſed noctium finiebant, & dies natales, & menſium & annorum initia ſic obſervabant, ut noctem dies ſubſequeretur. Non millenis paſſibus,* Pag. 547. *ſed leucis itinera metiebantur. Æſtûs vitandi cauſa plerumque* Pag. 257. *ſilvarum ac fluminum petebant propinquitates : eorum domus ma-* Pag. 30. *gnæ erant & rotundæ, è tabulis & cratibus conſtructæ, cum magno faſtigio : ſtramentis erant* Pagg. 248. 663. *tectæ aut ſcandulis robuſteis. Humi decumbebant, ſedentes cibum* Pag. 30. *capiebant. Cibus plerumque cum lacte erat & omnis generis carnibus, maximè ſuillis cùm recentibus tum ſalitis. Multùm erant edaces atque vini avidiſſimi : pro* Pag. 305. *potu quotidiano favos aqua diluebant, vel potum ex hordeo conficiebant quem* Zythum *vocabant.*

Digitized by Google

Pag. 547. Jurgiorum *erant* avidi & ſublatiùs inſoleſcentes : nec eorum quemquam adhibita uxore rixantem peregrinorum ferre poterit globus , tum maximè cùm illa inflata cervice ſuffrendens , ponderanſque niveas ulnas & vaſtas , admiſtis calcibus emittere cœperit pugnos. *In medio digito*
Pag. 67. *annulum geſtabant : terſi erant*
548. *cuncti & mundi, maximè Aquitani ; nec ipſi pauperes fruſtis ſqualebant pannorum. Jumentis*
Pag. 232. *maximè delectabantur , eaque impenſo parabant pretio. Solertiſſimi*
Pag. 265. *erant , atque ad imitanda & efficienda quæ ab quoque tradebantur ,*
Pagg. 66. 691. *aptiſſimi. In venando ſeſe admodùm exercebant, atque ſagittas elleboro & limeo tingebant ut eas veneno*
Pag. 283. *inficerent. Ætatis excuſatione in ſuſcipienda copiarum præfectura uti non licebat. Si quis filiam vel-*
Pagg. 484. 709. *let in matrimonium collocare , convivium parabat ad quod plurimos atque etiam hoſpites invitabat. Expletis epulis , introducta virgo aquam porrigebat ei quem virum eligebat. Viri quantas pecunias ab uxoribus dotis nomine accepe-*
Pag. 255. *rant , tantas ex ſuis bonis , æſtimatione facta , cum dotibus communicabant. Hujus omnis pecuniæ conjunctim ratio habebatur, fructuſque ſervabantur : uter eorum vitâ ſuperaret , ad eum pars utriuſque cum fructibus ſuperiorum temporum perveniebant. Viri in uxores, ſicuti in liberos, vitæ neciſque habebant poteſtatem. Et cùm paterfamilias illuſtriore loco natus deceſſiſſet , ejus propinqui conveniebant ; & de morte , ſi res in ſuſpicionem veniret , de uxoribus in ſervilem modum quæſtionem habebant ; & ſi compertum eſſet , igni atque omnibus tormentis ex-*

une troupe d'étrangers n'auroit oſé en attendre un ſeul lorſqu'il étoit en colere, ſur-tout ſi ſa femme étoit avec lui: car c'étoit alors que la femme comme une enragée remuant & agitant les bras, frappoit rudement à coups de poings & de pieds. Ils portoient un anneau au doigt du milieu. Ils étoient fort propres, ſur-tout les Aquitains ; les pauvres même avoient un air de propreté. Ils aimoient extrêmement les chevaux ; & pour en avoir, ils n'épargnoient pas l'argent. Ils étoient fort adroits, ils imitoient & faiſoient tout ce qu'ils voioient faire aux autres. Ils s'exerçoient beaucoup à la chaſſe, & ils empoiſonnoient leurs fléches en les frottant avec de l'ellebore ou avec une autre plante appellée *Limeum.* La vieilleſſe n'étoit pas une excuſe légitime pour s'exempter de commander les troupes. Quand un pere vouloit marier ſa fille, il donnoit un grand repas, auquel il invitoit un grand nombre de perſonnes, & même les étrangers. Après le repas on faiſoit venir la fille, & elle choiſiſſoit pour époux celui des convives à qui elle préſentoit de l'eau. Le mari en recevant la dot de ſa femme, y ajoutoit pareille ſomme de ſon bien : on mettoit le tout enſemble, on le faiſoit profiter, & on en reſervoit les fruits : après la mort de l'un des deux le tout étoit pour le ſurvivant avec les fruits qui en provenoient. Les maris avoient droit de vie & de mort ſur leurs femmes auſſi-bien que ſur leurs enfans. Lorſque quelque homme de conſidération mouroit, ſes proches parens s'aſſembloient : ſi la femme étoit ſoupçonnée d'avoir contribué à la mort de ſon mari, on la mettoit à la queſtion, comme on auroit fait un eſclave : & ſi elle étoit trouvée coupable, on la faiſoit mourir cruellement par le feu & par toutes ſortes de ſupplices. Les enfans ne paroiſſoient pas devant leurs peres, qu'ils ne fuſſent déja grands

Digitized by Google

& en état de porter les armes : on regardoit comme une choſe honteuſe que des enfans dans leur bas âge paruſſent en public & en préſence de leurs peres. Les femmes non ſeulement égaloient leurs maris en grandeur, elles ne leur cedoient pas même en courage. Avant que les Gaulois paſſaſſent en Italie, ils étoient tourmentés d'une cruelle guerre civile. Leurs femmes ſe jetterent au milieu des armées, & après avoir pris connoiſſance du ſujet de leurs querelles, elles terminerent leurs différends avec tant d'équité, que la paix fut bien-tôt rétablie dans les villes & dans les familles. Les Gaulois depuis ce tems-là conſerverent la coutume d'admettre les femmes dans leurs conſeils, lorſqu'il s'agiſſoit de guerre ou de paix, & de vuider par leur entremiſe les différends qui leur ſurvenoient avec leurs Alliés. C'eſt pour cela que le traité qu'ils firent avec Annibal portoit, que ſi les Gaulois ſe plaignoient des Carthaginois, la déciſion en ſeroit dévoluë aux Commandans des Carthaginois ; mais que ſi les Carthaginois accuſoient les Gaulois, on s'en tiendroit au jugement des femmes des Gaulois.

cruciatas interficiebant. Galli ſuos liberos, niſi cùm adoleviſſent, ut munus militiæ ſuſtinere poſſent, palam ad ſe adire non patiebantur : filiumque in puerili ætate in publico, in conſpectu patris aſſiſtere turpe ducebant. Gallorum mulieres non proceritate tantùm Pag. 309. *viros æquiparabant, ſed animi quoque viribus illos æmulabantur. Galli, antequàm in Italiam transirent, gravi inteſtino bello laborabant. Eorum mulieres inter me-* Pagg. 416. 699. *dia arma progreſſæ, cognitis controverſiis, tam inculpatè eas dijudicaverunt, ut brevi pax per urbes ſingulaſque familias ſtabilita fuerit. Itaque inpoſterum mos à Gallis ſervatus eſt, ut ad conſultationes de bello & pace mulieres ſuas adhiberent, & lites cum ſociis ortas earum opera dirimerent. Quare in fœdere, quod cum Annibale icerunt, ſcriptum erat, ſi Galli de Carthaginienſibus quererentur, judicium fore penes Carthaginienſium Duces ; ſi verò Carthaginienſes Gallos accuſarent, cauſæ cognitionem futuram penes Gallorum mulieres.*

On attribue aux Gaulois bien des choſes que les Auteurs ne diſent que des Celtes en général : mais comme ces Auteurs donnent une tres-grande étendue à la Celtique : & qu'ils comprennent ſous ce nom preſque tous les pays Septentrionaux & Occidentaux, ce qu'ils diſent des Celtes, convient moins aux Gaulois qu'aux autres nations Celtiques. Les Celtes avoient plus de vénération pour les Dioſcures que pour les autres Dieux. Ils ne donnoient qu'un vêtement très-mince à leurs enfans dès qu'ils naiſſoient. Pour s'aſſurer de la fidélité de leurs femmes, ils mettoient ſur un bouclier les enfans nouvellement nés, & les expoſoient

Gallis adſcribuntur alia bene multa, quæ nonniſi de Celtis in univerſum narrant Veteres : verùm cùm iſti Auctores immenſæ magnitudinis Celticam faciant, atque ſub hoc nomine ferè omnes plagas tam Septentrionales quàm Occidentales comprehendant, quæ de Celtis recitant, minùs in Gallos quàm in alias Celticas nationes quadrant. Celtæ igitur, ſi iſtos Scriptores audiamus, inter Deos maximè Pag. 302. *Dioſcuros venerabantur. Pueros, ubi primùm nati erant, levi in-* Pag. 653. *dumento veſtiebant. Ad explorandam mulierum pudicitiam, pueros* Pagg. 730. 734. *recens natos ſcuto impoſitos Rheno*

Digitized by Google

committebant : ſi pueri legitimi eſſent, in ſumma aqua ſuſpendebantur ; ſi ſpurii, fluctibus abripiebantur. Celtæ ſub ſtrato fœno cibos capiebant, quos
Pag. 704. *in menſis parum à terra exſtantibus proponebant. Panis, & is paucus, cibus erat, caro multa, elixa in aqua vel ſuper prunis, aut in verubus aſſa. Menſæ quidem hæc pura & munda inferebantur : verùm leonum modo artus integros tollebant, morſuque dilaniabant : & ſi quid ægriùs divelleretur, exiguo id cultello præcidebant, qui enſis vaginæ adjacebat in peculiari theca. Apponebant in conviviis piſces, qui fluvios accolebant & interioris exterioriſque maris littora, eoſque aſſos cum ſale, aceto & cymino : quod etiam potioni injiciebant. Oleo non utebantur, quia ipſis rarum erat, & ingrati ſaporis videbatur quòd ei non eſſent aſſuefacti. Quando plures convivæ ſimul convenerant, in orbem conſidebant, præſtantiſſimum in medio collocabant, eum nimirum qui cæteros vel bellica dexteritate, vel nobilitate generis, vel divitiis anteibat. Huic aſſidebat convivator, ac utrinque deinceps alii pro dignitatis gradu. Miniſtri vinum ferebant in vaſis fictilibus aut argenteis : ex eadem materia erant patinæ quibus cibaria advehebantur : nonnullæ tamen æneæ, atque etiam ligneæ & vimineæ. Divites vinum bibebant ex Italia petitum aut ex Maſſilienſium regione, idque merum, interdum aquæ paululum affundentes. Pauperes Zythum bibebant qui fiebat ex tritico & melle : à multis bibebatur ſine melle, & vocabatur Corma. Sorbebant paulatim ex eodem poculo, non plus cyatho quidem,*

ainſi ſur le Rhein : ſi les enfans étoient légitimes, l'eau les ſoûtenoit ; s'ils ne l'étoient pas, les flots les engloutiſſoient. Les Celtes prenoient leurs repas aſſis ſur du foin, & mettoient leurs mets ſur des tables de bois un peu élevées de terre. Les mets conſiſtoient en un peu de pain & beaucoup de viande cuite dans l'eau ou ſur des charbons, ou bien rotie à la broche. Le tout étoit ſervi proprement : mais à la maniere des lyons ils prenoient à deux mains de gros morceaux de viande, & mordoient dedans : s'il ſe trouvoit quelque choſe de difficile à détacher, ils le coupoient avec un petit couteau qui étoit attaché à la gaine de leur épée dans un étui particulier. Ceux qui habitoient près des fleuves ou ſur les bords de la Méditerranée & de l'Océan, ſervoient du poiſſon cuit dans le ſel, le vinaigre & le cumin, & ils mêloient le tout dans leur boiſſon. Ils ne ſe ſervoient pas d'huile, parce qu'elle étoit rare chez eux, & que n'y étant pas accoutumés, elle leur paroiſſoit dégoutante. Quand ils étoient pluſieurs convives, ils s'aſſeioient en rond, & mettoient dans le milieu le plus apparent de la compagnie, c'eſt-à-dire celui qui l'emportoit ſur les autres, ſoit en exploits militaires, ſoit en nobleſſe, ſoit en richeſſes. Le maître du logis ſe plaçoit auprès de lui, & les autres ſe mettoient des deux côtés chacun ſelon leur rang. Leurs ſerviteurs leur donnoient à boire dans des vaſes de terre ou d'argent : les plats étoient de la même matiere ; il y en avoit auſſi de cuivre, & même de bois ou d'oſier. Les riches bûvoient du vin qu'ils faiſoient venir d'Italie ou de Marſeille : ils le bûvoient ordinairement pur, quelquefois ils y mettoient de l'eau. La boiſſon des pauvres s'appelloit *Zythus* : elle étoit compoſée de froment & de miel : pluſieurs n'y mettoient pas de miel, pour lors elle ſe nommoit *Corma*. Ils bûvoient tous du même

même vaſe, ils n'en prenoient pas à la fois plus d'un verre, mais ils y revenoient ſouvent. Il leur arrivoit quelquefois de ſe battre dans leurs feſtins : d'abord ce n'étoit que jeu, que badinerie, & ils ne ſe battoient, pour ainſi dire, que du bout des doigts : mais enſuite dès qu'ils étoient un peu échauffés, ils ſe battoient tout de bon, & ſi on ne les ſéparoit pas, il s'égorgeoient fort bien. Dans des tems plus reculés la cuiſſe des animaux qu'on ſervoit ſur table, étoit pour le plus diſtingué de la compagnie : ſi quelqu'autre s'aviſoit de la prendre, alors les deux contendans ſe battoient juſqu'à la mort de l'un ou de l'autre. Quelques-uns pour de l'or ou de l'argent qu'ils recevoient ſur le théâtre, d'autres pour un certain nombre de piéces de vin, qu'ils avoient ſoin auparavant de diſtribuer à leurs amis, ſe laiſſoient couper la gorge. Ils avoient chez eux un poiſon ſi ſubtil, que les chaſſeurs, lorſqu'ils avoient tué un cerf ou quelqu'autre animal, accouroient au plûtôt, & coupoient l'endroit bleſſé, de peur que le venin venant à gagner, l'animal ne ſe putrefiât, & ne fût plus bon à manger : mais ils avoient une écorce de chêne pour contre-poiſon. Ils ne craignoient ni les tempêtes, ni les tremblemens de terre, & prenoient leurs armes pour aller à la rencontre des flots. Ils affrontoient les dangers : c'eſt pourquoi ils faiſoient des chanſons en l'honneur de ceux qui étoient morts courageuſement à la guerre, ils combattoient la couronne ſur la tête : ils érigeoient des trophées, & ſe glorifiant de leurs belles actions, ils laiſſoient à la poſtérité des monumens de leur valeur, à la maniere des Grecs. Ils regardoient comme une choſe ſi honteuſe de s'enfuir, que ſouvent quand les maiſons crouloient, tomboient, brûloient, ils ne bougeoient point de place. Quelques-uns atten-

dem, ſed frequenter. Super cenam nonnumquam inter ſe digladiabantur : primùm ſeſe invicem ad umbratilem pugnam provocabant, ſummiſque tantùm, ut ita dicam, manibus dimicabant : deinde, ubi incaluerant, res ad uſque vulnera procedebat ; & niſi adeſſent qui eos inhiberent, ad mortem uſque prœliabantur. Antiquitus appoſitis pecudum artubus, femur pars erat ſtrenuiſſimi : ſi quis alius id ſibi vendicaret, tunc competitores ad alterius interitum uſque gladiis pugnabant. Alii pro auro argentove quod in theatro accipiebant, alii pro certo quodam doliorum vini numero jugulum ſibi exſcindi permittebant, muneribus acceptis priùs inter amicos diſtributis. Apud ipſos toxicum erat tam celeriter inficiens, ut venatores, cervo aut quopiam alio animali percuſſo, feſtinatò accurrerent, carnemque vulneratam exſecarent, ne veneno promeante animal putrefieret, alimentoque inutilis caro redderetur. Verùm corticem quercinam invenerant quæ vim haberet antidoti. Neque terræ-motum, neque procellas metuebant : immò ſumtis armis fluctibus occurrebant. Ad ſubeunda pericula erant promtiſſimi : proinde in honorem eorum, qui in prœliis fortiter occubuerant, cantiones componebant, & coronati pugnas inibant : ſed & trophæa ſtatuebant, atque rebus geſtis gloriantes, Græcorum more monumenta ſuæ virtutis poſteritati relinquebant. Adeò ducebant ignominioſum fugere, ut è corruentibus & collabentibus ædibus ſæpe non effugerent, ſed ne ardentibus quidem. Multi inundans mare ſuſtinebant ; quidam etiam in fluctus armati ſeſe injiciebant. Boves &

Pag. 651.

Pag. 689.

Digitized by Google

equos piſcibus nutriebant. Da-
Pag. 32. *bant operam ne obeſi fierent, neve ventrem prominentem haberent : nam ſi quis adoleſcens præſcriptam menſuram excederet, pecunia mulctabatur. Nonnihil fortaſſis omitto : verùm omnia dici non poſſunt.*

doient de pied ferme le débordement de la mer ; d'autres ſe jettoient dans les flots tout armés. Ils nourriſſoient de poiſſons les bœufs & les chevaux. Ils avoient grand ſoin de s'empêcher de devenir gras ou ventrus ; car lorſqu'un jeune homme excédoit une certaine meſure, il étoit condamné à une amende pécuniaire. J'omets peut-être quelque choſe ; mais on ne peut pas tout dire.

VII.

De Galliarum adminiſtratione.

Galliæ in Provincias erant diviſæ, Provinciæ in Civitates : ſuum cuique Civitati erat oppidum præcipuum, cujus juriſdictio ſeſe in pagos ſui territorii extendebat.
Pag. 254. *Non ſolùm in omnibus Civitatibus atque pagis, ſed penè etiam in ſingulis domibus factiones erant. Earum factionum principes erant, qui ſummam auctoritatem habere exiſtimabantur, quorum ad arbitrium judiciumque ſumma omnium rerum redibat. Id ejus rei cauſa antiquitus inſtitutum Cæſari videtur, ne quis ex plebe contra potentiorem auxilii egeret. Suos enim opprimi quiſque & circumveniri non patiebatur ; neque, aliter ſi feciſſet, ullam inter ſuos habuiſſet auctoritatem. Qui ſeſe ad eos applicabant, ambacti, clientes, devoti, aut ſua lingua Soldurii appellabantur. Eorum*
Pag. 231. *hæc erat conditio, ut omnibus in vita commodis unà cum his fruerentur, quorum ſe amicitiæ dediderant : ſi quid iis per vim accideret, aut eumdem caſum unà ferrent, aut ſibi mortem conſciſcerent. Obſervat Cæſar neque adhuc hominum memoria repertum eſſe quemquam, qui, eo interfecto cujus ſe amicitiæ devo-*

VII.

Du Gouvernement des Gaules.

Les Gaules étoient diviſées en Provinces, les Provinces en Cités : chaque Cité avoit ſa ville principale, dont la juriſdiction s'étendoit ſur les cantons qui compoſoient ſon territoire. Il y avoit des factions non-ſeulement dans toutes les Cités & tous les cantons, mais même preſque dans chaque maiſon. Les Chefs de ces factions étoient ceux qui paſſoient pour avoir plus d'autorité : ils régloient tout, diſpoſoient de tout, & rien ne ſe faiſoit que par leur volonté. Céſar croit que cela avoit été inſtitué anciennement pour que le peuple eût un appui contre la puiſſance des grands. Car ces Chefs ne ſouffroient pas que ceux de leur factions fuſſent opprimés & trompés : s'ils euſſent fait autrement, ils n'auroient eu aucune autorité. Ceux qui s'attachoient à leur ſervice, s'appelloient Ambactes, clients, dévoués, ou en langage du pays *Solduries*. Leur condition étoit d'avoir part à la bonne ou mauvaiſe fortune de ceux qu'ils ſervoient, & de mourir ou de ſe tuer avec eux, s'ils venoient à périr. Céſar remarque que de mémoire d'homme il ne s'en étoit pas trouvé un ſeul qui eût manqué à ce devoir. Non-ſeulement les Rois avoient de ces ſortes de

Digitized by Google

gens à leur ſervice, mais encore ceux qu'on appelloit Chevaliers : & plus ils étoient puiſſans, plus ils en avoient. Adcantuannus roi des Sotiates en avoit ſix cens.

viſſet, mori recuſaret. Non reges tantùm ejuſmodi homines circum ſe habebant, ſed & ii qui Equites vocabantur : atque eorum ut quiſque erat genere copiiſque ampliſſimus, ita plurimos habebat. Sexcentos ſecum ducebat Adcantuannus Sotiatium rex. Pag. 251. Pag. 231.

Ταύτης δὲ τὸ σχῆμα παραλληλόγραμμόν πως ἐστὶν, ἐκ μὲν τῆς ἑσπέρας γραφόμενον τῇ Πυρηνίῃ, πρὸς δὲ τὰς ἄρκτους τῷ Κεμμένῳ, τὰς δὲ λοιπὰς, τὴν μὲν νότιον ἡ θάλαττα ποιεῖ, μεταξὺ Πυρήνης καὶ Μασσαλίας, τὴν δ' ἑωθινὴν (a) αἱ Ἄλπεις ἐκ μέρους, καὶ τὸ μεταξὺ διάστημα τῶν Ἀλπέων, ἐπ' εὐθείας αὐταῖς ληφθὲν, καὶ τῶν ὑπωρειῶν τῶν Κεμμένου τῶν καθηκουσῶν ἐπὶ τὸν Ῥοδανὸν, καὶ ποιουσῶν ὀρθὴν γωνίαν πρὸς τὴν λεχθεῖσαν ὑπὸ τῶν Ἀλπέων εὐθεῖαν. τὴν δὲ νοτίῳ παράκειται παρὰ τὸ λεχθὲν σχῆμα ἡ ἐφεξῆς Γαλλία, ἣν ἔχουσιν οἵ τε Μασσαλιῶται, καὶ οἱ Σάλυες μέχρι Λιγύων, ὅπου τὰ πρὸς Ἰταλίαν μέρη καὶ τὸ Οὔαρον ποταμόν· ἔστι δ' ὄρος, ὡς εἶπον πρότερον, ὅριον τῆς Ναρβωνίτιδος· ὑπάρχει δὲ καὶ τῆς Ἰταλίας, θέρους μὲν μικρὸς, χειμῶνος δὲ μέχρι σπὰ σταδίων πλατυνόμενος. ἐντεῦθεν μὲν οὖν ἡ Γαλλία παρατείνει μέχρι τοῦ ἱεροῦ τῆς Πυρηναίας Ἀφροδίτης, καὶ τοῦτ' ἔστιν ὅριον ταύτης τε τῆς ὑπαρχίας καὶ τῆς Ἰβηρικῆς· ἔνιοι δὲ τὸν τόπον ἐν ᾧ ἐστὶ τὰ Πομπηίου τρόπαια, ὅριον Ἰβηρίας ἀποφαίνουσι καὶ τῆς Κελτικῆς. ἔστι δ' ἔνθεν εἰς Νάρβωνα (b) μίλια ξγ', ἐκεῖθεν δὲ εἰς Νέμαυσον ὀγδοήκοντα ὀκτὼ, ἐκ Νεμαύσου δὲ διὰ (c) Οὐγέρνου καὶ Ταραύσκωνος εἰς τὰ θερμὰ ὕδατα τὰ Σέξια καλούμενα, ἅπερ πλησίον Μασσαλίας ἐστὶ, νγ', ἐντεῦθεν δὲ εἰς Ἀντίπολιν καὶ τὸν Οὔαρον ποταμὸν ογ'· ὥστε τὰ σύμπαντα γίνεται μίλια διακόσια ἑβδομήκοντα ἑπτά. ἔνιοι δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀφροδισίου μέχρι τοῦ Οὐάρου σταδίους ἀνέγραψαν διχιλίους ἑξακοσίους· οἱ δὲ διακοσίους προσέθεσαν· ὃ καὶ ὁμολογεῖται πρὸς τὴν διάστασιν. καὶ δὲ τὴν ἑτέραν ὁδὸν τὴν διὰ Οὐοκοντίων καὶ τῆς (d) Κοττίου· μέχρι

(a) Alpes hic appellat Salyum montes, qui porriguntur à locis Maſſiliæ vicinis ad loca Cemmenis montibus propinqua: quod prima fronte abſurdum videri queat, cùm omnes ſciant Alpes longè ab illis tractibus ſemotas Italiæ eſſe objectas. Quin Strabo ipſe infrà Alpes à Vadis Sabbatis incipere eſt auctor. Sed ſciendum eſt, Alpium nomine omnes fere intelligi montes, qui prope Alpes hinc inde ſurgunt. Quare etiam Salyum iſtos montes Alpes appellarunt veteres; ut Polybius, qui libro 2. ſcribit, τὴν δὲ Ἀλπεων παρόρασιν λαμβάνειν τὴν ἀρχὴν ἀπὸ Μασσαλίας. Non tamen inter Polybium & Strabonem omnino convenit. Hic enim, ut dixi, à Vadis Sabbatis, non à Maſſilia principium duci ſcribit. Libro autem ſecundo etiam apertiùs expoſuit nobis Geographus ſuam ſuper iſtis ſententiam: dixit enim Alpes lineam ἀντιφερῆ efficere, cujus τὸ κυρτὸν Cemmeno monti eſſet obverſum, τὸ κοῖλον verſus Italiam & Liguriam pateret: qui locus hunc aperit. *Caſaub.*

(b) μίλια ξγ'. Sic veteres libri. Editi γ' μίλια ξ'.

(c) Οὐγέρνου. Sic Codd. Mſſ. Paulò pòſt legendum etiam Οὐγέρνου pro οὖν Γέρνου. Ugernum memoratur in Tabula Peutingeriana, inter Nemauſum & Arelate poſitum. Hic Auguſtus ab exercitu proclamatus Avitus Sidonii Socer, ut eſt in Panegyrico ejuſdem Sidonii Carm. 7. verſu 571. *Fragor atria complet Ugerni.*

(d) Κοττίου. Sic habet vetus lectio, ſubaudiendum γῆς. Editi Κοττίου. Hæc eſt Κόττιος ſive Κοττίας reguli ditio, cujus toties infrà meminit. *Caſaub.*

Digitized by Google

μὲ (a) Οὐγέρνα καὶ Ταραύσκωνος κοινὴ ὁδὸς ἡ ἀπὸ Νεμαύσου· ἐντεῦθεν ἤδη μὲ τὰς Οὐοκοντίων ὅρους, καὶ ἀρχὴ τῆς ἀναβάσεως τῶν Αλπείων διὰ Δρουεντίας καὶ (b) Καβαλλίωνος μίλια ἑξήκοντα τρία· πάλιν δ' ἐντεῦθεν ἤδη τὰς ἑτέρους ὅρους τῶν Οὐοκοντίων πρὸς τὴν Κοττίου μίλια ἑκατὸν ἑνὸς δέουσα, εἰς (c) Επεδρόδουνον κώμην. εἶτ' ἄλλοι τοσοῦτοι διὰ Βριγαντίου κώμης ἀπὸ Σκιγομάγου καὶ τῆς τῶν Αλπείων ὑπερβάσεως, ἤδη (d) Ωκελον τὸ πέρας τῆς Κοττίου γῆς. καὶ ἡ ἀπὸ (e) Σκιγομάγου ἤδη Ιταλία λέγεται· ἔστι δὲ ἐνθένδε ἤδη Ωκελον μίλια κζ'. κτίσμα δ' ὂν Φωκαέων ἡ Μασσαλία· κεῖται δ' ἤδη χωρίου πετρώδους, ὑποπέπωκε δ' αὐτῆς ὁ λιμὴν θεατροειδεῖ πέτρᾳ, βλέπουσι πρὸς νότον· τετείχισται καλῶς καὶ αὐτὴ καὶ ἡ πόλις σύμπασα, μέγεθος ἔχουσα ἀξιόλογον· ἐν δὲ τῇ ἄκρᾳ τὸ Εφέσιον ἵδρυται, καὶ τὸ τοῦ Δελφινίου Απόλλωνος ἱερόν. τοῦτο μὲν κοινὸν Ιώνων ἁπάντων· τὸ δὲ Εφέσιον, τῆς Αρτέμιδός ἐστι νεὼς τῆς Εφησίας. ἀπαίρουσι γὰρ τοῖς Φωκαεῦσιν ἐκ τῆς οἰκείας λόγιον ἐκπεσεῖν φασιν, ἡγεμόνι χρήσασθαι τοῦ πλοῦ παρὰ τῆς Εφησίας Αρτέμιδος λαβοῦσι· τοὺς μὲν δὴ πρεσβυτέρους τῇ Εφέσῳ ζητεῖν ὁπόπερ τρόπον ἐκ τοῦ θείου πορίσαιντο τὸ προσταχθέν· Αειστάρχῃ δὲ τῶν ἐπιφανῶν σφόδρα γυναικῶν φανῆναι κατ' ὄναρ τὴν θεὸν, καὶ κελεῦσαι συναπαίρειν τοῖς Φωκαεῦσιν, ἀφίδρυμά τι τῶν ἱερῶν λαβόντι· ἡγεμονεύειν δὲ τούτου, καὶ τῆς ἀποικίας λαβούσης τέλος, τό τε ἱερὸν ἱδρύσασθαι, καὶ τὴν Αειστάρχην τιμῆσαι διαφερόντως· ἱέρειαν ἀποδείξαντας· ἔν τε τοῖς ἀποίκοις πόλεσι πανταχοῦ τιμᾶν ἐν τοῖς προτοις ταύτην τὴν θεὸν, καὶ τοῦ ξοάνου τὴν ἱδρύσιν τὴν αὐτὴν καὶ τἄλλα νόμιμα φυλάττειν τὰ αὐτὰ, ἅπερ ἐν τῇ μητροπόλει ἐνενόμιστο.

(f) Διοικοῦσι δ' ἀριστοκρατικῶς οἱ Μασσαλιῶται πάντων δυνομώτατα, ἀνδρῶν καὶ κατασπάντες συνέδριον, ἐξ βίου ταύτην ἐχόντων τὴν τιμὴν, οὓς Τιμούχους καλοῦσι. πεντεκαίδεκα δ' εἰσὶ τοῦ συνεδρίου προεδρεύοντες, τούτοις δὲ τὰ πρόχειρα διοικεῖν δίδοται· πάλιν δὲ τῶν πεντεκαίδεκα προκάθηνται τρεῖς οἱ πλεῖστον ἰσχύοντες. τούτων δὲ εἷς Τι-

A Ugernum quidem usque & Tarasconem à Nemauso communis est via: hinc usque ad Vocontiorum terminos & initium adscensûs Alpium per Druentiam & Caballionem milliaria LXIII. inde ad alteros Vocontiorum terminos & ad Cottii terram, milliaria IC. ad Ebrodunum vicum: hinc totidem per Brigantium vicum à Scingomago & Alpium alto transitu, usque ad Ocelum, qui est terræ Cottii finis. Nam à Scingomago jam Italia dicitur: & distat ab Ocelo milliaria XXVII. Massilia à Phocæensibus est condita, sita loco saxoso, portum habens subjectum, in theatri formam cavato saxo, austro obversum: cùm portus, tum ipsa urbs præclarè ædificata est, justæ magnitudinis. In arce est Ephesium, & Apollinis Delphinii fanum. Hoc quidem omnium Ionum commune est: Ephesium autem, fanum est Dianæ Ephesiæ. Aiunt enim Phocæensibus è patria discedentibus oraculum editum fuisse, quo jubebantur navigationis ducem à Diana Ephesia accipere: itaque eos, cùm Ephesum appulissent, quæsivisse quo pacto à dea consequerentur quod mandatum erat: ibi Aristarchæ honoratissimarum uni matronarum deam per quietem adstitisse, ac jussisse ut, sumta secum quadam sacrorum imagine, Phocæenses comitaretur: quibus ita factis, colonia condita Phocæenses fanum exstruxisse, ejusque antistitam feciisse Aristarcham, inque honore summo habuisse: sed & in reliquis coloniis eos ubique primo loco deam istam colere, & ad imitationem Ephesi simulacrum deæ ac reliquos ritus instituere.

Respublica Massilienſium omnium optimè legibus paret, administrata per optimates, (Aristocratiam hoc Græci vocant) concilio IOC virorum, quos ab honore, quem per totam vitam gerunt, Timuchos nominant. Huic concilio quindecim viri præsunt, quorum est occurrentia negotia expedire: de his rursum tres præsident, maxima potestate.

(a) Sic legendum cum Casaubono. Editi μίχει μὲν ἐν Γέρνα.

(b) Straboni & Tab. Peuting. *Caballio*; Plinio, Ptolemæo, Stephano & Itinerarii auctori *Cabellio*. Ptolemæo Colonia est, Plinio numerata in Latinis. In Notitiis *Civitas Cabellicorum*, nunc *Cavaillon*. *Cellarius*.

(c) Legendum est ἐπ' Εβρόδουνον πόλιν & delendum, εἰς. Ebrodunum namque intelligit in Alpibus Cottiis situm oppidum.

(d) Ocelum à Cæsare memoratur libro primo de Bello Gallico capite 10.

(e) Plinius l. 2. c. 108. vocat *Cingomagum*, elapsa forsitan littera prima: ideóque Harduinus *Scingomagum* ex Strabone restituit. Plures interpretantur *Sezanne*: at idem Harduinus cum Honor. Bouche, contendit ipsum esse oppidum, quod *Segusium* postmodò, sive *Segusio*, nunc *Susa* dictum est. *Cellarius*.

(f) Usos esse Massilienses ὀλιγαρχίᾳ testis est Aristoteles, πολιτ. l. 5. & 8. *Casaub.*

Digitized by Google

Nullus Timuchi dignitatem conſequitur, cui nulli ſint liberi, aut cujus ſtirps inter cives non per tres ætates duraverit. Legibus utuntur Ionicis publicè expoſitis. Solum poſſident oleis ac vitibus conſitum, frumenti autem ob aſperitatem ſterile: itaque mari magis quàm terræ fidentes, ad navigationes ingenium potiùs contulerunt. Poſterioribus tamen
Pag. 180. temporibus fortitudine ſua freti, quoſdam circumjacentium camporum in ſuam poteſtatem redegerunt: qua eadem ſubnixi, urbes quoque condiderunt, quibus munitionibus uterentur, quaſdam in Hiſpania contra Hiſpanos, quibus etiam ritus Dianæ Epheſiæ avitos tradiderunt, quóſque ſacrificare Græco more docuerunt: quaſdam, ut Rhoen Agatham adverſus barbaros Rhodanum accolentes; ut Taurentium, Olbiam, Antipolin & Nicæam contra Salyum gentem & Ligures Alpes incolentes. Habent Maſſilienſes etiam navalia & armamentarium: olim etiam navium, armorum ac machinarum ad navigationes & ad oppugnationes urbium factarum copia præditi fuerunt, quibus & contra barbaros ſe tuebantur, & Romanorum ſocietatem paraverunt, multiſque in rebus iis uſui fuerunt, viciſſimque ab iis horum incrementa ſunt adjuta. Sextius quidem, is qui Salyes ſubegit,
An. U. C. 629. vel 630. non procul Maſſilia urbem ſibi & aquis, quæ ibi ſunt, calidis (hodie partim in frigidas eſſe mutatas aiunt) cognominem condidit, impoſitoque Romano præſidio, barbaros ab ora, quæ à Maſſilia in Italiam ducit, rejecit, cùm eos prorſus reprimere Maſſilienſes non potuiſſent. Quamquam is quoque nihil aliud præſtitit, quàm quòd à locis portuoſis barbaros ad XII ſtadia repulit, à ſaxoſo autem & aſpero litore ad VIII. & ademtam iis terram Maſſilienſibus adjecit. Sunt in urbe Maſſilia permulta affixa ſpolia, quæ cives diverſis temporibus victores pugnis navalibus retulerunt

A μῦθος ὁ γένος) μὴ τέκνα ἔχων, μηδὲ ὀλιγ (a) ζιγονίας ἐκ πολιτῶν γεγονώς. οἱ δὲ νόμοι Ἰωνικοὶ, τεθεῖσι) δὲ δημόσια. χώραν δ' ἔχουσιν ἐλαιόφυτον μὲ, καὶ κατάμπελον, σίτῳ δὲ λυπρότεραν διὰ τὴν τραχύτητα, ὥστε πεποιθότες τῇ θαλάττῃ μᾶλλον ἢ τῇ γῇ, τὸ πρὸς ναυτιλίας εὐφυεῖς εἶναι μᾶλλον. ὕστερον μέντοι τῇ ἀνδραγαθίᾳ ἴσχυσαν περιλαβεῖν τινα τῶν πλησίον πεδίων, ἀπὸ δ' αὐτῆς δυνάμεως, ἀφ' ἧς καὶ τὰς πόλεις ἔκτισαν, ὀκτυχώματα, (b) τὰς μὲ καὶ τὴν Ἐφεσίαν Ἀρτέμιδος παρέδοσαν τὰ πάτρια, ὥστε Ἑλληνιστὶ θύειν, τῷ δὲ (c) Ῥόδῳ Ἀγαθῇ τοῖς περὶ τὸν ποταμὸν οἰκοῦσι τὸν Ῥοδανὸν βαρB βάροις, τὸ δὲ (d) Ταυρέντιον, καὶ τὴν Ὀλβίαν, καὶ Ἀντίπολιν, καὶ Νίκαιαν, τῷ τῶν Σαλύων ἔθνει καὶ τοῖς Λίγυσι τοῖς τὰς Ἄλπεις οἰκοῦσιν. εἰσὶ δὲ καὶ νεώσοικοι παρ' αὐτοῖς καὶ ὁπλοθήκη· πρότερον δὲ καὶ πλοίων εὐπορία, καὶ ὅπλων, καὶ ὀργάνων, ὧν τε πρὸς τὰς ναυτιλίας χρησίμων, καὶ ὧν πρὸς πολιορC κίας, ἀφ' ὧν πρός τε τοὺς βαρβάρους ἀντέχον, καὶ Ῥωμαίοις ἐκτήσαντο φίλους, καὶ πολλὰ καὶ αὐτοὶ χρήσιμοι κατέστησαν ἐκείνοις, κἀκεῖνοι προσελάβοντο δ' αὐξήσεως αὐτῶν. Σέξτιος γὰρ ὁ καλύσας τοὺς Σάλυας, ὃ πολὺ ἄπωθεν δ' Μασσαλίας, κτίσας (e) πόλιν ὁμώνυμον ἑαυτῷ τε καὶ τῶν ὑδάτων τῶν θερμῶν, ὧν τινα μεταβεβληκέναι φασὶν εἰς ψυχρὰ, ἐνταῦθα τὸ φρούριον κατῴκισε Ῥωμαίων, καὶ ἐκ δ' Ἀδριανοῦ δ' εἰς τὴν Ἰταλίαν ἀγούσης ἀπὸ Μασσαλίας ἀνέσειλε τοὺς βαρβάρους, ὃ διωμωμένων τῶν Μασσαλιωτῶν ἀνείργειν αὐτοὺς πλέως· ὃδ' αὐτὸς ἦν πλέον ἴσχυσεν, ἀλλ' ἢ τοσοῦτον μόνον, ὅσον καὶ μὲ τὰ ὀλίμβια, ἀπὸ δ' θαλάττης ἀπελθεῖν τοὺς βαρβάρους ὅσον ιϛ σταδίους, καὶ ἦ ξάχωσ· ὅσον ἡ· τὴν λειφθεῖσαν ὑπ' ἐκείνων τοῖς Μασσαλιώταις παρέδωκεν. ἀνάκειται δὲ ἐν πόλει συχνὰ τῶν ἀκροστολίων, ἃ ἔλαβον ἀεὶ καταναυμα-

(a) Pertinet huc locus Ariſtotelis πολιτ. lib. 3. c. 2. & l. 6. c. 7.

(b) Emporias intelligit. Vide libro 3. *Caſaubonus.*

(c) Videtur Strabo, quam Stephanus annotat dictam à veteribus nonnullis fuiſſe Τύχη Ἀγαθὴ, appellare Rhoen Agatham: ſed veriùs puto confundi ab eo urbes duas vicinas, Agatham & Rhoden, quam nominat utramque Plinius 3. 4. in deſcriptione ejus tractûs: ex quo putavi aliquando legendum eſſe hoc loco, τῷ δὲ Ῥόδῃ καὶ Ἀγάθῃ..... Strabonis Codicem eſſe emendandum potiùs quàm ut ipſe negligentiæ inſimuletur, etiam eo adducor ut credam, quòd poſtea Agatham ſimpliciter nominat, non Rhoen Agatham. *Idem.* Iſaac Voſſius in obſerv. ad Pomponium Melam l. 2. c. 6. putat legendum eſſe, τῷ δὲ Ῥοδανουσίᾳ καὶ Ἀγάθῃ. *Abſurdum enim fuerit*, inquit, *exiſtimare, Rhodam quæ eſt in Hiſpania, adverſus accolarum Rhodani excurſionem à Maſſilienſibus fuiſſe conditam.* * Verùm ſi Ῥόδῃ legitur, diverſa fuerit à Rhoda Hiſpanica.

(d) Ptolemæo Ταυρόεντιον; atque ita hîc ſcribendum: nam etiam infrà Ταυρόεντιον rectè legitur. Priſcis Græcis Ταυρόεις. *Caſaub.*

(e) Suprà Strabo τὰ θερμὰ ὕδατα τὰ Σέξτια καλούμενα. Ptolemæo ſunt ὕδατα Σέξτια καλούμενα. Eleganter Sidonius in Narbone ſuo verſ. 13. Baiarum Campaniæ nomine decoravit. Eſt in lapide, quem Scaliger vidit, & ab eo deſcripſit Gruterus pag. 413. num. 4. COL. JVL. AVG. AQVIS SEXTIS, ex quo manifeſtum eſt, veterem coloniam C. Sextii ab Auguſto Cæſare auctam aut renovatam fuiſſe. Nummus Veſpaſiani apud Golzium COL. AQVAE SEXTIAE LEG. XXV. In Notitia civitatum & provinciarum Galliæ *Metropolis civitas Aquenſis.* Hodie contracto nomine *Aix*, urbs ſplendida & Archiepiſcopalis. *Cellarius.*

de

χοῦντες τὰς ἀμφισβητουμένας ὑπὸ θαλάττης ἀδί- A de iis, qui mare ſibi injuſtè vindicabant. Atque antiquis quidem temporibus cùm aliis in rebus fortunati majorem in modum fuerunt, tum cultura amicitiæ cum Romanis, cujus & alia exſtant ſigna, & ſimulacrum Dianæ, quod in Aventino Romani deſumtum à Maſſilienſibus dedicarunt.

Κατὰ δὴ τὴν Πομπηΐου πρὸς Καίσαρα στάσιν, τῷ κρατηθέντι μέρει προσθέμενοι, τὴν πολλὴν τῆς εὐδαιμονίας ἀπέβαλον· ὅμως δ' οὖν ἴχνη λείπει τῆ παλαιᾶ ζήλου παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, καὶ μάλιστα πρὸς τὰς ὀργανοποιΐας καὶ τὴν ναυπηγικὴν παρασκευήν. ἐξημερωμένων δ' ἀεὶ τῶν ἀφροντιμένων βαρβάρων, καὶ ἀντὶ τοῦ πολεμεῖν τεταγμένων ἤδη πρὸς πολιτείας καὶ γεωργίας, διὰ τὴν τῶν Ρωμαίων ἐπικράτειαν, οὐδ' αὐτοῖς ἔτι τούτοις συμβαίνει πρὸς τὰ (b) λεχθέντα τοσαύτη σπουδή. δηλοῖ δὲ τὰ καθεστηκότα νυνί· πάντες γὰρ οἱ χαρίεντες πρὸς τὸ λέγειν τι σπουδῆ καὶ φιλοσοφεῖν. ὥσθ' ἡ πόλις μικρῷ μὲν πρότερον τοῖς βαρβάροις ἀνεῖτο παιδοτρίβειον, καὶ φιλέλλησιν κατεσκεύασε τοὺς Γαλάτας, ὥστε καὶ τὰ συμβόλαια Ἕλλησι γράφειν. ἐν δὲ τῷ παρόντι καὶ τοὺς γνωσιμωτάτους Ρωμαίων πέπεικεν, ἀντὶ τῆς εἰς Ἀθήνας ἀποδημίας ἐκεῖσε φοιτᾶν φιλομαθεῖς ὄντας. ὁρῶντες δὴ τούτους οἱ Γαλάται, καὶ ἅμα εἰρήνην ἄγοντες, τὴν σχολὴν ἄσμενοι πρὸς τοὺς τοιούτους διατίθενται βίους, οὐ κατ' ἄνδρα μόνον, ἀλλὰ καὶ δημοσίᾳ. (c) σοφιστὰς γοῦν ὑποδέχονται τοὺς μὲν ἰδίᾳ, τοὺς δὲ αἱ πόλεις κοινῇ μισθούμεναι, καθάπερ καὶ ἰατρούς. (d) τῆς δὲ λιτότητος τὸν βίον καὶ τὴν σωφροσύνης τὸ Μασσαλιωτῶν οὐκ ἐλάχιστον ἄν τις θείη τεκμήριον· ἡ γὰρ μείζων προῖξ αὐτοῖς ὀκτὼ ἑκατὸν χρυσοῖ, καὶ εἰς ἐσθῆτα πέντε, καὶ πέντε εἰς χρυσοῦν κόσμον, πλέον δ' οὐκ ἔξεστι. καὶ ὁ Καῖσαρ δὲ, καὶ οἱ μετ' ἐκεῖνον ἡγεμόνες πρὸς τὰς ἐν τῷ πολέμῳ ἡμαρτημένας ἁμαρτίας ἐμετρίασαν, μεμνημένοι τὴν φιλίας, καὶ τὴν αὐτονομίαν ἐφύλαξαν ἣν ἐξ ἀρχῆς εἶχεν ἡ πόλις, ὥστε μὴ ὑπακούειν τοῖς ἐπὶ τὴν ὑπαρχίαν πεμπομένοις στρατηγῶν, μήτε αὐ-

Cæterùm bello civili Pompeii contra Cæſarem, cùm ſe victæ parti adjunxiſſent, magnam ſuæ felicitatis partem amiſerunt: exſtant tamen adhuc veſtigia antiqui ſtudii apud eos, maximè quod ad machinas & nauticum apparatum attinet. Cùm autem barbari ſupra eos ſiti ſubinde manſueſcerent, & pro bello civilia jam ſtudia agriculturamque amplecterentur ob imperium Romanum, ne harum quidem rerum ſtudio poſtmodò apud Maſſilienſes tantum loci fuit. Idque nunc ejus urbis ſtatus indicat: nam quicunque ſunt elegantiores ibi homines, ii ſe ad dicendum & philoſophandum conferunt. Itaque urbs ea paulò antè barbaris loco ludi litterarii patefacta, tantum Græcarum litterarum ſtudium apud Gallos excitavit, ut contractuum quoque formulas Græcè conſcriberent. Et hodie nobiliſſimis etiam Romanorum perſuaſit, ut diſcendi ſtudio pro Athenienſi peregrinatione Maſſilienſem amplecterentur; quos cùm vident Galli, quia in pace vivitur, ipſi quoque lubentes otium huic vitæ inſtituto impendunt, non privatim modò, ſed & publicè: nam & privatim & publicè à civitatibus, ut medici, ita etiam ſophiſtæ conducuntur. Porrò frugalitatis ac modeſtiæ Maſſilienſium non minimum eſt argumentum, quòd apud eos maxima dos eſt centum aurei, & ultra quinque in veſtitum, ac totidem in ornatum aureum inſumere non licet. Cæſar autem, & qui eum ſecuti ſunt principes, mediocres ſe in vindicandis eorum in bello delictis geſſerunt recordatione amicitiæ, libertatemque priſtinam urbis conſervarunt, ut neque ipſa, neque ejus ſubditi miſſis in provinciam

An. U. C. 704.

Pag. 181.

(a) Legendum τῷ αὐτῷ διαθέσει ἔχον τοῦπαρὰ τοῖς. Sic paulò antè, τῷ ξοάνῳ τῷ διαθέσει τῷ αὐτῇν. Vulgata lectio & falſa eſt, & falſam continet meo judicio ſententiam. Neque enim à Maſſilienſibus ſumpſerunt, credo, Dianæ Epheſiæ ſimulacrum Romani; nec id aut Livius aut Plutarchus aiunt: ſed coluerunt Romani Dianam Epheſiam eodem ritu quo à Maſſilienſibus colebatur, ſuntque hac in re eorum exemplum ſecuti, ut putat Strabo. Vide Hiſtoricos, maximè Dionyſium Halicarn. l. 4. *Caſaubonus.*

(b) Rem militarem intellige, cujus laudem magnam Maſſilienſibus ſuprà tribuit. *Idem.*

(c) Sophiſtas hîc accipe, ut in Jure Romano & recentioribus Græcis Scriptoribus. Sunt quos hodie Profeſſores vocamus, & Doctores à docendo, ut illi παρὰ τὸ σοφίζειν, quod eſt σοφὸν & doctum reddere. *Idem.*

(d) Ecce commendat Strabo Maſſilienſes duplici nomine, quòd eſſent homines frugi & temperantes: utramque tamen iis laudem videtur adimere proverbium, πλείονες οἱ Μασσαλίαν, de quo conſule Athenæum l. 12. c. 5. Sed ea morum depravatio contigit fortaſſe poſt Strabonis tempora. *Idem.*

Digitized by Google

rectoribus parere opus habeant. Atque de Massilia hactenus.

Jam montana Salyum regio ab occasu versus septentrionem inclinans, paulatim à mari recedit: ora autem maritima ad occasum vergit. Ea à Massilia ad c. stadia producta usque ad promontorium justæ magnitudinis, vicinum lapicidinis quibusdam, in sinum flecti incipit, facitque sinum Gallicum ad promontorium Pyrenæ Venereum, quod & Massiliense dicitur. Est autem duplex sinus: nam in ea ipsa litoris descriptione situs est mons Sigius, distinguens duos sinus, assumpta etiam Blascone insula in vicinia sita. Sinuum major peculiari rursum nomine Gallicus appellatur, in quem ostium Rhodani eructat: minor ad Narbonem est usque ad Pyrenam. Narbo supra Atacis fluvii ostia & lacum Narbonensem situs est, maximum eorum quæ ibi locorum sunt emporium. Ad Rodanum verò urbs est & emporium haud exiguum Arelatæ: æqualiter fere distant dicta emporia & inter se, & à promontoriis, Venereo Narbo, Arelatæ Massilienſi. Ab utraque Narbonis parte
Pag. 182. alii feruntur amnes, partim è Cemmeno, partim è Pyrena delapsi: & sitæ ad hos urbes sursum navigiis adiri possunt exiguis. E Pyrena fluunt Ruscino & Ilybirris; uterque urbem habens cognominem. Ruscinoni etiam lacus est propinquus, ac paulò supra mare locus aquosus, plenus salinarum: is etiam fossiles habet mu-

τὴν, μήτε τὰς ἐπικοίνους. ταῦτὰ μὲν Μασσαλίας παῦτα.

Ἀπὸ δ' ἧς τε τῶν Σαλύων ὀρεινὴ πρὸς ἄρκτον ἀπὸ τῆς ἑσπέρας κλίνει μᾶλλον, καὶ ἡ θαλάττης ἀφίσταται καὶ μικρὸν, καὶ ἡ παραλία παρὰ τὴν ἑσπέραν πρόεισι. μικρὸν δ' ἀπὸ τῆς πόλεως τῆς Μασσαλιωτῶν προβᾶσα ὅσον ἑκατὸν σταδίους ἔστι (a) ἄκραν ἀπέχει πλησίον λατομιῶν τινῶν, ἐντεῦθεν ἄρχεται κολποῦσθαι, καὶ ποιεῖν τὸν Γαλατικὸν κόλπον, πρὸς τὸ Ἀφροδίσιον τὸ τῆς Πυρλώνης ἄκρον· καλοῦσι δ' αὐτὸ καὶ Μασσαλιωτικόν. ἔστι δ' ὁ (b) κόλπος διπλοῦς· ἐν γὰρ τῇ αὐτῇ περιγραφῇ δύο κόλπους ἀφορίζον ἔχει τὸ (c) Σίγιον ὄρος, προσλαβὸν καὶ τὴν Βλάσκωνα νῆσον, πλησίον ἱδρυμένην. τὸν μὲν οὖν κόλπον ὁ μείζων ἰδίως πάλιν καλεῖται Γαλατικὸς, εἰς ὃν ἐκβάλλει τὸ τοῦ Ροδανοῦ στόμα· ὁ δ' ἐλάττων ὁ καὶ Νάρβωνα ἐστὶ μέχρι Πυρλώνης. ἡ μὲν οὖν Νάρβων ἀπέχει τοῦ Ἄτακος ἐκβολῶν καὶ τῆς (d) λίμνης τῆς Narbonitidos, μέγιστον ἐμπορεῖον (e) ταύτη. πρὸς δὲ τῷ Ροδανῷ πόλις ἔστι καὶ ἐμπορεῖον οὐ μικρὸν, Ἀρελάτη. ἴσον δέ πως διέχει τὰ ἐμπόρια ταῦτα, ἀλλήλων τε καὶ τῶν εἰρημένων ἄκρων, ἡ μὲν Νάρβων τοῦ Ἀφροδισίου, τὸ δ' Ἀρελάτη τῆς Μασσαλίας. ἑκατέρωθεν δὲ τῆς Νάρβωνος ἄλλοι ποταμοὶ ῥέουσιν, οἱ μὲν ἐκ τῶν Κεμμένων ὀρῶν, οἱ δ' ἐκ τῆς Πυρλώνης, πόλεως ἔχοντες εἰς ἃς ἀνάπλους οὐ πολὺς ἔστι μικροῖς πλοίοις. ἐκ μὲν τῆς Πυρλώνης ὅ τε Ῥουσκίνων καὶ (f) ὁ Ἰλυβίρρις, πόλιν ἔχων (g) ὁμώνυμον ἑκάτερον αὐτῶν. τοῦ δὲ Ῥουσκίνωνος καὶ (h) λίμνη πλησίον ἔστι, καὶ χωρίον ἔφυδρον μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης, (i) ἁλυκίδων μεστὸν, τὸ τοὺς ὀρυκτοὺς

(a) Promontorium Citharistæ Ptolemæus appellat.

(b) In tabulis Ptolemæi optimè ista exprimuntur: nam duplex iste sinus ibi rectè distinguitur. Prior is est, quem conficit ab occasu fanum Veneris in extremo Pyrenæo, ab ortu mons quem Strabo Sigium, Ptolemæus Setium vocat. Alter sinus, quem Gallicum propriè noster ait, est inter Sigium montem & Citharistæ promontorium. Blasconem insulam, cujus etiam Plinius 3. 5. meminit, paulò aliter collocat Ptolemæus quàm Strabo. *Casaubonus.*

(c) Ptolemæus habet Σήτιον, quod notat Casaubonus, sed nihil decernit. Proculdubio corrigendus est ex Ptolemæo Strabo: nam etiam hodie nomen durat: & vocatur ille locus ab incolis eorum linguâ, *lou cap de Sete. Palmerius.*

(d) Plinius 3. 4. *Flumen Atax è Pyrenæo Rubrensem permeans lacum. Narbo Martius, Decumanorum colonia XII. M. pass. à mari distans:* quo ex loco intelligimus λίμνην Narbonitin, quam vocant Strabo & Stephanus, Rubrensem esse lacum. Atacem fluvium unus Polybius lib. 3. & 34. Narbonem appellavit. *Casaubonus.* Narbonensis lacus nuncupatus est propterea quòd Narbonis commodis inserviret, ac mille passuum intervallo ab urbe inciperet. Distinguendus est vastus ille lacus Strabonis ab eo quem hodie vocant stagnum Narbonæ, eò quòd sit in territorio Narbonensi, cùm vetus ille prætendatur territorio Sejani, unde illi novum nomen. *Petrus de Marca.*

(e) Legit Casaubonus τῶν ταύτη.

(f) Polybio est Ιλιβίρις, Livio Illiberis. *Casaub.* Duobus illis fluviis, qui ab antiquis *Ruscino* & *Illiberis* dicuntur, propria vocabula & ab incolis usurpata nomina dedere Mela & Plinius. Primum *Thetim*, secundum *Tichim* Mela vocat: quæ nomina fere respondent hodiernis appellationibus *Tet* atque *Tec.* Horum ille Perpinianum alluit, alter verò civitatem Helenam, & uterque in mare emittitur. Apud Plinium remansit integrum vocabulum alterius fluminis *Tecum*, quod ad hodiernum *Tec* sine dubio pertinet. *Vernodubrum* Plinii est *Tetis* Melæ. *Ex Petro de Marca in Marcæ Hisp. lib. 1. cap. 5.* Ruscinonis & Illiberis urbium situm vide infrà in notis ad Melam.

(g) Vide infrà Polybium apud Athenæum, 8. 2.

(h) Strabonis ætate sal conficiebatur ex aqua hujus stagni, sed hodie salem parant ad stagnum S. Nazarii juxta Canetum, ducta eò ex stagno per fossas aqua, & inde trochleis evecta in areas, ubi solis & venti beneficio aqua salsa in salem induratur. His salinis utebantur incolæ jam temporibus Karoli Simplicis regis Francorum, qui anno septimo regni sui dono dedit ecclesiæ Helenensi *ecclesiam S. Nazarii quæ est*, ut ipse ait, *inter salinas & stagnum. Petrus de Marca.*

(i) Salsulas Latini appellant. In Antonini itinera-

Digitized by Google

(a) κεφρεῖς ἔχον. δύο γὰρ ἢ τρεῖς ὀργυιὰς ποδὸς, καὶ καθέντι βοόδοντα εἰς ὕδωρ ἰλυώδης, ἔστι ταῦτα πεῖραι· ἰχθυῖ δὲ ἀξιόλογον τὸ μέγεθος· τρέφει δὲ ὑπὸ τὸν ἰλύν, καθάπερ οἱ ἔγχελυες. οὗτοι μὲν οὖν τὸν Πυρηναίους ῥέουσιν οἱ ποταμοὶ, μεταξὺ Narbῶνος καὶ τοῦ Ἀφροδισίου. ὅθεν θατέρα μέρη τὸν Narbῶνος, ἀπὸ τοῦ Κεμμένου φέρονται πρὸς τὴν θάλατταν, (b) ἐξ ἧς ἐστὶν ὁ Ατας, ὅν τε Οβεις, καὶ ὁ Αραύεραεις. τούτων ἐφ' ὃν μὲν (c) Βιλτέρα πόλις ἀσφαλὴς ἵδρυται, πλησίον τοῦ Narβῶνος· ἐφ' ὃν δὲ Ἀγάθη, κτίσμα Μασσαλιωτῶν. ἐν μὲν οὖν ἔχει παράδοξον ἡ περιερημένη Βηδαλία, τὸ περὶ τοὺς ὀρυκτοὺς ἰχθῦς· ἕτερον δὲ μεῖζον τούτου χεδόν τι, τὸ λεχθησόμενον. μεταξὺ γὰρ τοῦ Μασσαλίας καὶ τῶν ἁλυκῶν τοῦ Ροδανοῦ (d) πεδίον ὅθεν ἡ θαλάττης διέχον εἰς ἑκατὸν σταδίους, τοσοῦτον δὲ καὶ μᾶλλον, κυκλοτερὲς τὸ σχῆμα· καλεῖται δὲ λιθῶδης ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος· μεστὸν γάρ ἐστι λίθων χειροπληθῶν, ὑποφυομένην ἐχόντων αὐτοῖς ἄγρωστιν, ἀφ' ἧς ἄφθονοι νομαὶ βοσκήμασιν εἰσίν· ἐν μέσῳ δ' ὕδατα καὶ ἁλυκίδες εἰσὶν καὶ ἅλες.

Απασα μὲν οὖν ἡ ὑποκειμένη χώρα προσωκεάνιός ἐστι· προσφερόντος δ' εἰς τὸ πεδίον τοῦτο μεγαλοδόξιον καταιγίζει πνεῦμα βίαιον καὶ φερωδες· φασὶ γῦν σύρεσθαι καὶ κυλινδεῖσθαι τὰ λίθων ἐκεῖσε, (e) καταπλᾶσθαι δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τῶν ὀχημάτων, καὶ γυμνοῦσθαι καὶ ὅπλων καὶ ἐσθῆτος ἀπὸ τῆς ἐμπνοῆς. Αεισοτέλης μὲν οὖν φησιν, ὑπὸ σφοδρῶν τῶν καλουμένων Βορεῶν, ἐκπεσόντας τοὺς λίθους εἰς τὸ ὁπαφανὲς συνολισθεῖν εἰς τὰ κοῖλα τῶν χωρίων. Ποσειδώνιος δὲ λίμνην εἶναι, παγῶσαν μὲν κρυσταλλοειδῶς, καὶ διὰ τοῦτο εἰς πλείονας μερισθῆναι λίθους, καθάπερ τοὺς ποταμίους κάχληκας, καὶ τὰς ψήφους τὰς αἱματαλίπιδας. (f) ὁμοίως δὲ καὶ λείους, καὶ ἰσομεγέθεις τῇ ὁμοιότητι· (g) καὶ τὴν αἰτίαν ἀποδιδόασιν ἀμφότεροι· πιθανὸς μὲν οὖν ὁ παρ' ἀμφοῖν λόγος· ἀνάγκη γὰρ τοὺς οὕτω συνεστῶτας λίθους, καθ' ἑαυτοὺς ἢ ἐξ ὑγροῦ παγέντας μεταβάλλειν, ἀλλ' ἐκ πετρῶν μεγάλων ῥήγματα συνεχῆ λαβόντων

giles. Ubi enim duos aut tres pedes foderis, immisso in aquam limosam triente, configere licet piscem, eumque justæ magnitudinis: is alitur limo sicut anguillæ. Hi ergo è Pyrena defluunt amnes inter Narbonem & Venereum promontorium. At ab altera parte Narbonis, è Cemmeno in mare delabuntur Atax, Obris & Arauraris: supra illum sita est Biltera urbs bene munita, Narboni vicina: ad hunc Agatha, à Massilienſibus condita. Retuli jam antè unum hujus litoris miraculum de fossilibus piscibus: aliud eo nonnihil mirabilius subjungam. Inter Massiliam & ostia Rhodani campus est à mari c. circiter dissitus stadiis, diametro ejusdem quantitatis, forma circulari: is Lapidosus seu Saxosus ab eventu dicitur: est enim plenus lapidum, qui manum implere possint, infra quos gramen nascitur, abundè pascui pecori suppeditans; in medio autem aquæ & salinæ sunt & sales.

Tota quidem omnis quæ superiùs adjacet regio, ventis est expositа: in hunc autem maximè campum ventus incumbit ac defertur septentrionalis violentus ac horribilis, quo ferunt & lapides agitari atque volvi, & homines de vehiculis deturbari, ac vi flatûs armis vestibusque nudari. Aristoteles ergo ait à terræ motibus, quibus ob ejiciendi vim Brastôn nomen est, lapides in superficiem egestos in cava loca confertim delapsos esse. Posidonius lacum fuisse dicit, qui cum fluctuatione quadam concreverit, ideoque in plures dissipatus sit lapides, sicut fluminum lapillos, & litorum scrupulos, similes inter se magnitudine lævitateque. Sanè uterque probabilem rei rationem expositit: necesse est enim lapides qui sic constituuntur, non per se aut humidi alicujus concretione oriri, sed ex magnis

rio non est dubium Salsulas esse illo loco quas describit hic Strabo. Apud Melam 2. 5. prope Rubresum lacum Salsulas fontem legimus. *Casaubonus.*

(a) Vide infrà Athenæum lib. 8. c. 2. qui ex Polybio rem eamdem pluribus narrat.

(b) Pomponio 2. 5. & Plinio 3. 4. Atax fluit è monte Pyrenæo, non Cemmeno. *Casaubonus.*

(c) Ptolem. Βαιτέρα, quæ *Beterræ* sunt Plinii, *Beterra* Melæ, utrobique cum Septimanorum cognomine, quod coloniam septimam eò deductam arguit. Itinere Antonini ex Italia in Hispaniam etiam *Beterræ*: apud Stephanum urbium periegetam Βαιτάρρα. Lucas Holstenius, ad Ortelium observationibus, nummum describit à Peirescio acceptum, cujus similem illustris Spanhemius apud Harlæum æquè illustrem virum vidit, in quibus legitur ΒΗΤΗΡΡΑΤΩΝ, ex quo vera scriptura, quæ Plinii fuit & Antonini, *Beterra* vel *Beterræ*, luculenter adprobatur: contrà vulgaris, *Bliterra*, rejicitur, quam vir summus ille, Lucas Holstenius, ex errore ortam putat, quo in diphthongo Λ pro Α acceptum fuerit. Nam cum diphthongo etiam scriptum id nomen invenitur, uti ex Ptolemæo & Stephano ostensum fuit, quod etiam lapide Narbonensi probatur apud Gruterum pag. 270. num. 10. In Notitia Galliæ est *Civitas Beterrensium*, nunc *Beziers*, in sinistra ripa *Obris*, nunc *Orbis*, sita. *Cellarius.*

(d) Visitur hodieque hic campus, ac vulgò vocatur, *las Craux*. Est inter Arelate & Massiliam. *Idem.*

(e) Mallem καζυλίεσθαι. *Casaub.*

(f) Scripti, ὁμοίους. *Idem.*

(g) Hic locus non est sanus. *Idem.*

saxis continuas fracturas recipientibus avelli. Æschylus quidem intelligens difficulter causas rei exponi posse, aut ita ab alio accipiens, in fabulam detorsit. Pag. 183. Nam apud eum Prometheus Herculi exponens iter à Caucaso ad Hesperidas, in hanc loquitur sententiam.

Venies ad impavidas Ligurum quoque copias:
Ibi, bellicosus etsi sis, tamen (hoc scio)
Satis arduo tibi conflictabere prælio,
Fato jubente destitui te spiculis.
Tellure saxa nec poteris avellere,
Rigida soli superficie sidentia.
Miserabitur tuas Jupiter angustias
Videns, rotundorum & plenam lapidum nive
Nubem polo subtendet, atque umbra solum
Teget: hisce lapidibus armatus ferum
Facilè Ligusticum fundes exercitum.

Quantò, inquit Posidonius, præstabat saxa in ipsos injicere Ligures potiùs, iisque hos obruere, quàm eò inopiæ lapidum adigere Herculem? At verò tot lapidibus opus erat contra tantam multitudinem: ut hac quidem in parte fabulæ auctor probabiliora dixerit, quàm fabulæ reprehensor. Sed aliàs quoque poëta hæc ita in fatis esse dicens, non patitur in ea culpandi studio inquiri. Nam ubi de Providentia & fato disputatur, multa inveneris aliqui in rebus humanis ac naturalibus, de quibus diceres, præstitisse alio quàm hoc modo ea fieri. Ut verbi gratia, imbribus potiùs irriguam Ægyptum debuisse esse, quàm ab Æthiopia humorem accipere: & Paridem, cùm Spartam peteret, debuisse potiùs naufragium facere, quàm rapta Helena pœnas postmodò sceleris dare, auctorem tantæ cladis Græcorum ac barbarorum, quam Euripides Jovi imputat:

Jupiter malum Troibus, & cladem Græciæ
Volens contingere, ista decrevit pater.

De Rhodani porrò ostiis Polybius Timæum reprehendit, non quinque, sed duo esse asserens: Artemidorus tria perAn. U. C. 651. hibet. Posterioribus temporibus Marius videns aggestione limi ostium obturari, intratuque reddi difficile, no-

A σῶν ἀποκριθῆναι. τὸ μὲντοι δυσαπολόγητον Αἰσχύλῳ καταμαθὼν, ἢ παρ' ἄλλου (a) ἀκηκοὼς, εἰς μῦθον ἐξετόπισε. φησὶ γοῦν Προμηθεὺς παρ' αὐτῷ καθηγούμενος Ἡρακλεῖ τὴν ὁδὸν τὴν ἀπὸ Καυκάσου πρὸς τὰς Ἑσπερίδας·

Ἥξεις δ' Λιγύων εἰς ἀτάρβητον στρατὸν,
Ἔνθ' οὐ μάχης, σάφ' οἶδα, καὶ θοὺς ὢν ὢν
Μέμψῃ· πεσεῖται γάρ σε καὶ βέλη λιπεῖν.
B Ἐνταῦθ' ἐλέσθαι δ' ὅ τιν' ἐκ γαίας λίθον
Ἕξεις, ἐπεὶ πᾶς χῶρος ὄξὶ μαλθακός.
Ἰδὼν δ' ἀμηχανοῦντά σ' ὁ Ζεὺς, οἰκτιρεῖ,
Νεφέλῃ (b) δ' ὑποσχὼν νιφάδι στεγάλων πέτρων.
Ὑπόσκιον θήσει χθόνα, οἷς ἔπειτα συμβαλὼν δηώσεις ῥᾳδίως Λιγυὼν στρατόν.

C (c) Ὥστε οὖν κρεῖττον ὃν φησὶν ὁ Ποσειδώνιος εἰς αὐτοὺς τοὺς Λίγυας ἐμβάλλειν τοὺς λίθους, ἢ καταχῶσαι πάντας, ἢ τοσοῦτον δύμενον ποιῆσαι λίθων τὸν Ἡρακλέα; τὸ μὲν οὖν τοσοῦτον ἀναγκαῖον ἦν, εἴπερ καὶ πρὸς ὄχλον πλανᾶσθαι· ὥστε ταύτῃ γε πιθανώτερος ὁ μυθογράφος τῷ ἀνασκευάζοντι τὸν μῦθον. ἀλλὰ καὶ τἄλλα πεπεῖσθαι φήσας ὁ ποιητὴς, οὐκ ἐᾷ μέμφεσθαι φιλαιτίως. Καὶ γὰρ ἐν τοῖς περὶ προνοίας καὶ εἱμαρμένης λόγοις, εὕροι τις ἂν πολλὰ τοιαῦτα τῇ ἀνθρώπων καὶ τῇ φύσει γενομένων, ὡς
D ἐπ' αὐτῇ φάναι, πολὺ κρεῖττον εἶναι, τόδε ἢ τόδε γενέσθαι. οἷον δύσυδρον εἶναι τὴν Αἴγυπτον, ἀλλὰ μὴ τὴν Αἰθιοπίαν ποτίζειν τὴν γῆν· καὶ τὸν Πάριν εἰς τὴν Σπάρτην πλέοντα ναυαγίῳ περιπεσεῖν, ἀλλὰ μὴ τὴν Ἑλένην ἁρπάσαντα, δίκας τίσαι τοῖς ἀδικηθεῖσιν ὕστερον, ἵνίκα τοσοῦτον ἀπεργάσατο φθορὸν Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων· ὃν δὴ Εὐριπίδης ἀνήνεγκεν εἰς τὸν Δία,

Ζεὺς γὰρ κακὸν μὲν Τρωσὶ, πῆμα δ' Ἑλλάδι
Θέλων γενέσθαι, τὰ δ' ἐβούλευσεν πατήρ.

E Περὶ δὲ τῶν τοῦ Ῥοδανοῦ (d) στομάτων Πολύβιος μὲν ὑπομνᾷ Τιμαίῳ, φήσας εἶναι μὴ πεντάστομον, ἀλλὰ δίστομον· Ἀρτεμίδωρος δὲ τρίστομον λέγει. Μάλιστα δὲ ὕστερον ὁρῶν τυφλόστομον γινόμενον τὸν ποταμὸν ἐκ τῆς προχώσεως καὶ δυσείσβολον, καὶ-

(a) Melius scripti, λαβών. *Casaubonus.*
(b) Legit Casaubonus ὑπερσχών.
(c) Legit Casaubonus, ὅσπερ εἰ κρεῖττον ὄν, id est, quasi non melius esset.
(d) Ipsa Rhodani ostia aliis plura numerata, aliis pauciora: scilicet quia in ipso æstuario ostia dividebantur, & parvas insulas faciebant, numerus non idem illorum omnibus fuit. *Cellarius.*

Digitized by Google

νὴν ἔτεμε διώρυχα, καὶ ταύτῃ δεξάμενον τὸ πλέον τοῦ ποταμοῦ Μασσαλιώταις ἔδωκεν ἀεισεῖον καὶ τοὺς πρὸς Ἀμβρώνας, καὶ (a) Τωϋγενοὺς πόλεμον. ἐξ οὗ πλοῦτον ἀνείληφαν πολύτελῆ, προσιτόμενοι τοὺς ἀναπλέοντας καὶ τοὺς καταγομένους. ὅμως οὖν ἔτι μένει δυσείσπλοα, διά τε τὴν λαβρότητα, καὶ τὴν προχωσιν, καὶ τὴν ταπεινότητα τῆς χώρας, ὥστε μὴ καθορᾶσθαι μηδ' ἐγγὺς ἐν ταῖς δυσαερίαις. διόπερ οἱ Μασσαλιῶται πύργους ἀνέστησαν σημεῖα, οἰκειούμενοι πάντα τὸν τόπον τὴν χώραν· καὶ δὴ καὶ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος κἀνταῦθα ἱδρύσαντο ἱερὸν, χωρίον ἀπολαβόντες, ὃ ποιεῖ νῆσον τὰ στόματα τοῦ ποταμοῦ. ὑπέρκειται δὲ τὰ ἐκβολῶν τῆς Ροδανοῦ λιμνοθάλασσα· καλοῦσι δὲ στομαλίμνην· ὀστρέια δ' ἔχει πάμπολλα, καὶ ἄλλως ὀψῶν. ταύτην δ' ἔνιοι συγκαταριθμοῦσι τοῖς στόμασι τοῦ Ροδανοῦ, καὶ μάλιστα οἱ φήσαντες ἑπτάστομον αὐτὸν, ὅτε τοῦτ' εὖ λέγοντες, ὅτ' ἐκεῖνο· ὁρῶσι γὰρ ὄρος μεταξὺ, τὸ διεῖργον ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τὴν λίμνην. ἡ μὲν οὖν ἀπὸ τῶν Πυρήνης ὄρων Μασσαλίαν παράλιά τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα ἐστί.

Ἡ δ' ὅτι τὸν Οὔαρον ποταμὸν καὶ τοὺς ταύτῃ Λίγυας, τάς τε τοῦ Μασσαλιωτοῦ ἔχει πόλεις, Ταυροέντιον καὶ Ὀλβίαν, καὶ Ἀντίπολιν, καὶ Νίκαιαν, καὶ τὸ ναύσταθμον τὸ Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ, ὃ καλοῦσι (b) Φόρον Ἰούλιον· ἵδρυται δὲ τοῦτο μεταξὺ τῆς Ὀλβίας καὶ τῆς Ἀντιπόλεως, διέχον Μασσαλίας εἰς ἑξακοσίους σταδίους. ὁ δὲ Οὔαρος μέσος ἐστὶ τῆς Ἀντιπόλεως καὶ Νικαίας, τῆς μὲν ὅσον εἴκοσι, τῆς δὲ ὅσον ἑξήκοντα σταδίους διέχων. ὥστ' ἡ Νίκαια τῆς Ἰταλίας γίνεται) καὶ τὴν νῦν ἀποδιδομένην ὅρον, (c) καίπερ οὖσα Μασσαλιωτῶν· ἐτείχισαν γὰρ τὰ κτίσματα ταῦτα τοῖς ὑπερκειμένοις Βαρβάροις οἱ Μασσαλιῶται, τήν τε θάλατταν ἔχειν ἐλευθέραν βουλόμενοι, τὴν χώρας ὑπ' ἐκείνων κρατουμένης. ὀρεινὴ γάρ ἐστι καὶ ἐρυμνὴ, πρὸς μὲν τῇ Μασσαλίᾳ πλάτος τι μέχρι καταλιποῦσα τὸ χωρίον τὸ ὑπεράνω, πρόσιόντι δὲ ὅπῃ τὴν ἠῶ παντάπασιν ἀποβλίψασα πρὸς τὴν θάλασσαν, καὶ μόλις ἐῶσα πορεύσιμον αὐτὴν τὴν ὁδόν.

A vam egit fossam, qua majorem amnis partem exciperet: eamque Massilienſibus ob navatam præclaram in bello contra Ambrones & Toygenos operam præmii loco donavit. Unde hi sibi magnas pararunt opes, vectigal ab adscendentibus ac descendentibus exigendo. Adhuc tamen permanent intratu difficilia ob aquæ copiosæ crebrum affluxum, limi aggestionem, & loci humilitatem, ita ut aëre turbido ne è vicino quidem Pag. 184.
B conspici possint. Itaque Massilienses signi loco turres erexerunt, omni modo loca illa sibi vindicantes: ideoque etiam Dianæ Ephesiæ fanum ibi collocarunt in insula, quam ostia fluminis faciunt. Supra ostia Rhodani situs est lacus, quem Stomalimnam, id est, lacum ostii vocant: abundat ostreis, piscesque bonos gignit. Quidam ostiis Rhodani hunc annumerant, maximè qui septem ejus ostia esse dicunt, in utroque errantes: quippe mons interpositus lacum ab ostio dirimit. Talis ergo ac tanta est
C maritima à Pyrenæis montibus Massiliam usque ora.

Quæ autem hinc ad Varum usque fluvium & Ligures ibi degentes porrigitur, ea urbes Massilienſium habet, Taurentium, Olbiam, Antipolin, Nicæam, & navale Augusti Cæsaris, quod appellatur Forum Julium: id situm est inter Olbiam & Antipolin, distans à Massilia circiter IↃC stadiis. Varus inter Antipolin est & Nicæam, ab altera XX. ab altera LX. ferè
D stadiis distans. Itaque secundùm nunc monstratum terminum Nicæa Italiæ adscribitur, quamquam est Massiliensium: eam enim contra barbaros supra adjacentes ii condiderunt munitionem, ut mare liberum obtinerent, agros illis tenentibus. Est enim regio illa montosa & natura loci munita, ad Massiliam mediocrem habens planiciei latitudinem: inde autem versus ortum planè ad mare adstringitur, ita ut vix spatium itineri faciendo relin-

(a) Toygenos istos esse eos qui hodie locum inter Helvetios septimum tenent, & quorum oppidum vocatur *Zuger*, doctis viris conjicientibus assentior. *Casaubonus.* * Ambrones etiam secundum Cellarium sunt Helvetiorum populi, qui referri debent ad quatuor Helvetiorum pagos sive populos, qui memorantur à Cæsare l. 1. de bel. Gal. c. 12.

(b) *Forum Julium* nobilis est colonia. Tacito in Agricola c. 4. *illustris Forojuliensium Colonia*: Plinio in Narbonensis descriptione, *Forum Julii Octavanorum colonia, quæ Pacensis appellatur & Classica: amnis in ea Argenteus.* Cur Classica dicatur ostendit Strabo, cum eam dicit, *Navale Augusti Cæsaris.* Nec verò ab Augusto demum in Julii honorem ita appellatum est, sed ab ipso Julio deducta colonia fuit. Plancus enim jam tum Mutinensi bello *Forum Julii* appellavit ad Ciceronem epist. 15. & 17. Rari nummi urbium Gallicarum: hujus tamen aliquot supersunt apud Golzium: Augusti, COL. JULIA OCTAVIANORUM; & Neronis, COL. PACENS. CLASS. Utriusque explicator Plinius est; qui verò cum Mela *Octavanorum* refert, tamquam legionis octavæ, sicut suprà Beterræ *Septimanorum*; Narbo *Decumanorum* erant. Si nummus rectè descriptus est, ad Octavii Cæsaris nomen, vel honoris caussa, vel errore credamus adlusum esse. *Cellarius.*

(c) Plinius etiam l. 3. c. 5. & Ptolemæus l. 3. c. 1. Nicæam Italiæ vindicant: à Mela tamen & Stephano in Narbonensi Gallia numeratur.

Digitized by Google

quat. Primam partem habent Salyes, ultimam Ligures Italiæ contermini : de quibus poſtea dicetur. Id hoc loco addendum, cùm in Narbonenſi provincia ſit Antipolis, Nicæa in Italica, Nicæam tamen ſub Maſſilienſibus manere, ejuſque præfecturæ eſſe ; Antipolin, in judicio re diſceptata, à Maſſilienſium juriſdictione liberatam inter Italicas urbes cenſeri. Ante has anguſtias, facto à Maſſilia initio, ſitæ ſunt Stœchades inſulæ, tres earum memorabiles, duæ exiguæ. Agros earum colunt Maſſilienſes : antiquitus etiam præſidium ibi erat contra prædonum incurſiones : habent & portus ſuos. Poſt Stœchadas eſt Planaſia
Pag. 185. & Leron, in quibus ſunt pagi. Lerone, quæ eſt Antipoli objecta, etiam ſacellum eſt Leronis. Aliæ ſunt parvæ inſulæ memoratu non dignæ, partim ante ipſam ſitæ Maſſiliam, partim ante alias oræ partes. De portubus memoria dignus eſt qui ante ſtationem navium jacet, & Maſſilienſis : reliqui ſunt mediocres ; quorum eſt etiam Oxybius portus, ſic dictus à Liguribus Oxybiis. Atque hactenus de ora maritima.

Quæ autem ſupra hanc eſt ſita regio, eam potiſſimùm deſcribunt circumjacentes montes ac fluvii, præcipuè Rhodanus, qui & maximus eſt, & longiſſimo ſurſum navigabilis ſpatio, ac multis impletur amnibus. Ergo, (ut ordine hæc ediſſeramus,) à Maſſilia regionem, quæ inter Alpes & Rhodanum eſt, uſque ad Druentiam fluvium Salyes incolunt ad 10 ſtadia. Inde ubi navi trajeceris ad Cabalionem urbem, deinceps Cavarorum

κατέχουσι ἢ τὰ μὲν πρῶτα (a) Σάλυες, τὰ δ' ἔσχατα πρὸς τὴν Ἰταλίαν συνάπτοντες Λίγυες· περὶ ὧν λεχθήσεται μετὰ ταῦτα. νυνὶ δὲ τοσοῦτον προσθετέον, ὅτι τῆς μὲν Ἀντιπόλεως ἐν τοῖς τῆς Ναρβωνίτιδος μέρεσι κειμένης, τὴν δὲ Νικαίας ἐν τοῖς τῆς Ἰταλίας, ἡ μὲν Νίκαια ὑπὸ τοῖς Μασσαλιώταις μένει, καὶ τῆς ὑπαρχίας ἐστίν· (b) ἡ δ' Ἀντίπολις τῶν Ἰταλιωτίδων ἐξετάζεται, κειθεῖσα πρὸς τοὺς Μασσαλιώτας, καὶ ἐλευθερωθεῖσα τῶν παρ' ἐκείνων (c) πραγμάτων. περάν δὲ τῶν στενῶν τούτων ἀπὸ Μασσαλίας ἀρξαμένοις αἱ Στοιχάδες νῆσοι, ξεῖς μὲν ἀξιόλογοι, δύο δὲ μικραί. γεωργοῦσι δ' αὐτὰς Μασσαλιῶται· τὸ δὲ παλαιὸν καὶ φρουρὰν εἶχον ἱδρυμένην αὐτόθι πρὸς τὰς τῶν λῃστηρίων ἐφόδους, ὑποπτεύοντες καὶ λιμένων. Μετὰ δὲ τὰς Στοιχάδας ἡ (d) Πλανασία καὶ Λήρων, ἔχουσαι κατοικίας. ἐν δὲ τῇ Λήρωνι καὶ ἱερόν ἐστι τοῦ Λήρωνος· κεῖται δ' αὕτη πρὸ τῆς Ἀντιπόλεως. ἄλλαι δ' εἰσὶν νησίδες οὐκ ἀξιαι μνήμης, τὰ μὲν πρὸ τῆς Μασσαλίας αὐτῆς, τὰ δὲ πρὸ τῆς ἄλλης τῆς λεχθείσης ἠϊόνος. τῶν δὲ λιμένων, ὁ μὲν καὶ τὴν ναύσταθμον ἀξιόλογος, καὶ ὁ τῆς Μασσαλιωτῶν, οἱ δ' ἄλλοι μέτριοι· τούτων δ' ἐστὶ καὶ ὁ Ὀξύβιος καλούμενος λιμήν, ἐπώνυμος τῶν Ὀξυβίων Λιγύων. περὶ μὲν τῆς Θαλαττίας ταῦτα λέγομεν.

Τὴν δ' ὑπερκειμένην αὐτῆς χώραν μάλιστα γεωγραφεῖ, τάς τε ὄρη τὰ περικείμενα, καὶ οἱ ποταμοὶ, διαφερόντως δ' ὁ Ροδανὸς, μέγιστός τε ὢν, καὶ πλεῖστον ἀνάπλουν ἔχων, ἐκ πολλῶν πληρούμενος ῥευμάτων. λεκτέον δὴ ἐφεξῆς περὶ τούτων. Ἀπὸ Μασσαλίας τοίνυν ἀρξαμένοις, καὶ προϊοῦσιν ὅτι ἡ μεταξὺ χώραν τῶν τε Ἀλπεων καὶ τοῦ Ροδανοῦ, μέχρι μὲν τοῦ Δρουεντία ποταμοῦ, Σάλυες οἰκοῦσιν ὅτι πεντακοσίους σταδίους. πορθμείῳ δὲ διαβᾶσιν εἰς Καβαλιῶνα πόλιν ἡ ἐφεξῆς πᾶσα χώρα (e) Καβά-

(a) Straboni & Ptolemæo Σάλυες, *Salyes*, Floro *Salyi*, Epitome Livii *Salvii*, Plinio *Salluvii* : quod poſtremum nomen videtur antiquiſſimum. Ex vetuſto lapide Gruterus pag. 208. num. 3. C. SEXTIUS C. F. CALVIN. PRO CO. DE LIGURIB. VOCONTIEIS SALLUVIEISQ. Salyes à Liguribus diſtinguit Strabo, diſtinguunt alii ; eos confundit Plinius 3. 5. *Ligurum celeberrimi ultra Alpes Salluvii*. Infrà Strabo docet *Salyes* à veteribus Græcis fuiſſe vocatos Ligures.

(b) *Antipolis* inter Gallicanas urbes in ordine eccleſiaſtico connumeratur in antiquis notitiis, nimirum in notitia Narbonenſis ſecundæ.

(c) Vetus lectio περιγμάτων, optimè. *Caſaub.*

(d) *Planaſia* eadem quæ Plinii *Lerina*, ſic dicta à planitie : quò Sidonius reſpexit Euchariſtico ad Fauſtum Reienſem verſ. 102.

Quantos illa inſula plana
Miſerit in cœlum montes.

Loquitur autem de Lerina, quam verſ. 105. Lirinum vocavit,

Seu te Lirinus priſcum complexa parentem eſt.

Eadem quæ Sidonius, quaſi verba ipſius ſublegiſſet, Ennodius tradit Ticinenſis Epiſcopus Vita S. Epiphanii pag. 385. edit. Sirmondi : Medianas *inſulas*, *Stœchadas*, *ipſamque nutricem ſummorum montium*, *planam Lerinam adiit*. *Cellarius*.

(e) Cavarum nomen & latiùs interdum accipitur, & interdum anguſtiùs. Cavares enim hîc vocat eos tantùm qui inter Druentiam & Iſaram (quem fluvium hodie vocant *l'Iſere*) habitant. Ptolemæus etiam anguſtiùs accipit : nam horum tantùm partem ita vocat. Sed noſter paulopoſt pleroſque omnes, qui τῷ παραποταμίῳ Rhodani ab iſto latere habitant, Cavares ait nuncupari. Nunc Salyes appellamus Provinciales à voce Rom. Provincia. Deinde ſequuntur aliquot urbes ad Rhodanum ſitæ, quæ Romano Pontifici parent : in his Avenio, urbs magna & pulcherrima. Is tractus vocatur Terra Papæ, vel Comitatus Venaſcinus. Finitimi iſtis ſunt, qui Delphinates appellantur ; quorum regionem Iſara fluvius mediam ſecat ad Rhodanum properans. Ad Iſaram eſt urbs nobilis Gratianopolis, & alia Rhodano propior Romantium appellata. Infra Iſaræ oſtia eſt Va-

Digitized by Google

εσον ὀξὺ, μέχρι τῆ͂ς Ισαρος συμβολῶν πρὸς τὸν Ροδανόν. ἐπίκαιται δὲ τὸ Κέμμενον σωμάπᾶς πρὸς τὸν Ροδανῶ. μῆκος δὲ τὸ μέχρι ὄρους ἀπὸ τῆ͂ς Δρυεντίας σταδίων ὀξὺν ψ'. οἱ μὲν οὖν Σάλυες ἐν αὐτοῖς τοῖς πεδίοις καὶ τοῖς ὑπερκειμένοις ὄρεσι κατοικοῦσι. τῆ͂ς δὲ Καυάρων (a) ὑπερκεῖνται) Οὐοκόντιοί τε, καὶ Τρικόριοι, καὶ (b) Ικόνιοι, καὶ Μέδουλοι. μεταξὺ δὲ τῆ͂ς Δρυεντίας καὶ τοῦ Ισαρος καὶ ἄλλοι ποταμοὶ ῥέουσιν ἀπὸ Αλπεων ὅλοι εἰς τὸν Ροδανὸν, δύο μὲν οἱ περιῤῥέοντες πόλιν (c) Καυάρων καὶ Οὐάρων, κοινῷ ῥείθρῳ συμβάλλοντες εἰς τὸν Ροδανόν. τρίτος δὲ Σύλγας, ὁ καὶ (d) Οὔνδαλον πόλιν μισγόμενος τῷ Ροδανῷ, ὅπου Γναῖος Δομίτιος Αἰνόβαρβος μεγάλῃ μάχῃ πολλὰς ἐτρέψατο Κελτῶν μυριάδας. εἰσὶ δὲ ἐν τῷ μεταξὺ πόλεις Αὐένιων, καὶ Αραυσίων, καὶ (e) Αερία· τὴν ὀρθὴν, φησὶν Αρτεμίδωρος, Αερίαν δεῖ τὸ ἐφ' ὑψηλοῦ ἱδρύσθαι μεγάλου. ἡ μὲν οὖν ἄλλη πᾶσα ὀξὺ πεδιὰς καὶ δύσβατος, ἡ δ' ἐκ τῆ͂ς Αερίας εἰς τὸν Δυρείωνα εὔπορός ἐστι τραχεῖα καὶ ὑλώδης. καθ' ὃν δὴ συμπίπτουσιν ὁ Ισαρ ποταμὸς καὶ ὁ Ροδανὸς, καὶ τὸ Κέμμενον ὄρος, Κοίντος Φάβιος Μάξιμος (f) Αἰμιλιανὸς ὑπὲρ ὅλαις ξυὶ μυριάσιν, ἅπασι μυριάδας Κελτῶν κατέκοψεν, καὶ ἔστησε τρόπαιον ἀυτόθι λευκῆ λίθου, καὶ νεὼς δύο, τοῦ μὲν Αρεος, τοῦ δ' Ηρακλέους. Απὸ δὲ τῆ͂ς Ισαρος εἰς τὴν Οὐιένναν τὴν τῶν Αλλοβρόγων μητρόπολιν χιλίων ὀξὺν τοῦ Ροδανοῦ σταδίοις εἰσὶ τριακόσιοι. πλησίον δ' ὑπερκεῖται τῆ͂ς Οὐιέννης τὸ Λουγδοῦνον, ἐφ' ᾧ συμμίσγουσιν ἀλλήλοις ὅ τε Αραρ καὶ ὁ Ροδανός. σταδίοι δ' εἰσὶν ἐπ' αὐτὸ, πεζῇ μὲν (g) ὀκτὼ καὶ διακόσιοι τῆ͂ς Αλλοβρόγων, ἀναπλοῦ δὲ μικρῷ πλείους. Αλλόβρογες δὲ μυριάσι πολλαῖς πρότερον μὲν ἐστράτευον· νεωτὶ δὲ γεωργοῦσι τὰ πεδία καὶ τὰς αὐλῶνας τὰς ἐν τοῖς Αλπεσι. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι κατὰ κώμας ζῶσιν, οἱ δὲ ἐπιφανέστατοι τῆ͂ς Οὐιέννας ἔχοντες, κώμην προτέρων ὄντων, μητρόπολιν δὲ

A est regio, usque ad Isaræ in Rhodanum influxum. Quo loco Cemmenus quoque mons ad Rhodanum approprinquat. Eò à Druentia sunt stadia 1occ. Proinde Salyes campos & his superpositos montes habitant. Supra Cavaros sunt Vocontii, Tricorii, Iconii, Meduli. Inter Druentiam & Isaram alii quoque amnes ex Alpibus in Rhodanum delabuntur: quorum duo urbem Cavarorum circumfluentes, communi alveo in Rhodanum feruntur.
B Tertius est Sulgas, qui ad Vindalum urbem Rhodano miscetur; quo loco Cn. Domitius Aënobarbus ingenti pugna permulta Celtarum fudit millia. In medio sunt urbes, Avenio, Arausio, & Aëria, rectè, ut ait Artemidorus, sic dicta, quòd sita est celsissimo loco. Tota ista regio campestris est, & pascuis idonea, nisi quòd ab Aëria ad Durionem transitus per excelsa est angustus atque silvestris. Quo autem loco Isara & Rhodanus fluvii confluunt
C prope Cemmenum montem, Q. Fabius Maximus Æmilianus xxx. millium non integrorum exercitu instructus cc. millia Celtarum concidit, ibique tropæum statuit ex albo lapide, ac duo templa, unum Martis, alterum Herculis. Cæterùm ab Isara ad Viennam Allobrogum metropolin ad Rhodanum sitam stadia sunt cccxx.. Paulò supra Viennam est Lugdunum, ubi Arar & Rhodanus confluunt. Eò sunt terrestri itinere stadia circiter cc. per
D Allobroges, adversò amne aliquantò ampliùs. Allobroges quondam multis admodùm hominum millibus expeditiones susceperunt: hodie campos & Alpium convalles colunt. Vulgò per vicos habitant; præstantiores Viennam, qui pagus tamen metropolis

An. U. C. 631.

An. U. C. 632.

Pag. 186.

lentia, quam Plinius 3. 4. Valentiam Cavarum nominat, estque etiam hodie præcipua illius tractûs urbs; à qua Delphinatûs pars Valentinensis appellatur. Supra Isaram ad Araris usque συμβολὰς, ubi Lugdunum situm est, porrigitur Delphinatus. In ea παροικίᾳ est Vienna urbs XII. M. P. Lugduno plus minùs distans. Prope Lugdunum incipit ditio Sabaudi. *Casaubonus*,

(a) Nimirum versus Alpes & Italiam. *Idem.*

(b) Aut hîc Σικόνιοι legendum, aut infrà Ικόνιοι, ubi de Alpibus & populis Inalpinis. Mox libri scripti Μίδουλοι, editi Πίδουλοι. *Idem.*

(c) Putat Scaliger legendum esse πολὺν, & Καυάρων ac Οὐάρων nomina esse duorum istorum fluviorum. Suspicatur Casaubonus legendum, πόλιν Καυάρων Δυρείωνα.

(d) Legendum Οὐίνδαλον ex Epitome Livii lib 61. & Orosio 5. 13. Celtas autem vocat, quos Latini historici Allobroges & Arvernos. *Casaubonus.*

(e) Philippus Brietius part. 2. l. 6. *Vasio sita in edito loco, unde & Aëria dicta.* Sunt apud Ortelium qui & hanc Gratianopolim interpretentur. At verò Plinius Aëriam l. 3. c. 4. à Vasione distinxit. Præterea Vasio Vocontiorum fuit, Gratianopolis autem in Allobrogum finibus est, & sic neutra in Cavaribus, in quorum regione Aëriam Strabo collocavit. Ut verò Vindalum, vicinum Aëriæ oppidum, excisum est, ita nihil impendit quo minùs idem fatum Aëriæ contigisse credamus, si fortè in tractu illo, extra Vasionem, nullus locus excultus est, cui illam possimus vindicare. *Cellarius.*

(f) Falli Strabonem, cùm Fabium hunc appellat Æmilianum, cujus filius fuit, jam pridem docti viri ex Asconio observarunt. Estque hic error Straboni cum Appiano & Plinio communis, ut putat Sigonius. Historiam pete è Livii epit. l. 61. Orosio & aliis. *Casaubonus.*

(g) Stadia CC. efficiunt mensura Romana M. P. XXV. quæ sunt nostra mensura leucæ XII. Quis autem nescit Viennam Lugduno vix XII. M. passuum distare? Quare si ita scripsit Strabo, fugit eum ratio: sed fortasse scripserat ille ρκε'. *Idem.*

Digitized by Google

gentis dicebatur, in urbem redege- A runt: ſita eſt ad Rhodanum. Is ab Alpibus magnus magno defluit impetu, qui etiam ubi Lemannum lacum exit, alveum ſuum ad multa ſtadia conſpicuum exhibet. Inde in campeſtria Allobrogum & Seguſianorum lapſus, apud Lugdunum cum Arare concurrit urbem Seguſianorum. Fluit Arar ex Alpibus, terminus Sequanorum, Heduorum & Lincaſiorum. Deinde excipiens Dubin fluvium ex iiſdem ortum montibus, eumque navigabilem, itáque ex utroque confectus Arar, Rhodano miſcetur. Inde Rhodanus nomen obtinens, Viennam verſus delabitur. Id contigit, ut hi tres fluvii ab initio verſus ſeptentrionem, poſtea ad occaſum ferantur: ubi in unum alveum confluxerunt, flumen jam alio flexu verſus meridiem uſque ad oſtia tendit, receptis aliis etiam amnibus, uſque ad mare. Hæc ergo C eſt forma regionis inter Rhodanum & Alpes ſitæ.

At alterum Rhodani latus Volcæ majori ex parte accolunt, cognomento Arecomici. Horum navale dicitur eſſe Narbo: quem rectiùs reliquæ Celticæ diceres; tantùm ejus emporium vetuſtate reliquis anteit. Volcæ Rhodano vicini ſunt, oppoſitos habentes in altera ripa Salyas & Cavaros. Horum nomen obtinet, ita ut omnes qui eam D colunt regionem barbari, Cavari appellentur: quamquam ne barbari quidem adhuc ſunt, plerique jam omnes Romanam formam linguamque & vitæ rationem, quidam etiam civitatem adepti. Aliæ deinde gentes obſcuræ ac parvæ Arecomicis adjacent uſque ad Pyrenam. Caput Arecomicorum eſt Nemauſus, longè inferior

ὁμῶς τῶ ἔθνος λεγομένω καπεσκεύασι πόλιν. B ὕδρυ) δι' ὅπι τῷ Ροδανῷ· φέρε) δι' (a) ἄνω τ πόλεων ἕως πολὺς κ σφοδρὸς, ὅς γε δι' λίμνης ἐξιὼν τ (b) μεγάλης, φανερὸν δείκνυσι τὸ ῥεῖθρον ὅπι πολλοὺς σταδίους. καταλειφθὼν ὢ εἰς τὰ πεδία τ χώρας τ Αλλοβρόγων κ Σεγουσιανῶν, συμβάλλ τῷ Αραρι κ Λούγδυνον πόλιν τ Σεγουσιανῶν. ῥεῖ ὢ κ ὁ Αραρ ἀπ τ Αλπεων, ὁρίζων Σηκουανούς τε κ Αἰδουίους κ (c) Λιγκασίους. παραλαβὼν δι' ὕστερον τ Δοῦβιν ἀπ τ αὐτῶν ὀρῶν φερόμενον πλωτὸν, ὀνομαστὶ παρ' ὀνόματι, C γινόμενος ἐξ ἀμφοῖν Αραρ, συμίσγ τῷ Ροδανῷ. πάλιν δι' ὀνομαστὶ ὁ Ροδανὸς, εἰς τλὼ Ουἰέννην φερές). συμβαίν δὴ (d) καταραχὰς μὲ τοὺς τρεῖς ποταμοὺς φέρεσθαι πρὸς ἄρκτον, εἶτα πρὸς δύσιν· εἰς ἓν δι' ἤδη (e) συμπεσόν ῥεῖθρον, πάλιν ἄλλως καμπὴ λαβὸν νότον φέρεται τὸ ῥεῦμα μέχρι τ ἐκβολῶν, δεξάμενον τοὺς ἄλλους ποταμοὺς, κἀκεῖθεν ἤδη τ λοιπὴ ποιεῖ) μέχρι τ θαλάττης ῥῦσιν. ἡ μὲ οὖν μεταξὺ τ Αλπεων κ τ Ροδανοῦ τοιαύτη τίς.

Τλὼ δι' ὅπι θάτερα μέρη τοῦ ποταμοῦ Οὐωλκαὶ νέμον) τ πλείσλω, οἵς (f) Αρεκομισκοὺς φασὶν ὀνομάζεσθαι. τούτων δι' ἐπιφανὲς (g) ἡ Νάρβων λέγεται· δικαιότερον δι' αὖ κ τ ἄλλης Κελτικῆς λέγοιτ' ἂν (ἔστι δὲ ἐμπόριον) τῷ πλήθ τῶν χρόνων τῷ ἐμπορείῳ. οἱ μὲ οὖν Οὐωλκαὶ γειτνιάσι τῷ ποταμῷ τῷ Ροδανῷ, τοὺς Σάλυας ἔχοντες αὐτιπαρήκοντας αὐτοῖς ἐν τῇ ἑῴᾳ, κ τοὺς (h) Καουάρους. ὀνομάζει ὢ τὸ τ Καυάρων ὄνομα, κ παντάπασ ἤδη φασὶ τοὺς ταύτη βαρβάρους, οὐδὲ βαρβάρους ἔτ ὄντας, ἀλλὰ μεταλαμβάνοντας τὸ πλέον εἰς τὸν τῶν Ρωμαίων τύπον καὶ τὴν γλῶτταν κ τοῖς βίοις, πολλοὶ ὢ κ τῇ πολιτείᾳ. ἄλλα δι' ἐστιν ἀδόξα ἔθνη κ μικρὰ, ἀποκείμενα τοῖς Αρεκομισκοῖς μέχρι Πυρήνης. μητρόπολις ὢ τῶν Αρεκομισκῶν ἐστὶ (i) Νέμαυσος, κ μὲ τ

Gallias adventum occupaviſſe, atque in illorum locum ad Rhenum ſucceſſiſſe, priuſquam Plinius Hiſtoriæ naturalis libros componeret, in quibus Nemetes, Triboccos & Vangiones inter populos Rhenum accolentes recenſuit, non verò Mediomatricos. Cellarius expenſa utraque ſententia, expenſis etiam quibus obnoxia eſt difficultatibus, ſuam opinionem dubitanter & modeſtè ſic exponit: *Credibile eſt*, inquit, *ante Cæſaris & Arioviſti bellum Germanos in his oris conſediſſe, ſed laxè primùm habitaſſe, intermixtos Gallis, aut his non penitus expulſis, ut jus & nomen priſcarum gentium in ipſa ripa quodammodo conſervaretur: quod evaniſſe videtur, quum Germani advenæ in dies invaleſcerent, opprimerentque inter quos habitabant Gallos, aut hi pertæſi inter truces colere, ad interiora refugiſſent.*

(a) Annotat vir harum rerum peritiſſimus Abrahamus Ortelius hæc planè convenire trajectui à portu Iccio ad proximam Britanniæ partem: quod intervallum volunt eſſe vulgata menſura XIII. milliarium, quæ ſtadia efficiant, ut Strabo ait, CCCXX. unde adducor equidem ut credam Cæſarem de hoc trajectu ita ſcripſiſſe: *Atque omnes ad portum Ittium convenire jubet; quo ex portu commodiſſimum in Britanniam transjectum eſſe cognoverat circiter millium paſſuum* XXXX. Nam quadraginta millia paſſuum ſtadia colligunt CCCXX. vulgo tamen ibi legitur XXX. quod non poſſum probare, cùm Strabo aliter legerit, ut infrà dicemus. Antoninus autem à portu Geſſoriacenſi ad Ritupium ſtadia ait eſſe CCCCI. niſi in numeris peccatum eſt, quamquam vulgatam lectionem confirmat Plinius 4. 16. qui Britanniam ait abeſſe à Geſſoriaco Morinorum gentis littore proximo trajectu L. M. minimùm. *Caſaub.*

(b) Omnino puto eſſe Treviros de quibus paſſim hiſtoriæ Rom. loquuntur. Mirum autem paulopòſt eoſdem Τελεύτους rectè dici, cùm toties Τελάγγους. An potius Τελάμωνας ubique legendum? *Idem.* Alii tamen volunt ibi agi de Tungris, non de Treviris.

(c) Videtur Strabo Cæſarem, quem plerumque ſequutus eſt in Galliis, de utraque ripa, ſed longè ſupra oſtia, ſcribentem, non bene intellexiſſe. Si enim Menapii utrimque ad oſtia coluerunt, immiſtos Batavis fuiſſe neceſſe foret, quod minùs credibile eſt. Quid? quod Auguſti ætate rejecti omnes ab Rheno videntur, tranſductis è Germania, qui loca illa poſſiderent; ipſique ultra Moſam & ad Scaldim redacti, anguſtiùs poſtmodùm habitaverunt. Tacitus certè, Veſpaſiani ævo, Ciſmoſanos ſolos novit, l. 4. hiſt. c. 28. *Cellarius.*

(d) Sicambri ab Romanis in Galliam tranſducti, Menapiorum ſiniſtram Rheni ripam occupaverunt, iſtis ad anguſtiores fines, & pleriſque ultra Moſam fluvium redactis. Tranſductis autem, ignotum quâ cauſſa, mutatum nomen in Gugernos ſive Cugernos fuit. Hos ſedem in ripa inter Ubios & Batavos tenuiſſe, clarè docet Plinius l. 4. c. 17. & Tacitus tradit l. 4. hiſtor. c. 17. Voculam Romanum ducem exercitum ex caſtris apud Geldulam, quæ ultima Ubiorum fuit, *in proximos Gugernorum pagos* duxiſſe. Sed ita coluerunt ab Auguſti temporibus, ſub quo tranſlationem gentis factam eſſe, manifeſtum ex Suetonio Aug. 4. 21. & Tiber. c. 9. *Idem.*

Digitized by Google

χορδόμενοι Γερμανοὶ, ⁊ δυνάμει ⁊ πλήθει διαφέροντες τ̃ ἄλλων, ὑφ' ὧν οἱ (a) ἐξελαυνόμενοι, καὶ ἐφύγον εἰς τ̀ ἐντὸς τ̃ Ρ̃ήνου νυί. ⁊ ἄλλοι ἢ κατ' ἄλλους τόπους διωασεύουσι, ⁊ διαδέχονται τὰ ζώπυρα τ̃ πολέμου, τ̃ πρέπειν ἀεὶ καταλυομένων. πρ̃ὸς δὲ Τρηουίοις ⁊ Νερβίοις, (b) Σήνωνες ⁊ Ρ̃ήμοι πρὸς ἑσπέραν οἰκοῦσιν, ἐπὶ δ' Ατρεβάταις ⁊ (c) Εβουρωνες. τοῖς Μεναπίοις δ' εἰσὶ συνεχεῖς ὅλοι τ̃ῃ θαλάττῃ Μορινοὶ, ⁊ Βελλοάκοι, ⁊ Αμβιανοὶ, ⁊ Σουεσιῶνες, καὶ Καλέτοι, μέχρι δ' ἐκβολῆς τ̃ Σηκουάνα ποταμοῦ. ἐμφερὴς δ' ὅλη τ̃ῃ τ̃ Μεναπίων ἥ τε τ̃ Μορινῶν, ⁊ ἡ πρ̃ὸς Ατρεβάτων καὶ Εβουρώνων. ὕλη γάρ ἐστιν οὐχ ὑψηλῶν δένδρων, πολλὴ μέν, ὑ τοσαύτη δ' (d) ὅσην οἱ συγγραφεῖς εἰρήκασι τεσσαρακιλίων σταδίων· καλοῦσι δ' αὐτὴν Αρδουέννην. ⁊ ἢ τὰς πολεμικὰς ἐφόδους συμπλέκοντες τὰς πρ̃ὸς θάμνων λύγους, βαιτύλους (e) ὄντας, ἀνέφακτον τὰς εἰσόδους, ἔστι δ' ὅπου ⁊ σκόλοπας κατέπηγον. αὐτοὶ ἢ κατέδυσαν εἰς τὰ βάθη πανοίκιοι, νησίδια ἔχοντες ἐν τοῖς ἕλεσι. ἐν μὲν οὖν ταῖς ἐπομβρίαις ἀσφαλεῖς τὰς (f) φυγὰς εἶχον, ἐν ἢ τοῖς αὐχμοῖς ἡλίσκοντο ῥᾳδίως. νυνὶ δ' ἅπαντες οἱ ἐντὸς Ρ̃ήνου καθ' ἡσυχίαν ὄντες, ὑπακούουσι Ρωμαίων. πρὸς ἢ τ̃ Σηκουάναν ποταμὸν εἰσὶ ⁊ οἱ Παρίσιοι, νῆσον ἔχοντες ἐν τ̃ῳ ποταμῷ, ⁊ πόλιν Λυκοτοκίαν ⁊ Μέλδοι ⁊ Λημοβίοι, παρωκεανῖται ἔθνη. ἀξιολογώτατον δ' ὅλων ἔθνος τ̃ αὐτ̃ῆς Ρ̃ήμοι, ⁊ ἡ μητρόπολις αὐτῶν Δυρικόρτορα μάλιστα συνοικεῖται, ⁊ δέχεται τοὺς τ̃ Ρωμαίων ἡγεμόνας.

Μετὰ ἢ τὰ λεχθέντα ἔθνη, τὰ λοιπὰ (g) Βέλγων ὅλων ἐστὶν ἔθνη, τ̃ παρωκεανιτ̃ῶν· ὧν Ουένετοι μὲν εἰσὶν οἱ ναυμαχήσαντες πρὸς Καίσαρα· ἕτοιμοι (h) γὰρ ἦσαν κωλύειν τ̀ εἰς τ̀ Βρεττανικὴν πλοῦν, χρώμενοι τ̃ῳ ἐμπορείῳ. κατεναυμάχησε ἢ ῥᾳδίως, οὐκ ἐμβόλοις χρώμενος, (ἰσχὺς γὰρ παρὰ τὰ ξύλα,)

A Germanica natio, reliquis numero & potentia ſuperiores, à quibus expulſi in regionem interiorem Rheno nunc confugerunt. Sed & aliis in locis alii dominantur, bellique ſeminaria excipiunt, prioribus ſubinde debellatis. A Treviris & Nerviis verſus occaſum Senones ſunt & Remi, itemque Atrebates & Eburones. Menapiis contermini ſunt ad mare Morini, Bellovaci, Ambiani, Sueſſiones, & Caleti, uſque ad Sequanæ oſtia. Menapiorum regioni ſimilis eſt Mori-
B norum, Atrebatum & Eburonum. Eſt enim ſilva arborum non excelſarum, magna quidem, ſed non tanta, quantam ſcriptores faciunt, IV. millia ſtadiorum ei tribuentes: eam verò Arduennam vocant. Sub bellorum incurſiones vimina arbuſtorum dumoſorum contexentes, aditus intercludunt, defixis etiam alicubi palis. Ipſi cum totis familiis in profunda ſilvæ ſe abdunt, inſu-
C las habentes in paludibus exiguas. Ac tempore quidem pluvio facile iis erat effugere; ſiccitate verò oborta non difficulter capiebantur. Nunc omnes qui intra Rhenum degunt, quieti Romanis parent. Ad Sequanam fluvium ſunt etiam Pariſii, inſulam habitantes
D in flumine, & urbem Luteciam: tum Meldæ & Lexobii, hi ad Oceanum. Inter iſtas gentes Rhemi nobiliſſimi ſunt, & eorum urbs primaria Duricortora maximè incolitur, & Romanorum præfectis hoſpitium præbet.

Poſt dictas gentes Belgæ ſunt ad Oceanum pertinentes. De his Veneti navali pugna cum Cæſare congreſſi ſunt, parati ejus Britannicam navigationem impedire, quòd eo ipſi uterentur emporio. Facilè autem Cæſar eos vicit, non confligendis navibus (quippe craſ- Pag. 195.

An. U. C. 697.

(a) Quinam igitur illi pulſi? certè nulli alii quàm Ubii, quibus perpetuum cum Suevis iſtis bellum. Proinde etiam vocabulum hoc Οὐβίοι in Strabonis exemplaribus ante vocem ἐξελαυνόμενοι interiiſſe cenſeo. *Cluverius.*

(b) Meliùs Σένονες Ptolemæus *o* brevi ſcripſit, quia Latini poëtæ corripiunt. *Cellarius.*

(c) Eburones Germanicæ fuiſſe originis dicit Cæſar l. 2. de bel. Gall. c. 4. eorum ſitum ita deſcribit, ut eorum *partem maximam inter Moſam & Rhenum* fuiſſe tradat. Idem l. 6. cap. 31. & 34. unum illorum caſtellum nominat, *Atuatucam*, quod quia Ptolemæus & Antoninus in *Tungris* cenſent, iidem dicendi ſunt qui *Tungri*. Ideo Cæſar Tungros non memorat, quia ei ſunt Eburones; nec Plinius Eburones in populis Belgicæ recenſuit, quia in illis recenſet Tungros. *Cellarius.*

(d) Si ita ſcripſit Strabo, Cæſarem & qui cum Cæſare ſentiunt reprehendit hoc loco. Quis autem putet certius de Arduenna quicquam habuiſſe Strabonem quàm Cæſarem, qui eam non ſemel luſtravit? Mihi quidem non temerè videntur quæ à Cæſare dicuntur in dubium poſſe vocari: nec facilè reperias ubi à Cæſare diſſentiat Strabo. Quare ne hìc quidem meo judicio ab eodem diſſentire voluit; ſed ejus potius auctoritate adverſus alios uti. Nam aut ego vehementiſſimè fallor, aut ita ſcripſerat Strabo, ὑ τοσαύτη δὲ ὅσην οἱ συγγραφεῖς εἰρήκασι· τεσσαρακιλίων δέ, quorum verborum eſt hæc ſententia, Arduennam non eſſe tantam quantam ſcriptores plerique tradunt, ſed ſtadiorum tantùm quatuor millium. *Caſaubonus.* Hæc refutat Cluverius Germ. Antiq. l. 2. c. 38.

(e) Scribe ἔσας. *Caſaubonus.*

(f) Mſſ. καταφυγάς. *Idem.*

(g) Mirum vulgares Strabonis editiones Venetos Belgis adſcribere: Veneti enim non Belgicæ, ſed Celticæ ſunt populi: unde legendum pro Βελγῶν cenſeo Κελτῶν. *Merula.*

(h) Aliam cauſam hujus belli commemorat Cæſar l. 3. de Bel. Gal.

Digitized by Google

sis lignis eorum naves constabant) sed cùm vento incitatæ impetum darent, Romani vela earum falcibus, quas longuriis præfixerant, deripiebant: nam velis utebantur pelliceis Veneti ob vim ventorum: catenas intendebant loco rudentum: naves faciebant latis carinis, altis proris & puppibus ob æstum maris, ex materia, qua abundant, querna. Quapropter tabularum junctiuras non committebant, sed intercapedines relinquebant, quas alga implerent, ne madefacta materia, cùm subducuntur naves, exaresceret, cùm alga sua natura sit humidior, quercus sicca & pinguedinis inops. Hos ego Venetos existimo Venetorum illorum esse conditores, qui ad Hadriaticum mare habitant; quando reliqui etiam ferè omnes Galli qui in Italia sunt, ex transalpinis eò immigraverunt regionibus, ut Boii & Senones: cùm Paphlagonibus, quia illi quoque Heneti sive Veneti appellantur, alii id adscribant. Neque ego id pro certo tamen affirmo, cùm in hujusmodi rebus probabili conjectura par sit esse contentum. Post Venetos sunt Osismii, quos Timios Pytheas dicit, versus Oceanum habitantes in promontorio quodam satis longè porrecto; non tamen ita longè, ut ille & qui eum secuti sunt auctorem, tradiderunt. Gentium quæ inter Sequanam & Ligerim degunt, aliæ Sequanorum, aliæ Arvernorum sunt finitimæ.

Universa autem hæc natio, quæ Gallica seu Galatica nunc usurpatur, bellicosa est & ferox, & ad pugnam promta, cæterùm ingenio simplici ac nulla malignitate devincto. Itaque irritati, ad pugnam confertim & palam coëunt, idque incircumspectè: quo fit, ut facilè circumveniantur, si quis calliditate bellica adversus eos uti velit. Facilè enim quando & ubi volet, & quacumque causa objecta eos lacessitos ad prœlium conferendum elicuerit, nulla præter vim & audaciam re instructos. Iidem facilè persuaderi sibi sinunt ut utiliora amplectantur: itaque disciplinæ etiam & litteris se dederunt. Violentiam partim à corporum mole habent, partim à multitudine: ac facilè coëunt magno numero ob simpli-

A ἀλλ' ἀνέμῳ φερομένων ἐπ' αὐτὸν, κατέκοπτον οἱ Ρωμαῖοι τὰ ἱστία δρυπρεπάνοις· λῶρ γὰρ σπύτινα ἀπὸ τῶν βίαν τὸ ἀνέμων· ἀλύσεις δ' ἔτεινον ἀντὶ κάλων· πλατύπυγα δὲ ποιοῦσι καὶ ὑψίπρυμνα διὰ ὑψίβροχα ἀπὸ τὰς ἀμπώτεις, δρυίνης ὕλης, ἧς ἐστὶν εὐπορία. διόπερ οὐ συναροῦσι τὰς ἁρμονίας τῶν σανίδων, ἀλλ' ἀραιώματα καταλείπουσι· ταῦτα δὲ βρύοις ἀφανάττουσι, τὸ μὲν κατὰ τὰς νεωλκίας καπυρεῦσθαι τῶν ὕλην, (a) ἣ νοτιζομένην, τὸ δὲ βρύου νοτιωτέρου ὄντος τῇ φύσει, τῆς δὲ δρυὸς ξηρᾶς καὶ ἀλιποῦς. (b) τούτους οἶμαι τοὺς Οὐενέτους οἰκιστὰς εἶναι τῶν κατὰ τὸν Ἀδρίαν καὶ δὴ οἱ ἄλλοι πάντες σχεδόν τι οἱ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ Κελτοὶ μεταναστᾶσιν ἐκ τῆς ὑπὲρ τῶν Ἀλπεων γῆς, καθάπερ καὶ οἱ Βοῖοι καὶ οἱ Σένωνες· ἀφ' ἧς τὴν ὁμωνυμίαν Παφλαγόνας φασὶν αὐτούς. λέγω δ' οὐκ ἰσχυριζόμενος· ἀρκεῖ δὲ καὶ τῶν τοιούτων τὸ εἰκός. ἐνθένδε οἱ Ὀσίσμιοι δ' εἰσὶν, οὓς Τιμίους ὀνομάζει Πυθέας, δήπου περιπλωκίας ἱκανῶς (c) ἄχρας, εἰς τὸν ὠκεανὸν οἰκοῦντες· οὐκ δήπου τοσοῦτόν γ', ἐφ' ὅσον ἐκεῖνον ἔχειν φησὶ, καὶ οἱ πιστεύσαντες ἐκείνῳ. τῶν γε μεταξὺ ἐθνῶν τό τε Σηκουάνα καὶ τὸ Λίγηρος, οἱ μὲν τοῖς Σηκουανοῖς, οἱ δὲ τοῖς Ἀρουερνοῖς ὁμορροῦσι.

Τὸ γὰρ σύμπαν φῦλον, ὃ νυῦ Γαλλικόν τε καὶ Γαλατικὸν καλοῦσιν, ἀρειμανιόν τε καὶ θυμικόν ἐστι, καὶ ταχὺ πρὸς μάχλω, ἄλλως γε ἁπλοῦ καὶ οὐ κακόηθες. ὅθεν γε τοῦτο ἐρεθιζόμενοι μὲν, ἀθρόοι συνίασι πρὸς τοὺς ἀγῶνας καὶ φανερῶς, καὶ οὐ μετὰ πρεσκέψεως, ὥστε καὶ δυμεταχείριστοι γίνονται τοῖς καταστρατηγεῖν ἐθέλουσι. καὶ γὰρ ὅτε βούλεται, καὶ ὅπου, καὶ ἀφ' ἧς ἔτυχε προφάσεως, παροξύνας τις αὐτοὺς, ἑτοίμους ἔχει πρὸς τὸν κίνδυνον, πλὴν βίας καὶ τόλμης ὑδὲν ἔχοντας τὸ σωφρονιζόμενον· εὐπαιθεῖς γε δυμαρῶς ἐνιδρύσασι πρὸς τὸ χρήσιμον, ὥστε καὶ παιδείας ἅπτεσθαι καὶ λόγων. ἡ γὲ βίας, τὸ μὲν ἐν τοῖς σώμασιν ὄντι μεγάλων ὄντων, τὸ δ' ἐν τῷ πλήθους· συνίασι γὰρ καὶ πλῆθος ῥᾳδίως ἀπὸ τοῦ ἁπλοῦν καὶ αὐθέκαστον, συν-

(a) Delendum ἢ, & legendum ὕλῃ νοτιζομένῃ. *Casaubonus.*

(b) Idem repetit l. 5. post principium. Sed neutra sententia satis firma, & solâ nominis convenientiâ nititur. Id verò certum est, undecumque venerint, ante cæterorum Gallorum trans Alpes migrationem, in Italiam antiquis temporibus venisse. Livius enim tradidit l. 5. c. 33. quum Tusci *ante Romanum imperium* trans Padum terras tenerent, Venetorum angulum, qui sinum circumcoluerint maris, exceptum fuisse. *Cellarius.*

(c) Hoc Gobæum Ptolemæi promontorium esse creditur: *extremi*, inquit, *usque ad Gobæum promontorium Osismii.*

Digitized by Google

ταναπτοῦντες τοῖς ἀδικεῖσθαι δοκοῦσιν ἀεὶ τὸ πλησίον. νυνὶ μὲν οὖν ἐν εἰρήνῃ πάντες εἰσὶ δεδουλωμένοι, καὶ ζῶντες καὶ τὰ σκεύη τὰ ἐκόντων αὐτοὺς Ρωμαίων. ἀλλ' ἐκ τῶν παλαιῶν χρόνων τοιοῦτο λαμβάνομεν περὶ αὐτῶν, ἐκ τοῦ μέχρι νυνὶ (a) συμβαινόντων παρὰ τοῖς Γερμανοῖς νομίμων. καὶ γὰρ τῇ φύσει καὶ τοῖς πολιτεύμασιν ἐμφερεῖς εἰσὶν ἔτοι καὶ συγγενεῖς ἀλλήλοις, ὁμορόν τε οἰκοῦσι χώραν διοριζομένῳ τῷ Ρήνῳ ποταμῷ, καὶ σχεδὸν πλησία ἔχουσι τὰ πλεῖστα. ἀρκτικώτερα δ' ὄντων ἡ Γερμανία, κρινομένων τῶν νοτίων μεταξὺ πρὸς τὰ νότια, καὶ τῶν ἀρκτικῶν πρὸς τὰ ἀρκτικά. ἀφ' τοῦτο ἂν καὶ τὰς μεταναστάσεις αὐτῶν ῥᾳδίως ὑπάρχειν συμβαίνει, φερομένων ἀγεληδὸν καὶ παντρατιᾷ, μᾶλλον δ' ἐκ παροικιῶν ἐξαιρόντων, ὅταν ὑπ' ἄλλων ὑπερβάλλωνται κρείττονων. οἵ τε Ρωμαῖοι πολὺ ῥᾷον τούτους ἐχειρώσαντο ἢ τοὺς Ιβηρας· ἃ γὰρ ἤρξαντο πρότερον, καὶ ἐπαύσαντο ὕστερον ἐκείνοις πολεμοῦντες, τούτους δ' ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ πάντας κατέλυσαν, τοὺς ἀνὰ μέσον Ροδανοῦ καὶ τῶν Πυρηναίων ὀρῶν σύμπαντας· ἀθρόοι γὰρ καὶ κατὰ πλῆθος ἐμπίπτοντες, ἀθρόοι κατελύοντο. οἱ δ' ἐταμίσιον, καὶ κατεκερμάτιζον τοὺς ἀγῶνας, ἄλλοτε ἄλλοι, καὶ κατ' ἄλλα μέρη ληστρικῶς πολεμοῦντες.

Εἰσὶ μὲν οὖν μαχηταὶ πάντες τῇ φύσει, χρείττους δ' ἱππόται ἢ πεζοί· καὶ ἔστι Ρωμαίοις τῆς ἱππείας ἀρίστη παρὰ τούτων. ἀεὶ γὰρ οἱ πρόσθεν καὶ παρασκευαῖται μαχιμώτεροι· τούτων γὰρ τοὺς Βέλγας ἀρίστους φασὶν, εἰς πεντεκαίδεκα ἔθνη διηρημένους, τὰ μεταξὺ τοῦ Ροδανοῦ (b) καὶ τοῦ Λείγηρος παροικοῦντας τὸ ὠκεανὸν, ὥστε μόνους ἀντέχειν πρὸς τὴν τῶν Γερμανῶν ἔφοδον, Κίμβρων καὶ Τευτόνων. αὐτοὺς δὲ τῶν Βελγῶν Βελλοβάκους ἀρίστους φασὶ, μετὰ δὲ τούτους Σουεσσίωνας. τὸ δὲ πολυανθρωπίας σημεῖον· εἰς γὰρ λ' μυριάδας ἐξετάζεσθαί φασι τὸ Βελγῶν πρότερον τὸ δυναμένων φέρειν ὅπλα. εἰρηται δὲ καὶ τὸ τῶν Ελουητίων πλῆθος, καὶ τὸ τῶν Αρουερνῶν καὶ τῶν συμμάχων, ἐξ ὧν ἡ πολυανθρωπία φαίνεται, ἃ ὀλίγῳ εἶπον, καὶ τῶν γυναικῶν ἀρετὴ πρὸς τὸ τίκτειν καὶ ἐκτρέφειν τοὺς παῖδας. σαγηφοροῦσι δὲ καὶ κομοβοφοῦσι, καὶ ἀναξυρίσι χρῶνται ποικιλτοῖς· τοὺς

A citatem & libertatem, ſemper indignationem ſuſcipientes pro vicinis injuria ſe affectos putantibus. Noſtra quidem ætate omnes pacati ſerviunt, ac Romanorum, à quibus ſubacti ſunt, juſſis parent. Sed quales diximus, ſuperioribus temporibus tales eos fuiſſe intelligimus ex Germanorum adhuc durantibus conſuetudinibus. Nam & natura & vitæ inſtitutis gentes hæ in- Pag. 196.
vicem ſimiles ſunt & cognatæ, confinem habitantes regionem, Rheno di-
B viſam, & pleraque inter ſe ſimilia habentem. Magis tamen verſus ſeptentrionem vergit Germania, partibus auſtrinis cum auſtrinis, & borealibus cum borealibus comparatis. Iiſdem de cauſis migrationes etiam faciliùs iis acciderunt, cùm gregatim ac ex omni collecto multitudine exercitu ferrentur, imò potiùs cum omni familia migrarent, quoties ab aliis validioribus pellebantur. Ac Romani multò hos faciliùs quàm Hiſpanos ſubegerunt: nam his
C & priùs intulerunt bellum, & eos tardiùs debellarunt, domitis interea temporis omnibus qui inter Rhenum & Pyrenam erant Gallis. Hi enim confertim numeroſis agminibus irruentes, confertim victi fuerunt. Hiſpani bellum traxerunt, & in partes exiguas certamina diſcerpſerunt, aliàs alii atque alibi latrocinii in morem belligerantes.

Galli omnes natura ſunt pugnaces, equitatu tamen quàm peditatu meliores: & optimam equitatûs ſui par-
D tem Romani ab his habent. Quò magis ad ſeptentrionem & oceanum vergunt, eò ſunt bellicoſiores. Primam laudem Belgis tribuunt, diviſis in xv. gentes, quæ habitant inter Rhenum & Ligerim ad Oceanum: ſolique adeo Belgæ Germanorum, Cimbrorum ac Teutonum impreſſionem ſubſtiterunt. Inter Belgas præſtare aiunt Bellovacos, ac ſecundùm hos Sueſſiones. Quanta hominum copia apud eos fue-
E rit, hinc colligi poteſt, quòd olim trecenta millia hominum arma ferre valentium apud Belgas ſunt cenſa. Helvetiorum & Arvernorum ac ſociorum multitudinem antè commemoravi, unde apparet quàm populoſi fuerint, quámque, ut dixi, mulieres eorum pariendo educandoque fœtu felices. Belgæ ſaga ferunt, comam alunt, braccis utuntur circùm extentis: loco tunica-

(a) Optimè veteres libri, συμμενόντων. *Caſaubonus.*
(b) Fallitur Strabo cùm Belgas trans Sequanam ad Ligerim uſque promovet, & à Julio Cæſare præter morem ſuum recedit, qui Belgas à Celtis Matrona & Sequana dividit.

Digitized by Google

rum utuntur veſte fiſſili manicata, uſque ad pudenda & nates demiſſa. Lana eorum aſpera eſt, ſed ipſam proximè pellem detonſa: ex ea denſa ſaga texunt, quas lænas vocant. Sanè & Romani in maximè ſeptentrionalibus locis degentes, pellitos greges alunt, quorum ſatis bona lana eſt. Armatura illis pro corporum proportione, gladius longus ad dextrum dependens latus, ſcutum longum, lanceæ pro proportione, & mataris tragulæ genus. Nonnulli etiam arcubus utuntur & fundis: habent & lignum pili forma, quod non amento, ſed è manu torquetur longiùs quàm ſagitta, quo maximè utuntur ad aucupium. Humi decumbunt etiamnum plerique, ſedentes in toris cibum capiunt. Cibus plerumque cum lacte eſt & omnis generis carnibus, maximè ſuillis cùm recentibus tum ſalitis. Sues etiam in agris pernoctant, altitudine, robore & celeritate præſtantes; à quibus, ſi quis non adſuevit, accedenti non minùs quàm à lupo eſt periculi. Domos è tabulis & cratibus conſtruunt magnas, rotundas, magno impoſito faſtigio. Tam copioſi autem ſunt iis pecudum & ſuum greges, ut ſagorum & ſalſamentorum copiam non Romæ tantùm ſuppeditent, ſed & pleriſque Italiæ partibus. Pleræque eorum reſpublicæ ab optimatibus gubernabantur. Antiquitus unum quotannis principem, itemque unum belli ducem multitudo deligebat: nunc Romanorum mandatis ferè parent. Peculiare quippiam habent in conciliis: ſi quis enim dicenti obſtrepat aut tumultuetur, lictor accedit ſtricto cultro, minis adhibitis tacere eum jubet: idque iterum ac tertiò facit, eo non ceſſante: tandem à ſago ejus tantum amputat, ut reliquum ſit inutile. Id eis cum compluribus aliis barbaris commune eſt, quòd contraria noſtris moribus ratione virorum & mulierum officia habent diſtributa.

Pag. 197.

Apud univerſos autem ferè tria homi-

ναις· ἀντὶ ἢ χιτώνων χιτῶς χλειδωτοὺς φέρουσι (a) μέχρι αἰδοίων καὶ γλουτῶν. ἡ δὲ ἐρέα, ξαχεῖα μέν, ἀχριμαλλος δὲ, ἀφ' ἧς τοὺς δασεῖς σάγους ἐξυφαίνουσιν, οὓς (b) λαίνας καλοῦσιν. οἱ μὲν δὴ (c) Ρωμαῖοι καὶ ἐν τοῖς πρεσβυτάτοις ὑποδιφθέρας ξέφυσι πίμπρας ἱκανῶς ἀσπίας ἐρέας. ὁπλισμὸς ἢ σύμμετρος τοῖς τῶν σωμάτων μεγέθεσι, μάχαιρα μακρὰ παρηρτημένη παρὰ τὸ δεξιὸν πλάγιον, καὶ θυρεὸς μακρὸς, καὶ λόγχαι καὶ λόγον, καὶ (d) μέσεις πάλτης τι εἶδος· χρῶνται ἢ καὶ τόξοις ἔνιοι καὶ σφενδόναις· ἔστι δέ τι καὶ χρόσφῳ ἐοικὸς ξύλον, ἐκ χειρὸς οὐκ ἐξ ἀγκύλης ἐφιέμενον, πλεβολώτερον καὶ βέλος, ᾧ μάλιστα καὶ πρὸς τὰς τῶν ὀρνέων χρῶνται θήρας. χαμευνοῦσι ἢ καὶ μέχρι νῦν οἱ πολλοὶ, καθεζόμενοι δειπνοῦσιν ἐν σιβάσι. τροφὴ ἢ πλείστη μὲν γάλακτος καὶ κρεῶν παντοίων, μάλιστα ἢ τῶν ὑείων καὶ νέων καὶ ἁλιστῶν. αἱ δὲ ὗες καὶ ἀγραυλοῦσιν, ὥστε καὶ ἀλκὴν καὶ τάχει διαφέρουσαι· κίνδυνος γοῦν ὅσοι τῷ ἀπίθει προσιόντι, ὡσαύτως καὶ λύκῳ. τοὺς δ' οἴκους ἐκ σανίδων καὶ γέρρων ἔχουσι μεγάλους, θολοειδεῖς, ὄροφον πολλὴν ὑπιβάλλοντες. ὕπτιος δ' ὅστις δαψιλὴς καὶ τὰ πίμπρια καὶ τὰ ὑοφόρβια, ὥστε τῶν σάγων καὶ τῆς ταριχείας ἀφθονίαν μὴ τῇ Ῥώμῃ χορηγεῖσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πλείστοις μέρεσι τῆς Ἰταλίας. ἀριστοκρατικαὶ δ' ἦσαν αἱ πλείστων πολιτειῶν· ἕνα δ' ἡγεμόνα ἤρχοντο κατ' ἐνιαυτὸν τὸν τοπαλαιὸν, ὡς δ' αὕτως εἰς πόλεμον εἷς ὑπὸ τοῦ πλήθους ἀποδείκνυτο στρατηγός. νυνὶ δὲ προσέχουσι τοῖς τῶν Ρωμαίων προστάγμασι τὸ πλέον. ἴδιον ἢ τὸ ἐν τοῖς συνεδρίοις συμβαῖνον· ἐάν γάρ τις θορυβῇ τὸν λέγοντα καὶ ὑποκρούσῃ, προσιὼν ὁ ὑπηρέτης, ἐσπασμένος τὸ ξίφος, κελεύει σιγᾶν μετ' ἀπειλῆς· μὴ παυομένου ἢ, καὶ δεύτερον καὶ τρίτον ποιεῖ τὰ αὐτά· τελευταῖον ἢ ἀφαιρεῖ τοῦ σάγου τοσοῦτον, ὅσον ἄχρηστον ποιῆσαι τὸ λοιπόν. τὸ ἢ περὶ τὰς ἄνδρας καὶ τὰς γυναῖκας, τὸ διηλλάχθαι τὰ ἔργα ὑπεναντίως τοῖς παρ' ἡμῖν, κοινὸν καὶ πρὸς ἄλλους συχνοὺς τῶν Βαρβάρων ἐστί.

Παρ' ἅπασι δ' ὡς ὅπιπαν ξία φῦλα τῶν π-

(a) Hinc Martialis lib. 1. Epigr. 93.
Dimidiaſque nates Gallica palla tegit.

(b) Quî? videtur enim indicare Gallorum eſſe vocem, *Læna*. Varro tamen de ling. Lat. 4. vult eſſe Latinam. Ego puto vocem puram Græcam literula una truncatam. Conſtat enim è Plutarcho Lænas nihil aliud eſſe, quàm Græcorum χλαίνας. Feſtus (V. *Læna*) quoque auctor eſt quoſdam exiſtimaſſe Lænam Græcè, quam χλαίνῳ dicunt, eſſe appellatam, quoſdam tamen Thuſcè. *Caſaubonus.*

(c) Difficilis mihi locus, & de quo neutram in partem velim quicquam affirmare. Poteſt videri bene habere: & tunc ita interpretabimur, ut intelligamus, quemadmodum fuerunt Parthicarii negotiatores Romani apud Parthos, ita etiam fuiſſe apud Gallos, qui in optimis quibuſque Galliæ paſcuis greges alerent. Non improbo tamen, quod Xylandro videbatur, ſucceſſiſſe vocem Ρωμαῖοι in locum alicujus populi Galliæ ſeptentrionalis, quales fuere Rhemi & Rothomagi. *Idem.*

(d) Non eſt dubium legendum eſſe μάτιρις vel μάλεις, quandoquidem Epitome habet μάλεις. Vide Cæſarem, Livium & alios. *Idem.*

Digitized by Google

μαμβύων ἀφαφεσόντας ὀξύ, Βάρδοι τε, καὶ Οὐάτεις, καὶ Δρυΐδαι· Βάρδοι μὲν ὑμνηταὶ καὶ ποιηταί· Οὐάτεις δὲ ἱεροποιοὶ καὶ φυσιολόγοι· Δρυΐδαι δὲ πρὸς τῇ φυσιολογίᾳ καὶ τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν ἀσκοῦσι. δικαιότατοι δὲ νομίζονται, καὶ ἀφ' τοῦτο πιστεύονται τάς τε ἰδιωτικὰς κρίσεις καὶ τὰς κοινάς, ὥστε καὶ πολέμους διήτων ἀφεστεῶτας, καὶ παρατάξεσθαι μέλλοντας ἔπαυον. τὰς δὲ φονικὰς δίκας μάλιστα τούτοις ἐπιτρέπουσι δικάζειν· ὅταν τε φορὰ τύπτων ᾖ, φορὰν καὶ τῆς χώρας νομίζουσιν ὑπάρχειν. ἀφθάρτους δὲ λέγουσι καὶ οὗτοι καὶ ἄλλοι τὰς ψυχὰς καὶ τὸν κόσμον· ἐκπυρωθήσεσθαι δέ ποτε καὶ πῦρ καὶ ὕδωρ. τῶν δὲ ἁπλῶν καὶ θυμικῶν πολὺ τὸ ἀνόητον καὶ ἀλλοζονικὸν φέρουσι, καὶ τὸ φιλόκοσμον· χρυσοφοροῦσί τε γὰρ φιλοῦσι μὲν τοῖς τραχήλοις περιτιὰ ἔχοντες, φιλοῦσι δὲ τοῖς βραχίοσι καὶ τοῖς καρποῖς φύλια, καὶ τὰς ἐσθῆτας βαπτὰς φοροῦσι καὶ χρυσοπάστους οἱ ἐν ἀξιώματι. ὑπὸ τοιαύτης δὲ κουφότητος, ἀφόρητοι μὲν νικῶντες, ἐκπλαγεῖς δὲ ἡττηθέντες ὁρῶνται. φρόσει δὲ τῇ διανοίᾳ καὶ τὸ βάρβαρον καὶ τὸ ἔκφυλον, ὃ τοῖς βορεοδόροις ἔθνεσιν ἀδιαλλάκτως πλεῖον, τὸ δεῖσθαι μάχης ἀπόνους, τὰς κεφαλὰς τῶν πολεμίων ἐξαπίδνα καὶ τῶν ὠχένων τῶν ἵππων, κομπώδεις δὲ περιπαλαίειν τῷ θείᾳ τοῖς περιπυλαίοις. φησὶ γοῦν Ποσειδώνιος αὐτὸς ἰδεῖν ταύτην πολλαχοῦ, καὶ τὸ μὴ πρῶτον ἀηδίζεσθαι, μηδὲ δι' ταῦτα φέρειν προφάσεις ἀφ' ἑαυτῶν θείαν. τὰς δὲ τῶν ἐνδόξων κεφαλὰς καθροῦντες, ἐπιδείκνυσι τοῖς ξένοις, καὶ οὐδὲ πρὸς ἰσοστάσιον χρυσὸν ἀπολυτροῦν ἠξίουν. καὶ τούτων δὲ ἔπαυσαν αὐτοὺς Ρωμαῖοι, καὶ τῶν κατὰ τὰς θυσίας καὶ μαντείας (a) ἀπαναύσιος τοῖς παρ' ἡμῖν νομίμοις. ἀνθρώπου γὰρ κατασεισμένου πάντες εἰς νῶτον μαχαίρᾳ, ἐμαντεύοντο ἐκ τοῦ σφαδασμοῦ· ἔθυον δὲ οὐκ ἄνευ Δρυϊδῶν. καὶ ἄλλα δὲ ἀνθρωποθυσιῶν εἴδη λέγεται· ἐς γὰρ καταξύλου τινας, καὶ ἀνεσταύρουν ἐν τοῖς ἱεροῖς, καὶ (b) κατασκευάσαντες κολοσσὸν χόρτου, καὶ ξύλον ἐμβαλόντες εἰς τοῦτον, βοσκήματα καὶ παντοῖα θηρία καὶ ἀνθρώπους ὁλοκαύτωσαν.

Ἐν δὲ τῇ ὠκεανῇ φασὶν εἶναι νῆσον μικράν, οὐ πάνυ πελαγίαν, ἀπεναντίον τῆς ἐκβολῆς τοῦ Λίγηρος ποταμοῦ· οἰκεῖν δὲ ταύτην τὰς τῶν

num ſunt genera, quæ in ſingulari habentur honore, Bardi, Vates, & Druidæ: horum Bardi hymnos canunt, poëtæque ſunt: Vates ſacrificant & naturam rerum contemplantur: Druidæ præter hanc phyſiologiam, etiam de moribus diſputant. De horum juſtitia ſumma omnium eſt opinio: itaque & publica iis & privata judicia committuntur, & aliquando cauſis bellorum diſceptandis jam acie congreſſuros compoſuerunt. Maximè judicia de cæde iis commiſſa ſunt: cúmque horum multus eſt proventus, agrorum quoque fertilitatem conſequi putant. Cùm hi, tum alii animam interitûs expertem ſtatuunt & mundum: tamen aliquando ignem & aquam ſuperatura. Simplicitati eorum & ferociæ multùm adeſt ſtoliditatis ac arrogantiæ, & ornatûs ſtudii: geſtant enim aureos circum colla torques, & circa brachia ac manûs cum brachio commiſſuram brachialia: & qui honores gerunt, ii veſtes tinctas atque auro variegatas uſurpant. Ob hanc levitatem & intolerabiles ſunt ubi vincunt; & ubi vincuntur, planè conſternati. Habent eorum etiam ingenia barbaricum quippiam & inuſitatum, quod pleriſque ſeptentrionalibus gentibus commune eſt, quòd cùm à pugna redeunt, capita hoſtium de collis equorum ſuſpendunt, & ſpectaculi gratia ante portas oppidorum affigunt. Id ſe multis in Galliæ locis vidiſſe ait Poſidonius, cúmque initio rem inſolentem averſaretur, conſuetudine eam ſibi minùs moleſtam redditam. Capita autem illuſtrium virorum cedrio inungentes, peregrinis oſtentabant, neque reddere dignabantur, ſi quis tantumdem auri pondus pro iis redimendis offerret. Romani tamen & ab his eos deduxerunt, & à ſacrificiorum ac divinandi ritibus, qui noſtris erant contrarii. Hominis enim ſacris devoti gladio tergum ferientes, ex ejus palpitatione ariolabantur: ſacris ſemper aderant Druidæ. Quin & aliæ hominum immolationes feruntur: in ſacris enim quoſdam ſagittis configebant, aut in crucem agebant, ac fœni coloſſo exſtructo, in eumque injecto ligno, pecudes & omnis generis beſtias ac homines concremabant.

In Oceano autem inſulam eſſe aiunt parvam, non planè in alto ſitam, objectam oſtio Ligeris: in ea habitare

Pag. 198.

(a) Scribo ἀπαναυλίων. *Idem.*

(b) Vide Cæſarem & Diodorum.

Digitized by Google

Samniticas mulieres, Bacchico inſtinctu correptas, quæ Bacchum cæremoniis & ſacrificiis demereantur; nullum eò virum venire, ſed ipſas navigiis avectas cum viris ſuis coire, atque inde in inſulam reverti. Moris quoque eſſe, ut templi tectum quotannis auferatur, eademque rurſum die ante ſolis occaſum integatur, una qualibet mulierum onus apportante: cui onus excidat, eam ab aliis diſcerpi; & eas fruſta inter evandum ad templum congerentes non antè finem facere quàm furore ſolvantur: ſemper autem uſuvenire, ut una de iis onere elapſo ita lanietur. Fabulæ quoque ſimilius eſt quod de corvis Artemidorus tradidit: portum enim ait eſſe quemdam ad oram Oceani, qui duorum corvorum appelletur: in eo apparere duos corvos, qui dextram alam habeant albicantem: eò accedere quibus aliquid controverſiæ eſt, & in ſublimi loco poſita tabula utrumque pro ſe liba conjicere: corvos advolantes altera vorare, altera diſſipare: obtinere autem cauſam ſuam eum, cujus liba disjiciuntur. Hæc ergo magis fabulam ſapiunt: quæ autem de Cerere & Proſerpina dicit, magis ſunt probabilia. Perhibet enim inſulam eſſe Britanniæ propinquam, in qua deabus his ſacrificetur eodem ritu quo in Samothrace. Creditum eſt id quoque, in Celtica arborem naſci ficûs ſimilem, quæ fructum edat forma capituli columnæ Corin-
Pag. 199. thiaci, qui fructus inciſus ſuccum emittat lethalem, ſi eo inungantur jacula. Id quoque vulgi ſermonibus tritum eſt, omnes Celtas contentioſos eſſe, neque apud eos turpe judicari, ſi adoleſcentes flore ætatis abutantur. Ephorus Celticam ingenti facit magnitudine, ita ut iis pleraque Hiſpaniæ nunc dictæ loca uſque ad Gades tribuat, aitque Græcorum ſtudioſam eſſe gentem, multaque de iis peculiaria tradit, præſenti ſtatui non conſentanea. De quibus hoc etiam peculiare eſt, dare operam eos, ne obeſi fiant, neve prominentem ventrem habeant; & ſi quis adoleſcens cingulo præſcriptam menſuram excedat, eum multari. Hæc de tranſalpina ſufficiant Gallia.

Ibid. Quatuor ſunt uſitati è continente in inſulam (Britanniam) trajectus, nimi-

A Σαμνιτῶν γυναῖκας, Διονύσῳ κατεχομένας, καὶ ἐνθουσιώσας τὸν θεὸν τοῦτον τελεταῖς τε, καὶ ἄλλαις ἱεροποιίαις ἐξιλεουμένας. οὐκ ἐπιβαίνειν δ' ἄνδρα τῆς νήσου, τὰς δὲ γυναῖκας αὐτὰς πλεούσας, κοινωνεῖν τοῖς ἀνδράσι, καὶ πάλιν ἐπανιέναι. ἔθος δ' εἶναι κατ' ἐνιαυτὸν ἅπαξ τὸ ἱερὸν ἀποστεγάζεσθαι, καὶ στεγάζεσθαι πάλιν αὐθημερὸν πρὸ δύσεως, ἑνάσης φορτίον ἐπιφερούσης· ἧς δ' ἂν ἐκπέσοι τὸ φορτίον, διασπᾶσθαι ταύτην ὑπὸ τῶν ἄλλων· φερούσας δὲ τὰ μέρη περὶ τὸ ἱερὸν μετὰ δαυμοῦ, μὴ παύεσθαι πρότερον, πρὶν παύσωνται τῆς λύσσης· ἀεὶ δὲ συμβαίνειν, ὥστε τινὰ ἐμπίπλειν τὸν τοῦτο πασχόμενον. τοῦτο δ' ἔτι μυθωδέστερον εἴρηκεν Ἀρτεμίδωρος τὸ περὶ τοὺς κόρακας συμβαῖνον· λιμένα γάρ τινα τῆς παραπλησίου ἱστορεῖ δύο κοράκων ἐπονομαζόμενον· φαίνεσθαι δ' ἐν τούτῳ δύο κόρακας τὸν δεξιὰν πτέρυγα παραλευκον ἔχοντας· τοὺς οὖν περί τινων ἀμφισβητουμένων, ἀφικομένους δεῦρο, ἐφ' ὑψηλοῦ τόπου σανίδα θέντας ἐπιβάλλειν φαιτὰ, ἑκάτερον χωρὶς· τοὺς δ' ὄρνεις ἐφιπτάντας τὰ μὲν ἐδίειν, τὰ δὲ σκορπίζειν· οὗ δ' ἂν σκορπισθῇ τὰ φαιτὰ, ἐκεῖνον νικᾶν. ταῦτα μὲν δὴ μυθωδέστερα λέγει· περὶ δὲ τῆς Δήμητρος καὶ τῆς Κόρης πιστότερα. ὅτι φησὶν εἶναι νῆσον πρὸς τῇ Βρεττανικῇ, καθ' ἣν ὁμοίως τοῖς ἐν Σαμοθράκῃ περὶ τὸν Δήμητρα καὶ Κόρην ἱεροποιεῖται. καὶ τοῦτο δὲ τῶν πιστευομένων ἐστὶν, ὅτι
D ἐν τῇ (a) Κελτικῇ φύεται δένδρον ὅμοιον συκῇ, καρπὸν δ' ἀφίησι παραπλήσιον κιονοκράνῳ Κορινθιουργεῖ· ὑπομιμνῄσκει δ' ἕτερα, ἀφίησιν ἐπὶ θανάσιμον πρὸς τὰς ἐπιχρίσεις τῶν βελῶν. καὶ τοῦτο δὲ τῶν θρυλλουμένων ἐστὶν, ὅτι πάντες Κελτοὶ φιλόνεικοί τε εἰσὶ καὶ ὑ νομίζεται παρ' αὐτοῖς αἰσχρὸν, τὸ τῆς ἀκμῆς ἀφεισθῆναι τοὺς νέους. Ἔφορος δὲ ὑπερβάλλεσθαί τε τῷ μεγέθει λέγει τὴν Κελτικὴν, ὥστε ἴσην νῦν Ἰβηρίας καλεῖσθαι, ἐκείνοις τὰ πλεῖστα προσνέμειν μέχρι Γαδείρων· φιλέλληνάς τε ὑποφαίνῃ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ πολλὰ ἰδίως λέγῃ περὶ αὐτῶν ὐκ εἰκότα τοῖς νῦν. ἴδιον δὲ καὶ τοῦτο, ἀσκεῖν γὰρ αὐτοὺς μὴ παχεῖς εἶναι, μηδὲ προγάστορας, τὸν δ' ὑπερβάλλόμενον τὸν νέων τὸ τῆς ζώνης μέτρον, ζημιοῦσθαι. ταῦτα μὲν δὴ τὰ περὶ τῶν ὑπὲρ τῶν Ἄλπεων Κελτικῶν.

Τέτταρα δὲ ἐστὶ διαβήματα, οἷς χρῶνται συνήθως ἀπὸ τῆς νήσου ἐπὶ τὴν ἠπειρον, τὰ ἀπὸ τοῦ

(a) Putat Xylander legendum Βελγικῇ, non Κελτικῇ.

rum

Digitized by Google

ἐκβολῶν τῆς ποταμοῦ τούτου Ῥήνου, καὶ τῆς Σηκοάνα, καὶ τοῦ Λείγηρος, καὶ τῆς Γαρούνα. τοῖς δ' ἀπὸ τῆς ἑσπερίου Ῥήνου τόπων ἀναχωροῦσιν, οὐκ ἀπ' αὐτῶν τῶν ἐκβολῶν ὁ πλοῦς ἔστιν, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν ὁμορούντων τοῖς Μεναπίοις Μορινῶν· παρ' οἷς ἔστι καὶ (a) τὸ Ἰτιον, ᾧ ἐχρήσατο ναυσταθμῷ Καῖσαρ ὁ θεὸς, διαίρων εἰς νῆσον..... ταῦτα δὴ κομίζεται ἐξ αὐτῆς, καὶ δέρματα, καὶ ἀνδράποδα, καὶ κύνες εὐφυεῖς πρὸς τὰς κυνηγεσίας. Κέλτοι γὰρ καὶ πρὸς τοὺς πολέμους χρῶνται καὶ τούτοις, καὶ τοῖς ἐπιχωρίοις. οἱ δὲ ἄνδρες εὐμηκέστεροί τῆς Κελτῶν εἰσι, καὶ ἧσσον ξανθότριχες, χαυνότεροι γε τοῖς σώμασι.... τὰ δ' ἤθη τὰ μὲν ὅμοια τοῖς Κελτοῖς, τὰ δ' ἁπλούστερα καὶ βαρβαρώτερα..... πρὸς γὰρ τοὺς πολέμους (b) ἀπλοίαις χρῶνται τὸ πλέον, καθάπερ καὶ τῆς Κελτικῆς ἔνιοι.... ἐν γὰρ αἰθρίαις ὁμίχλη κατέχει πολὺν χρόνον, ὥστε δι' ἡμέρας ὅλης ὁρᾶσθαι μόνον ἢ τέτταρας ὥρας τὰς περὶ τὴν μεσημβρίαν ὑπὸ τοῦ ἡλίου. τοῦτο γὰρ τοῖς Μορινοῖς συμβαίνει καὶ τοῖς Μεναπίοις, καὶ ὅσοι τούτων πλησιόχωροι.

A rum ab oſtiis fluminum Rheni, Sequanæ, Ligeris & Garumnæ. Qui à Rheni partibus trajiciunt, ii non ex ipſo ſolvunt oſtio, ſed à Morinis Menapiorum conterminis; apud quos eſt etiam Itium, quo navali uſus eſt D. Cæſar in eam tranſmittens inſulam..... Efferuntur præter hæc ex ea inſula pelles, mancipia, & canes ad venationem naturali præſtantes facultate. Galli cùm his tum ſuis canibus in bello B utuntur. Viri Gallos proceritate ſuperant, minúſque flavos habent crines: laxioribus autem ſunt corporibus..... Ingenio Gallorum partim ſimiles ſunt, partim ſimpliciores & magis barbari... Ad bella eſſedis utuntur ut plurimùm, ut & quidam Gallorum..... Sereno cælo caligo quædam multùm temporis obtinet, ita ut toto die non ultra tres aut quatuor, quæ ſunt circa meridiem, horas conſpici ſol poſſit: quod ipſum C Morinis quoque & Menapiis, & eorum vicinis contingit.

An. U. C. 698.

Καίτοι τό γε τῶν ἀνθρωποφαγίας καὶ Σκυθικὸν εἶναι λέγεται, καὶ ἐν ἀνάγκαις πολιορκητικαῖς καὶ Κέλτοι καὶ Ἴβηρες καὶ ἄλλοι πλείους ποιῆσαι τοῦτο λέγονται.

Sanè carnibus humanis veſci Scythicum eſſe fertur: idque uſurpaſſe etiam, obſidionum neceſſitatibus urgentibus, Galli, Hiſpani aliique plures feruntur.

P. 201.

Ὁ δὲ τοῦ Μονοίκου (c) λιμὴν ὅρμον ἔχει, οὐ μεγάλαις, οὐδὲ πολλαῖς ναυσὶν, ἱερὸν ἔχων Ἡρακλέους Μονοίκου κεκλημένου. ἔοικε (d) δὲ ὑπὸ τοῦ ὀνόματος καὶ μέχρι δεῦρο διήκειν ὁ Μασσαλιωτικὸς παράπλους· διέχει δ' Ἀντιπόλεως μικρῷ πλείους ἢ χιλίους σταδίους. τοῦντεῦθεν δ' ἤδη μέχρι Μασσαλίας καὶ μικρὸν προσωτέρω τὸ τῶν Σαλύων ἔθνος οἰκεῖ τὰς Ἄλπεις τὰς ὑπερ-

Portus Monœci neque magnas neque multas capit naves: in eo templum eſt Herculis Monœci. Nomen conjecturam præbet eò uſque Maſſilienſem navigationem pertingere: diſtat ab D Antipoli paulò ampliùs cc. ſtadiis. Inde jam ad Maſſiliam uſque atque nonnihil ulteriùs Salyes habitant oræ maritimæ imminentes Alpes, partemque

P. 202.

P. 203.

(a) Philippus Cluverius, magnæ famæ Geographus, portum *Icium* Cæſaris Julii, & *Geſſoriacum* Melæ, Suetonii, Flori, eundem eſſe contendit: quod ſi eſt, indicio Peutingerianæ Tabulæ de ſitu non poſſumus incerti eſſe, quia in illa ſic proditum eſt, *Geſoriaco quod nunc Bononia*, ut idem vel portus vel oppidum tria nomina habuerit, primum *Icii*, temporibus Cæſaris; deinde *Geſoriaci* ſive *Geſſoriaci*; tandem Conſtantinorum ætate, aut paulò antè, *Bononiæ*. Argumentis inſtructus eſt Cluverius non contemnendis. Primum ſit & validiſſimum, quòd Cæſar utique portu optimo & præcipuo Morinorum uſûs fuerit, trajecturus exercitum in Britanniam. Jam verò unum tantummodò inſignem portum in hac gente veteres ſcriptores commemorarunt. Plinius l. 4. extremo de menſura Galliæ: *Unde* [ab Alpibus] *per Lugdunum ad portum Morinorum Britannicum qua videtur menſuram agere Polybius*, XIII. M. XVIII. id eſt tredecies centena, & decies octies millia. Dum *portum Morinorum Britannicum dicit*, unum ſignificat & celebrem Romanorum aliorumque trajectu. Illum verò eſſe Geſſoriacum ex Pomponii Melæ l. 3. c. 2. videtur conſtare: *Ad Septentrionem*, inquit, *frons litorum reſpicit, pertinetque ad ultimos Gallicarum gentium Morinos, nec portu quem Geſoricum vocant, quidquam habet notius.* Suetonius de Claudii Britannica expeditione c. 17. *Maſſilia Geſſoriacum uſque pedeſtri itinere confecto, inde tranſmiſit.* Jam verò, inquit Cluverius, nihil probabilius, quàm Claudium ex eodem voluiſſe portu ſolvere, quem quondam Julius tranſmittendo exercitui commodiſſimum expertus fuerat: quod etiam poſteriores Romanos ſic obſervaſſe ex Olympiodori hiſtoria à Photio excerpta cod. 80. probat, qui Conſtantinum tyrannum, Honorio æqualem, ex Britannia ubi purpuram ſumſerat, trajeciſſe dicit εἰς Βονωνίαν, πόλιν οὕτω καλουμένην, παραθαλασσίαν, καὶ πρώτην ἐν τοῖς τῶν Γαλατῶν ὅροις κειμένην, *in Bononiam, urbem ita nominatam, maritimam, & primam in Gallorum finibus poſitam.* Bononiam autem Geſſoriacum eſſe antea ex Tabula Theodoſiana demonſtratum eſt. *Cellarius*, quem vide l. 2. c. 3. Geogr. Antiq. *in Morinis*, ubi aliorum de Iccio portu refert ſententias.

(b) Lego ἀπήναις. *Caſaubonus.*

(c) Scribe λιμοῦ, ut habent veteres libri. *Idem.*

(d) Sententia eſt apparere ex nomine hujus loci eò uſque pertinuiſſe Maſſilienſium littus. Quomodo autem id ex nomine appareat? quia ut Maſſilienſes Græci erant, ita nomina locorum ejus tractûs ſunt Græca. *Idem.*

E

Digitized by Google

litoris, permixti Græcis. Hos antiqui Græcorum Ligyas, id eſt Ligures, vocarunt, & regionem, quam tenent Maſſilienſes, Liguſticam. Poſteriores Galloligures eos dixerunt, campeſtremque iis regionem omnem uſque ad Luerionem & Rhodanum adſignarunt: unde ii non pedeſtri modò, ſed equeſtri etiam exercitu expeditionem fecerunt, in decem diviſi partes. Primos omnium tranſalpinorum Gallorum hos domuerunt Romani, geſto contra eos & Ligures diuturno bello, quòd hi illis aditum per maris oram in Hiſpaniam intercluſiſſent. Etenim Ligures iſti terra marique latrocinia exercebant, tanta potentia præditi, ut iter vix magnis exercitibus facere liceret. Et Romani bello per XXC. annos tracto vix obtinuerunt, ut XII. ſtadiorum amplitudine publica via pateret. Poſterioribus autem temporibus univerſos Ligures ſubegerunt Romani, & formam reipublicæ iis præſcripſerunt impoſito ſtipendio.

Poſt Salyas Albienſes & Albiœci & Vocontii incolunt verſus ſeptentrionem ſitas montium partes: Vocontii uſque ad Allobroges pertingunt, degentes in convallibus montium profundis ac munitis. Cæterùm Allobroges & Ligures rectoribus provinciæ Narbonenſis Roma miſſis obtemperant: Vocontii, ſicut & de Volcis circa Nemauſum diximus, ſui ſunt juris. Qui inter Varum & Genuam degunt Ligures ad mare, ii pro Italis cenſentur. Ad montanos præfectus equeſtris ordinis aliquis mittitur, ut ad reliquos planè barbaros. Poſt Vocontios ſunt Siconii, Tricorii, & ab his Meduli cacuminibus inſidentes altiſſimis. Altitudo eorum rectiſſima c. ſtadiorum dicitur eſſe, tantuſque rurſus ad fines Italiæ deſcenſus. Supernè in quibuſdam cavitatibus lacus magnus continetur, duoque fontes non multùm à ſe invicem diſſiti, ex quorum altero Druentia fluvius per confrago-

A χειμῶνας, καί τινας τ αὐτῆς Φωκαΐας ἀναμὶξ τοῖς Ελλησι. καλοῦσι δ τοὺς Σάλυας οἱ μὲ παλαιοὶ τ Ελλήνων Λίγυας, καὶ τ χώραν ἣν ἔχουσιν οἱ Μασσαλιῶται Λιγυστικήν. οἱ δ ὕστερον Κελτολίγυας ὀνομάζουσι, καὶ τ μέχρι (a) Λυσειέων & τ Ροδανοῦ πεδιάδα τούτοις ὑποτέτμηται, ἀφ' ἧς ὁ πεζὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἱππικὸν ἔστελλον στρατιὰν, εἰς δέκα μέρη διῃρημένοι. πρότερον δ' ἐχειρώσαντο Ρωμαῖοι τούτους τ ὑφ' Αλπείων Κελτῶν, πολλοῦ χρόνον πολεμήσαντες καὶ τούτοις καὶ τοῖς Λίγυσιν ἀποκεκλείκοσι τὰς εἰς τ Ιβηρίαν παρόδους, τὰς ἀφ' τ Φωκαΐας. καὶ γὰρ καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν ἐληΐζοντο, καὶ τοσοῦτον ἴσχυον, ὥστε μόλις στρατοπέδοις μεγάλοις πορευτὸν εἶναι τ ὁδόν. ὀγδοηκοστὸν δ' ἔτος πολεμοῦντες, διεπεράσαντο μόλις ὡς ὀκτὼ ἐπὶ δέκα σταδίους τὸ πλάτος (b) ἀνακεῖσθαι τοῦ ὁδοῦ τοῖς ὁδοῦσι δημοσίᾳ. μετὰ ταῦτα μὲν τοι καταλῦσαι ἅπαντας, καὶ διάταξαι αὐτοὺς τὰς πολιτείας, ὀλιγάκοντος φόρου.

B

C

Μετὰ δὲ τοὺς Σάλυας (c) Αλβιεῖς καὶ Αλβίοικοι καὶ Οὐοκοντίοι νέμονται τὰ μεσόγαια μέρη τ ὀρῶν· Φρατεύουσι δὲ οἱ Οὐοκοντίοι μέχρι Αλλοβρόγων, ἔχοντες αὐλῶνας ἐν βάθει τ ὀρῶν ἀξιολόγους καὶ ὀχυρὰς ὧν ἔχουσιν ἐκεῖνοι. Αλλόβρογες μὲν οὖν καὶ Λίγυες ὑπὸ τοῖς στρατηγοῖς τάττονται τοῖς ἀφικνουμένοις εἰς τ Ναρβωνῖτιν· Οὐοκόντιοι δὲ κατάφορ & Οὐόλκας ἔφαμεν τοὺς περὶ Νέμαυσον, (d) τάττονται καθ' αὑτούς. ἔστι δὲ μεταξὺ τῆς Οὐάρου καὶ τ Γενούας Λιγύων, οἱ μὲν ὅλοι τῇ θαλάττῃ τοῖς Ιταλιώταις εἰσὶν οἱ αὐτοί. ὅλοι δὲ τοὺς ὀρεινοὺς πέμπεται τις ἵππαρχος τ ἱππικῶν ἀνδρῶν, καθάπαξ καὶ ἐπ' ἄλλους τ πελέως βαρβάρους. μετὰ δὲ Οὐοκοντίους Σικόνιοι, καὶ Τρικόριοι, καὶ μετ' αὐτοὺς Μέδουλοι (e) ὑπὲρ τὰς ὑψηλοτάτας ἔχουσι κορυφάς. τὸ γοῦν ὀρθιώτατον αὐτῶν ὕψος σταδίων ἑκατὸν ἔχειν φασὶ τὴν ἀνάβασιν, κἄντεῦθεν πάλιν τ ὅλην τοὺς ὄρους τοὺς τ Ιταλίας καταβασιν. (f) ἄνω δ' ἐν τισι κοίλοις χωρίοις λίμνη τις σωίσται μεγάλη καὶ πηγαὶ δύο πολὺ ἀπωθεν ἀλλήλων, ὧν ἐκ μὲν τ ἑτέρας ὁρμᾶται ὁ Δρουέντιος

D

E

(a) Legendum fortaſſe Δυείων, cujus ſuprà meminit Strabo, *Ab Aëria ad Durionem tranſitus per excelſa eſt anguſtus atque ſilveſtris.* Sanſoni & Brietio eſt *Seguſtero*, *Siſteron*, urbs Galliæ in Provincia ad Druentiam fluvium.

(b) Lege cum veteribus, ἀνειᾶχ. *Caſaubonus.*

(c) Suſpectus mihi locus: neque enim Albienſes aut Albiœcos ullos reperio.... Plinius in hoc tractu nominat Albeceriorum [legit Harduinus, *Alebece Reiorum*] Apollinarium & Albam Helvorum, ut dubitare aliquis poſſit, ſint ne iſti Αλβιεῖς Pliniani Albenſes, & Αλβίοικοι, quos Plinius Albecerios vocat. *Caſaubonus.* Phil. Brietius Αλβιοίκους Strabonis, & Alebeceros Plinii eoſdem putat, quorum oppidum potuit Albiœce eſſe. Nunc *Riez.*

(d) Id eſt liberam habent civitatem, nec parent ei qui provinciam Narbonenſem regit; cujus tamen pars cenſentur eſſe Vocontii, ut Plinius multis locis indicat. *Caſaub.*

(e) Lege ὑπὲρ pro ὑπέρ. *Idem.*

(f) In monte Veſulo originem habere Padum & Druentiam certum eſt. Id eſt jugum ad Cottias Alpes pertinens, quod hodieque nomen retinet. *Idem.*

Digitized by Google

ποταμὸς χαραδρώδης, ὡς ὅτι τὸν Ροδανὸν καταφέρεται· καὶ ὁ Δουρίας εἰς τἀναντία, τῷ δὲ Πάδῳ συμμίσγει, καταπεσὼν ἀπὸ Σαλασσῶν εἰς τὸ ἐντὸς τῶν Αλπεων Κοττικῶν. ἐστὶ δὲ τὰ ἑτέρας πολὺ ταπεινότερος τῶν χωρίων τούτων ἀναδίδωσιν αὐτὸς ὁ Πάδος, πολύς τε καὶ ὀξύς· πορρωτὲρω δὲ γινόμενος μείζων καὶ πραότερος, ἐκ πολλῶν δὲ λαμβάνει τὰς αὐξησιν· ἐν δὲ τοῖς πεδίοις ἤδη γλυκύμυθος καὶ πλατυτέρας· τῇ οὖν ἀλαχύτητι πορεωτέρᾳ καὶ ἀμβλύνει τὸ ῥοῦν. εἰς δὲ τὸν Αδριατικὸν θάλατταν ἐμπίπτει μέγιστος γλυκύμυθος τῶν καθ' ἡμᾶς ποταμῶν πολὺ τοῦ Ιστρου. ὑπερέχουσι δὲ οἱ μὲν Μέδουλοι μάλιστα τῆς συμβολῆς τοῦ Ισαρος πρὸς τὸν Ροδανόν. ὅτι δὲ θατέρα μέρη τὰ πρὸς τὴν Ιταλίαν κεκλιμένα λεχθείσης ὀρεινῆς, Ταυρινοί τε (a) οἰκοῦσι Λιγυστικὸν ἔθνος, καὶ ἄλλοι Λίγυες. Τούτων δ' ὑπὸ καὶ ἡ τὴν Ιδεόννα (b) λεγομένη γῆ, καὶ ἡ τοῦ (c) Κοττίου. μετὰ δὲ τούτους καὶ τὸν Πάδον Σαλασσοί· ὑπὲρ δὲ τούτων ἐν ταῖς κορυφαῖς Κένζωνες, (d) καὶ Κατόριγες, καὶ (e) Οὐαραγροι, καὶ (f) Ναύαται, καὶ ἡ πελαγία (g) λίμνη, δι' ἧς ὁ Ροδανὸς φέρεται, καὶ ἡ πηγὴ τοῦ ποταμοῦ.

Τῶν δ' ὑποδύσεων τὴν ἐκ τῆς Ιταλίας εἰς τὴν ἔξω Κοττικὴν, καὶ τὴν πρεσβύτερον, ἡ διὰ Σαλασσῶν ὄρθιν ἄγουσα ὅτι Λούγδουνον. διττὴ δ' ὄρθιν, ἡ μὲν ἀμαξεύεσθαι δυναμένη, διὰ μήκους πλείονος, ἡ δὲ Κενζώνων· ἡ δὲ ὀρθία καὶ στενὴ, συντόμου δὲ, ἡ διὰ τῆς Ποινίνης. τὸ δὲ Λούγδουνον ἐν μέσῳ τῆς χώρας ὄρθιν, ὥσπερ ἀκρόπολις, διά τε τὰς συμβολὰς τοῦ ποταμοῦ, καὶ διὰ τὸ ἐγγὺς εἶναι πᾶσι τοῖς μέρεσι. διόπερ καὶ Αγρίππας ἐντεῦθεν τὰς ὁδοὺς ἔτεμε· καὶ διὰ τῶν Κεμμένων ὀρῶν μέχρι Σαντώνων καὶ τῆς Ακουϊτανίας, καὶ τὴν ὅτι τὸν Ρῆνον, καὶ πρίτην τὴν ὅτι τὸν ὠκεανὸν, τὴν πρὸς Βελλοακοῖς καὶ Αμβιανοῖς· τετάρτη δ' ὄρθιν ὅτι τὴν Narbonitin καὶ τὴν Μασσαλιῶτιν παραλίαν. ἔστι δὲ καὶ ἐν ἀριστερᾷ ἀφέντι τὸ Λούγδουνον καὶ τὴν ὑπερκειμένην χώραν, ἐν αὐτῷ τῷ Ποινίνῳ πάλιν ἐκτροπὴ διαβάντι τὸν Ροδανὸν, καὶ τὴν λίμνην τὴν Λιμένην εἰς τὰ Ελουη-

A sa loca Rhodanum versus defluit, & in diversam partem Duria per Salassos in cisalpinam delapsus Galliam Pado miscetur. Ex altero longè istis locis humilior ipse Padus oritur copiosus & rapidus: in progressu autem major fit ac placidior, multis auctus aquis af- Pag. 204.
fluentibus: & ubi in planitiem devenit, dilatatus jam vehementiam fluxûs minuit. Incidit in Adriaticum mare, B maximus, Istro excepto, factus omnium Europæ fluminum. Meduli siti sunt potissimùm super Isaræ influxum in Rhodanum. In altera autem parte montanorum, quæ ad Italiam vergit, Taurini habitant Ligustica gens, aliique Ligures. Horum est & quæ Ideonni dicitur, & quæ Cottii terra. Post hos & Padum Salassi: super hos in verticibus montium Centrones, & Catoriges, & Veragri, & Nantuates, & C Lemannus lacus, per quem Rhodanus fertur, & fons Rhodani.

Porrò autem montanorum ex Italia Pag. 208.
in Galliam ulteriorem & septentrionalem trajectuum, qui per Salassos est, Lugdunum ducit. Est autem duplex; alter curribus etiam pervius, itinere longiore per Centrones: alter per Pœninas fauces brevior, sed idem acclivis & angustus. Lugdunum in medio regionis situm est, instar arcis, D cùm ob fluminum confluentes, tum quòd omnibus partibus est propinquum. Itaque etiam Agrippa hinc vias aperuit; unam per Cemmenos montes in Aquitaniam & ad Santones usque; alteram ad Rhenum; tertiam ad Oceanum per Bellovacos & Ambianos; quartam in Narbonensem Galliam & ad litus Massiliense. Potest etiam ad sinistram relinquens aliquis Lugdunum & superjacentem regionem in ipso Pœnino jugo divertere Rhodano trajecto,

(a) Taurinos etiam Livius & Plinius in Liguribus recensent: at Appianus Gallicæ originis facit, dum Taurasiam πόλιν Κελτικὴν, *oppidum Gallicum* vocat.

(b) Ideonni obscura & regio & ejusdem regulus: nec situs satis ex Strabonis verbis perspectus. Ait Geographus, post Cottii & Ideonni mentionem, trans Padum deinde Salassos esse, quasi eis flumen & Cottii & Ideonni possessiones fuerint. At verò Cottii oppida trans Padum sunt omnia: quæ verò cis flumen, occuparunt Vagienni, Ligures Montani, & Capillati: ideoque Cluverius Ideonni regionem in septentriones ad Alpes Graias removet, quæ inter Cottias & Penninas sunt mediæ. *Cellarius.*

(c) Cottii terræ populus, *Segusiani*: caput gentis Plinii *Segusio*, Ptolemæi *Segusium*, Strabonis, ut vult Harduinus, *Scingomagus*, nunc *Susa*.

(d) De Centronibus & Caturigibus videndus Ptolemæus.

(e) Veragri, Alpinus populus, quorum magnus vicus erat *Octodurus*, ut Cæsar refert l. 3. de B. G. à quo gens illa, vel pars ejus, *Octodurenses* apud Plinium l. 3. c. 20. nominantur. Vicus ille ex plurium sententia est *Martiniacum*, id est *Martigni*. *Cellarius.*

(f) Strabo suprà dixit Nantuates primos omnium ad Rhenum habitare, apud quos ejus fluvii fontes sunt in Adula monte. Hos Cæsar cum Veragris etiam conjungit, proximosque facit Allobrogibus.

(g) Mss. καὶ τὴν Λαμίνα λίμνην. Infrà vocat Strabo λίμνην τὴν Λιμένην.

aut lacu Lemanno in Helvetiorum A plana, ſuperato dehinc monte Jura, ad Sequanos & Lingonas pervenire: hinc bivium eſt ad Rhenum & ad Oceanum.

πίων πεδία, κἀντεῦθεν εἰς Σηκοάνας ὑπερβάσεις ἀφ' οὗ τοῦ Ἰούρα ὄρους, καὶ εἰς Λίγγονας· ἀφ' ὧν τούτων ἐπ' ἄμφω καὶ ὅπῃ τε Ῥῆνος καὶ ὅπῃ τὸ ὠκεανὸν ὁδοὶ σχίζονται.

EX LIBRO V.

P. 210. Ex quo Romani Italos in ſocietatem civitatis receperunt, placuit eodem honore dignari Gallos Ciſalpinos & Venetos, omnibuſque Italorum & B Romanorum nomen tribuere, & diverſis temporibus colonias condere, quibus præſtantiores alias haud facilè dixeris.

Ἀφ' ὧν μετέδοσαν Ῥωμαῖοι τοῖς Ἰταλιώταις τῆς ἰσοπολιτείας, ἔδοξε καὶ τοῖς ἐντὸς Ἄλπεων Γαλάταις καὶ Ἐνετοῖς τὴν αὐτὴν ἀπονεῖμαι τιμὴν, πρεσβευούσαις τε καὶ Ἰταλιώτας πάντας καὶ Ῥωμαίους, ἀποικίας τε πολλὰς (a) στῆσαι, τὰς μὲν πρότερον, τὰς δὲ ὕστερον, ὧν οὐ ῥᾴδιον εἰπεῖν ἀμείνους ἑτέρας.

P. 211. Hæc ergo Italiæ eſto univerſæ quædam delineatio: nunc ordine de ſingulis dicere aggrediemur, initio ſumto ab ea regione, quæ ſub Alpibus eſt

Τυπωδῶς μὲν δὴ εἰρήσθω πρὸς τὴν νῦν Ἰταλίας ἁπάσης ταῦτα· περιιόντες δὲ ἀναλαβόντες εἰπεῖν πρὸς τὴν καθ' ἕκαστα, καὶ πρῶτον πρὸς τὴν

P. 212. ſita. Eſt ea planities admodum felix, & collibus terreſtribus frugiferis diſtincta: mediam ferè Padus dividit; unde regionis pars Ciſpadana, quæ eſt ad Apenninum & Liguriam, reliqua Tranſpadana dicitur. Illam Ligufticæ & Gallicæ gentes colunt, partim in montibus degentes, partim in campeſtribus: hanc Galli & Veneti. Ac Galli quidem Gallorum tranſalpinorum ſunt gentiles. De Venetis duplex fertur ſententia: quidam enim eos quoque Gallos faciunt, Gallorum Venetorum qui ad Oceanum habitant gentiles: alii è bello Trojano cum Antenore eò locorum evaſiſſe tradunt Venetorum Paphlagonum quoſdam. Cui rei teſtimonium proferunt ſtudium alendorum equorum, quod nunc quidem planè abolitum eſt, quondam verò apud eos in pretio fuit imitatione priſcorum, qui procreandis mulis equas alebant: cujus etiam Homerus meminit:

E Venetis, mulis ubi multus agreſtibus ortus.

Dionyſius quoque tyrannus Siciliæ inde equorum ad certamina educandorum armenta inſtituit: ut etiam apud Græcos pullorum Venetorum fama innotuerit, eoque nomine Veneti longo tempore claruerint. Univerſa regio fluminibus abundat ac paludibus, maximè Venetorum, cui & à mari aliquid accidit. Sola enim ferè iſta pars noſtri maris eodem quo Oceanus more afficitur, ſimileſque ejus æſtibus affluxus refluxuſque patitur. Unde major plani-

πρὸς τὴν ὑπὸ τοῖς Ἄλπεσιν. ἔστι δὲ πεδίον εὐδαίμον σφόδρα, καὶ γεωλοφίαις εὐκάρποις πεποικιλμένον· διαιρεῖ δὲ αὐτὸ μέσον πως ὁ Πάδος, καὶ καλεῖται τὸ μὲν ἐντὸς τοῦ Πάδου, τὸ δὲ πέραν· ἐντὸς μὲν ὅσον ὀξὺ πρὸς τοῖς Ἀπεννίνοις ὄρεσι καὶ τῇ Λιγυστικῇ, πέραν δὲ τὸ λοιπόν. οἰκεῖται δὲ τὸ μὲν ὑπὸ τῶν Λιγυστικῶν ἐθνῶν καὶ τῶν Κελτικῶν, τῶν μὲν ὑπὸ τοῖς ὄρεσιν οἰκούντων, τῶν δὲ ἐν τοῖς πεδίοις· τὸ δὲ ὑπὸ τῶν Κελτῶν καὶ Ἐνετῶν. οἱ μὲν οὖν Κελτοὶ τοῖς ὑπερβαλτείοις ὁμοεθνεῖς εἰσί. πρὸς δὲ τοὺς Ἐνετοὺς διττός ἐστι λόγος· οἱ μὲν γὰρ καὶ αὐτοὺς φασὶ Κελτοὺς εἶναι ἀποίκους τῶν ὁμωνύμων παρωκεανιτῶν· οἱ δὲ ἐκ τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου μετ' Ἀντήνορος σωθῆναι λεύεσθαί φασι τῶν ἐκ τῆς Παφλαγονίας Ἐνετῶν τινάς. μαρτύριον δὲ τούτου φερέσθω), τὸ πρὸς τὰς ἱπποτροφίας ἐπιμέλεια, ἣ νῦν μὲν τελέως ἐκλέλοιπε, πρότερον δὲ ἐπεμάτο παρ' αὐτοῖς, ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ ζήλου, τοῦ καὶ τὰς ἡμιονίπεδας ἵππους· τούτου δὲ καὶ Ὅμηρος μέμνηται,

Ἐξ Ἐνετῶν, ὅθεν ἡμιόνων γένος ἀγροτεράων.

καὶ Διονύσιος ὁ τῆς Σικελίας τύραννος ἐντεῦθεν τὸ ἱπποτροφεῖον συνεστήσατο τοῦ ἀθλητοῦ ἵππου· ὥστε καὶ ὄνομα ἐν τοῖς Ἕλλησι γενέσθαι τῆς Ἐνετικῆς πωλείας, καὶ πολλὸν χρόνον εὐδοκιμῆσαι τὸ γένος. ἅπασα μὲν δὴ ἡ χώρα ποταμοῖς πλήθει καὶ ἕλεσι, μάλιστα δὲ ἡ τῶν Ἐνετῶν· φέρεται δὲ ταύτῃ καὶ τὰ τῆς θαλάττης πάθη. μόνα γὰρ ταῦτα τὰ μέρη κεδόν τι τῆς καθ' ἡμᾶς θαλάττης, ὁμοιοπαθεῖ τῷ ὠκεανῷ, καὶ παραπλησίως ἐκείνῳ ποιεῖται τάς τε ἀμπώτεις καὶ τὰς πλημμυρίδας. ὑφ' ὧν τὸ πλέον

(a) Mallem στῆλαι. Conjecturam meam confirmant veteres codices qui ita habent. *Caſaubonus.*

Digitized by Google

τῆ πεδίᾳ λιμνοθαλάττης γίνεται μεσόν, διώρυξι δὲ καὶ ἀναχώμασι, καθάπερ ἡ κάτω λεγομένη χώρα τῆς Αἰγύπτου, διοχετεύεται· καὶ τὰ μὲν ἀνέῤῥυκται καὶ γεωργεῖται, τὰ δὲ ἄλλα πλοῖς ἔχει. τῶν δὲ πόλεων αἱ μὲν νησίζουσιν, αἱ δ' ἐν μέσοις κλύζονται· ὅσαι δὲ ὑπὲρ τὸ ἑλῶν ἐν τῇ μεσογαίᾳ κεῖνται, τὰς ἐν τῷ ποταμῷ ἀνάπλους θαυμαστὰς ἔχουσι, (a) μάλιστα δὲ ὁ Πάδος· μέγιστός τε γάρ ἐστι, καὶ πληροῦται πολλάκις ἔκ τε ὀμβρίων καὶ χιόνων, ἄλλα χώμασι δὲ εἰς πολλὰ μέρη κατὰ τὰς ἐκβολὰς, τυφλὸν τὸ στόμα ποιεῖ, καὶ δυσείσβολός ἐστιν· ἡ δὲ ἐμπειρία φευγίνεται καὶ τῆς χαλεπωτάτων.

Herodis filiis res non feliciter ceſſerunt; ſed rei facti, alter in exſilio apud Gallos Allobroges vitam exegit; reliqui ægrè multis obſequiis reditum impetrarunt. Pag. 765. An. Chr. 6.

B

E POMPONIO MELA, DE GALLIA.

Edit. Hagæ Comitis, in 4°. 1658.

EX LIBRO PRIMO.

IN Thuſco intimo Gallia eſt, ultrà Hiſpania. Hæc in occidentem, diuque etiam ad ſeptentrionem, diverſis frontibus vergit. Deinde rurſus Gallia eſt, longè & à noſtris littoribus hucuſque promiſſa. Cap. 3.

EX LIBRO II.

C INTERIORA ejus [Italiæ] aliæ aliæque gentes; ſiniſtra parte Carni & Veneti colunt togatam Galliam. Cap. 4.

GALLIA NARBONENSIS.

(a) GALLIA Lemanno lacu & Gebennicis montibus in duo latera diviſa, atque altero Thuſcum pelagus attingens, altero Oceanum, hinc à Varo, illinc à Rheno ad Pyrenæum uſque promittitur. Pars noſtro mari appoſita, fuit aliquando (b) Braccata, nunc Narbonenſis, magis conſita, ideoque etiam lætior. Urbium quas habet opulentiſſimæ ſunt, Vaſio Vocontiorum, Vienna Allobrogum, Avenio Cavarum, Arecomicorum Nemauſus, Toloſa Tectoſagum, (c) Secundanorum Arauſio, Sextanorum Arelate, Septumanorumque Bæterra. Sed anteſtat omnes (d) Atacinorum Decumanorumque colonia, unde olim iis terris auxilium, nunc & nomen & decus eſt, Martius Narbo. In littoribus aliquot ſunt cum aliquibus nominibus loca. Cæterùm raræ urbes, quia rari portus, & omnis plaga auſtro atque africo expoſita eſt. Nicæa tangit Alpes, (e) tangit oppidum Deciatum, tangit Antipolis. Deinde forum Julii, Octavanorum colonia. Tunc poſt (f) Athenopolin, & Olbiam, & Tauroin & Citharistèn eſt (g) Lacydon Maſſilienſium portus, & in eo ipſa Maſſilia. Hæc à Phocæis Cap. 5.

D

(a) Plinius non Lemanno lacu, ſed Jura monte Narbonenſem provinciam terminat.

(b) Sic dicta à Braccarum uſu. Juvenalis ſat. 8. v. 235. Gallos qui Romam ceperant, Braccatorum pueros vocat: *Ut Braccatorum pueri, Senonumque minores.*

(c) *Secundanorum Arauſio* dicitur, quòd ſecundæ legionis coloniam acceperat: ſic *Sextanorum Arelate* à ſexta, *Septimanorum Bæterra* à ſeptima legione vocatur. Mſſ. omnes *Bæterra*, non *Blitera*.

(d) Auctam Coloniam cenſet Cellarius ex decima legione, cujus veterani cum Atacis accolis Narbonem ab Julio Cæſare deducti fuerunt; ad quod negotium Nero Claudius, Tiberii pater, miſſus eſt, quod Suetonius *Vita Tiberii* c. 4. obſervavit. Jam antea teſte Velleio l. 1. c. 15. colonia deducta fuerat anno U. C. 635. M. Porcio & Q. Marcio Coſſ. Ex hac prima deductione Narbo dictus eſt Martius, non tamen à Marcio Conſule, ſed potiùs à Marte aut legione Martia, ut Valeſius ex Auſonio, & Sirmondus ex Sidonio probant.

(e) Cùm Ptolemæus Deciatibus, quos Δεκιατῖνς appellat, tribuat urbem Antipolim, quidam exiſtimant legendum, *tangit oppidum Deciatum Antipolis*, adeo ut ſuperfluum ſit poſtremum verbum, *tangit*. Quòd ſi alia retinetur lectio, inter Nicæam & Antipolim *Deciatum* oppidum fuit, quod Stephanus Δεκλητὸν *Decietum* appellat.

(f) Legit Iſ. Voſſius; *Tunc pòſt Athenopolis, & Olbia, & Taurois, & Citharistes, & Lacydon, & inde ipſa Maſſilia.* Errant qui *Athenopolim* cum Antipoli confundunt, cùm eas apertè diſtinguat Mela. Exiſtimant Honorius Bouche & Hadrianus Valeſius *Athenopolim* urbem eſſe quæ nunc *Grimaut* dicitur: Harduinus Telonem Martium eſſe ſuſpicatur.

(g) Lacydon olim vocabatur portus Maſſilienſium. Sed ſciendum etiam Olbiam, Antipolin, Taurentum, & alias colonias in hoc litore, portus Maſſilienſium fuiſſe appellatas. Puto tamen aliter hoc vocabulum accipiendum, nempe de portu ipſi Maſſiliæ adſito. Verùm ut cognoſcamus quis ille portus fuerit, operæ pretium eſt monere veterem Maſſiliam non ſitam fuiſſe ubi eſt hodierna, ſed ſatis longè inde remotam, nempe ad promuntorium, quod vulgò *la Crocetta* appellatur. Illic rudera veteris Maſſiliæ apparent, nummique in dies quamplurimi effodiuntur. Sed neque portus Maſſilienſium ille olim fuit, qui nunc eſt. Sanè Strabo illum auſtro obverſum fuiſſe prodit. At verò qui nunc eſt, is planè zephyro eſt objectus. Duo verò ſunt portus ad promuntorium Crucettæ, qui utrique meridiem adſpiciunt, unus paulò remotior,

Digitized by Google

oriunda, & olim inter aſperas poſita, nunc ut pacatis, ita diſſimillimis tamen A
vicina gentibus, mirum quàm facilè & tunc ſedem alienam ceperit, & adhuc morem ſuum teneat. Inter eam & Rhodanum Maritima Avaticorum (a) ſtagnum obſidet. Foſſa Mariana partem ejus amnis navigabili alveo effundit: alioquin littus ignobile, & lapideus, ut vocant, campus; in quo Herculem contra Albionem & Bergiona Neptuni liberos dimicantem, cùm tela defeciſſent, ab invocato Jove adjutum imbre lapidum ferunt. Credas pluiſſe; adeo multi paſſim & latè jacent. Rhodanus non longè ab Iſtri Rhenique fontibus ſurgit: deinde Lemanno lacu acceptus tenet impetum, ſeque per medium integer agens, quantus venit egreditur. Inde contra occidentem ablatus, aliquamdiu Gallias dirimit. Pòſt curſu in meridiem abducto, (b) hac intrat, acceſſuque aliorum amnium jam grandis & ſubinde grandior, inter Volcas & Cavaras emittitur. Ultrà ſunt ſtagna Volcarum, (c) Ledus flumen, caſtellum Latera, (d) Meſua collis incinctus mari pene undique: ac niſi quòd anguſto aggere con- B
tinenti annectitur, inſula. Tum ex Gebennis demiſſus Arauris juxta Agathan, ſecundùm Bæterras Orbis fluit. Atax ex Pyrenæo monte digreſſus, quà ſui fontis aquis venit, exiguus vaduſque eſt, & ingentis alioquin alvei tenens, niſi ubi Narbonem attingit, nuſquam navigabilis: ſed cùm hibernis intumuit imbribus, uſque eò ſolitus inſurgere, ut ſe ipſe non capiat. Lacus accipit eum (e) Rubreſus nomine, ſpatioſus admodùm, ſed quà mare admittit, tenuis aditu. Ultrà eſt Leucata, littoris nomen, & Salſulæ fons, non dulcibus, ſed ſalſioribus etiam quàm marinæ ſint, aquis defluens. Juxtà campus minuta arundine gracilique perviridis, cæterùm (f) ſtagno ſubeunte ſuſpenſus. Id manifeſtat media pars ejus, quæ abſciſſa proximis, velut inſula natat, pellique ſe atque attrahi patitur. Quin & ex iis quæ ad imum perfoſſa ſunt, ſuffuſum mare oſtenditur. Unde Graiis noſtriſque etiam auctoribus, verine ignorantia, an prudentibus etiam mendacii libidine, viſum eſt tradere poſteris, in ea regio- C
ne piſcem è terra penitus oriri, qui ubi ex alto hucuſque penetravit, per ea foramina ictu capulantium interfectus extrahitur. Inde eſt ora (g) Sordonum, & parva flumina, (h) Telis & Tichis; ubi accrevere, perſæva. Colonia (i) Ruſcino, (k) vicus

qui in Itinerario maritimo appellatur *Portus Æmines* vel *Mines*, quique etiam hodie nomen fere ſervat; vocatur enim *Pormion* vel *Pormino*: alter verò portus promuntorio & veteri Maſſiliæ propior, longè ſatis litus excavat, figura θεαπροσιδὴς, & ipſe quoque navibus commodam præbens ſtationem. Hunc poſtremum puto fuiſſe, qui olim Λακύδων diceretur, quoque priſci Maſſilienſes uſi ſunt, antequam alterum excavaſſent, quo nunc utuntur. Atque hoc quidem pacto verum erit id quod Cæſar dicit initio lib. 2. de bello civili, Maſſiliam à tribus partibus mari allui, quod de hodierna accipi non poteſt. Sed & cætera plana erunt, quæ tamen viri docti non intellexerunt, cùm dicit ab utraque parte aggerem vineaſque fuiſſe actas, ab illa nempe iſthmi parte, ubi erant navalia & portus, quà patet iter in Italiam, & ab altera, quà aditus erat ad Maſſiliam, venientibus ex Gallia Hiſpaniaque. *Iſ. Voſſius.*

(a) Stagnum vocatur à Plinio *Maſtramela*, quod nomen & oppido & ſtagno dat Stephanus Byzantius. Oppidum nunc eſt *Martegues*, ſtagnum *Mer de Martegues*.

(b) Pintianus legit, *hanc intrat*, & Narbonenſem intelligit.

(c) Ledus flumen nunc eſt *le Lez*, & caſtellum Latera, *le Château de Latte*, utrumque prope Montem Peſſulanum.

(d) *Meſua* vel *Menſua* collis is eſt, qui vulgò *Sette*, olim Setius vel Segius mons appellabatur, nempe tota illa peninſula, quæ Volcarum littori uſque ad Agatham & Blaſconem inſulam prætenditur. Setium verò promuntorium eſt id, quod hodie *Cap d'Agde* dicitur, præjacente Blaſcone inſula, vulgò *Breſcou* dicta. *Iſ. Voſſius* * Alii tamen, ut ſuprà vidimus, dicunt Montem Setium nunc vocari, *lou Cap de Sette*.

(e) *Rubrenſis* Plinio, nunc *l'Etang de la Rubine*. Intra hujus ſtagni viſcera excavatus fuit canalis ad mare pertinens, latus centum fere paſſibus, longus duobus millibus paſſuum, foſſa profunda pedes triginta duos, perpetua lapidum quadratorum ſerie ſub aquis ex utroque latere & in pavimento munitus; per quem Atax, jam ſtagni quoque alveum illum implentis aquis auctus, navium & triremium capax, in mare influit. *Ita Petrus de Marca*, qui opus illud magnificum referri poſſe putat ad Antoninum Principem, quem conſtat ornandi Narbonis curam geſſiſſe præcipuam.

(f) De vaſto illo ſtagno loquitur quod indigenæ vocant ſtagnum Leucatæ & Salſularum, quodque ad ima paluſtris illius campi penetrare oculi ſunt teſtes, exundante alicubi aqua per hiatus. Hic ſanè in alveo fontis eſt piſcium ſatis copioſa captura, cùm piſces primo vere ex mari per ſtagnum ad fontis ſcaturigines accedunt: neque prodigii eſſet ſimile, ſi quis piſces per aquas ad ima campi ſubeuntes effoſſione facta caperet. Piſcium foſſilium meminere Græci, Ariſtoteles, Theophraſtus, Polybius, alii. *Petrus de Marca.*

(g) *Sordonum* ſcripſimus. Sic quoque habent vetera Plinii exemplaria. Iſti verò *Sordones* appellabantur etiam *Sordi*. Sic illos vocat Avienus in ora Maritima. Sed & flumen quoque *Sordus* dicebatur, quod influebat in paludem *Sordicen* Σορδικὴν, uti teſtatur idem Avienus. Eadem eſt palus, de qua hic miraculum piſcium narrat Mela; quamvis Strabo id videatur tribuere ſtagno prope Ruſcinonem, vulgò ſancti Nazarii dicto. Huic paludi adſitam regionem, Sordicenam glebam vocat Avienus. *Iſ. Voſſius.*

(h) *Telis*, ſeu potiùs *Tetis*, ut legit Cellarius cum Petro de Marca, eſt *le Tet*, apud Perpinianum delabens in ſinum Gallicum. Plinio *Vernodubrum* eſt. *Tichis*, Plinio *Tecum*, hodie *le Tec*, juxta Eliberim ſive Helenam decurrens in mare.

(i) Situs antiquæ *Ruſcinonis* erat in colle & ejus declivio uſque ad ripas Tetis, eo in loco ubi etiamnum ſupereſt præcelſa turris, quæ à veteri coloniæ nomine vocatur *Caſtellum Roſſilionis*. Exſtabat adhuc *Ruſcino* ſub tempora Ludovici Pii, qui in privilegio Hiſpanis conceſſo mentionem facit *Roſcilionæ*. Petrus de Marca, ex quo hæc hauſimus, hanc urbem excidium paſſam eſſe arbitratur ea tempeſtate, qua Marcæ Hiſpanicæ cuſtodes ab eodem Ludovico caſtigati ſunt, propterea quòd Sarracenorum impetum non repreſiſſent agros illos devaſtantium: quod contigit anno 828. Addit idem *Ruſcinonis* vicem ſuppleviſſe oppidum illud quod hodie dicitur *Perpinianum*, duobus millibus paſſuum diſtans à caſtro Roſſilionis.

(k) In hoc vico putat Cellarius à Conſtantino Magno oppidum cum caſtro poſitum fuiſſe, & utrique

Digitized by Google

A Eliberri, magnæ quondam urbis, & magnarum opum tenue veſtigium. Tum inter Pyrenæi promuntoria (a) Portus Veneris inſignis fano, & (b) Cervaria locus, finis Galliæ.

At in Gallia, quas referre conveniat, (c) ſolæ ſunt Stœchades, ab ora Ligurum ad Maſſiliam uſque diſperſæ. Cap. 7.

EX LIBRO III.

GALLIÆ ORA EXTERIOR.

SEQUITUR Galliæ latus alterum, cujus ora primò nihil progreſſa in altum, mox tantumdem penè in pelagus excedens, quantùm retrò Hiſpania abſceſſerat, Cantabricis fit adverſa terris, & grandi circuitu amflexa, ad occidentem littus advertit. Tunc ad Cap. 2.
B ſeptentriones converſa, iterum longo rectoque tractu ad ripas Rheni amnis expanditur. Terra eſt frumenti præcipuè & pabuli ferax, & amœna lucis immanibus. (d) Quidquid ex ſatis, frigoris impatiens eſt. Ager & ubique alit, & ſalubris, & noxio genere animalium minimè frequens. Gentes ſuperbæ, ſuperſtitioſæ, aliquando etiam immanes adeò, ut hominem optimam & gratiſſimam diis victimam cæderent. Manent veſtigia feritatis jam abolitæ, atque ut ab ultimis cædibus temperant, ita nihilominùs ubi devotos altaribus admovere, delibant. Habent tamen & facundiam ſuam, magiſtroſque ſapientiæ Druidas. Hi terræ mundique magnitudinem & formam, motus cæli ac ſiderum, ac quid dii velint, ſcire profitentur. Docent multa nobiliſſimos gentis clam & diu vicenis annis in ſpecu, aut in abditis ſaltibus. Unum ex iis quæ præcipiunt, in vulgus effluxit, videlicet ut forent ad bella meliores, æternas eſſe animas, vitamque alteram ad manes. Itaque cum mortuis cremant ac defodiunt apta
C viventibus olim. Negotiorum ratio etiam & exactio crediti (e) differebatur ad inferos: erantque qui ſe in rogos ſuorum, velut unà victuri, libenter immitterent. Regio quam incolunt omnis, Comata Gallia. Populorum tria ſumma nomina ſunt, terminanturque fluviis ingentibus. Nam à (f) Pyrenæo ad Garumnam, Aquitani: ab eo ad Sequanam, Celtæ: inde ad Rhenum pertinent Belgæ. Aquitanorum clariſſimi ſunt, Auſci: Celtarum, Ædui: Belgarum, Treveri: urbeſque opulentiſſimæ, in Treveris Auguſta; in Æduis Auguſtodunum; in Auſcis (g) Climberrum. Garumna ex Pyrenæo monte delapſus, niſi cùm hiberno imbre aut ſolutis nivibus intumuit, diu vadoſus & vix navigabilis fertur. At ubi obvius Oceani exæſtuantis acceſſibus adauctus eſt, iiſdemque retrò remeantibus, ſuas illiuſque aquas agit, aliquantùm plenior, & quantò magis procedit, eò latior fit: ad poſtremum magni freti ſimilis: nec majora tantùm navigia tolerat, verùm etiam more pelagi ſævientis exſurgens, jactat
D navigantes atrociter, utique ſi aliò ventus, aliò unda præcipitat. In eo eſt inſula (h) Antros nomine, quam pendere & attolli aquis increſcentibus ideò incolæ exiſtimant, quia cùm videantur editiora quîs objacet, ubi ſe fluctus implevit, illa operit,

Helenæ matris nomen inditum, cujus multa mentio apud hiſtoricos eſt, qui Conſtantis Auguſti à Magnentio oppreſſi necem deſcribunt.

(a) *Portus Veneris*, nunc *Porto Vendres*, duobus parvis promontoriis incluſus, diverſus eſt à promontorio Veneris, quod ex Pyrenæis procurrit, quodque veteribus *Aphrodiſium* à Veneris templo, quod habebat, dicebatur, nunc *Crucianum* ſive *Cap de Creus*. Nam portus Veneris inde retractior in ſeptemtrionem eſt. Petrus de Marca rejicit conjecturam Iſaaci Voſſii, qui heic pro *in ſinu ſalſo* repoſuit *inſignis fano*, nulla veterum librorum auctoritate, & contra fidem veterum ſcriptorum.

(b) *Cervaria* nunc eſt vicus *Cervera* dictus, juxta Pyrenæos montes.

(c) Solas Stœchadas inſulas novit Mela, ſed alias admittunt Strabo, Plinius & Ptolemæus. Quin etiam obſervat Valeſius ab ora Ligurum Maſſiliam uſque inſulas eſſe plus minùs quadraginta.

(d) Mallet Iſ. Voſſius, *quidquid eſt ſati*, ſicque legi in optimo libro aſſerit.

(e) Sic libri veteres. Editi *deferebatur*.

(f) Julius quoque Cæſar Comatam Galliam per Garumnam & Sequanam dividit: *Gallos*, inquit, ſive Celtas *ab Aquitania Garumna flumen; à Belgis Matrona & Sequana dividit*. Sed cùm Auguſtus ad æquandas provincias Aquitaniam ad Ligerim uſque perduxerit, demtis Celticæ provinciæ, quæ nimia erat, quibuſdam regionibus, quas partim Aquitaniæ, partim Belgicæ adjecit; mirandum ſanè eſt Pomponium Melam Auguſto poſteriorem, potiùs veterem Julii Cæſaris diviſionem, quàm Auguſti renovationem ſequutum fuiſſe. Auguſti reformationis meminit Strabo; hanc ſequuti ſunt Plinius & Ptolemæus.

(g) Cellarius putat *Climberrum* vetus nomen fuiſſe oppidi Auſcorum, quod poſteà Auguſti Cæſaris benignitate vocatum eſt *Auguſta*: pro quo tandem nomine, exoleta beneficiorum memoria, priſcum reſumſit: nam in Itinerario Anton. *Climberrum* dicitur, in Tabula Peuting. *Climberris*; nunc eſt *Auſch* à gentis nomine.

(h) Cenſet Hadr. Valeſius hîc errare Pomponium, Antronque inſulam non Garumnæ ſed Ligeri eſſe attribuendam. Quod probare nititur teſtimonio Angradi, qui in vita S. Ansberti Rotomagenſis Epiſcopi ſic loquitur: *Ermelandus in quadam inſula alvei Ligeris, quæ vocabatur Antrum, juxta nominis ejuſdem proprietatem Monachorum venerabile ædificavit cœnobium*. Hæc inſula vulgò nunc dicitur *l'Iſle d'Aindre*, in oſtio Ligeris, non procul ab urbe Namnetis. Verùm cùm priſcus auctor libri de vita Ermelandi eam inſulam propter denſas spacaſque ſilvas, & propter nonnulla abdita, ab ipſo Ermelando *Antrum* vocatam dicat; hinc alii Pomponium ab errore vindicantes, *Antron inſulam* in oſtio Garumnæ inquirunt, eamque volunt eſſe, quæ *Cordouan* dicitur, ubi pharus ſuperba à Ludovico Magno reparata.

Digitized by Google

hæc ut priùs tantùm ambitur: & quòd ea, quibus antè ripæ colleſque ne cernerentur obſtiterant, tunc velut ex loco ſuperiore perſpicua ſunt. A Garumnæ exitu latus illud incipit terræ procurrentis in pelagus, & ora Cantabricis adverſa littoribus, aliis populis media ejus habitantibus, ab Santonis ad Oſiſmios uſque deflexa. Ab illis enim iterum ad ſeptentriones frons littorum reſpicit, pertinetque ad ultimos Gallicarum gentium Morinos, nec portu, quem Geſoriacum vocant, quicquam habet notius. Rhenus ab Alpibus decidens, prope à capite duos lacus efficit, (a) Venetum & Acronium. Mox diu ſolidus, & certo alveo lapſus, haud procul à mari huc & illuc diſpergitur, ſed ad (b) ſiniſtram amnis etiam tum & donec effluat Rhenus, ad dextram primò anguſtus & ſui ſimilis, pòſt ripis longè & latè recedentibus, jam non amnis, ſed ingens lacus ubi campos implevit, Flevo dicitur: ejuſdemque nominis inſulam amplexus, fit iterum arctior, iterumque fluvius emittitur. A

Cap. 5. An. U. C. 690. Cùm [Q. Metellus Celer] Galliis pro Conſule præeſſet. B

Cap. 6. (c) Sena in Britannico mari Oſiſmicis adverſa littoribus, Gallici numinis oraculo inſignis eſt: cujus antiſtites perpetua virginitate ſanctæ, numero novem eſſe traduntur: (d) Barrigenas vocant, putantque ingeniis ſingularibus præditas, maria ac ventos concitare carminibus, ſeque in quæ velint animalia vertere, ſanare quæ apud alios inſanabilia ſunt, ſcire ventura & prædicare: ſed nonniſi deditas navigantibus, & in id tantùm ut ſe conſulerent profectis.

(a) *Venetus lacus* longior eſt ille, qui à Brigantia incipit, & longè procurrit ad Conſtantiam, & ulteriùs ad oppidum, quod hodie *Bodmen* vocatur. Unde idem lacus eſt Venetus, Brigantinus, Conſtantienſis & Bodamicus. *Acronius* autem minor & inferior, quem Rhenus invadit, quum præter Conſtantiam, elapſus jam è majore, in occidentem ſupra Helvetios defertur ad Rauracos. *Cellarius.*

(b) Siniſter amnis alveus *Vahalis* eſt Cæſaris atque Taciti. Qui ſecus ſentiunt, eos oportet negare, Melam uſquam rationem Vahalis habuiſſe. Dexter verò alveus, Pomponio ille eſt, qui poſt Cæſaris Julii tempora, Druſo Nerone auctore, ex dextro divortii alveo, foſſa ab Rheno ad Salam ducta, effectus eſt, atque per lacus in Oceanum egeſtus. Medium igitur alveum, quem hic novus exhauſit, tamquam indigniorem videtur præteriiſſe, duos majores celebrioreſque commemoraſſe contentus. Ut verò Vahalim Pomponius non proprio, ſed veteri & nativo nomine *Rhenum* appellavit; ita viciſſim alteram partem, quæ Pomponio *Flevo* eſt, itidem *Rhenum* Tacitus dixit l. 2. Annal. c. 6. Quæ ſi ita ſunt, & medius quoque alveus nomen *Rheni*, ut Plinius dixit l. 4. c. 15. cuſtodivit olim, & hodieque conſervat; manifeſto argumento eſt, Romanos ſingulos alveos, præter cognomenta propria ab accolis impoſita, *Rheni* etiam nomine appellaviſſe, licèt aliquando etiam illis propriis denominationibus uſi, ſiniſtrum Vahalem; dextrum latiorem vel *Flevum*, vel *Salam*, ſicut hodie *Iſalam*, cum qua conjunctus eſt, appellaverint. *Cellarius.*

(c) Nunc eſt *l'Iſle de Sain*, inſula parva Britanniæ minoris, in ora orientali Curioſolitarum.

(d) *Barrigenas.* Libri manu exarati habent, *Galligenas* aut *Gallizenas.* Turnebus putabat legendum eſſe *Galli ſenas.* Scribo *Barrigenas.* Gloſſæ antiquiſſimæ, *Barrigenæ, peregrinæ*; in aliis, *Barrigenæ, peregrinæ, barbaræ.* In Philoxeni, Iſidori, & aliorum Gloſſariis, *Barginnæ* & *Bargennæ* appellantur, accipiturque pro barbara quoque acclamatione. Non immeritò aliquis exiſtimet, *Barginas* dictas ſacerdotes feminas, viros verò *Bargos.* Iidem verò ſunt *Bargi* & *Bardi.* Sanè Gloſſæ antiquiſſimæ Puteanorum fratrum utrumque rectum eſſe docent. Quidquid ſit, non dubito quin *Barrigenæ* dictæ fuerint mulieres iſtæ fatidicæ, à quibus poſteà quicumque barbari, & quicumque inconditus ſonus ſic appellatus fuerit. Valde probo conjecturam Gronovii noſtri, qui tritum iſtud Gallorum vocabulum *Baragouin* hinc originem accepiſſe exiſtimat. *Iſ. Voſſius.*

EX C. (a) PLINII SECUNDI HISTORIA NATURALI, DE GALLIA.

Edit. Pariſiis in uſum Delphini, in fol. 1722.

EX LIBRO II.

Cap. 47. IN Narbonenſi provincia clariſſimus ventorum eſt (b) Circius, nec ullo violentia inferior, Oſtiam plerumque Liguſtico mari perferens: idem non modò in reliquis partibus cæli ignotus eſt, ſed ne (c) Viennam quidem, ejuſdem provinciæ urbem, attingens, paucis antè limitibus, jugi modici occurſu tantus ille ventorum coërcetur. C

Cap. 80. (d) Galliæ & Ægyptus minimè quatiuntur; quoniam hîc æſtatis cauſa obſtat, illic hiemis.

Cap. 98. His addit..... Ariſtoteles, nullum animal niſi æſtu (e) recedente exſpirare.

(a) Licèt inter Geographos minimè cenſeatur Plinius, quia tamen multa habet γεωγραφικὰ & quæ Galliarum deſcriptioni inſervire poſſunt, hîc illi locum damus. Harduini doctiſſimi viri notas adhibemus, noſtras & aliorum aſterico notamus.

(b) Gallis dicitur, *Nort Oueſt Nort.*

(c) Hoc ipſum à ſe animadverſum indigenæ retulerunt.

(d) Narrat Monſtreletius an. 1424. provinciæ Narbonenſis tractum motu concuſſum. Sed Galliæ nomine apud Plinium Narbonenſis provincia admodùm rarò cenſetur.

(e) Deprehenſum uſu eſt in maritimo Belgii tractu,

Digitized by Google

A Obſervatum id multùm in Gallico Oceano, & dumtaxat in homine repertum.

Quædam verò [aquæ] & dulces inter ſe ſupermeant alias: ut in Fucino lacu invectus amnis..... in Lemanno Rhodanus, hic trans Alpes. Cap. 103.

EX LIBRO III.

Pyrenæi montes Hiſpanias Galliaſque diſterminant, promontoriis (a) in duo diverſa maria projectis. Cap. 3.

Narbonenſis provincia appellatur pars Galliarum, quæ interno mari alluitur, Braccata antè dicta, amne Varo ab Italia diſcreta, Alpiumque vel ſaluberrimis Romano imperio jugis: à reliqua verò Gallia latere ſeptemtrionali, montibus (b) Gebenna & Jura: agrorum cultu, virorum morumque dignatione, amplitudine opum, nulli pro- Cap. 4.
B vinciarum poſtferenda, breviterque Italia veriùs quàm provincia. In ora (c) regio Sardonum, (d) intuſque Conſuaranorum. Flumina, Tecum, Vernodubrum. Oppida, Illiberis, magnæ quondam urbis tenue veſtigium, Ruſcino (e) Latinorum. Flumen Atax è Pyrenæo (f) Rubrenſem permeans lacum, Narbo Martius, Decumanorum Colonia, XII. M. paſſuum à mari diſtans. Flumina, Arauris, (g) Liria. Oppida de cetero rara, præjacentibus (h) ſtagnis: Agatha quondam Maſſilienſium, & regio Volcarum Tectoſagum: atque ubi Rhoda (i) Rhodiorum fuit, unde dictus multò Galliarum fertiliſſimus Rhodanus amnis, ex Alpibus ſe rapiens per Lemannum lacum, ſegnemque deferens Ararim, nec minùs ſe ipſo torrentes Iſaram & Druentiam. (k) Libyca appellantur duo ejus ora modica; ex his alterum (l) Hiſpanienſe, alterum Metapinum: tertium idemque ampliſſimum, Maſſalioticum. Sunt auctores & (m) Heracleam oppidum in oſtio Rhodani fuiſſe.

C Ultrà, foſſæ ex Rhodano C. Marii opere & nomine inſignes: ſtagnum, Maſtramela: oppidum, Maritima Avaticorum; ſuperque (n) campi lapidei, Herculis

eos qui obeſiore paulò corpore eſſent, æſtu accedente periclitari: qui graciliore & ſicco, eodem recedente.

(a) * Loquitur de Promontorio Veneris ſive Aphrodiſio in mare mediterraneum excurrente, & de altero Oeaſonis ſive Olarſonis dicto, quod in oceanum incurrit. *Petrus de Marca.*

(b) *Les Monts des Cevennes.* Languedocium, ut vocant, à reliqua Gallia latere ſeptemtrionali diſterminant. Jura pro locorum diverſitate varia ſortitur nomina, *Le Joux, le Mont de S. Claude, le Credo, &c.* Mſſ. omnes, *Juribus.* * Marcianus Capella lib. 6. Plinium imitatus, hæc habet: Mons *igitur Pyrenæus ex alio latere Galliarum finibus admovetur; à cujus radicibus quicquid interjacet uſque Rhenum, & item inter Oceanum & montes Gebennam & Juram Gallicis regionibus attributum. Narbonenſis autem provincia appellatur, quæ interno mari alluitur. Hæc Bracchata antea dicebatur, quæ ab Italia jugis Alpium atque amne Varo diſcernitur: cujus longitudo, ſicuti Agrippa dimenſus eſt* CCCLXX. *milia paſſuum, latitudo autem* CCXLVIII. *continet. In hac provincia Rhodanus fluvius ex Alpibus venlens, per Lemannum lacum meat, & cauſas fertilitatis importat terræ germinibus ac fœcundis, cujus ora diverſis nominibus appellata. Nam Hiſpanienſe unum, alterum Metapinum, tertium, quo plenior meat, Maſſalioticum nuncupatur. Provincia viris, opibus, frugibus memoranda: unoque tranſcurrenda piaculo, quòd illic fas fuerat hoſtias humani generis immolare.*

(c) *Regio Sardonum, le Comté de Rouſſillon.* In Mſſ. *Sordonum.* Avienus *Sordos* appellat.

(d) * Ex Melæ & Plinii auctoritate conjuncta *Sardones* in ora à Salſulis ad portum Veneris & Cervariam expanſos fuiſſe certiſſimum eſſe debet. *Conſuarani* verò ex Plinio interiores partes occupabant, nempe tractum illum, qui ad Pyrenæorum radices per decurſum Teci & Tetis pertinet uſque ad caput Atacis, & hodie complectitur pagos vallis Aſperii & Confluentis. *Ita Petrus de Marca in Marcæ Hiſpanicæ libro primo capite quarto.* Perperam confundit Harduinus *Conſuaranos* Narbonenſis Provinciæ cum *Conſerannis* Aquitaniæ.

(e) * *Ruſcinoni* jus etiam coloniæ conceſſum eſt, teſte Mela. Ceterùm non eſt exiſtimandum, ut notat Petrus de Marca, aliquid de coloniæ prærogativa detriviſſe Plinium, cùm Ruſcinonem ait fuiſſe Latinorum. Immò verò civium immunitates auxit hoc verbo; ut pote qui licèt Romanæ coloniæ ornamentum eſſent adepti, ſuis legibus municipalibus & moribus patriis relicti ſunt: quod ſignificabat jus Latii.

(f) Nunc Atax minimè lacum Rubrenſem permeat; ſed foſſæ per Narbonem ductæ immiſſus in mare effunditur ad VII. ab urbe milliare.

(g) Mſſ. omnes, *Libria.* Nunc *Lez* accolæ vocant, & quos medios ſecat Monſpelienſes. * Cellarius in hac voce mendum ſuſpicatur.

(h) *Les Eſtangs de Thau, de Maguelone & de Perault.* Maximæ parti ejus oræ, marique mediterraneo ea prætenduntur.

(i) *Ubi Rhoda Rhodiorum fuit.* Familiari ea loquendi formula, *fuit*, excidiſſe id oppidum, cui vox ea adnectitur, jam ævo ſuo innuit. Hæc Rhodanuſia à Scymno Chio, ſive, ut alii vocant, à Marciano Heracleota pag. 6. dicitur: alteramque Rhoden, quæ in Hiſpania eſt, (nunc *Roſes* incolæ Catalani vocant) à Rhodiis quoque conditam ſcribit. Hieronymus in prolog. Epiſt. ad Galat. *Oppidum Rhoda*, inquit, *coloni Rhodiorum locaverunt, unde amnis Rhodanus nomen accepit.*

(k) *Libyca.* Ita libri omnes. Sic vulgus ea oſtia corrupto, ut fit, ſermone appellavit, cùm *Ligyca* potiùs, ut quidem reor, eſſent nominanda. Oram enim univerſam à Rhodano Emporium uſque Hiſpaniæ oppidum, Λιγυστικὸν veteres appellarunt, quòd eam Ligures tenuere: Scylax pag. 2. Παράπλους Λιγύων ἀπὸ Ἐμπορίου μέχρι Ῥοδανοῦ, &c.

(l) Hiſpanienſe oſtium, quod in occidentem vergit, accolæ vocant, *Grau Neuf*; Maſſalioticum, quod in ortum, *Gras d'Orgon.* Metapinum inter hæc medium eſt. * Iſaac Voſſius ad Melam putat errare Plinium, cùm oſtium Maſſalioticum diſtinguit à Foſſa Mariana: vultque, antequam hæc foſſa duceretur, iſtud oſtium Μασσαλιωτικὸν dictum, idem fuiſſe atque *Metalpinum*; ſic putat ſcribendum, non *Metapinum.* Nam, inquit, Græci vetuſtiores, qui duo tantùm Rhodani oſtia noverunt, illud quod trans Alpes eſſet ſitum, Μεταλπικὸν appellarunt.

(m) Hæc Ἡράκλεια Κελτικὴ Stephano. In agro San-Remigiano, prope oppidum *S. Remi*, oſtiumque Rhodani Hiſpanienſe, reperta inſcriptio, principatu Caroli V. Francorum regis, electam docet ab Ataulpho Principe Heracleam in regiæ majeſtatis ſedem. Ibi igitur fuiſſe olim Heracleam putat Hon. Bouche. Verùm diſtat ager ille San-Remigianus ab oſtio Rhodani.

(n) Vulgò dicuntur, *La Crau.*

Digitized by Google

præliorum memoria : regio Anatiliorum, & intus Deſuviatium Cavarumque. Rurſus à A mari Tricoriûm, & intus (a) Tricollorum, Vocontiorum & Segovellaunorum, mox Allobrogum. At in ora Maſſilia Græcorum Phocæenſium, fœderata. Promontorium (b) Zao; Citharista portus; regio (c) Camatullicorum. Dein (d) Suelteri, ſupráque (e) Verrucini. In ora autem (f) Athenopolis Maſſilienſium, Forum Julii Octavanorum colonia, quæ Pacenſis appellatur & Claſſica : amnis in ea Argenteus : regio Oxubiorum (g) Ligaunorumque, ſuper quos Suetri, (h) Quariates, Adunicates. At in ora oppidum Latinum Antipolis; regio Deciatium; amnis Varus, ex Alpium monte Cema profuſus.

In mediterraneo coloniæ; Arelate Sextanorum, Beterræ Septimanorum, Arauſio Secundanorum. In (i) agro Cavarum Valentia, Vienna Allobrogum. Oppida Latina; Aquæ Sextiæ Salluviorum, Avenio Cavarum, Apta Julia Vulgientium, (k) Alebece Reiorum Apollinarium, Alba Helvorum, (l) Auguſta Tricaſtinorum; Ana- B tilia, (m) Aëria, Bormanni, Comacina, Cabellio, Carcaſum Volcarum Tectoſagum, (n) Ceſſero, Carpentoracte Meminorum, (o) Cenicenſes, Cambolectri, qui (p) Atlantici cognominantur; (q) Forum Voconii, Glanum Livii, (r) Lutevani, qui & Foroneronienſes, Nemauſum Arecomicorum, (ſ) Piſcenæ, (t) Ruteni, (u) Sanagenſes, Toloſani Tectoſagum, Aquitaniæ contermini, (x) Taſconi, Taruſconienſes, (y) Umbranici; Vocontiorum civitatis fœderatæ duo capita, Vaſio & (z) Lucus Auguſti. Oppida verò ignobilia XIX. ſicut XXIV. Nemauſienſibus attributa. Adjecit (aa) formulæ Galba imperator ex Inalpinis Avanticos atque Bodionticos, quorum oppidum Dinia. Longitudinem provinciæ Narbonenſis (bb) CCLXX. M. paſſ. Agrippa tradit, latitudinem CCXLVIII.

Cap. 5. Igitur ab amne Varo Nicæa oppidum à Maſſilienſibus conditum : fluvius (cc) Pado :

(a) Intus recedunt à mari longiùs *Tricolli*, qui nunc Siſteronenſes, quorum caput fuiſſe olim creditur *Alarante*, de quo Tabula Peutingeri. Hodie *Talard* in Delphinatu, via quæ Siſterone Vapincum ducit. Ita Bouche l. 3. hiſt. Prov. c. 7. p. 178.

(b) Ita Mſſ. omnes. Promontorio tamen idem præterea quod portui nomen Citharistam eſſe, docet Ptolemæus l. 2. c. 10. hodie *Cap Siſiat*, *ou de Cerchiech* prope Telonem : Citharistæ portui nomen hodie eſt, *le port S. Georges*, *ou le port de Toulon*.

(c) *Camatullicorum*. Ubi nunc Telonenſis ager, *l'Evêché de Toulon* uſque ad Samblacitanum ſinum, *le Golfe de Grimaut* : à quo ſinu haud procul abeſt vicus *Ramatuelle*, quod vetuſti nominis veſtigium ſervat haud obſcurum.

(d) *Suelteri*. Nunc eſt Forojulienſis ager citra amnem Argenteum; *Brignole* & *Draguignan*. Sic Honor. Bouche l. 7. c. 7. Favet ſitus quem in Tab. Peuting. *Selteri* obtinent. * Suelterorum regionem ſeu pagum hodieque à Gente *le Sterel* dici, & ſupra Forum Julii eſſe animadvertit Hadr. Valeſius.

(e) Verrucini Suelteris ad Boream adſiti; ubi nunc *Verignon* & *Bariol*.

(f) Cùm in ora poſitum id oppidum dicatur inter portum Citharistam & Forum Julii, ipſum eſſe Telonem Martium non temerè ſuſpicamur.

(g) Hi Graſſenſem, ut aiunt, tenuiſſe agrum videntur.

(h) *Quariates* & *Adunicates*, quantùm ex ſitu conjicimus, ibi fuere, ubi nunc *Senetium* & *Dinia*.

(i) * Putat Cellarius multos *Valentiam* in Cavaribus ſcribere, mala inciſione verborum Plinii inductos : & ſic legit cum Hadr. Valeſio : *Arauſio Secundanorum in agro Cavarum*, *Valentia*, *Vienna Allobrogum* : adeo ut Valentia ſit Segovellaunorum, quos ipſe Plinius juxta Allobroges collocat. Et certè Ptolemæus *Valentiam* tribuit Segalaunis, qui Segovellauni ſunt Plinii.

(k) *Alebece Reiorum*. Hodie *Riez en Provence*. Reii Apollinares dicti à cultu, ut videtur, Apollinis. *Alebece* non ſatisfacit, libentiúſque *Albiœce* agnoverim, ſi Mſ. ullus codex ſuffragetur. Nam Albiœcos Αλβιοίκους Salyibus, ſive Salluviis, Vocontiiſque confines Strabo facit l. 4. planè ut ipſius oppidi Αλβίοικοι nomen eſſe potuerit.

(l) *Auguſta Tricaſtinorum*, *S. Paul Tricaſtin*. Alia eſt *Noviomagus* Tricaſtinorum apud Ptolemæum, quæ hodie *Nions*.

(m) *Aëriam* Strabo l. 4. in Cavarum agro cum Avenione & Arauſione locat; aitque à loco edito, in quo poſita erat, nomen ſortitam. Quibuſdam eſſe Caſtellum *Mornas* ad Rhodanum creditur.

(n) *Ceſſero*. Non *Ciſteron*, aut *Caſtres*, ut quibuſdam eruditis viſum, ſed S. Tiberii pagus, *S. Tibery*, ad Araurim qui Agatham præfluit leucis fere quatuor à Bæterris. Κεσσρὼ eſt Ptolemæo l. 2. c. 10. in Volcis Tectoſagibus. Ado in Martyrol. 10. Nov. *In territorio Agathenſi in Ceſſarione*, *SS. Martyrum Tiberii*, *Modeſti*, &c. & in vitâ S. Tiberii : *Et ſubitò apparuerunt juxta fluvium qui dicitur Araur*, *in vico qui vocatur Ceſeri*, &c.

(o) Fortè *Cænienſes*, amnis Cæni incolæ, cujus inter Maritimam Maſſiliamque meminit Ptolemæus.

(p) Eo cognomine à Cambolectris Ageſinatibus diſcriminantur, qui juncti ſunt Pictonibus l. 4. c. 19.

(q) Nunc Vicus eſt, *le Canet*, ad amnem Argenteum.

(r) Oppidum *Luteva*, *Lodeve* : quibus & Foroneronienſium cognomen additum, quod alterius oppidi ſub Tricaſtinis peculiare eſt apud Ptolemæum.

(ſ) Nunc *Pezenas* in Agathenſi agro, prope Araurim amnem.

(t) Non tam hi Narbonenſes, quàm, ut Plinius ipſe ait l. 4. *Narbonenſi provinciæ contermini*. Ρυθηνοὶ Ptolemæo, oppidum *Segodunum*, *Rodez*.

(u) *Sanagenſes*. Sanicienſes ævo poſteriore appellati ſunt, à Sanicio Alpinæ oræ oppido, cujus meminit Ptolemæus l. 3. c. 1. Nunc *Senez*. In Conc. Matiſc. II. an. DCXXX. *Vigilius Epiſcopus à Senetio*.

(x) *Taſconi*, *Taruſconienſes*. Priores incolæ Montis Albani, oppidi prope Toloſam, quod alluit amnis *Teſco*; poſteriores à Taruſcone Salyum oppido nomen habuere; Ταρυσκὼν Ptolemæo.

(y) In Tab. Peuting. Umbranicia legitur prope Volcas Tectoſagas & Nemauſum. Situs incertus.

(z) *Luc en Dauphiné*, altero à Dia ſive Dea Vocontiorum lapide. Luci Vocontiorum municipii Tacitus meminit l. 1. hiſt. c. 66.

(aa) Hoc eſt, Tabulæ & indici ſive ſyllabo provinciarum Galliæ, adjecit Galba ex Gentibus Inalpinis Avanticos atque Bodionticos. *Avanticorum* pagus hodie *Avançon* inter Vapincum & Ebrodunum. *Bodionticorum* Dinia oppidum haud ignobile, *Digne*. * Diniam Ptolemæus Sentiis adſcribit.

(bb) Martianus l. 6. CCCLXX. De latitudine ambo concinunt. Miſſi Theodoſii : *Juxta Plinium Secundum longitudinem provinciæ Narbonenſis* CCCLXX. M. P. *Agrippa tradidit*, *latitudinem* CCCXLVIII.

(cc) Ita Mſſ. omnes quos vidi. Voſſius in ſuis, *Palo*, ut quidem ait in Melam. Melæ ipſi *Paulon*, accolis *Paillon*.

Digitized by Google

A Alpes populique Inalpini multis nominibus, ſed maximè Capillati: oppidum Vediantiorum civitatis Cemelion: portus Herculis Monœci, Liguſtica ora. Ligurum celeberrimi ultra Alpes Salluvii, Deciates, Oxybii.....

Galliæ autem ora, in Rhodani oſtio, (a) Metina; mox quæ (b) Blaſcon vocatur; tres ſtœchades à vicinis Maſſilienſibus dictæ propter ordinem, quas item nominant ſingulis vocabulis, (c) Proten, & Meſen, quæ & Pomponiana vocatur: tertia Hypæa. Ab his (d) Sturium, Phœnice, Phila, Lero & Lerina adversùm Antipolim, in qua Vergoani oppidi memoria.

Jungitur his [Picentibus] ſexta regio, Umbriam complexa, agrumque Gallicum circa Ariminum. Ab Ancona Gallica ora incipit, Togatæ Galliæ cognomine. Siculi & Liburni plurima ejus tractûs tenuere, in primis Palmenſem, Prætutianum, Adrianumque agrum. Umbri eos expulere, hos Etruria, hanc Galli..... Nunc in ora B flumen Æſis, Senogallia. Cap. 14.

In hoc tractu interierunt Boii, quorum tribus CXII. fuiſſe auctor eſt Cato: item Senones, qui ceperant Romam. Cap. 15.

Metrodorus tamen Scepſius dicit [Padum], quoniam circa fontem arbor multa ſit picea, quales Gallicè vocentur Padi, hoc nomen accepiſſe. Cap. 16.

Eporedias Galli bonos equorum domitores vocant. Vercellæ Libicorum ex Sallyis ortæ, Novaria ex Vertacomacoris, (e) Vocontiorum hodieque pago, non, ut Cato exiſtimat, Ligurum, ex quibus Levi & Marici condidere Ticinum, non procul à Pado: ſicut Boii trans Alpes provecti Laudem Pompeïam, Inſubres Mediolanum. Orobiorum ſtirpis eſſe Comum atque Bergomum & Licini forum, & aliquot circà populos auctor eſt Cato..... In hoc ſitu..... interiere & Caturiges Inſubrum exſules, & Spina ſuprà dicta: item Melpum opulentia præcipuum, quod ab Inſubri- C bus & Boiis & Senonibus deletum eſſe eo die, quo Camillus Veios ceperit, Nepos Cornelius tradidit. Cap. 17.

In mediterraneo regionis decimæ, coloniæ: Cremona, Brixia Cenomanorum agro..... Auctor eſt Cato, Cenomanos juxta Maſſiliam habitaſſe in (f) Volcis. Cap. 19.

Rhætos Thuſcorum prolem arbitrantur à Gallis pulſos duce Rhæto. Cap. 20.

Sunt præterea Latio donati incolæ, ut (g) Octodurenſes, & finitimi Centrones, Cottianæ civitates, Caturiges & ex Caturigibus orti Vagienni Ligures, & qui Montani vocantur; Capillatorumque plura genera ad confinium Liguſtici maris.

Ex Inſcriptione è Trophæo Alpium.

Gentes Alpinæ devictæ.... Nantuates, (h) Seduni, Veragri, Salaſſi, Acitavones, (i) Medulli, (k) Uceni, Caturiges, (l) Brigiani, Sogiontii, Brodiontii, (m) Nema- D loni, (n) Edenates, Eſubiani, Veamini, Gallitæ, Triulatti, Ectini, Vergunni, Equituri, Nementuri, Oratelli, Neruſi, Velauni, Suetri.

EX LIBRO IV.

In Rheno ipſo, prope centum millia paſſuum in longitudinem, nobiliſſima Cap. 15.

(a) In Mſſ. *Metania.* Fortè ab oſtio Rhodani, in quo olim fuit, *Metapina.* * Alii amnicam *Camargue*, id eſt Camariam; alii maritimam *l'Anguillade*, ut Valeſius obſervat, intelligunt.

(b) * Notat Cellarius *Blaſconis* ſitum malè hîc à Plinio inter oſtia Rhodani & Stœchadas adſignari. Nam *Blaſco* inter Pyrenæum & Rhodanum jacet ſub urbe Agatha.

(c) *Proten* Πρώτλω, hoc eſt, Primam: hodie *Porqueyroles.* Μέσην Mediam, nunc *Portecroz*, quæ anno 1200. Mediana vocabatur, ut docet Honor. Bouche l. 1. hiſt. Prov. c. 7. Ὑπαίαν denique, hoc eſt, Poſtremam, nunc *l'Iſle du Levant, ou du Titan*, quæ maximè omnium in ortum vergit.

(d) *Sturium*, &c. Nunc ſunt *Ribaudas*, *Langouſtier*, *Baqueou*, ut rectè vidit idem auctor hiſt. Prov. loc. cit. Sunt eæ inter Stœchadas minimæ, in quibus exſtructæ arces Ludovici XIII. principatu.

(e) Vocontiorum pars quædam *Vertacomacori* fuere: cujus nominis veſtigium in eo agro ſervari, qui hodie *Vercors* appellatur in Delphinatu, auctor eſt Nic. Chorier l. 1. p. 11.

(f) * Nunquam ſanè Cenomani in Volcis habitarunt, nec Volcæ fuerunt juxta Maſſiliam; nam Strabone teſte Volcæ Arecomici alteram tantùm Rhodani ripam incoluerunt, non utramque, ut ait Livius. Per Volcas fortè Cenomani tranſierunt, cùm Italiam peterent.

(g) In Notitia Prov. *Civitas Valenſium Octodurus*; nunc *Martignac en Valais.* * Octodurus dicitur Cæſari vicus Veragrorum.

(h) *Seduni.* Oppidum hodie *Sion*, regionis totius caput, quam vocant *le Vallais.* Veragri, ubi nunc *le Chablais*, pars Dephinatûs.

(i) *Medulli. La Maurienne*, ut egregiè probat Honor. Bouche p. 103. Pars Sabaudiæ eſt.

(k) *Uceni. Le Bourg d'Oyſans*, in parte Gratianopolitani agri, quam vocant, *le Graiſivaudan.*

(l) *Brigiani*, vel Brigantii, ut quidem reor, à Brigantio Delphinatûs oppido, *Briançon*: in Alpibus maritimis ut & Caturiges poſiti.

(m) *Nemaloni.* Fortè *Miolans*, pagus haud procul Ebroduno poſitus, in ditione Sabaudiæ.

(n) *Edenates* in diœceſi Ebrodunenſi urbem Sedenam, *la ville de Seyne*, olim tenuiſſe probat Honor. Bouche: *Eſubianos* verò prope amnem *d'Hubaye*, in confinio Sabaudiæ Provinciæque, in valle cui nomen, *vallée de Barcelone*: *Veaminos* in diœceſi Sanitienſi, *Senez*: item *Triulattos* ad pagum *Alloz*: *Ectinos* in Glandevenſi: in Sanitienſi rurſum, *Vergunnos*, in pago *Vergons*: in Glandevenſi iterum, oppido *Guillaumes*, *Equituros*: item *Oratellos*, ubi nunc *le*

Digitized by Google

Batavorum (a) insula & Cannenufatum, & (b) aliæ Frisiorum, Chaucorum, Frisiabonum, Sturiorum, Marsaciorum, quæ sternuntur inter Helium ac Flevum. Ita appellantur ostia, in quæ effusus Rhenus, ab septemtrione in lacus, ab occidente in amnem Mosam se spargit; medio inter hæc ore, modicum nomini suo custodiens alveum. A

Cap. 17.

Gallia omnis Comata uno nomine appellata, in tria populorum genera dividitur, amnibus maximè distincta. A (c) Scalde ad Sequanam Belgica: ab eo (d) ad Garumnam Celtica, eademque Lugdunensis: inde ad Pyrenæi montis excursum Aquitanica, Aremorica antea dicta. Universam oram XVIII. M. pass. Agrippa; Galliarum inter Rhenum & Pyrenæum, atque Oceanum, ac montes Gebennam & Juram, quibus Narbonensem Galliam excludit, longitudinem (e) CCCCXX. M. pass. latitudinem CCCVIII. computavit. A Scaldi (f) incolunt extera Toxandri pluribus nominibus. (g) Deinde Menapii, Morini, (h) Oromansaci juncti pago, qui Gessoriacus vocatur; (i) Britanni, Ambiani, Bellovaci. Introrsus (k) Castologi, Atrebates, B (l) Nervii liberi, Veromandui, (m) Sueconi, Suessiones liberi, (n) Ulmanetes liberi, Tungri, (o) Sunuci, Frisiabones, Betasi, Leuci liberi, Treveri liberi antea, & Lingones fœderati, Remi fœderati, Mediomatrici, Sequani, Raurici, Helvetii. Coloniæ, Equestris & Rauriaca. Rhenum autem accolentes, Germaniæ gentium in eadem provincia, Nemetes, Tribochi, Vangiones: hinc Ubii, Colonia Agrippinensis, Guberni, Batavi, & quos in insulis diximus Rheni.

Lugdunensis Gallia habet Lexovios, Vellocasses, Galletos, Venetos, Abrincatuos, Osismios; flumen clarum Ligerim. Sed peninsulam spectatiorem excurrentem in Oceanum (p) à fine Osismiorum circuitu DCXXV. M. passuum, (q) cervice in latitudinem CXXV. M. Ultra eam Nannetes. Intus autem Hedui fœderati, Carnuti fœderati, Boii, Senones, Aulerci, qui cognominantur Eburovices, & qui Cenomani,

Puget de Theniers: denique *Velaunos*, ubi nunc pagus *Bueil*, cui *Bellio* vetus nomen fuit.

(a) Ea insula à Batavis & Cannenufatibus colebatur. Illi quoniam majorem insulæ partem tenuere, nomen ei suum dederunt, dictaque insula Batavorum, sive Batavia est. In Tabula Peuting. *Patavia*. Isti apud Gruterum *Cannanefates*, apud Tacitum & Velleium *Caninefates* appellati. Hodie *le Betuve*.

(b) * De Gentibus, quarum insulas Plinius inter Helium & Flevum sternit, nihil certi affirmari posse observat Cellarius. Nam facies illorum locorum inundationibus fuit ita immutata, ut ubi populi coluerant, nunc ingens lacus sit, sive mare Austrinum.

(c) * Cæsar, Strabo, Mela & Ptolemæus non ad Scaldim, ut Plinius, sed ad Rhenum Belgarum fines proferunt. Ipse Plinius non sibi constat; nam paulopòst populos Rhenum accolentes in Belgica recenset.

(d) * Plinius hîc non aliter quàm Cæsar Celticam à Sequana ad Garumnam producit. Verùm postea cùm populos recenset, qui cuilibet provinciæ contributi sunt, novam Augusti divisionem sequitur, & Santones, Pictones, Bituriges Cubos, &c. qui inter Garumnam & Ligerim incolunt, non Celticæ, sed Aquitanicæ attribuit.

(e) Mss. omnes CCCXX. Missi Theodosii: *Gallia Comata ..... juxta Plinium Secundum in quarto libro, in longitudinem* DCCCCXX. *in latitudinem* CCCVIII.

(f) *Excolunt extera*, hoc est regionem ultra Scaldim, extraque Gallias positam, ad Mosam usque, ubi Antuerpia, Brabantiaque universa; ubi oppida Breda & S. Gertrudis. * Cluverius in Seelandiam Toxandros remittit. Hadr. Valesius & alii eos versus Mosam constituunt, voluntque vestigia sedis Toxandrorum superesse in *Tessenderloo*, Leodicensis diœceseos vico.

(g) Jam hi deinceps citra Scaldim. Et Menapii quidem Morinis confines, juxta mare, non Plinio modò, sed etiam Straboni l. 4. τοῖς Μεναπίοις δ' εἰσὶ συνεχεῖς ἐπὶ τῇ θαλάττῃ Μορῖνοι. Tacitus quoque l. 4. hist. *A Rheno venientes Mosam transire jubet, ut Menapios & Morinos & extrema Galliarum* quaterent. Menapii igitur ibi fuere (etsi aliter alios sentire scio) ubi nunc Flandria est, oppida Brugæ, Gandavum, Ipræ. * Et certè alii ad Mosam cum Ptolemæo collocant Menapios. Iis videtur Strabo Cæsarem, quem sequitur, malè intellexisse: Tacitus verò Menapios cis Mosam ponit, sed utrùm cum Morinis citra Scaldim habitaverint, ex ejus verbis probari non posse existimant.

(h) *Oromansaci*. Ex oratione ejusmodi colligi potest aut Oromansacos clientes, partemque Morinorum, proximos fuisse pago Gessoriaco: aut certè potius eos ac Gessoriacenses unum eumdemque pagum, nimirum Gessoriacensem constituisse, *le Boulenois*. In Mss. *Oromarsaci*.

(i) *Britanni*. Ita libri omnes. Hi inter Gessoriacenses Ambianosque medii, in ora similiter positi, ea loca tenuere certè, ubi nunc oppida Stapulæ, Monstrolium, Hesdinium, & adjacentem agrum Ponticum, *le Ponthieu*, ad Somonam amnem. Cluverius hic *Brianos* legi mavult.

(k) *Castologi*. Mss. omnes, *Catuslugi*. Libentiùs *Catalauni* agnoverim, *Chaalons sur Marne*; quos in Belgica meritò collocat Antoninus, & Durocatelaunos vocat.

(l) Cæsari l. 2. bell. Gall. *Nervii* dicuntur Atrebatibus Veromanduisque finitimi. Unde colligas, pagi Nerviorum locum præcipuum fuisse, non Tornacum, ut vulgus putat, sed Cameracum, quod ab Atrebatum Nemetaco XIV. M. P., ab Augusta Veromanduorum abest XVIII. M. Liberi porro dicuntur, hoc est, non, ut ceteri, vectigales; & suis, non Romanis, utentes legibus.

(m) Sequentis vocis corrupta quædam repetitio ea esse videtur, cùm de Sueconis ceteri sileant. * Putat Cluverius *Sueconos* Nerviorum esse clientes, de quibus Cæsar l. 5. c. 38. Iis Cluverius *Tornacum* oppidum attribuit.

(n) Eosdem esse arbitror, qui Antonino *Ulbanectes*, *Silvanectes* posteà sunt appellati. Eorum urbs præcipua, *Silvanectum*, *Senlis*.

(o) Ita Mss. omnes, non *Runici*. Qui porro Sunucorum, Frisiabonum, Betasorumque sedes ultra Rhenum quærunt, ii qui Belgicæ Galliæ fines fuerint, quibus hi omnes continebantur, ignorant. Nervios Betasiosque Tacitus simul jungit l. 4. hist. *Occupatis*, inquit, *Sunicis, Claudius Labeo Betasiorum Tungrorumque & Nerviorum tumultuaria manu restitit, fretus loco, quia pontem Mosæ fluminis anteceperat.* Quo ex loco Sunicis Luciliburgensem, seu Lucemburgensem; Betasis Juliacensem; Frisiabonibus, qui medii interjacent, Limburgensem Ducatum fidenter adscribimus.

(p) Ubi nunc S. Maclovii oppidum: inde enim circuitûs initium ducitur: hic finis Osismiorum fuit.

(q) Sic isthmum vocat, qui capitis instar, reliquæ continenti Galliæ, ceu corpori, adhæret atque annectitur.

Meldi

Digitized by Google

A Meldi liberi, Pariſii, Trecaſſes, Andegavi, Viducaſſes, Bodiocaſſes, (a) Unelli, (b) Carioſuelites, Diablindi, Rhedones, Turones, (c) Ateſui, Secuſiani liberi, in quorum agro colonia Lugdunum.

Aquitanicæ ſunt (d) Ambilatri, Anagnutes, Pictones, Santones liberi, (e) Bituriges liberi cognomine Ubiſci; Aquitani, unde nomen provinciæ, Sediboniates. Mox in oppidum contributi Convenæ, (f) Begerri, (g) Tarbelli Quatuorſignani, Cocoſſates Sexſignani, Venami, Onobriſates, (h) Belendi, ſaltus Pyrenæus. Infráque (i) Moneſi, (k) Oſquidates montani, (l) Sibyllates, (m) Camponi, (n) Bercorcates, Bipedimui, Saſſumini, Vellates, Tornates, Conſoranni, Auſci, Eluſates, (o) Sottiates, Oſquidates campeſtres, (p) Succaſſes, Taruſates, (q) Baſabocates, Vaſſei, Sennates, (r) Cambolectri Ageſinates Pictonibus juncti. Hinc Bituriges liberi, qui Cubi appellantur. Dein Lemovices, Arverni liberi, Gabales. Rurſus Narbonenſi B provinciæ contermini Ruteni, Cadurci, (ſ) Antobroges, Tarneque amne diſcreti à Toloſanis Petrocori. Maria circa oram: ad Rhenum ſeptemtrionalis Oceanus, inter Rhenum & Sequanam Britannicus, inter eum & Pyrenæum Gallicus. Inſulæ complures Venetorum, quæ & Veneticæ appellantur, & in Aquitanico ſinu (t) Uliarus. Cap. 19.

EX LIBRO V.

Simul dicendum videtur & de Galatia, quæ ſuperpoſita, agros majori ex parte Phrygiæ tenet, caputque quondam ejus Gordium. Qui partem eam inſedere Gallorum, (u) Toliſtobogi, & Voturi, & Ambitui vocantur: qui Mæoniæ & Paphlagoniæ regionem, Trocmi. Prætenditur Cappadocia à ſeptemtrione & ſolis ortu, cujus uberrimam partem occupavere Tectoſages ac Teutobodiaci. Et gentes quidem hæ: Cap. 32.

(a) Cæſar l. 2. de Bello Gal. *Craſſum*, inquit, *miſerat ad Venetos, Unellos, Oſiſmios, Curioſolitas.* Quibus ex verbis minori Britanniæ Unellos eſſe accenſendos liquet. * Aliter alii ſentiunt. Vide quæ infrà dicimus in Ptolemæo de *Venelis*.

(b) Cæſari *Curioſolites*: quorum oppidum *Coriſopitum*, *Quimper*, quæ vox Britannica lingua oppidum muris cinctum ſignificat.

(c) Sic Mſſ. omnes, non *Iteſui*. Sed neutram vocem, nuſquam reperiens, probo.

(d) Ambiliates jungit cum Nannetibus Cæſar l. 3. de bello Gal. *Anagnutes* ii eſſe videntur, qui Artemidoro apud Stephanum dicuntur Ἀναγνῶται. Ambo inter Nannetes & Pictones ſedes habuere.

(e) * Plinius hîc Bituriges vocat Ubiſcos: non id ſanum cognomen; ſincerius apud Ptolemæum, cujus ſunt Οὐιβίσκοι, *Vibiſci*, quia *B* & *V* litteræ ſæpius permutantur. Vera autem & antiqua ſcriptura *Viviſcorum* eſt, videlicet per *V*, quod auctore Auſonio probatur, qui de ſe *in Moſella* verſu 438. dicit:

Hæc ego Viviſca ducens ab origine gentem.

Burdigalenſis enim fuit, atque ita in illis Biturigibus natus: confirmat inſcriptio aræ Burdigalenſis apud Gruterum p. 227. ubi legitur BIT. VIV. Nec verò deeſt, quod pro Plinii ſcriptura *Ubiſci* adferatur. Nam lapide alio, Burdigalæ & ipſo eruto, apud eumdem Gruterum p. 731. legitur BITVRIX VB. Sed malo priorem ſcripturam ſequi, quòd de lapide non ſatis certi ſimus, veréne ſic ibi, an lapſu opificis inciſum; etiam an inde curatiùs ſit exſcriptum. *Cellarius*.

(f) Bigerriones Cæſari, *les Bigarrats*. Oppidum, *Tarbe*; quod Tarbellorum eſſe cave exiſtimes.

(g) Videntur hi à Romanis Quatuorſignani cognominati, ut & Cocoſſates Sexſignani, quòd hi ſex ſigna militum apud ſe haberent in præſidio, illi quatuor. Tarbellorum oppidum *Aquæ Tarbellicæ*, *Acqs*, ſive *Dax*. Cocoſatum apud Cæſarem mentio; Venamorum Onobriſatumque nuſquam: omnium perinde ſitus incertus.

(h) Supereſt ejus nominis veſtigium in pago *Belin*, ad amnem Leriam in agro Boiorum, cui agro nomen eſt hodie, *le Buch*. Ita Valeſius in Notit. Gall. p. 524.

(i) *Moneins*, inquit idem Valeſius, locus eſt hodieque haud ignobilis in Benearnenſi agro: cujus fortè incolæ *Moneſi* dicti.

(k) In Mſſ. Reg. & Colb. *Oſcidates*. Hi montani, mox etiam alii dicti campeſtres, à ſitu diſpari. Fortè ſunt Δάριοι Ptolemæi inter Gabalos & Auſcitanos.

(l) Cæſar l. 3. inter Garumnos & Cocoſates Sibuzates locat, quos Valeſius in Notit. Gall. p. 524. inter Aquas Tarbellicas & Baionam ait ſedes olim habuiſſe, ubi nunc locus retinet nomen *Saubuſe*, ad Aturum amnem.

(m) Locus *Campan* in Bigerrionibus, qui à Papirio Maſſono deſcribitur in Geogr. Franc. p. 513. ut ſimilitudinem vocis, ſic veterum incolarum ſedem fortè refert.

(n) *Bercorcates*, *Bipedimui*, *Saſſumini*, [*Vellates*] prorſus ignotæ gentes. *Tornates* ejus loci incolas ait fuiſſe Valeſius, cui loco nomen hodieque *Tournay* in Bigerrionibus. Coſorannorum oppidum, *Couſerans*.

(o) Cæſari *Sontiates*. Nunc eſt *Soz* in Novempopulania, & Auſcorum diœceſi.

(p) *Succaſſium* appellationem ſervat pagus *Secas* inter Garumnam Leriamque amnes, leucis ab urbe Burdigalenſi tribus. *Taruſatium* meminit Cæſar l. 3. Pagum hi tenuere, cui nomen hodieque priſcum, *le Turſan*. * Ejus pagi caput Aturenſium civitas, *Aire en Gaſcogne*.

(q) Cæſari *Vocates* dicti: mox Vaſatæ Baſatæque iidem appellati. *Bazas*. * Putat Cellarius hanc vocem *Baſobocates* ex gemina lectione fuiſſe commixtam.

(r) Hi cognomine Ageſinatum ab aliis Cambolectris diſtinguuntur, qui Atlantici cognominantur in Narbonenſi. Hos eſſe Incoliſmenſes credimus, *les Angoumoiſins*.

(ſ) *Nitiobriges* ſignari puto, quorum oppidum apud Ptolemæum Aginnum eſt, *Agen*. * Emendandum cum Scaligero, *Nitiobriges Tarne amne diſcreti à Toloſanis, Petrocori*. Scaligeri emendationem, inquit Valeſius, ſitus gentium locorumque ipſe confirmat. Quippe *Nitiobriges* vel pagum Aginnenſem Tarnis fluvius à pago Toloſano dividit: *Petrocori* nec Tarnim, nec Toloſanos attingunt, Aginnenſibus interpoſitis.

(t) * Poſtea *Olario* dicta, nunc *Oleron*, conferta leporibus. Sidonius l. 8. epiſt. 6. dicit Nammatium *inſidiari lepuſculis Olarionenſibus*.

(u) Quod ad hæc Galaticarum gentium nomina attinet, ſola Tectoſagum appellatio à Celtica gente derivata eſt. Strabo admonet l. 12. ceteras à ducibus ſuis nomen habuiſſe, cujuſmodi Trocmorum gentes & Toliſtobogorum. Horum ego numero cenſendos puto & Voturos, ſive Veturos, & Ambituos, quos Mſſ. omnes *Ambituutos* appellant, ut à ducibus ad gentes eas tranſlata ſint ea nomina, nec Celticorum unquam populorum propria fuerint.

Digitized by Google

populi verò ac tetrarchiæ omnes, numero CXCV. Oppida; Tectoſagum, Ancyra; A
Trocmorum, Tavium; Toliſtobogorum, Peſinûs. Præter hos celebres, Attalenſes, Araſenſes, Comenſes, Dioshieronitæ, Lyſtreni, Neapolitani, Oeandenſes, Seleucenſes, (a) Sebaſteni, Timoniacenſes, Thebaſeni. Attingit Galatia & Pamphyliæ Cabaliam; & Milyas, qui circa Barin ſunt, & Cyllanticum, & Oroandicum Piſidiæ tractum. Item Lycaoniæ partem Obigenen. Flumina ſunt in ea præter jam dicta, Sangarium & Gallus, à quo nomen traxere Matris Deûm ſacerdotes.

EX LIBRO VI.

Cap. 34. QUARTO ſubjacent circulo, quæ ſunt ab altero latere Imai, Cappadociæ auſtrina, Galatia..... Narbonenſis Galliæ exortiva, Hiſpaniæ maritima à Carthagine nova, B
& inde ad occaſum. Gnomoni XXI. pedum reſpondent umbræ XVII. pedum: longiſſimus dies habet æquinoctiales horas quatuordecim & duas tertias unius horæ.

Sexta comprehenſio, qua continetur urbs Roma, amplectitur..... Liguriam, Antipolin, Maſſiliam, Narbonem..... Gnomoni pedes novem, umbræ octo. Longiſſima diei ſpatia, horarum æquinoctialium quindecim, addita nona parte unius horæ; aut, ut Nigidio placuit, quinta.

Septima diviſio ab altera Caſpii maris ora incipit, vaditque ſupra Calatim.... Ariminum, Bononiam, Placentiam, Mediolanum, omniaque ab Apennino; tranſque Alpes Galliam Aquitanicam, Viennam, Pyrenæum, Celtiberiam. Umbilico triginta quinque pedum, umbræ triginta ſex, ut tamen in parte Venetiæ exæquetur umbra gnomoni: ampliſſima dies horarum æquinoctialium quindecim, & quintarum partium horæ trium.

C

EX LIBRO VII.

Cap. 50. An. U. C. 632. Q. FABIUS Maximus Conſul apud flumen Iſaram prælio commiſſo adverſus Allobrogum Arvernorumque gentes, a. d. VI. Idus Auguſtas, (b) CXXX. millibus perduellium cæſis, febri quartana liberatus eſt in acie.

Cap. 53. (c) L. Domitius clariſſimæ gentis apud Maſſiliam victus, Corſinii captus ab eodem Cæſare, veneno poto propter tædium vitæ, poſtquam biberat, omni opere ut viveret adniſus eſt.

EX LIBRO VIII.

Cap. 19. POMPEII Magni primùm ludi oſtenderunt (d) Chama, quem Galli Rufium vocabant, effigie lupi, pardorum maculis. D

Cap. 48. [Lana] Iſtriæ Liburniæque pilo propior quàm lanæ, pexis aliena veſtibus, & quam Salacia ſcutulato textu commendat in Luſitania. Similis, circa (e) Piſcenas provinciæ Narbonenſis: ſimilis & in Ægypto, ex qua veſtis detrita uſu pingitur, rurſuſque ævo durat. Eſt & hirtæ pilo craſſo in tapetis antiquiſſima gratia: jam certè priſcos iis uſos, Homerus auctor eſt. Aliter hæc Galli pingunt, aliter Parthorum gentes. Lanæ & per ſe coactam veſtem faciunt.... ahenis polientium extractæ, in tomenti uſum veniunt, Galliarum, ut arbitror, invento: certè (f) Gallicis hodie nominibus diſcernitur: nec facilè dixerim, qua id ætate cœperit.

Pluribus verò liciis texere, quæ polymita appellant, Alexandria inſtituit; (g) ſcutulis dividere, Gallia.

EX LIBRO IX. E

Cap. 4. MAXIMUM animal in Indico mari priſtis & balæna eſt: in Gallico Oceano

(a) *Sebaſtenos in Tectoſagum regione fuiſſe probat vetus inſcriptio apud Gruterum pag. 427. num. 8. Η ΒΟΥΛΗ. ΚΑΙ. Ο. ΔΗΜΟΣ. CEBAΣΤΗΝΩΝ. ΤΕΚΤΟΣΑΓΩΝ.

(b) Livii epitome 61. *Ex Bituiti exercitu cæſa millia hominum centum viginti.* Ex quo fortaſſe Plinii numerus corrigendus eſt. Strabo tamen l. 4. etiam numerum auget: nam cæſa ducenta Gallorum millia aſſeverat.

(c) Hic abavus Domitii Neronis Cæſaris fuit.

(d) Lupum cervarium intellige. Sunt enim huc referenda ea, quæ mox ſect 34. de lupis dicentur: *Sunt in eo genere qui cervarii vocantur, qualem è Gallia in Pompeii M. arena ſpectatum diximus.*

(e) In Notitia Imperii legitur ſect. 42. *Procurator Baphii Narbonenſis & Telonenſis Galliarum.* Piſcenis videtur ſedem is habuiſſe.

(f) Sanè tomentum Lingonicum Martialis eximiè commendat l. 14. Epigr. 160. & Cadurcum, ſeu culcitam Cadurcam cum tomento, Juvenalis Satyra 6. v. 538. ac Plinius ipſe l. 19. ſect. 2.

(g) Orbiculis, in macularum plagularumque modum pingere ſeu diſtinguere.

Digitized by Google

A (a) phyſeter, ingentis columnæ modo ſe attollens, altiorque navium velis diluviem quamdam eructans.

Tiberio principe, contra Lugdunenſis provinciæ litus in inſula ſimul trecentas ampliùs belluas reciprocans deſtituit Oceanus, miræ varietatis & magnitudinis; nec pauciores in Santonum litore: interque reliquas elephantos & arietes, candore tantùm cornibus aſſimilatis Cap. 5.

Eſt provinciæ Narbonenſis & in Nemauſienſi agro ſtagnum (b) Latera appellatum, ubi cum homine delphini ſocietate piſcantur. Innumera vis (c) mugilum ſtato tempore anguſtis faucibus ſtagni in mare erumpit, obſervata æſtûs reciprocatione. Qua de cauſa prætendi non queunt retia, æquè molem ponderis nullo modo toleratura, etiamſi non ſolertia inſidietur tempori. Simili ratione in altum protinus tendunt, quod vicino gurgite efficitur, locumque ſolum pandendis retibus habilem effugere B feſtinant. Quod ubi animadvertere piſcantes, (concurrit autem multitudo temporis gnara, & magis etiam voluptatis hujus avida,) totuſque populus è litore quanto poteſt clamore conciet Simonem ad ſpectaculi eventum. Celeriter delphini exaudiunt deſideria, aquilonum flatu vocem proſequente, auſtro verò tardiùs ex adverſo referente. Sed tum quoque improvisò in auxilium advolant. Properare apparet acies, quæ protinus diſponitur in loco, ubi conjectus eſt pugnæ: opponunt ſeſe ab alto; trepidoſque in vada urgent. Tum piſcatores circumdant retia, furciſque ſublevant: mugilum nihilominus velocitas tranſilit. At illos excipiunt delphini, & occidiſſe ad præſens contenti, cibos in victoriam differunt. Opere prælium fervet, includique retibus ſe fortiſſimè urgentes gaudent: ac ne idipſum fugam hoſtium ſtimulet, inter navigia & retia, natanteſve homines, ita ſenſim elabuntur, ut exitum non aperiant. Saltu, quod eſt aliàs blandiſſimum his, nullus conatur evadere, ni ſummittantur ſibi C retia. Egreſſus protinus ante vallum præliatur. Ita peracta captura, quos interemere, diripiunt. Sed enixioris operæ, quàm in unius diei præmium, conſcii ſibi, opperiuntur in poſterum: nec piſcibus tantùm, ſed intrita panis è vino ſatiantur. Cap. 8.

[Mugilibus] tanta ſalacitas, ut in Phœnice & Narbonenſi provincia, coitûs tempore è vivariis marem linea longinqua per os ad branchias religata emiſſum in mare, eademque linea retractum, feminæ ſequantur ad litus, rurſuſque feminam mares partûs tempore. Cap. 17.

In Aquitania ſalmo fluviatilis marinis omnibus præfertur. Cap. 18.

In Gallia ſeptemtrionali murænis omnibus dextra in maxilla ſeptenæ maculæ, ad formam ſeptemtrionis, aureo colore fulgent, dumtaxat viventibus, pariterque cum anima exſtinguuntur. Cap. 23.

D EX LIBRO X.

Est [avis] quæ boum mugitus imitetur, in Arelatenſi agro taurus appellata, alioqui parva. Cap. 42.

Gallia (d) hos [onocrotalos] ſeptemtrionali proxima Oceano mittit. Cap. 47.

(e) [Attagen] in Gallia Hiſpaniaque capitur, & per Alpes etiam, ubi & (f) phalacrocoraces, aves Balearium inſularum peculiares: ſicut Alpium Pyrrhocorax, luteo roſtro, niger; & præcipuo ſapore (g) lagopus: pedes leporino villo nomen ei hoc dedere, cetero candidæ, columbarum magnitudine. Cap. 48.

(a) Rondeletius l. 16. c. 14. physeterem ait à Narbonenſibus *Peis mular*, ab Italis, *Capidolio*, *Sedenette* à Santonibus appellari.

(b) A Caſtello adjacente nomen habet. Mela l. 2. c. 5. *Ledus flumen*, *Caſtellum Latera*: hodie *le Château de Latte*, *& la Tour de Latte*. Nemo porro miretur id à Plinio in agro Nemauſenſi poni, cùm ſit jam in Magalonenſi pago: quippe Plinius ipſe l. 3. ſect. 5. oppida XXIV. Arecomicorum Nemauſienſibus attributa prodidit. Stagnum id porro in mare anguſto ore devolvitur, infra Montempeſſulanum.

(c) *Des Mulets*: cujus generis piſces ſtagnum id hodieque optimos plurimoſque alit.

(d) Latinis hæc avis Truo dicebatur, auctore Feſto. Et forma, qualis à Plinio pingitur, & patria, quæ Gallia ſeptemtrionali oceano proxima dicitur, eas aves eſſe declarat, quas noſtri *Cormorans* vocitant; in Aremorico maximè mari frequentes: ſunt enim ex iis quædam etiam candore olorum ſimillimæ, cujuſmodi arefactam unam in Muſæo noſtro Pariſienſi aſſervamus. Genus univerſum cibo inexplebile, & altero illo veluti utero, ſupra fidem capace, in faucibus ipſis donatum à natura. Fruſtra ſunt Bochartus lib. 2. cap. 21. & Aldrovandus lib. 19. & 20. qui aliam avem ſignari nunc à Plinio putant.

(e) Horatio & Martiali, *Attagen Ionicus*. Italis *Francolino* dici Bellonius ait l. 5. c. 6. Nos Gallicam ruſticam appellamus, *Gelinotte de bois*. Gloſſæ; *Gallina ruſtica*, ἀτταγήν.

(f) Cùm Balearium peculiares eæ aves dicantur, non ſunt eæ certè, quas *Cormorans* vocamus, etſi ita viſum Bellonio l. 3. c. 7. & aliis. Qui nunc phalacrocoraces, iidem corvi aquatici appellantur à Plinio l. 11. ſect. 47.

(g) Bellonio l. 5. c. 17. *Perdrix blanche de Savoye*. Crebras reperiri in Vapincenſi Delphinatûs agro, affirmat N. Chorier l. 1. hiſt. Delph. & à loci incolis vocari *Jalabres*

Digitized by Google

EX LIBRO XI.

A

Cap. 37. PRÆTEREA parvæ avi [apex eſt in capite] quæ ab illo Galerita appellata quondam, poſtea (a) Gallico vocabulo etiam legioni nomen dederat alaudæ..

In capite cunctorum animalium homini plurimus pilus, jam quidem promiſcuè maribus ac feminis, apud intonſas utique gentes. Atque etiam nomina ex eo Capillatis Alpium incolis, (b) Galliæ Comatæ.

Cap. 42. Laus caſeo Romæ, ubi omnium gentium bona cominus judicantur, è provinciis, (c) Nemauſenſi præcipua, (d) Leſuræ Gabalicique pagi: ſed brevis, ac muſteo tantùm commendatio. Duobus (e) Alpes generibus pabula ſua approbant: Dalmaticæ Docleatem mittunt, Centronicæ Vatuſicum..... Qualis in ipſa Urbe conficitur, cunctis præferendus. Nam Galliarum ſapor medicamenti vim obtinet.

B

Cap. 49. Oſtentabat certè [Nero] hermaphroditas ſubjunctas carpento ſuo equas, in Treverico Galliæ agro repertas: ceu planè viſenda res eſſet, Principem terrarum inſidere portentis.

EX LIBRO XII.

Cap. 1. PRODUNT Alpibus coërcitas, & tum inexſuperabili munimento Gallias, hanc primùm habuiſſe cauſam ſuperfundendi ſe Italiæ, quòd Helico ex Helvetiis civis earum, fabrilem ob artem Romæ commoratus, ficum ſiccam & uvam, oleique ac vini (f) præmiſſa remeans ſecum tuliſſet. Quapropter hæc vel bello quæſiſſe venia ſit.

[Platanus] jam ad Morinos uſque pervecta, ac tributarium etiam detinens (g) ſolum, ut gentes vectigal & pro umbra pendant.

C

Cap. 12. In noſtro orbe proximè laudatur [Nardum] Syriacum, mox Gallicum, tertio loco Creticum..... Ex iis Gallicum & cum radice vellitur, abluiturque vino. Siccatur in umbra, alligatur faſciculis in charta, non multùm ab Indico differens, Syriaco tamen levius. Pretium (h) x. III. In his probatio una, ne ſint fragilia & arida potiùs quàm ſicca folia. Cum Gallico nardo ſemper naſcitur herba, quæ hirculus vocatur à gravitate odoris & ſimilitudine, qua maximè adulteratur. Diſtat, quòd ſine cauliculo eſt, & quòd minoribus foliis, quódque radicis neque amaræ, neque odoratæ.

Cap. 23. [Sphagnos] fertur & in Ægypto naſci, quin & in Gallia: nec dubitaverim. Sunt enim hoc nomine cani arborum villi, quales in quercu maximè videmus, ſed odore præſtantes.

EX LIBRO XIV.

D

Cap. 1. JOVIS ſimulacrum in urbe Populonio ex una [vite] conſpicimus, tot ævis incorruptum; item Maſſiliæ pateram.

Jam inventa per ſe in vino picem reſipiens [uva] Viennenſem agrum nobilitans, Arverno Sequanoque & (i) Helvico generibus non pridem illuſtrata.

Cap. 2. Eſt aliquibus [vitibus] tantus locorum amor, ut omnem in his gloriam ſuam relinquant, nec uſquam tranſeant totæ. Quod & in Rhætica Allobrogicaque, quam ſuprà picatam appellavimus, evenit, domi nobilibus, nec agnoſcendis alibi. Fecundæ tamen, bonitatis vice copiam præſtant: eugenia ferventibus locis, Rhætica temperatis, Allobrogica frigidis, gelu matureſcens, & colore nigra.... Aliquando tamen cæli aut ſoli opera non fallunt vetuſtatem, ſicuti Fecenia, & cum ea florens Biturica, acino rarior, nunquam floris obnoxii, quoniam antecedunt, ventiſque & imbribus reſiſtunt: meliores tamen algentibus locis, quàm calidis; humidis, quàm ſitientibus.

(a) *Avis Galerita*, inquit Marcellus Empir. c. 39. *quæ Gallicè Alauda dicitur*. & Gregor. Turon. l. 4. *In Eccleſia Arverna..... in quadam feſtivitate avis corydalus, quam Alaudam vocamus, ingreſſa eſt.*

(b) Toti id olim Galliarum tractui nomen, præterquam Narbonenſi.

(c) E lacte caprino fit in agro Nemauſenſi caſeus primæ commendationis, à Novembri menſe ad Junium. Vide Joan. Poldo lib. de Antiq. Nemauſ. c. 10. A pago qui proximè Nemauſum eſt, nomen ei caſeorum generi, *Fromages de Baux*.

(d) Hoc eſt, Leſuræ circumjacentiſque agri Gabalici. Mons eſt Leſora in agro Gabalico, *le mont de Loſere en Gevaudan*, ubi hodieque caſei proventus uberrimus, teſte Guill. de Catel l. 2. hiſt. c. 7.

(e) Alpinum caſeum Antoninus Pius cùm in cœna ediſſet avidiùs, in morbum incidit, quo deceſſit. Auctor Julius Capitol. in ejus vita.

(f) Diligentem exquiſiti olei ac vini delectum vox *præmiſſa* ſignificare mihi videtur. Hujus porro commenti Livius auctor eſt l. 5.

(g) Inter ſilvas ſuas Morini platanonas habebant, pro quibus vectigal populo Rom. pendebant. Solarium id vectigalis genus Pandectæ vocant, quod pro ſolo penditur.

(h) Hoc eſt, denarii tres, Gallicæ monetæ aſſes 24.

(i) Quod & Helvenacum appellat l. 23. ab Alba Helviorum.

Digitized by Google

A Mirum.... & in Italia Gallicam placere, trans Alpes verò Picenam [uvam.] Cap. 3.

Septimo hinc anno, in Narbonenſis provinciæ Alba Helvia, inventa eſt vitis uno die defloreſcens; ob id tutiſſima. Narbonicam vocant, quam nunc tota provincia conſerit. An. U. C. 823. Chr. 71.

Inter Pyrenæum Alpeſque Maſſilia [vina gignit] gemino ſapore; quando & condiendis aliis (a) pinguius gignit, quod vocant ſuccoſum. (b) Bæterrarum intra Gallias conſiſtit auctoritas. De reliquis in Narbonenſi genitis aſſeverare non eſt: quoniam officinam ejus rei fecere (c) tingentes fumo, utinamque non & herbis ac medicaminibus noxiis. Quippe etiam aloën mercantur, qua ſaporem coloremque adulterant. Cap. 6.

Eſt etiamnum aliud (d) genus ejus per ſe, quod vocat dulce Narbonenſis provincia, & in ea maximè Vocontii. Aſſervatur ejus gratia uva diutiùs in vite, pediculo intorto. Ab aliis ipſe palmes inciditur in medullam, ab aliis uva torretur in tegulis: omnia ex (e) Helvenaca vite. Cap. 9.

B Circa Alpes [vina] ligneis vaſis condunt, circuliſque cingunt, atque etiam hieme gelida ignibus rigorem arcent. Cap. 21.

Eſt & Occidentis populis ſua ebrietas, fruge madida; pluribus modis (f) per Gallias Hiſpaniaſque, nominibus aliis, ſed ratione eadem. Cap. 22.

EX LIBRO XV.

Nationum habent cognomen Gallica & Aſiatica [mala.] Cap. 12.

Principatus [ceraſis] duracinis, quæ Pliniana Campania appellat: in Belgica verò (g) Luſitanis. Cap. 25.

EX LIBRO XVI.

C Galliarum (h) glandiferæ maximè arbores (i) agaricum ferunt. Eſt autem fungus candidus, odoratus, antidotis efficax, in ſummis arboribus naſcens, nocte relucens. Cap. 8.

[Suber] nec in Italia tota naſcitur, (k) aut in Gallia omnino.

Vaſa etiam viatoria ex ea [taxo] vinis in Gallia facta, mortifera fuiſſe compertum eſt. Cap. 10.

[Acer] album, quod præcipui candoris, vocatur Gallicum in Tranſpadana Italia, tranſque Alpes naſcens. Cap. 15.

Eſt & trans Alpes arbor, ſimillima aceri albo materia, quæ vocatur (l) ſtaphylodrendron. Fert ſiliquas, & in iis nucleos, ſapore nucis avellanæ.... [Buxi genus] Gallicum, quod (m) in metas emittitur, amplitudinemque proceriorem. Cap. 16.

Italia Atinias vocat excelſiſſimas [ulmos] & ex iis ſiccanas præfert, quæ non ſint riguæ: (n) alterum genus Gallicas. Cap. 17.

Gaudet frigidis ſorbus, & magis etiam betulla. Gallica hæc arbor mirabili candore Cap. 18.
D atque tenuitate, terribilis (o) magiſtratuum virgis. Eadem circulis flexilis, item corbium coſtis. Bitumen ex ea Galliæ excoquunt.

Vaccinia Italiæ mancupiis ſata: Galliæ verò etiam purpuræ tingendæ cauſa ad ſervitiorum veſtes.

Ubi lignoſiore callo induruit [arundinis (p) coma] ſicut in Belgis, contuſa, & interjecta navium commiſſuris, ferruminat textus, glutino tenacior, rimiſque explendis fidelior pice. Cap. 36.

(a) Nigrius craſſiuſque. Sed & delicatius vinum habet Maſſilia hodie, cui à S. Laurentio nomen fecere, *vin de S. Laurent.*

(b) Haud procul Bæterris vinum generoſum ab agro in quo provenit, nomen habet, *Vin muſcat de Frontignan.* Sed & reliqua Galliæ vina ſunt regalibus cœnis expetita.

(c) Fumo adulterantes, ut ſaporem mutarent, ac vetuſtatem referrent. Vide Martialem de fumeis Maſſiliæ vinis.

(d) Genus vini quod natura ſua ac ſponte, ſine ulla propemodum arte, ejuſmodi eſt, quale Græcorum, ἀμπελίτης. Nunc appellant, *le vin doux de Limous*, ſive *Blanquette de Limous*: item *le vin muſcat d'Azile.*

(e) Seu Helvica, ab Alba Helviorum.

(f) Ubi ex hordeo cerviſia fit, *de la biere.* Exſtat in Anthol. l. 1. c. 59, epigr. 5. Juliani Imp. in vinum Galliarum ex hordeo, oppidò elegans.

(g) Nunc Hiſpanica herbarii vocant; & ea ſunt majora ſativis vulgaribus; *Griottes.*

(h) Præcipuè larices, oculato teſte Nic. Chorier l. 1. hiſt. Delphin. p. 58. ſunt enim in ea regione plurimæ.

(i) Apud Gallos retinet nomen, *Agaric*, fungi genus.

(k) Galliæ nomine Narbonenſis provincia minimè hîc comprehenditur. Nam ut ait l. 4. *Gallia omnis Comata uno nomine appellata, in tria populorum genera dividitur*, Belgas nimirum, Celtas & Aquitanos. In Provincia certè, quæ pars eſt provinciæ Narbonenſis, indigenam eſſe ſuberem, nec adſcititiam aliunde, argumento eſt quòd dumoſis & ſqualentibus locis ibi luxuriosè proſilit, ut ipſa experientia comprobat.

(l) Piſtaciam ſilveſtrem alii vocant: Galli, *Noix coupez.* Pingitur à Dodonæo pag. 806. Vidimus in horto Regio.

(m) In conum & acuminatam arborem creſcens. Herbarii buxum arboreſcentem vocant.

(n) Gallicum genus ab Atinia Columella non ſecernit, l. 5. c. 6.

(o) Nunc quoque pueros virgis è betulla pædagogi terrent. His Conſulares olim faſces plerumque conſtabant. Conſulares, inquam; nam, ut rectè Plinius libro ſuperiore, faſces Imperatorum laurus decorabat.

(p) *Coma*, unde ſemen dependet. Paniculam vocat Plinius.

Digitized by Google

Cap. 37. Tertiam [ſalicem vocant] Gallicam, quæ tenuiſſima. A

Cap. 43. Gallica verò, etiam ad currus flexibilis, vitem æmularetur ulmus, ni pondus eſſet in culpa.

Cap. 44. Non eſt omittenda in ea re & Galliarum admiratio. Nihil habent Druides (ita ſuos appellant magos) viſco & arbore in qua gignitur, ſi modò ſit robur, ſacratius. Jam per ſe roborum eligunt lucos, nec ulla ſacra ſine ea fronde conficiunt, ut inde appellati quoque interpretatione Græca poſſint (a) Druides videri. Enimverò quidquid adnaſcatur illis, è cælo miſſum putant, ſignumque eſſe electæ ab ipſo Deo arboris. Eſt autem id rarum admodùm inventu, & repertum magna religione petitur: & ante omnia ſexta luna, quæ principia menſium annorumque his facit, & ſæculi poſt triceſimum annum, quia jam virium abundè habeat, nec ſit ſui dimidia. Omnia ſanantem appellantes ſuo vocabulo, ſacrificiis epuliſque rite ſub arbore præparatis, duos admovent candidi coloris tauros, quorum cornua tunc primùm vinciantur. Sacerdos B candida veſte cultus arborem ſcandit; falce aurea demetit: candido id excipitur ſago. Tum deinde victimas immolant, precantes ut ſuum donum Deus proſperum faciat his quibus dederit. Fecunditatem eo poto dari cuicumque animalium ſterili arbitrantur: contra venena omnia eſſe remedio. Tanta gentium in rebus frivolis plerumque religio eſt.

EX LIBRO XVII.

Cap. 2. In Narbonenſi provincia atque Liguria & parte Etruriæ, contra Circium ſerere imperitia exiſtimatur: eumdemque obliquum accipere, providentia. Is namque æſtates ibi temperat, ſed tanta plerumque violentia, ut auferat tecta.

Cap. 6. Alia eſt ratio, quam Britannia & Gallia invenere, alendi eam ipsâ [terram terrâ;] quod genus vocant (b) margam. Spiſſior ubertas in ea intelligitur. Eſt autem quidam terræ adeps, ac velut glandia in corporibus, (c) ibi denſante ſe pinguitudinis nucleo. Non omiſere & hoc Græci: quid enim intentatum illis? Leucargillon vocant candidam argillam, qua in Megarico agro utuntur, ſed tantùm in humida frigidaque terra. C

Cap. 7. Illam Gallias Britanniaſque locupletantem cum cura dici convenit. Duo genera fuerant. Plura nuper exerceri cœpta proficientibus ingeniis. Eſt enim alba, rufa, columbina, argillacea, tofacea, arenacea. Natura duplex, aſpera aut pinguis. Experimenta utriuſque in manus; uſuſque geminus, aut ut fruges tantùm alant, aut edant & pabulum. Fruges alit tofacea alba, quæ ſi ſit inter fontes reperta, eſt ad infinitum fertilis: verùm aſpera tractatu, & ſi nimia injecta eſt, exurit ſolum. Proxima eſt rufa, quæ vocatur (d) acaunumarga, intermixto lapide terræ minutæ, arenoſæ. Lapis D (e) contunditur in ipſo campo: primiſque annis ſtipula difficulter cæditur propter lapides. Impendio tamen minimo levitate, dimidio minoris quàm ceteræ, invehitur. Inſpergitur rara: ſale eam miſceri putant. Utrumque hoc genus ſemel injectum (f) in quinquaginta annos valet, & frugum & pabuli ubertate.

Cap. 8. Quæ pingues eſſe ſentiuntur, ex his præcipua alba. Plura ejus genera. Mordaciſſimum, quod ſuprà diximus. Alterum genus albæ cretæ (g) argentaria eſt. Petitur ex alto, in centenos pedes actis plerumque puteis, ore anguſtatis: intus, ut in metallis, ſpatiante vena. Hac maximè Britannia utitur. Durant annis LXXX. Neque eſt exemplum ullius qui bis in vita hanc eidem injecerit. Tertium genus candidæ, (h) glyſſomargam vocant. Eſt autem creta fullonia mixta pingui terra, pabuli quàm frugum fertilior, ita ut meſſe ſublata ante ſementem alteram lætiſſimum ſecetur. Dum in fruge eſt, nullum aliud gramen emittit. Durat XXX. annis: denſior juſto (i) Signini

(a) A Græca dictione δρῦς, quæ robur ſignificat: vel, ut alii malunt, à Celtica *Drud*, quæ fortem, ſtrenuum ac fidelem ſonat, quod quidem etymon Bucherius noſter probat in Belgio Romano l. 5. c. 4.

(b) Ita Mſſ. omnes. Poſteriores margilam dixere, mox & marlam, unde noſtri *marle, margne* & *mærne*. Edictum Piſtenſe Caroli Calvi laudatum à D. Du-Cange, *Margilam & alia quæque carricare*. Foſſas, unde marga ſeu marla eruitur, Galli vocant *Marlieres*.

(c) Ibi denſante ſe & cogente velut in nucleum callumque terræ pinguitudine.

(d) Hoc eſt, citra amarorem marga, ab α privativo, & καυνὸς, amarum, atque ob id malum.

(e) Plerique nunc ſinunt gelu reſolvi & tempeſtatibus.

(f) In Gallia ad decem tantùm, hac ætate.

(g) Quoniam nitorem argento reddit, non, uti ſomniavit Cardanus, quòd ex ea creta poſſit argentum detrahi. Utuntur ea fabri argentarii, ad argentea vaſa polienda, ut Tripoli, ſeu Tripolitana terra, ad aurea æreave.

(h) Sic reſtituimus eam vocem ex fide codicum Mſſ. A γλύσω deducitur, quam vocem Ariſtophanes pro γλυκύτερον, *dulcior*, uſurpavit: ut hoc margæ genus videlicet cum altero collatum, quod acaunumargam veteres dixere, dulcius eo eſſe intelligatur.

(i) Sic Mſſ. omnes. Editi *Cymini modo*. Glyſſomarga, inquit, cùm denſiùs, quàm par eſt, injecta fuerit, Signini operis modo ſtrangulat, conſternit, occluditque ſolum, ut ſata veluti ſuffocatum haud

Digitized by Google

A modo ſtrangulat ſolum. Columbinam Galliæ ſuo nomine (a) eglecopalam appellant: (b) glebis excitatur lapidum modo: ſole & gelatione ita ſolvitur, ut tenuiſſimas bracteas faciat. Hæc (c) ex æquo fertilis. Arenacea utuntur, ſi alia non ſit: in uliginoſis verò, etſi alia ſit. Ubios gentium ſolos novimus, qui fertiliſſimum agrum colentes, (d) quacumque terra infra tres pedes effoſſa, & pedali craſſitudine injecta lætificent. Sed ea non diutiùs annis x. prodeſt. Hedui & Pictones calce uberrimos fecere agros: quæ ſanè & oleis & vitibus utiliſſima reperitur. Omnis autem marga (e) arato injicienda eſt, ut medicamentum rapiatur: & fimi deſiderat aliquantulum, quæ primo plus aſpera, & quæ in herbas non effunditur: alioqui novitate, quæcumque fuerit, ſolum lædet, ne ſic quidem primo pòſt anno fertilis: intereſt & quali ſolo quæratur. Sicca enim humido melior, arido pinguis: temperato alterutra, creta vel columbina, convenit.

B Tranſpadanis cineris uſus adeo placet, ut anteponant fimo jumentorum, quod quia leviſſimum eſt, ob id exurunt. Utroque tamen pariter non utuntur in eodem arvo, nec in arbuſtis cinere, nec quaſdam ad fruges, ut diximus. Sunt qui pulvere quoque uvas ali judicent, pubeſcenteſque pulverent, & vitium arborumque radicibus aſpergant. Quod certum eſt Narbonenſi provinciæ, & vindemias certiùs ſic eò coqui, quia plus pulvis ibi, quàm ſol, confert. Cap. 9.

Noſtra ætas correxit, ut [ad inſitionem] Gallica uteretur terebra, quæ excavat, nec urit. Cap. 15.

Gallica [vitium putatio] (f) in traduces porrigitur..... Traduces Gallica cultura bini utrimque lateribus, ſi pars quadrageno diſtet ſpatio; quaterni, ſi viceno: inter ſe obvii miſcentur, alliganturque unà conciliati, virgultorum comitatu obiter rigorati quà deficiant: aut ſi brevitas non patiatur ipſorum, adalligato protenduntur in viduam C arborem (g) unco. Traducem bimum præcidere ſolebant. Oneratis enim vetuſtate melius donare tempus, (h) ut tranſilem faciant, ſi largiatur craſſitudo: aliàs utile toros futuri draconis paſci. Cap. 23.

EX LIBRO XVIII.

Galliæ quoque ſuum genus farris dedere: quod illic (i) bracem vocant, apud nos ſandalam, nitidiſſimi grani. Et alia differentia eſt, quòd fere quaternis libris plus reddit panis, quàm far aliud. Cap. 7.

Ex his generibus [tritici] quæ Romam invehuntur, leviſſimum eſt Gallicum, atque è Cherſoneſo advectum: quippe non excedunt in modium vicenas libras, ſi quis granum ipſum ponderet.

Galliæ & Hiſpaniæ, frumento in potum reſoluto, quibus diximus generibus, ſpuD ma ita concreta pro fermento utuntur.

(k) Arinca Galliarum propria, copioſa & Italiæ eſt. Cap. 8.

Siliginem propriè dixerim tritici delicias: candor eſt, & ſine virtute, & ſine pondere, conveniens humidis tractibus, quales Italiæ ſunt & Galliæ Comatæ. Sed & trans Alpes in Allobrogum tantùm Meminorumque agro pertinax: in ceteris ibi partibus biennio in triticum tranſit. Remedium, ut graviſſima quæque grana ſerantur.

Siligineæ farinæ modius Gallicæ XXII. libras panis reddit. Cap. 9.

(l) Panico & Galliæ quidem, præcipuè Aquitania utitur: ſed & circumpadana Italia, addita faba, ſine qua nihil conficiunt. Cap. 10.

Cribrorum genera Galli è ſetis equorum invenere. Cap. 11.

Non pridem inventum (m) in Rhætia Galliæ, ut duas adderent [aratro] alii rotulas, quod genus vocant planarati. Cap. 18.

proferat. Signini operis, pavimentique faciendi ratio à Plinio traditur l. 35.

(a) Ita Mſſ. omnes. Celticum nomen eſſe Plinius apertè monet: quare diſplicet Hermolai conjectura, legentis *è Græco pelan*; ut ſit ſententia, Gallias à Græco acceptum nomen corrupiſſe in ſuum. Græcè enim μελαὶς columba dicitur, quæ livido colore: unde & nomen margæ columbinæ.

(b) E terra majores ejus margæ moles ſeu glebæ extrahuntur, ut lapides è lapicidinis.

(c) Pabuli nimirum & frugum.

(d) Lætum agrum, inquit, uberemque faciunt, cùm terram infra tres pedes effoſſam ſteriliori ſolo injiciunt pedali craſſitudine.

(e) Ubi jam ſolum eſt aratum; ut terra faciliùs vim margæ medicatam & ſalubrem hauriat.

(f) Traduces ſunt palmites ii, qui ex una arbore, cui alligantur, deducti, cum palmitibus alterius arboris proximæ connectuntur.

(g) *Junco* fortaſſis ſincerius fuerit, cùm Columella virgam ad eoſdem uſus adhibeat.

(h) Ut deduci commodè in vicinam arborem poſſit.

(i) Ita Mſſ. non ut editi, *brance*. *Le Blé blanc de Dauphiné*.

(k) Nunc corrupto vetere vocabulo, in Delphinatu *Riguet* id tritici genus appellant. Ipſe Plinius infrà c. 10. *Ex arinca dulciſſimus panis: ipſa ſpiſſior quàm far, & major ſpica, eadem & ponderoſior. Rarò modius grani non XVI. libras implet.*

(l) Grani minuti genus, milii inſtar: noſtris, *Panis*.

(m) In parte Rhætiæ, quæ Galliæ Togatæ adſcripta eſt, ut Verona, &c.

Digitized by Google

Cap. 22. Eſt in Narbonenſi provincia nobilis fons, Orge nomine eſt: in eo herbæ naſcuntur in tantum expetitæ bubus, ut merſis capitibus totis eas quærant. Sed illas in aqua naſcentes certum eſt non niſi imbribus ali. A

Cap. 28. Galliarum latifundia majoris compendii; quippe medias cædunt herbas, brevioreſque prætereunt.

Cap. 30. Galliarum latifundiis (a) valli prægrandes dentibus in margine infeſtis, duabus rotis per ſegetem impelluntur, jumento in contrarium juncto: ita direptæ in vallum cadunt ſpicæ.

Panicum & milium ſingulatim (b) pectine manuali legunt Galliæ.

Cap. 34. In hunc [ventum Vulturnum] apiaria, & vineæ Italiæ Galliarumque ſpectare debent.

EX LIBRO XIX.

B

Cap. 1. ITANE & Galliæ cenſentur hoc reditu? (c) monteſque mari oppoſitos eſſe non eſt ſatis, & à latere Oceani obſtare ipſum quod vocant inane? Cadurci, Caleti, Ruteni, Bituriges, ultimique hominum exiſtimati Morini, immò verò Galliæ univerſæ vela texunt.

In culcitis præcipuam gloriam Cadurci obtinent. (d) Galliarum hoc, & tomenta pariter, inventum.

Cap. 5. (e) Eſt & quartum genus in eadem ſimilitudine paſtinacæ, quam noſtri Gallicam vocant..... Siſer ipſum Tiberius princeps nobilitavit, flagitans omnibus annis è Germania. (f) Gelduba appellatur Caſtellum Rheno impoſitum, ubi generoſitas præcipua.

In Prænestinis campis ſponte naſcuntur [bulbi] ac ſine modo etiam in Remorum arvis. C

Genera ejus [cæpæ] auſteritatis ordine, Africana, Gallica, &c.

EX LIBRO XX.

Cap. 5. OPTIMUM Maſſilienſe [(g) ſili:] lato enim grano & fulvo eſt.

EX LIBRO XXI.

Cap. 10. THYMIS nunc etiam lapideos campos in provincia Narbonenſi refertos ſcimus; hoc pene ſolo reditu, è longinquis regionibus pecudum millibus convenientibus, ut thymo veſcantur.

Cap. 26. (h) Hyacinthus in Gallia maximè provenit. Hoc ibi fuco hysginum tingunt.

EX LIBRO XXII.

D

Cap. 1. SIMILE plantagini (i) glaſtum in Gallia vocatur, quo Britannorum conjuges nuruſque

(a) Vallus hoc loco vehiculum nobis eſſe videtur, vanni grandioris inſtar, compactum. Vallum pro vanno Varro dicit l. 1. de re ruſtica, c. 52.

(b) Cum pectine ſubdito, ut ſit in tondendis hominum capillis, exſtantes ſpicæ præſcinduntur, & ſingulæ quidem, nec, ut ſit in frumentis, plures comæ vel jubæ ſimul.

(c) Nec ſatis fuit, ne maria Galli tentarent, oppoſitos à natura montes mediterraneo mari, Alpes ac Pyrenæos: ab Oceani verò parte ipſum inane, ſpatiumque illud æquoris & aëris immensè fuſum, in quo nullum occurrere creditur litus adverſum, quò poſſit appelli.

(d) Nimirum tomentum Lingonum, culcita Cadurcorum inventum fuit. Unde alterum tomentum Lingonicum, & Lingonicum ſtramen dictum eſt à Martiali. Culcitam nomine gentis, quæ invenit, Cadurcum vocavit Juvenalis. Sulpicia Poëtria in veteri epigrammate *faſcias*, è lino Cadurcino factas, *Cadurcas* vocat:

Ne me Cadurcis deſtitutum faſciis
Molli Caleno concubantem proferat.

(e) In eo genere eſt illud haud poſtremum quod vulgò notum *Carotæ* nomine, & Dauci officinarum, prædulci radice, odorata, lutea, rufa, vel interdum purpurea, quam cum farina & oleo frigunt ad menſarum uſus: aut coctam in aceto & oleo mandunt.

(f) Ex Tacito Geldubæ ſitum agnoſcimus haud procul fuiſſe Noveſio, *Nuis;* in citeriore Rheni ripa, ubi nunc pagus eſt cum priſci nominis veſtigio, *Gelb.* Vide Tacitum l. 4. hiſt. c. 26.

(g) Veteribus Græcis Σίλι ſive Σίλι, idem fuit quod recentioribus deinde σίσλι. Maſſilienſe pingitur à Lobelio, in Obſerv. p. 457.

(h) Hyacinthus iſte, vacciniumve Gallicum quo hyſginum vel purpura inficitur, gladiolus eſt.

(i) Ἰσατις Græci, Latini vitrum dixere, quòd vitreo, hoc eſt, cæruleo colore tingit. Marcellus Empir. c. 23. *Herba, quam nos vitrum, Græci Iſatida vocant.* Cæſar Comment. de Gall. bello tradit omnes ſe Britannos vitro inficere, quod cæruleum colorem efficiat, atque hoc horridiores fieri in pugna aſpectu. & Mela l. 3. c. 6. *Britanni, incertum ob decorem, an aliquid aliud, vitro corpora infecti.* Nunc etiam apud Cambrobritannos retinet vetuſtum nomen & *Glas* appellatur. Similiter & cæruleum colorem *Glas* vocant; & qui ab iis genus duxiſſe perhibentur, Aremorici Galliæ Britanni. Magnum quæſtum multis regionibus in Gallia affert. Vide Ruellium. lib. 2. pag. 434.

toto

Digitized by Google

A toto corpore oblitæ, quibuſdam in ſacris & nudæ incedunt, Æthiopum colorem imitantes.

Tranſalpina Gallia herbis Tyrium atque conchylium tingit, omneſque alios co- Cap. 2.
lores. Nec quærit in profundis murices, ſeque objiciendo eſcam, dum præripit belluis marinis, intacta etiam ancoris ſcrutatur vada, ut inveniat per quod faciliùs matrona adultero placeat, corruptor inſidietur nuptæ. (a) Stans & in ſicco carpit, quo fruges modo; (b) ſed culpa non ablui uſu : alioqui fulgentiùs inſtrui poterat luxuria, certè innocentiùs.

Irionem inter fruges ſeſamæ ſimilem eſſe diximus, & à Græcis eryſimon vocari : Cap. 25.
Galli velam appellant.

Ex iiſdem fiunt & potus, zythum in Ægypto, celia & ceria in Hiſpania, (c) cerviſia & plura genera in Gallia, aliiſque provinciis: quorum omnium ſpuma cutem
B feminarum in facie nutrit.

EX LIBRO XXIII.

HELVENACO [vino] quoque tamen nimio caput tentari convenit. Cap. 1.

EX LIBRO XXIV.

SIMILIS herbæ huic Sabinæ eſt ſelago appellata. Legitur ſine ferro dextra manu per Cap. 11.
tunicam, qua ſiniſtra exuitur velut à furante, candida veſte veſtito, puréque lotis nudis pedibus, ſacro facto, priuſquàm legatur, pane vinoque. Fertur in mappa nova. Hanc contra omnem perniciem habendam prodidere Druidæ Gallorum, & contra omnia oculorum vitia fumum ejus prodeſſe.

C Iidem ſamolum herbam nominavere naſcentem in humidis; & hanc ſiniſtra manu legi à jejunis contra morbos ſuum boumque, nec reſpicere legentem : nec alibi quàm in canali deponere, ibique conterere poturis.

Rumbotinum arborem demonſtravimus inter arbuſta. Juxta hanc viduam vite naſci- Cap. 17.
tur herba, quam (d) Galli rhodoram vocant : caulem habent virgæ ficulneæ modo geniculatum, folia urticæ in medio exalbida, eadem procedente tempore tota rubentia, florem argenteum.

EX LIBRO XXV.

(e) GALLI ſagittas in venatu elleboro tinguut, circumciſoque vulnere teneriorem Cap. 5.
ſentiri carnem affirmant.

D [Centaurion vocant] (f) Galli exacon, quoniam omnia mala medicamenta potum Cap. 6.
è corpore exigat per alvum.

Multùm infra hunc ſuccum [Euphorbiæ] eſt, qui (g) in Gallia fit ex herba Cha- Cap. 7.
melæa, granum cocci ferente.

Vettones in Hiſpania [invenere] eam, quæ (h) Vettonica dicitur in Gallia. Cap. 8.

EX LIBRO XXVI.

CERTUM eſt Manilium Cornutum è Prætoriis legatum Aquitanicæ provinciæ H-S. Cap. 1.
CC. elocaſſe in eo morbo [mentagra] curandum ſeſe.

L. Paullo, Q. Marcio Cenſoribus, primum in Italiam carbunculum veniſſe, An- An. U. C.
nalibus conſcriptum eſt, peculiare (i) Narbonenſis provinciæ malum..... Naſcitur in 589.
occultiſſimis corporum partibus, & plerumque ſub lingua, duritia rubens vari modo, ſed nigricans capite : aliàs livida, corpus intendens, neque intumeſcens, ſine dolore,

(a) Minore impendio, inquit, ac labore ſtans Gallia Tranſalpina, & in ſicco ac ſolido, ut fruges demetit, ſic carpit herbas, quibus Tyria atque conchylia, omneſque alios colores imitetur.

(b) Sententia hæc videtur eſſe, culpari id circo eum colorem, quòd pati aquam non poſſet, dilàberetur-que paulatim abluendo, dilutiorque fieret.

(c) Vox hæc origine Gallica meritò cenſetur à Cambdeno *in Britannia*, Voſſioque *in Etymol.* quos conſule. Nunc vulgus vocat *de la Biere* : quidam etiamnum vetuſta nomenclatione, *Cervoiſe*.

(d) Nempe Galli Circumpadani. In Mſſ. Reg. & Colb. *Rhodaram* : in Indice *Rhodarum*.

(e) Hoc fuit igitur venenum venatorium ; quo uti in primis Gallos ſcribit Corn. Celſus l. 5. c. 27. Vide Gellium l. 17. c. 15.

(f) Celticæ vocis originationem è Græco fonte qui repetunt, ἀπὸ τῦ ἀκεῖσθαι, à medendo, hoc vocabulum effictum volunt.

(g) Nempe Circumpadana.

(h) Nomen Betonicæ in officinis retinet : Gallis *Betoine*.

(i) Atque id morbi genus hodieque ibi ſentitur, nomenque habet, *le Chardon Provençal*, ab ea regione. Vide Honor. Bouche l. 1. hiſt. Provinc. c. 8. p. 47.

Digitized by Google

ſine pruritu, ſine alio quàm ſomni indicio, quo gravatos in triduo aufert: aliquando & horrorem afferens, circàque puſulas parvas, rariùs febrem: ſtomachum fauceſque cùm invaſit, ocyſſimè exanimans. A

Cap. 7. Halus autem, quam (a) Galli ſic vocant, Veneti cotoneam, medetur lateri.

EX LIBRO XXVII.

Cap. 7. [ABSINTHIUM] Santonicum appellatur à Galliæ civitate.

Cap. 11. Limeum herba appellatur (b) à Gallis, qua ſagittas in venenatu tingunt medicamento, quod (c) venenum cervarium vocant.

Cap. 12. (d) Stœchas in inſulis tantùm ejuſdem nominis gignitur, odorata herba, coma hyſſopi, amara guſtu.

B

EX LIBRO XXVIII.

Cap. 2. IN adorando dexteram ad oſculum referimus, totumque corpus circumagimus: quod in lævum feciſſe, (e) Galliæ religioſius credunt.

Cap. 12. Prodeſt & ſapo: (f) Galliarum hoc inventum rutilandis capillis: fit ex ſebo & cinere.

EX LIBRO XXIX.

Cap. 3. PRÆTEREA eſt ovorum genus in magna Galliarum fama, omiſſum Græcis. (g) Angues innumeri æſtate convoluti, ſalivis faucium corporumque ſpumis artifici complexu glomerantur, (h) anguinum appellatur. Druidæ ſibilis id dicunt in ſublime jactari, ſagoque oportere intercipi, ne tellurem attingat: profugere raptorem equo: ſerpentes enim inſequi, donec arceantur amnis alicujus interventu. Experimentum ejus eſſe, ſi contra aquas fluitet vel auro vinctum. Atque, ut & Magorum ſolertia occultandis fraudibus ſagax, certa luna capiendum cenſent, tamquam congruere operationem eam ſerpentium, humani ſit arbitrii. Vidi equidem id ovum mali orbiculati modici magnitudine, cruſtra cartilaginis, velut acetabulis brachiorum polypi crebris, inſigne Druidis. Ad victorias litium, ac regum aditus mirè laudatur: tantæ vanitatis, ut habentem id in lite in ſinu equitem Romanum è Voçontiis, à Divo Claudio Principe interemptum non ob aliud ſciam. C

EX LIBRO XXX.

Cap. 1. An. Chr. 43. GALLIAS utique poſſedit, & quidem ad noſtram memoriam [hominum immolandorum ritus.] Namque Tiberii Cæſaris principatus ſuſtulit Druidas eorum, & hoc genus vatum medicorumque. D

EX LIBRO XXXI.

Cap. 2. [AQUÆ] emicant benignè paſſimque in plurimis terris, alibi frigidæ, alibi calidæ, alibi junctæ, ſicut (i) in Tarbellis Aquitanica gente..... Augent numerum deorum nominibus variis, urbeſque condunt, ſicut Puteolos in Campania, Statyellas in Liguria, Sextias in Narbonenſi provincia.

(a) Circumpadani. Conſolidam vocat Apuleïus c. 59. Symphytum illud eſt, ſeu Conſolida major picta à Matthiolo, in l. 4. Dioſc. Vidimus in horto Regio. *Grande Conſolide, Oreille d'Aſne.*

(b) Quos antiqui ſcilicet Tranſpadanos dixere. Hodieque in Pedemontio naſcitur limeum, *Herba terra* ibi nuncupatum, cujus è radice ſuccus elicitur, quem vocant *Medicame.*

(c) Feſtus: *Toxicum dicitur cervarium venenum, quo quidam perungere ſagittas ſoliti ſunt.*

(d) Petrus Quinqueran. l. 2. de laud. Provinc. fol. 59. ait, Turcicam claſſem, cùm circa Maſſiliæ litora ſuperiore ſæculo ſtaret, hac herba quotidie triremes oneraſſe, exprobrantibus identidem Turcis, cœcos indigenas eſſe, qui ſua bona non noſſent.

(e) Hujus Gallicæ adorationis typum exhibet marmor perantiquum quod parieti affixum eſt Divonæ Cadurcorum, explicatum prolixè à Joan. Bapt. Bello l. de Templ. Augur. c. 9. p. 172. Romani è contrario à dextra ſiniſtram verſùs in orbem convertebant ſeſe: quod & à noſtris ſacerdotibus in ſuis ad aram converſionibus hodieque religioſiſſimè obſervatur: aliter atque priſci illi Galli, qui ſiniſtrorſum & à læva dextram verſus circumagebantur.

(f) Unde *Gallicus ſapo* nuncupatur à Theod. Priſciano l. 1. c. 3. *ſpuma Batava* à Martiali l. 8. Epigr. 33.

(g) Scimus hodieque ſerpentes generis diverſi ac prope innumeras in locum unum convolare, ab Idibus Junii ad Idus Auguſtas, in Delphinatûs Sabaudiæque confinio, ad montem *la Rochette*: ſpumaque locum opplere, quæ horrorem incutiat ſpectantibus. Vide Nic. Chorier l. 2. hiſt. Delph. p. 91.

(h) Anguinum id ovum appellatur.

(i) Horum oppidum Aquæ Auguſtæ, ſive Tarbellicæ, Gallis *Acqs*, Gaſconibus *Dax* dicitur. Ab aquis calidis eo loco ſcaturientibus id nomen invenit. In ſuburbano reliquiæ veteris aquæ-ductûs; in ipſa urbe in margine fontis aquarum calidarum ſolia marmorea, Romanæ ibi magnificentiæ veſtigia. Vide Oihenartum in Notitia Vaſcon. p. 467.

Digitized by Google

A Tungri (a) civitas Galliæ fontem habet insignem, plurimis bullis stellantem, ferruginei saporis: quod ipsum nonnisi in fine potûs intelligitur. Purgat hic corpora, tertianas febres discutit, calculorumque vitia. Eadem aqua igne admoto turbida fit, ac postea rubescit.

Nascuntur fontes decisis plerumque silvis, quos arborum alimenta consumebant: sicut in Hæmo obsidente Gallos (b) Cassandro cùm valli gratia silvas cecidissent. Cap. 4.

Galliæ Germaniæque (c) ardentibus lignis aquam salsam infundunt. Cap. 7.

Muriâ (d) Antipolis [laudatur.] Cap. 8.

EX LIBRO XXXII.

[(e) CURALIUM] laudatissimum in Gallico sinu (f) circa Stœchadas insulas..... Cap. 2.

B Priusquàm hoc notesceret, Galli gladios, scuta, galeas adornabant eo.

[Ostrea] Cyzicena majora Lucrinis, dulciora Britannicis, suaviora (g) Medulis. Cap. 6.

EX LIBRO XXXIII.

CERTE cùm à Gallis capta Urbe pax emeretur, non plus quàm mille pondo potuere. Cap. 1.

Nec ignoro M. Crassum duo millia pondo auri rapuisse, suo & Pompeii secundo Consulatu, è Capitolini Jovis solio, à Camillo ibi condita, & ideo à plerisque existimari duo millia pondo collata. An. U. C. 698.

Sed quod accessit, Gallorum præda fuit, detractumque ab his in parte captæ Urbis delubris. Gallos autem cum auro pugnare solitos, Torquatus indicio est. *Virg. Æneid. l. 8. vers. 671.*

C Apparet ergo Gallorum templorumque tantumdem, nec amplius fuisse: quod quidem in augurio intellectum est, cum Capitolinus duplum reddidisset.

Galliæ Britanniæque in medio [digito anulis] dicuntur usæ.

Claudius successor ejus [Caii] cùm de Britannia triumpharet, inter coronas aureas, VII. pondo habere, quam contulisset Hispania citerior, IX. quam Gallia Comata, titulis indicavit. Cap. 3.

Omni auro inest argentum vario pondere, alibi dena, alibi nona, alibi octava parte. In uno tantùm Galliæ metallo, quod vocant (h) Albicratense, triceſima sexta portio invenitur: ideo ceteris præest. Cap. 4.

Pompeium Paulinum Arelatensis Equitis Romani filium, (i) paternaque gente pellitum, quòd XII. pondo argenti habuisset apud exercitum, ferociſſimis gentibus oppositum, scimus. Cap. 11.

D [Pigmentum] quod lucidum vocant, (k) è Gallia veniens: hoc autem & Attico (l) ad lumina utuntur. Cap. 12.

EX LIBRO XXXIV.

PROXIMUM bonitate fuit [æs] Sallustianum in Centronum Alpino tractu, non longi & ipsum ævi. Successitque ei Livianum in Gallia. Utrumque à metallorum dominis appellatum: illud ab amico Divi Augusti, hoc à conjuge, velocis defectûs. Livianum quoque certè admodùm exiguum invenitur. Cap. 2.

Omnem amplitudinem statuarum ejus generis vicit ætate nostra Zenodorus, (m) Mercurio facto in civitate Galliæ Arvernis, per annos decem, (n) HS. CCCC. Cap. 7.

(a) Civitatis nomine significatur id, quod nos vulgò Communitatem appellamus. Agit hoc loco de Spadanis aquis salubritate celebratis, *les eaux de Spa.*

(b) Macedoniæ rege, Alexandri successore.

(c) Salis ita conficiendi rationem Agricola edocet l. 12. de re metall.

(d) Fuit oppidum Galliæ Narbonensis. De muria Antipolitana, vide Martialem l. 13. Epigr. 103.

(e) Sive ut recentiores, corallium & corallum: nomen retinet, *du Corail.*

(f) Nec ibi solùm, sed etiam in tota Provinciæ ora Stœchadibus apposita probatissimum colligi scribit Honor. Bouche l. 1. hist. Provinc. c. 8. p. 49.

(g) A Medulis Galliæ Aquitanicæ populis, ad Garumnæ ostia prope Burdegalam. Hodie *Medoc.*

(h) Sic appellari suspicamur ab Albicœcis, sive Alebece Reiorum Apollinarium, de qua suprà. Fuisse & in Cemeno Galliæ monte aurifodinas auctor est Strabo l. 3. & in Tarbellis quidem eximias, l. 4.

(i) Ex avita procerum Judicumque gente, paterno sanguine, in Gallia prognatum indicat: quorum insigne vestes essent pellitæ: uti nunc Præsidum Curiæ infula Pontico est munita vellere.

(k) E Biturigibus cubis: unde nunc quoque, *Ocre de Berri.*

(l) In picturis. *Le jour d'un tableau, les parties éclairées.*

(m) Vetus inscriptio apud Gruterum p. 53. MERCVRIO. ARVERNO. VICINI.

(n) Hoc est, sestertiûm quadringenties: ubi subintelligendum, sestertiûm quadringenties centenis millibus, superposita numero nota admonet. Sunt monetæ Gallicæ omnino 4000000. seu quatuor, ut aiunt, milliones.

Digitized by Google

manipretio.... Statuam Arvernorum cùm faceret, provinciæ Vibio Avito præsidente, A duo pocula Calamidis manu cælata.... æmulatus est, ut vix ulla differentia esset artis.

Cap. 8. Plures artifices fecere (a) Attali & Eumenis adversus Gallos prælia.

Simile [æs] in multis partibus Italiæ, provinciisque. Sed octonas plumbi libras addunt, & bene recoquunt propter inopiam ligni. Quantùm ea res differentiæ afferat, in Gallia maximè sentitur, ubi inter lapides candefactos funditur. Exurente enim coctura nigrum atque fragile conficitur. Præterea semel recoquunt: quod sæpius feciſſe, bonitati plurimùm confert.

Cap. 17. [Stannum] album incoquitur æreis operibus, Galliarum invento, ita ut vix discerni possit ab argento, eaque (b) incoctilia vocant. Deinde & argentum incoquere simili modo cœpere equorum maximè (c) ornamentis, jumentorum jugis, (d) in Alexia oppido: reliqua gloria Biturigum fuit. Cœpere deinde & (e) essseda, & vehicula, & petorita exornare. B

Nigro plumbo ad fistulas laminasque utimur, laboriosiùs in Hispania eruto, totasque per Gallias.

EX LIBRO XXXV.

Cap. 4. PARVIS gloriabitur tabellis extinctus nuper in longa senecta Antistius Labeo Prætorius, etiam Proconsulatu provinciæ Narbonensis * functus.

* An. Chr. 21.

EX LIBRO XXXVI.

Cap. 22. MOLLITIÆ [lapidum] & trans Alpes præcipua sunt exempla. In Belgica provincia (f) candidum lapidem serra, qua lignum, faciliúsque etiam, secant, ad tegularum & imbricum vicem: vel si libeat, ad quæ vocant (g) pavonacea tegendi genera: & hi quidem sectiles sunt. C

[Cotes] repertæ sunt & in Italia aqua (h) trahentes aciem acerrimo effectu: necnon & trans Alpes, quas (i) passernices vocant.

Cap. 26. In Vulturno mari Italiæ arena alba nascens..... pila molaque teritur. Dein miscetur tribus partibus nitri pondere vel mensura, ac liquata in alias fornaces transfunditur. Ibi fit massa, quæ vocatur ammonitrum; atque hæc recoquitur, & fit vitrum purum, ac massa vitri candidi. Jam verò per Gallias Hispaniasque simili modo arenæ temperantur.

(a) Attalus & Eumenes Pergami reges, Gallos sive Galatas multis præliis vicerunt, quæ in ære incisa sunt.

(b) Sequior ætas, nosque etiamnum, argentata dicimus.

(c) Frena hodie sic stanno incoquimus, sive argentamus: *Etamer les branches d'un mords.*

(d) Plutarcho in Cæsare Αλησία est, item Velleio, Dioni, ceterisque. Cæsari l. 7. Alesia oppidum Mandubiorum appellatur. Nunc in Ducatu Burgundiæ, Diœcesi Augustodunensi, retinet priscum nomen, *Aliſe*; circumjacensque pagus, *l'Auſſois*, vel *l'Oſſois*.

(e) Vehiculi genus, familiare in primis olim Belgis: unde Virgilius Georg. l. 3. v. 204.

Belgica vel molli melius feret esseda collo. [*equus.*]

(f) In Picardia *Pierre Franche* vulgus appellat.

(g) Tecta scilicet è lapide fissili, in squamam secto & composito, in pavonum caudæ similitudinem picto: quem morem & in viridi lapide qui sectilis est, (ardoësam vocant) observant etiam nostrates. Pannum pavonatilem dixit ætas sequior pro variegato in pavonum caudæ speciem. Vide D. du Cange in Glossario.

(h) Id, est acutam reddentes aciem cultrorum, ut quàm acerrimè postea secent.

(i) Vox Celtica.

EX CLAUDIO PTOLEMÆO DE GALLIA.

Ex editione Lugduni Batavorum, 1618.

EX LIBRO II.

Cap. 1.

GALLIA Aquitanica	18. * 43. 30. D (a)	Γαλλία Ακυϊτανία	ιη. * μγ. ϟ.
Gallia Lugdunensis	53. * 48. *	Γαλλία Λυϛδυνησία	νγ. * μη. *
Gallia Belgica	26. * 47. *	Γαλλία Βελγικὴ	κϛ. * μζ. *
Gallia Narbonensis	22. * 44. 30.	Γαλλία Ναρβωνησία	κϐ. * μδ. ϟ.

Ἡ Βελγικὴ σὺν ταῖς δύο Γερμανίαις περιορίζεται ἀπὸ μὲν ἄρκτων τῷ ἀρκτικῷ ὠκεανῷ τῷ παρὰ τὴν Βρεττανίαν κλίνοντι· ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν τῷ Ῥήνῳ ποταμῷ, παρὰ τὴν μεγάλην Γερμανίαν πρὸς τῇ κεφαλῇ τοῦ ποταμοῦ, καὶ ἔτι τῷ ἀπὸ τῆς πηγῆς αὐτοῦ ὄρει τὰς Ἄλπεις ὀρθῷ, ὃ καλεῖται Ἀδούλας· ἀπὸ δὲ δύσεως τῇ Λουγδουνησίᾳ ἐπαρχίᾳ, καὶ τῷ προειρημένῳ Σηκοάνᾳ ποταμῷ· ἀπὸ δὲ μεσημβρείας τῷ λοιπῷ μέρει τῆς Ναρβωνησίας. καὶ ἡ μὲν ὅλη περιγραφὴ τοῦ ἔθνους τοιαύτη τίς ἐστι. καὶ τὸ μὲν ἀπὸ (d) μὲν θαλάσσης μέχρι τοῦ Ἀβεΐκκα ποταμοῦ καλεῖται Γερμανία ἡ κάτω· ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀβεΐκκα ποταμοῦ καλεῖται Γερμανία ἡ ἄνω. ἔστι δὲ ἡ Βελγικὴ σὺν ταῖς δύο Γερμανίαις τὸ μῆκος ἀπὸ τῶν τοῦ (e) Φρούδα ποταμοῦ ἐκβολῶν ἀρχόμενον, καὶ περαιούμενον πρὸς ἀναβολὰς τῆς Ῥήνῳ ποταμῷ τῆς παρὰ τὴν μεγάλην Γερμανίαν πρὸς τῇ κεφαλῇ τοῦ ποταμοῦ· ὡς ἔχει (f) αὐτοῦ μῆκος σταδίων ςχπέ. τὸ δὲ πλάτος αὐτῆς ἀρχέται μὲν ἀπὸ τοῦ Ἀδούλα ὄρους καὶ τοῦ κοινοῦ πέρατος τῆς Ἄλπεων· καταλήγει δὲ εἰς δυσμικὸν τοῦ Ῥήνου ποταμοῦ στόμα, ὡς γίνεσθαι τοῦ πλάτους σταδίων δτοέ'. ἔστι δὲ ἡ Βελγικὴ ὁ πᾶς ἡ ἐπαρχίας καὶ γῆν περιοδισμὸς σταδίων .... ερξ', σταδίων .... ςτ'. ἔχει δὲ ἡ (g) Βελγικὴ σὺν ταῖς Γερμανίαις ἔθνη κδ', πόλεις ἐπισήμους λή, ὄρη ἐπίσημα ς', ποταμοὺς

Belgica cum duabus Germaniis terminatur à septentrione septentrionali Oceano juxta Britanniam exporrecto: ab oriente Rheno fluvio, juxta magnam Germaniam ad caput fluvii, ac etiam monte à fonte ejus ad Alpes pertingente, qui vocatur Adulas: ab occidente Lugdunensi provincia, & prædicto Sequana fluvio: à meridie reliqua parte Narbonensis provinciæ. Ac universa quidem regionis circumscriptio est ad hunc fere modum. Etenim à mari quidem usque ad Obringam fluvium Germania inferior appellatur: ab Obringa verò fluvio appellatur Germania superior. Belgicæ autem cum duabus Germaniis longitudo incipit ab ostiis Phrudis fluvii, & terminatur ad orientem Rheno fluvio juxta Germaniam magnam ad caput fluvii; adeo ut longitudo ejus sit stadiorum 2685. Latitudo verò ejus incipit ab Adula monte & communi fine Alpium: desinit autem ad occidentale ostium Rheni fluvii, adeo ut latitudinis habeat stadia 4375. Est verò tota Belgicæ provinciæ juxta mediterranea circumscriptio stadiorum... 5160, stadiorum... 2300. Habet Belgica cum Germaniis gentes 24, urbes insignes 38,

(a) Edit. Γαβαίου.
(b) Legendum συνάπτων. Mox Σηκόνιον, leg. Σηκόανον.
(c) Edit. Αἴγηρος.
(d) Hæc procul dubio hausit ex Ptolemæo, qui eadem habet: legitur tamen in Ptolemæo Οβείγγα, vel Οβείγκα.
(e) Leg. ex eodem Ptolemæo φρούδος, qui *Samara* est.
(f) Leg. τῷ μήκους, ut suprà.
(g) Editi, Κελτικὴ, perperam.

Digitized by Google

montes insignes 2, fluvios insignes 7, promontorium insigne unum. Universa peripli totius Belgicæ littoralis cum Germania superiori & inferiori, à Sequana fluvio usque ad Rheni fluvii ostium occidentale dictum, stadia sunt non plura 3850, non pauciora stadiis 3180.

A ταμοὺς ἐπισήμους ζ', ἀκρωτήριον ἓν ἐπίσημον. οἱ πάντες ἀπὸ τοῦ Σηκοάνα ποταμοῦ μέχρι τοῦ Ῥήνου ποταμοῦ τοῦ λεγομένου δυσμικοῦ στόματος ἀπὸ, τοῦ περίπλου παντὸς τῆς Βελγικῆς παραλίας σὺν Γερμανίᾳ τῇ ἄνω καὶ τῇ κάτω, εἰσὶν οὐ πλείους σταδίων χιλίων, ὀκτακοσίων, οὐκ ἔλαττον σταδίων χιλίων.

EX SCYMNI CHII ORBIS DESCRIPTIONE.

Edit. Oxoniæ in 8°. 1703.

Versu 166. DEINDE regio Celtica vocata,
Ad mare, quod Sardiniæ adjacet:
Quæ maxima est ad occidentem gens.
Eam etenim, quæ intra ortum est, omnem fere
Incolunt Indi. Eam verò, quæ est ad meridiem,
Æthiopes prope siti austri flatum.
Qui à Zephyro est Celtæ usque ad occasum æstivum
Locum habent. Eum verò, qui ad Boream est, Scythæ.
Indi itaque inter æstivum ortum
Et hybernum habitant. Celtæ verò rursus
Ab æquinoctiali occasu solis.
Iraque gentes quatuor sunt multitudine hominum,
Multitudineque habitantium pares.

B Ἔπειτα χώρα Κελτικὴ καλουμένη,
Μέχρι τ' θαλάττης τ' κὴ Σαρδὼ κειμένης·
Ὅσῳ μάλιστόν ἐστι πρὸς δυσμὰς ἑτέρα.
Τὴν μὲν γὰρ ἐντὸς ἀνατολῶν πᾶσαν σχεδὸν
Οἰκοῦσιν Ινδοί. τὴν δὲ πρὸς μεσημβρίαν
Αἰθίοπες ἐγγὺς κείμενοι νότου πνοῆς.
Τὸν ἀπὸ ζεφύρου Κελτοὶ δὲ μέχρι δυσμῶν τόπον
Θερινῶν ἔχουσιν. ἡ δὲ πρὸς βορρᾶν Σκύθαι.
C Ινδοὶ μὲν οὖν μεταξὺ θερινῶν ἀνατολῶν
Καὶ χειμερινῶν οἰκοῦσιν. Κελτοὶ δ' ἀνάπαλιν
Ἀπὸ τ' ἰσημερινῆς τε δύσεως ἡλίου.
Τὰ μὲν οὖν ἔθνη τὰ τέσσαρ' ἐστὶ τοῖς ὄχλοις,
Τοῖς πλήθεσί τε τῶν κατοικούντων ἴσα.

Versu 198. . . . . Deinde Hispani
Finitimi. Super hæc siti sunt loca
Bebryces. Deinde maritimi infrà
Ligures proximi sunt, & urbes Græcæ,
Quas Massilienses Phocaenses deducta colonia condidere.
Prima quidem Emporium, Rhode verò secunda.
Hanc equidem, qui priùs pollebant, condiderunt
Rhodii. Post quos delati in Hispaniam,
Qui Massiliam condiderunt, obtinuerunt Phocaenses
Agathen, Rhodanusiamque, quam Rhodanus magnus
Fluvius præterfluit. Massilia verò est finitima
Urbs maxima, Phocaensium colonia.
In Liguria hanc condiderunt
Ante pugnam in Salamine factam
Annis priùs, ut aiunt, centum viginti.

. . . . . εἶτα Ιβηρες οἱ
Περσεχεῖς. ἄνω τούτων ἡ κεῖνται τῶν τόπων
Βέβρυκες. (a) ἔπειτα παράθαλάττιοι κάτω
D Λίγυες ἔχονται, καὶ πόλεις Ελληνίδες,
Ας Μασσαλιῶται Φωκαεῖς ἀπῴκισαν.
Πρώτη μὲν Εμπόριον, Ρόδη δ' δευτέρα.
Ταύτην μὲν οὖν οἱ πρὶν κρατοῦντες ἔκτισαν
Ρόδιοι. μεθ' οὓς ἐλθόντες εἰς Ιβηρίαν,
Οἱ Μασσαλίαν κτίσαντες ἔσχον Φωκαεῖς
E Ἀγάθην, (b) Ροδανουσίαν τε, Ροδανὸς ὃν μέγας
Ποταμὸς παραῤῥεῖ. Μασσιλία δ' ἐστ' ἐκ μιᾶς
Πόλις μεγίστη, Φωκαῶν ἀποικία.
Εν τῇ Λιγυστινῇ δὲ ταύτην ἔκτισαν
Πρὸ τ' μάχης τ' ἐν Σαλαμῖνι γενομένης
Ετεσιν πρότερον, ὡς φασιν, ἑκατὸν εἴκοσι.

(a) Bebryces esse populos Narbonensis provinciæ ex Dione Cocciano refert Scoliastes Lycophrontis ad v. 516.

(b) Putat Vossius interserendum hunc versum: Κατὰ βαρβάρους ὡδὶ Ροδανὸν, ἔκτισαν πόλιν, Ἀγάθην, &c.

Digitized by Google

Τιμαῖος οὕτως ἱστορεῖ δὲ τὴν κτίσιν.

Εἶτ' ἐστὶ μετὰ ταύτην Ταυρόεις, καὶ πλησίον

Πόλις Ολβία, καὶ Αντίπολις αὐτῶν ἐσχάτη.

A Timæus sic refert, quomodo condita sit.

Deinde est post illam Tauroëntium, & propinqua

Urbs Olbia, & Antipolis earum extrema.

EX LIBELLO DE FLUVIIS,

qui sub nomine Plutarchi circumfertur.

Αραρ (a) ποταμός ἐστι τῆς Κελτικῆς, τὴν B προσηγορίαν εἰληφὼς παρὰ τὸ (b) ἡρμόσθαι τῷ Ροδανῷ· καταφέρεται γὰρ εἰς τοῦτον κατὰ τὴν χώραν τῶν Αλλοβρόγων. ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Βρίγουλος, μετωνομάσθη δὲ δι' αἰτίαν (c) τοιαύτην. Αραρ κυνηγεσίας χάριν εἰς ὕλην προχωρήσας, καὶ εὑρὼν τὸν ἀδελφὸν Κελτίβηρον ὑπὸ θηρίων ἀνηλωμένον, διὰ λυπῆς ὑπερβολὴν ἑαυτὸν καιρίως πλήξας, ἔβαλεν εἰς τὸν ποταμὸν Βρίγουλον, ὃς ἀπ' αὐτοῦ μετωνομάσθη Αραρ. γεννᾶται δὲ ἐν αὐτῷ μέγας ἰχθὺς (d) Σκολόπιδος προσαγορευόμενος ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων. ἐπὶ αὐξανομένης τῆς σελήνης λευκός ἐστιν· μειουμένης δὲ μέλας γίνεται παντελῶς· ὑπεραυξήσας δὲ ἀναιρεῖται ὑπὸ τῶν ἰδίων ἀκανθῶν. εὑρίσκεται δ' ἐν αὐτῷ λίθος ἐν τῇ κεφαλῇ χόνδρῳ παρόμοιος ἁλὸς, ὃς κάλλιστα ποιεῖ πρὸς (e) τεταρταίους νόσους, τοῖς ἀριστεροῖς μέρεσιν τοῦ σώματος προσδεδεμένος, τῆς σελήνης μειουμένης, καθὼς ἱστορεῖ Καλλισθένης ὁ Συβαρίτης ἐν ιγ' Γαλατικῶν, παρ' οὗ D τὴν ὑπόθεσιν εἴληφεν Τιμαγένης ὁ Σύρος. παράκειται δὲ αὐτῷ ὄρος Λούγδουνος καλούμενον· μετωνομάσθη δὲ δι' αἰτίαν τοιαύτην. Μώμορος καὶ Ατεπόμαρος ὑπὸ Σεσηρονέως τῆς ἀρχῆς ἐκβληθέντες, εἰς τοῦτον κατὰ προσταγὴν τὸν λόφον πόλιν κτίσαι θέλοντες· τῶν δὲ θεμελίων ὀρυσσομένων, αἰφνιδίως κόρακες ἐπιφανέντες καὶ διαπτερυξάμενοι, τὰ πέριξ ἐπλήρωσαν τὰ δένδρα. Μώμορος δὲ οἰωνοσκοπίας ἔμπειρος ὑπάρχων, τὴν πόλιν (f) Λούγδουνον προσηγόρευσεν· λοῦγον γὰρ τῇ E σφῶν διαλέκτῳ τὸν κόρακα καλοῦσιν, δοῦνον δὲ τὸν ἐξέχοντα, καθὼς ἱστορεῖ Κλειτοφῶν ἐν ιγ' Κτίσεων.

ARAR fluvius est Galliæ Celticæ, qui denominationem accepit ex eo quòd immisceatur Rhodano: in eum enim labitur juxta regionem Allobrogum. Brigulus primùm dictus fuit; mutavit verò postea nomen ob hanc causam. Arar venationis causa silvam ingressus, cùm fratrem Celtiberum à feris dilaniatum offendisset, ob extremum dolorem se ipsum letaliter feriens, decidit in fluvium Brigulum, qui ab eo Araris nomen sumsit. Nascitur in ipso magnus piscis ab indigenis Scolopidus vocatus, qui crescente luna albus est, decrescente verò omnino niger evadit: & cùm in extremam crevit magnitudinem, à propriis spinis confoditur. Reperitur & in ejus capite lapis grumo salis similis, qui senescente luna sinistris corporis partibus applicatus, febres quartanas sanat, ut docet Callisthenes Sybarita lib. 13. rerum Gallicarum, à quo sumsit argumentum Timagenes Syrus. Juxta ipsum adstat mons dictus Lugdunus, qui hac de causa mutavit nomen. Cùm Momorus & Atepomarus à Seseroneo regno dejecti, in eo colle ex oraculi præcepto urbem ædificare vellent, jactis jam fundamentis, corvi subitò apparentes, expansis alis arbores, quæ circa erant, replevere. Momorus autem augurii callentissimus, civitatem Lugdunum vocavit: Lugum enim dialecto sua corvum vocant, Dunum verò locum eminentem, ut refert Clitophon lib. 13. de Ædificationibus. Pag. 12.

(a) Hæc eadem refert ex Callisthene Stobæus, serm. 98.

(b) Ita argutantur Græci magistri, Arar dici παρὰ τὸ ἡρμόσθαι. Qui ergo Brigulus ab initio, postea Arar, tandem dictus est Saona: tempore enim Ammiani Marcellini ita vocari cœpit. *Maussacus.*

(c) Fabulosa hæc est nominis *Arar* derivatio; altera Grammaticam spectat. *Idem.*

(d) Hic piscis vocatur à Stobæo Κλουπαῖα.

(e) τεταρταίας habet Stobæus.

(f) Vel potius Λουγόδουνον, ex quo postea Λούγδουνον.

Digitized by Google

EX PERIPLO SCYLACIS DE GALLIA.

Edit. Lugdun. Batav. in 4°. 1700.

Pag. 3. DEINDE emporium, urbs Græca, cui nomen Emporium. Hi ſunt Maſſilienſium coloni.

Poſt Iberos ſequuntnr Ligures & Iberi mixti, uſque Rhodanum fluvium. Præternavigatio Ligurum ab Emporio uſque Rhodanum fluvium, duorum dierum & unius noctis.

Pag. 4. Poſt Rhodanum fluvium ſunt Ligures, uſque ad Arnum. In iſta regione urbs eſt Græca Maſſilia cum portu*** Maſſilienſium hæ ſunt coloniæ. Præternavigatio hujus à Rhodano fluvio uſque ad Arnum eſt dierum IV. & noctium IV.

Pag. 13. Poſt Tyrrhenos eſt Celtarum gens, qui relicti ſunt in expeditione ad anguſtias uſque Adriam. Et iſtic eſt intimus ſinûs Adriatici receſſus. Poſt Celtas Venetorum eſt natio, & fluvius Eridanus in iis.

Εἶτα ἐμπόριον, πόλιν (a) Ἑλληνίδα, ᾗ ὄνομα Ἐμπόριον. εἰσὶ δὲ οὗτοι Μασσαλιωτῶν ἄποικοι.

Ἀπὸ δὲ Ἰβήρων ἔχονται Λίγυες καὶ Ἴβηρες μιγάδες, μέχρι ποταμοῦ Ῥοδανοῦ. παράπλους ἀπὸ (b) Λίγυος Ἐμπορείου μέχρι Ῥοδανῷ ποταμῷ, δύο ἡμερῶν καὶ μιᾶς νυκτός.

Ἀπὸ Ῥοδανῷ ποταμοῦ ἔχονται Λίγυες μέχρι (c) Ἀντίου. ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ πόλις ἐστὶν Ἑλληνὶς Μασσαλία, καὶ λιμὴν *** (d) ἄποικοι αὗται Μασσαλίας εἰσίν. παράπλους δὲ ἐστὶ ταύτης ἀπὸ Ῥοδανῷ ποταμοῦ μέχρι Ἀντίου ἡμερῶν δ', καὶ νυκτῶν δ'.

Μετὰ δὲ Τυῤῥηνοὺς εἰσὶ Κελτοὶ ἔθνος, ἀπολειφθέντες στρατείας ἐπὶ στενῶν μέχρι Ἀδρίου. ἐνταῦθα δέ ἐστιν ὁ μυχὸς τοῦ Ἀδρίου κόλπου. μεθ' ὃ Κελτῶν Ἐνετοί εἰσιν ἔθνος, καὶ ποταμὸς Ἠριδανὸς ἐν αὐτοῖς.

(a) Voſſius poſt Cluverium legendum cenſet, πόλις Ἑλληνίς.
(b) Iidem legunt, παράπλους Λιγύων ἀπὸ Ἐμπορίου.
(c) Iidem pro Ἀντίου corrigunt, Ἄρνου.
(d) Iidem hic aliquid deeſſe obſervant: ſiquidem Scylax hic recenſuit urbes, Tauroëntum, Olbiam, Antipolim; & poſtea ſubjunxit, ἄποικοι δ' αὗται Μασσαλίας εἰσίν.

EX AGATHEMERO DE GALLIA.

Edit. Lugduni Batav. in 4°. 1700.

EX LIBRO PRIMO.

Cap. 5. STŒCHADES, quia in directum jacent, ſuo nomine indicantes ordinem, urbibus Maſſilienſium ſunt oppoſitæ: harum tres ſunt majores; minores duæ proximæ ipſi Maſſiliæ.

Αἱ δὲ Στοιχάδες, αἱ φερώνυμοι, ἐξῆς ἐπ' εὐθείας κεῖνται πρὸ τῆς Μασσαλιακῶν πόλεων· αἱ μὲν μείζους τρεῖς, δύο δὲ μικραὶ αὐτῆς ἐγγὺς Μασσαλίας.

EX LIBRO II.

Cap. 4. GALLIARUM, quas Galatias priùs vocabant, deinceps poſitarum, Aquitania & Lugdunenſis & Belgica, quæ complectitur duas Germanias, in mare externum tendentes. Interim plurimum mediterraneæ regionis occupant, & præſertim Lugdunenſis. Narbonenſis verò tribus illis prætenta adjacet mari interno.

Cap. 6. Inter Pamphyliam & Pontum media jacet Galatia.

Τῶν δὲ Γαλλιῶν, ἃς πρότερον Γαλατίας ἔλεγον, ἐξῆς κειμένων, ἡ μὲν Ἀκυϊτανία, καὶ Λυγδουνησία, καὶ ἡ Βῆλγικὴ, ἐν ᾗ εἰσὶν αἱ δύο Γερμανίαι, πρὸς τῷ ἐντὸς νενευκυῖαι θαλάσσαν. ὑπολαμβάνουσι μέν τοι ὅσον πλεῖστον δὲ μεσογαίου, καὶ μάλιστα ἡ Λυγδουνησία. πρὸς δὲ τῇ ἐντὸς θαλάσσαν ἀντιπαρατείνουσα ταύταις ἡ Ναρβωνησία κεῖται.

Παμφυλίας δὲ καὶ Πόντου μεταξὺ κεῖται Γαλατία.

Sunt

Digitized by Google

Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι μεγάλοι ποταμοὶ πρὸς ταῖς ἐκβολαῖς γνόμφιοι, μάλιστα Ηριδανὸς, Ἴβηρ, Βέτις, Σηκουάνας, (a) Δωρίας καὶ οἱ ἀμφὶ Ροδανόν.

A Sunt & alii magni fluvii circa oſtia, præſertim Eridanus, Iberus, Betis, Sequana, Dorias atque Rhodanus. Cap. 10.

Πλάτος δ' ἀπὸ Μασσαλίας (ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἡ Γαλλικὴ θάλασσα ἐνταῦθα πρὸς ἄρκτους ἀνακολπουμένη) ἐπὶ Γίγλιον Κολωνίαν καὶ Μαυρεταν ίας σταδίων φ', μίλια δὲ ψλγ'.

Latitudo maris Mediterranei patet à Maſſilia (ubi quammaximè in ſeptentriones mare Gallicum ſinuatur) Gilgilim uſque Mauritaniæ Coloniam ſtadia 5500, quæ ſunt millia paſſuum 733. Cap. 14.

Τὸ δὲ πελάγους πλάτος τὸ ἔξω τὸ μέχρι τοσ δίων ε, τὸ ἀπὸ τοῦ Γαλατικοῦ κόλπου, τοῦ μεταξὺ Νάρβωνος καὶ Μασσαλίας, ὅπερ ἐστὶ κατ' ἀντικρὺς Λιβύλλη..... τὸ δὲ πρὸς τῇ Εὐρώπῃ πέλαγος πλείονας ἔχει τὰς ἐπωνυμίας. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἀπὸ τῆς δύσεως Ἰβηρικὸν λέγεται· μετὰ ἐκεῖνο δέ ἐστιν ὁ μεταξὺ Μασσαλίαν καὶ Νάρβωνα Γαλατικὸς κόλπος.

Latitudo pelagi maxima eſt ſtadiorum 5000, à Gallico ſinu, qui medius inter Narbonem ac Maſſiliam, uſque in B oppoſitam Africam.... Pelagus, quod Europæ adjacet, compluribus nominibus deſcribitur. Primum enim ab occidente vocatur Ibericum; quod ſequitur Gallicus ſinus poſt Maſſiliam & Narbonem.

(a) Δωρίας Straboni, Δουρίας Ptolemæo.

EX C. JULIO SOLINO, DE GALLIA.

Edit. Trajecti ad Rhenum in fol. 1689.

C BOCCHUS abſolvit Gallorum veterem propaginem Umbros eſſe.

[Italia] ex altera parte per Ligurum oram in Narbonenſem provinciam pergit, in qua (a) Phocenſes quondam fugati Perſarum adventu, Maſſiliam urbem Olympiade quadrageſima quinta condiderunt. Et C. Marius bello Cimbrico factis manu foſſis invitavit mare, pernicioſamque ferventis Rhodani navigationem temperavit: qui amnis præcipitatus Alpibus primò per Helvetios ruit, occurſantium aquarum agmina ſecum trahens, auctuque magno, ipſo quod invadit freto turbulentior; niſi quòd fretum ventis excitatur: Rhodanus ſævit & cùm ſerenum eſt: atque ideo inter tres Europæ maximos fluvios & hunc computant. Aquæ quoque (b) Sextiliæ eo loco claruerunt, quondam hiberna conſulis, poſtea excultæ mœnibus: quarum calor olim acrior, exhalatus per tempora evaporavit, nec jam par eſt famæ priori. Cap. 2. An. U. C. 651. An. U. C. 630.

Hiſter Germanicis jugis oritur, effuſus monte, qui Rauracos Galliæ adſpectat. Cap. 13.

D Galliæ inter Rhenum & Pyrenæum, item inter Oceanum & montes Cebennam ac Juram porriguntur, felices præpinguibus glebis, accommodæ proventibus fructuariis: pleræque conſitæ vitibus & arbuſtis, omni ad uſum animantium fœtu beatiſſimæ: riguæ aquis fluminum & fontium; ſed fontaneis interdum ſacris ac vaporantibus. Infamantur ritu incolarum, qui, ut aiunt, (veri enim periculum non ad me recipio) deteſtabili ſacrorum ritu, injuria religionis, humanis litant hoſtiis. Ex iſto ſinu quoquò orbis velis, exeas. Cap. 21.

Horum [Mediterraneorum ſinuum] qui Hiſpanias perfundit, Ibericus fertur & Balearicus: qui Narbonenſem provinciam, Gallicus. Cap. 23.

Galatiam primis ſæculis priſcæ Gallorum gentes occupaverunt; (c) Toliſtobogi, Veturi & Ambituti; quæ vocabula adhuc permanent: quamvis Galatia, unde dicta ſit, ipſo ſonat nomine. Cap. 41.

(a) *Phocenſes.* Error eſt communis Latinorum ſcriptorum, Phocenſes, qui Phocaenſes erant, appellantium. Phocaenſes ab urbe Aſiæ Phocæa condiderunt Maſſiliam, non Phocenſes à Phocide, regione circa Parnaſſum. Illi Φωκαεῖς vel Φωκαιεῖς dicti: iſti Φωκεῖς. *Salmaſius.* Phocaenſes Perſarum adventu fugati non ſunt niſi Olympiade 57. Olympiade autem 45. nondum inſtitutum erat Perſarum imperium. Itaque Solinus duas de Maſſiliæ conditu veterum ſententias confudiſſe deprehenditur. *Valeſius in notis ad Marcellinum.*

(b) *Sextiliæ.* Ἐμπίζει noſter in multis. In Græco igitur ſcriptore cùm reperiſſet Σεξτίλια ὕδατα, reddidit *Sextilias aquas.* Fallitur Grammaticus: Σεξτίλιος non eſt *Sextilius* Latinè, ſed *Sextilis.* A Sextio aquæ illæ denominatæ, aut *Sextiæ ὁμωνύμως τῇ ἀρχηγέτιδι*, aut *Sextiles. Salmaſius.*

(c) *Toliſtobogi.* Spectare hîc liceat negligentiam Solini, qui in populis Gallorum ex Plinio recenſendis, à quibus appellata eſt Galatia, eos tantùm numerat qui partem Phrygiæ occuparunt. Nam *Trocmi* Mæoniæ & Paphlagoniæ regionem inſederunt. *Tectoſages* partem Cappadociæ uberrimam tenuerunt, quibus *Teutobodiacos* accenſet Plinius. At *Toliſtobogi* cum *Veturis* & *Ambitutis* Phrygiam. *Idem.*

Digitized by Google

EX VETERI (a) ORBIS DESCRIPTIONE.

Edit. Oxoniæ in 8o. 1712.

POST Pannoniam, Galliam provinciam: quæ cùm maxima ſit, & Imperatorem ſemper eget; hunc ex ſe habet. Sed propter majoris præſentiam, omnia in multitudine habundat, ſed plurima pretii. Civitatem autem maximam dicunt habere, quæ vocatur (b) Triveris, ubi & habitare dominus dicitur; & eſt mediterranea. Similiter autem habet alteram civitatem in omnibus ei adjuvantem, quæ eſt ſuper mare, quam dicunt Arelatum, quæ ab omni mundo negotia accipiens, prædictæ civitati emittit. Omnis autem regio viros habet fortes & nobiles. In bello itaque plurimum exercitum & fortia Gallorum eſſe dicuntur: & eſt in omnibus provincia admirabilis: & habet adjacentem gentem barbaram Gothorum.

(a) Hujus Deſcriptionis Auctor Græcus eſt incerti nominis ſub Conſtantio & Conſtante. Interpretationem tantùm Latinam habemus, ſed ruſticam & ineptam. Locum tamen, quem afferimus, ferè integrum Græcè recitat Pagius in Critic. in Annales Baronii ad an. 369. num. 14. nec monet Græca facta eſſe ex Latinis à Jacobo Gothofredo.

(b) Trevirim Metropolim eſſe Galliarum teſtatur Athanaſius in Apologia de fuga ſua, de S. Paulino Treverorum Epiſcopo loquens: Παυλῖνος ὁ τῆς μητροπόλεως τῶν Γαλλιῶν, *Paulinus Metropolis Galliarum Epiſcopus.* Quod ſanè de metropoli civili ac principe urbe omnium Galliarum intelligendum eſt, non verò de Metropoli Eccleſiaſtica in Galliis, ut nonnulli exiſtimarunt.

EX RUFI FESTI AVIENI ORA MARITIMA.

Edit. Oxoniæ in 8°. 1712.

V. 552. Sordus (a) inde denique
Populus agebat inter avios locos,
Ac pertinentes uſque ad interius mare,
Quà piniferæ ſtant Pyrenæ vertices
Inter ferarum luſtra decubantium,
Et arva latè & gurgitem ponti premit.
In Sordiceni ceſpitis confinio
Quondam Pyrenæ (b) civitas ditis laris
Stetiſſe fertur: hîcque Maſſiliæ incolæ
Negotiorum ſæpe verſabant vices.
Sed in Pyrenen ab columnis Herculis
Atlanticoque gurgite & confinio
Zephyritis oræ curſus eſt celeri rati
Septem dierum. Poſt Pyrenæum jugum
Jacent arenæ littoris Cynetici,
Eaſque latè ſulcat amnis (c) Roſchinus.
Hoc Sordicenæ, ut diximus, glebæ ſolum eſt.
Stagnum hîc paluſque: quippe diffusè patet,
Et incolæ iſtam Sordicen cognominant;
Præterque vaſti gurgitis crepulas aquas
(Nam propter amplum marginis laxæ ambitum
Ventis tumeſcit ſæpe percellentibus)
Stagno hoc ab ipſo Sordus amnis effluit
* * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * *
Sinuatur alto, & propria per diſpendia
Ceſpes cavatur, ſerpit unda largior,
Moleſque multa gurgitis diſtenditur.
Treis namque in illo maximæ ſtant inſulæ,
Saxiſque duris pelagus interfunditur.

(a) *Sordus*, hoc eſt, Ruſcinonenſis.

(b) Putat Petrus de Marca hanc civitatem ſitam eſſe in eo loco, ubi nunc eſt oppidum Lanciani.

(c) Straboni & Ptolemæo *Ruſcino* eſt, qui putatur eſſe *Tetis* Pomponii & *Vernodubrum* Plinii, *le Tet.*

Digitized by Google

A Nec longè ab iſto ceſpitis rupti ſinus
Alter dehiſcit, inſulaſque (a) quatuor
(At priſcus uſus dixit has omnis triplas)
Ambit profundo. Gens (b) Eleſycum priùs
Loca hæc tenebat, atque Narbo civitas
Erat ferocis maximum regni caput.
Hîc ſalſum in æquor amnis Attagus ruit:
Heliceque rurſus hîc palus juxta. Dehinc
Beſarum ſtetiſſe fama caſſa tradidit.
At nuncce Ledus, nunc & Orobis flumina
Vacuoſque per agros, & ruinarum aggeres
Amœnitatis indices priſcæ meant.
B . . . . . V. 600.
Blaſco propter inſula eſt,
Teretique forma ceſpes editur ſalo.
In continenti & inter adſurgentium
Capita jugorum, rurſum arenoſi ſoli
Terga explicantur; ſeque fundunt littora
Orba incolarum. Setius inde mons tumet
Procerus (c) arcem & pinifer. Setii jugum
Radice fuſa inuſque Taphrum pertinet:
Taphron paludem namque gentici vocant
Rhodani propinquam flumini. Hujus alveo
Ibera tellus, atque Ligures aſperi
C Interſecantur. Hîc ſat anguſti laris
Tenuiſque cenſu civitas Polygium eſt.
Tum Manſa vicus, oppidumque Nauſtalo,
Et urbs * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *
Ejuſque in æquor Claſſius amnis influit.
At Cimenice regio deſcendit procul
Salſo ab fluento, fuſa multo ceſpite,
Et aprica ſilvis. Nominis porro auctor eſt
Mons dorſa celſus: cujus imos aggeres
Stringit fluento Rhodanus, atque ſcrupeam
Molem imminentis intererrat æquore.
D Ligures ad undam ſemet interni maris,
Setiena (d) ab arce, & rupe ſaxoſi jugi,
Procul extulere. Sed quaſi expoſcit locus
Rhodani ut fluentem pleniùs tibi diſſeram,
Styli immorantis patere tractatum, Probe.
Quippe amnis ortum, gurgitis lapſum vagi,
Quas iſte genteis lambat unda fluminis,
Quantoque manet incolis compendio;
Et oſtiorum fabimur divortia.
Nivoſum in auras erigunt Alpes jugum
A ſolis ortu, & arva Gallici ſoli
Interſecantur ſcrupeo faſtigio,
Et anhela ſemper flabra tempeſtatibus.
Effuſus ille, & ore ſemet exigens,
Hiantis antri vi truci ſulcat ſola,

(a) Prima eſt Inſula Licci ſeu Lecci, hodie *Lec*, quæ mari tunditur, ex alio latere ſtagnis cincta: ſecunda eſt Inſula Gruiſſani, præcincta ſtagno, cujus oſtia in mare irruunt, faciúntque quam Græci vocant Stomalinam: tertia eſt Inſula Cauchenæ, mari & ſtagno incluſa, quam objectu parvæ molis, coërcendæ aquæ Atacis cauſa conſtructæ, Peninſulam effecere Narbonenſes: quarta eſt Leucata mari & ſtagno cincta. *Ita ex Petro de Marca.*

(b) Legit Valeſius, *Genſque Bebrycum priùs.* Bebryces primus memoravit Silius Italicus, quem videſis.

(c) Antiquæ illius arcis exſtant etiámum rudera, ſuper quibus ante centum plus minùs annos exſtructum fuit caſtrum quod hodie ruinoſum eſt. Montem Setium piniferum fuiſſe certum eſt uſque ad annum 1622. quo milites ſtationarii in eo caſtro collocati ab Henrico Monmorancii Ducum ultimo, omnes arbores piniferas exciderunt. *Petrus de Marca.*

(d) Annotat. Valeſius non à Setio monte Ligurum Tranſalpinorum fines incepiſſe, ſed eorum ſedes fuiſſe inter Rhodanum fluvium & Alpes maritimas.

Digitized by Google

A Aquarum in ortu & fonte primo naviger ;
Ad rupis illud erigentis ſe latus,
Quod de editamine gentici cognominant
Solis columnas : tanto enim faſtigio
Inuſque celſa nubium ſubducitur
Meridianus ſol, ut oppoſitu jugi
Conſpicuus haud ſit, cùm relaturus diem
Septentrionum acer ferit confinia.

V. 666. . . . . .
Meat amnis autem fonte per Tylangios,
Per Daliternos, per Chabilcorum fata,
Temenicum & agrum ; (dura ſat vocabula,
B Auremque primam cuncta vulnerantia ;
Sed non ſilenda tibimet ob ſtudium tuum
Noſtramque curam.). Panditur porro in decem
Paſſus recurſu gurgitum ſtagnum grave,
Plerique tradunt : inſerit ſemet dehinc
Vaſtam in paludem, quam vetus mos Græciæ
Vocitavit Accion, quæ præcipites aquas
Stagni per æquor egerit : rurſum effluus
Arctanſque ſeſe fluminum ad formam, dehinc
Atlanticos in gurgites, noſtrum in mare,
Et occidentem contuens evolvitur,
Patulaſque arenas quinque ſulcat oſtiis.
C Arelatus illic civitas attollitur,
Theline vocata ſub priore ſæculo,
Graio incolente. Multa nos Rhodano ſuper
Narrare longo res ſubegerunt ſtilo.
At nunquam in illud animus inclinabitur,
Europam (a) ut iſto flumine & Libyam adſeram
Diſterminari : Phileas hoc quamquam vetus
Putaſſe dicat incolas. Deſpectui
Deriſuique inſcitia hæc ſit barbara,
Et compete * * * * * *
Curſus carinæ biduo & binoctio eſt :
Gens hîc Veragri, Bergineque civitas,
D Salyes atroces, oppidum Maſtramelæ
Priſcum paludis, terga celſum prominens,
Quod incolentes Citharistium vocant :
Maſſilia & ipſa eſt ; cujus urbis hic ſitus :
Pro fronte littus præjacet ; tenuis via
Patet inter undas ; latera gurges adluit,
Stagnum ambit urbem, & unda lambit oppidum
Laremque fuſa : civitas pene inſula eſt.
Sic æquor omne ceſpiti infudit manus,
Labos & olim conditorum diligens
Formam locorum & arva naturalia
Evicit arte ; ſi quæ priſca te juvant
Hæc in novella nominum deducere.

(a) Voſſius in notis ad Pomp. Melam putat hanc fabellam, Europam & Libyam flumine Rhodano dirimi, ortam eſſe ex vitioſa lectione. Nam iſtud vocabulum Λιγύη etiam apud antiquiſſimos Græcos ſemper ferè corrumpebatur in Λιβύη, uti quoque Λίγυες in Λίβυες, Λιγυστικὸς in Λιβυστικός.

Digitized by Google

A

EX VIBIO SEQUESTRO.

Edit. Roterodami in 12°. 1711.

De Fluminibus.

ARAR (a) Germaniæ fluvius è Vogeſo monte miſcetur Rhodano, qui ita lene decurrit, ut vix poſſit intelligi decurſus ejus.
Allia Salaria via ad mil. XIIII. à Roma, ubi Galli victoria ſunt potiti de Romanis.
Atax è Pyrenæo circa Narbonam decurrit in Thyrrenum.
Atyr Tarbellæ civitatis Aquitaniæ in Oceanum fluit.
Benacus (b) Galliæ, ex quo naſcitur Mantuanorum Mincius.
B Cyrta (c) Maſſilienſium ſecundùm Agatham urbem.
Eridanus Galliæ Ciſalpinæ, qui & Padus, ubi Heliades mutantur in populos arbores.
Eſia (d) Galliæ in Sequanam fluit.
Iſara Galliæ decurrit in Rhodanum.
Liger Galliæ dividens Aquitanos & Celtas in Oceanum Britannicum evolvitur.
Mincius Galliæ Ciſalpinæ proximus Mantuanis agitur ex Benaco.
Moſella Belgicæ defluit in Rhenum.
Padus Galliæ Ciſalpinæ, qui & Eridanus dicitur.
Rhenus Germaniæ Belgas à Germanis ſegregans.
Rubicon Galliæ juxta Ariminum olim dividens Galliam ab Italia.
Rhodanus Galliæ Lugdunum & Avenionem decurrens atque Arelatem, mari Tyrrheno miſcetur.
C Sequana Galliæ Luteciam Pariſiorum circumfluit, vel inſulam facit.
Varus. Hic nunc Galliam ab Italia dividit, antè Rubicon.

De Lacubus.

Benacus Galliæ, unde Mincius fluit.
Larius Galliæ Ciſalpinæ.
Lemanus Galliæ.

De Paludibus.

Paduſe Galliæ à Pado dicta.

De Montibus.

Alpes Galliam Togatam à Comata dividunt.
Pyrenæus Galliam ab Hiſpania dividit.
D *De Gentibus.*
Morini Oceano juncti Europæ.

(a) Arar Galliæ fluvius eſt, non Germaniæ. Sed fortè Vibius deceptus eſt iſto Virgilii verſu:

Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.

(b) Galliæ nimirùm Ciſalpinæ.

(c) Cenſet Valeſius Cyrtam eſſe Araurim fluvium, adeò ut *Cyrta* nomen Græcum ſit, à Maſſilienſibus Agathæ conditoribus impoſitum: Araurim verò nomen antiquum Celtarum.

(d) *L'Oiſe.*

E COSMOGRAPHIA (a) ÆTHICO ADSCRIPTA.

DE GALLIA.

Edit. Lugduni Bat. in 12°. 1685.

EOCEANUS occidentalis habet provincias..... Aquitaniam, Britanniam, Germaniam, Galliam Belgicam, Galliam Brachatam, Galliam Comatam, Galliam Togatam, Galliam Ciſalpinam, Galliam Tranſalpinam. Pag. 37.

Oceanus occidentalis habet famoſa oppida..... Arelatum..... Ambianis, Tungri, Agrippinam, Triverim, Sirmium, Senones, Auguſtodunum, Auguſta Nemetum, Auguſta Taurinorum, Lugdunum, Magonciacum, Viennam, Maſſiliam..... Argentariam, Sauromacum, Nemauſum, Dorocordoros, Amambriam, Sanctones, Lingones, Menapum, Betos, &c. Ibid.

Oceani occidentalis flumina ſunt..... Araris, Rhodanus, Garumna, (b) Geon, Bicornius. Pag. 40.

(a) Multi arbitrantur hanc Coſmographiam temerè Æthico adſcriptam fuiſſe, eamque adſcribendam eſſe Julio Honorio Oratori, ut quidam habent Mſſ. Codd. Et certè excerpta quæ ſub nomine Julii Honorii vulgantur, ex hac Coſmographia deſcripta eſſe videntur.

(b) Fortè per Geonem *Liger* intelligendus.

Digitized by Google

Pag. 41. Fluvius Araris (a) naſcitur à Pœtavione veniens, relicta cauda ortûs ſui: ſtatim ei A fluvius Rhodanus occurrit, & ſimul unum faciunt: in mare ingrediuntur egreſſi Arelatum. Sed hunc, quem fluvium Bicornium diximus, ante conjunctionem Rhodani in ſupernis aliud nomen accepit præter Bicornium: nam in provincia Germania fluvius Rhenus dicitur; alibi, ut diximus, Bicornius; alibi fluvius Araris appellatur. Ita ergo hic fluvius tribus nominibus nuncupatur, cùm ſit unus & dimidius; quod Araris, ut ſuprà diximus, ducit à mari Pœtavionenſi uſque ad mare Tyrrhenum contra inſulas Baleares. Ejus autem medietas habet aculeum pertortuoſum Lugduno, ubi naſcitur. Ubi autem inruit, utrùm in Oceanum occidentis, an in mare Tyrrhenum, in præſente poteſt videri, quia ab aqua ad aquam videtur currere. Pergit millia DCCCLII.

Fluvius Rhodanus naſcitur in medio campo Galliarum, & occurrit ei Bicornius ſuprà dictus curſu merſuque quo diximus.

Fluvius Garumna naſcitur in campis Aquitaniæ; currit millia CCVII. influit Oceano B occidentali.

Pag. 44. Fluvius Geon naſcitur in Galliarum campis; influit Oceano occidentali; currit millia CCCCII.

Oceanus occidentalis habet gentes.... Francos, Alamannos, Toloſates, gentes VIII. populum Narbonenſem, qui ſunt gentes IX.

Fluvius, qui Bicornius dicitur, naſcitur in campis Germaniæ; inundans eandem regionem, à Petabio currit millia CCCCII.

(a) *Arar* è Vogeſo naſcitur, nuſquam dictus *Rhenus*, neque *Bicornius*. Rhenum bicornem dicit Virgilius Æneid. VIII. verſ. 727.

EX ALIA TOTIUS ORBIS DESCRIPTIONE.

Pag. 65. GALLIA Belgica habet ab oriente limitem fluminis Rheni & Germaniam; ab euro C Alpes Penninas; à meridie provinciam Narbonenſem; ab occaſu provinciam Lugdunenſem; à circio Oceanum Britannicum, à ſeptentrione Britanniam inſulam.

Gallia Lugdunenſis ducta per longum eſt, & per anguſtum inflexa: Aquitanicam provinciam ſemicingit: quæ ab oriente habet Belgicam; à meridie partem provinciæ Narbonenſis, qua Arelas civitas ſita eſt, ubi mari Gallico Rhodanus flumen accipitur.

Narbonenſis provincia, pars Galliarum, habet ab oriente Alpes Cottias; ab occidente Hiſpaniam; à circio Aquitaniam; à ſeptentrione Lugdunenſem; ab aquilone Galliam Belgicam; à meridie mare Gallicum, quod eſt inter Sardiniam & inſulas Balearias. Huic ſunt in fronte, quà Rhodanus fluvius in mare exit, inſulæ Stœchades.

Aquitania provincia obliquo curſu Ligeris fluminis, qui ex plurima parte terminus ejus eſt, in orbem agitur. Hæc à circio Oceanum habet, qui Aquitanicus ſinus dicitur; ab occaſu Hiſpanias; à ſeptentrione & oriente Lugdunenſem; ab euro & meridie Narbonenſem provinciam contingit. D

Pag. 67. Britannia Oceani inſula per longum in boream extenditur. Habet à meridie Gallias: cujus proximum littus tranſmeantibus civitas aperit, quæ dicitur Rutubi portus: unde haud procul à Morinis in auſtro poſitos Menapos Batavoſque proſpectant.

EX ITINERARIO (a) ANTONINI AUGUSTI.

Edit. Amſtelodami in fol. 1619.

Ex Itinere à Sirmio per Soppanas Treveros uſque.

Brigantiam	M. P. XXIV.		
Arborē (b) Felicem	M. P. XX.		
E Ad (c) Fines	M. P. XX.		
Vindoniſſam (d),	M. P. XXX.		
Artalbinnum (e)	M. P. XXIV.		
Mont. (f) Briſiacum	M. P. XXX.		

(a) Multi exiſtimant Julio Oratori, vel Æthico hoc Itinerarium eſſe attribuendum, cùm nulli ex Antoninis, ne illi quidem, qui Cæſaris Severi filius fuit, convenire poſſit. In hoc enim Itinerario mentio fit Conſtantinopolis, Maximianopolis, Conſtantinæ, & aliarum urbium, quæ longè poſt Cæſarum illorum tempora hoc nomen adeptæ ſunt. De locis & oppidis jam ſuprà memoratis nihil hic dicemus: omittemus etiam ea quorum ſitus incertus eſt & incognitus.

(b) Nunc oppidum *Arbon*, ad lacum Brigantinum, in pago Tigurino.

(c) Nunc *Pfin an der Thur*. Ita dictus eſt hic locus, quòd eſſet poſitus in confinio Rætiæ & Galliæ Belgicæ, ſeu quòd eſſet finis Rætiæ primæ, & initium Provinciæ Maximæ Sequanorum in Gallia Belgica. *Hadr. Valeſius.*

(d) Nunc Vicus *Vvindiſch*. In Notitia Galliæ civitatum, *Caſtrum Vindoniſſenſe* in Maxima Sequanorum. In Eumenii Panegyrico, Conſtantino dicto, *Vindo* appellatur, & *Campi Vindoni*.

(e) De *Artalbinno*, ſeu *Arialbino*, ut legitur in Tabula Peuting. nihil certi habetur. Quidam volunt *Mulhuſam* Sequanorum eſſe, Cluverius *Baſiliam* interpretatur. Verùm neutra ſententia ſtare nequit.

(f) Caſtrum ad flumen Rhenum, quod hodieque

Digitized by Google

Argentoratum	M. P.	XXXVIII.
Tabernas (a)	M. P.	XIV.
Decem (b) Pagos	M. P.	XX.
Divodurum	M. P.	XX.
* * *	M. P.	XII.
Treveros	M. P.	XVI.

Ex Itinere à Tauruno in Gallias ad Leg. XXX. [Ulpiam] *usque.*

Brigantiam	M. P.	XIV.
Arborem Felicem	M. P.	XX.
Finès	M. P.	XX.
Vitudorum (c)	M. P.	XXII. (d) Leg.
Vindoniſſam	M. P.	XXIV. (e) Leg.
* * * * * * * * * * * * * * * *		
Rauracos	M. P.	XXVII.
Artalbinnum	M. P.	XXVII.
* * * * * * * * * * * * * * * *		
Uruncim	M. P.	XXII. (f) Leg. X.
Montem Briſiacum	M. P.	XXII. Leg. XV.
Elcebum (g)	M. P.	XXVIII. L. XIX.
Argentoratum	M. P.	XXVIII. (h) L. VIII.
Brocomagum	M. P.	XX.
Concordiam (i)	M. P.	XVIII.
Noviomagum (k)	M. P.	XX.
Bingium (l)	M. P.	XXV.
Antunnacum (m)	M. P.	XVII.
A Baudobricam (n)	M. P.	XIX.
Bonnam	M. P.	XXII.
Coloniam Agrippinam	Leg.	
Durnomagum (o)	(p) Leg.	VII. ALA.
Buruncum	Leg.	VII. ALA.
Noveſium (q)	Leg.	V. ALA.
Geldubam	Leg.	IX. ALA.
Calonem (r)	Leg.	IX. ALA.
Vetera Caſtra		
Leg. (ſ) XXX. Ulpia.		
Burginacium (t)	Leg.	VI. ALA.
Harenacium (u)	Leg.	X. ALA.

B *Ex Itinere à Roma Arelatum usque.*

Alpem ſummam		
Cemenelum	M. P.	IX.
Varum flumen	M. P.	VI.
Antipolim	M. P.	X.
Ad Horrea	M. P.	XII.
Forum Juli	M. P.	XVIII.
Forum (x) Voconi	M. P.	XII.
Mautavonium	M. P.	XII.
Ad Turrem	M. P.	XIV.
Tegulatam	M. P.	XVI.
C Aquas Sextias	M. P.	XVI.
Maſſiliam	M. P.	XVIII.
Calcariam	M. P.	XIV.

nomen ſervat *Briſach.* Anonymo Ravennati *Brezecha.*

(a) Vulgò nunc *Elſas-Zabern*, Gallicè *Saverne*, ubi ſedes olim Epiſcopi Argentoratenſis. Anonymo Ravennati *Ziaberna.*

(b) Vulgò nunc *Dieuze* in Lotharingia.

(c) Hodiè oppidum eſt *Winterthur*, in pago Tigurino.

(d) Corrig. *Leg.* XV. id eſt *Legæ* ſeu *Leugæ* XV. Hieronymus Surita, qui hoc Itinerarium edidit, per hanc vocem *Leg.* ſemper intelligit *Legionem*: quod falſum eſſe invictè demonſtrat Bergerius in Hiſtoria Viarum Publicarum Imperii. Milliare Italicum mille paſſibus, Leuca Gallica mille & quingentis conſtabat; adeò ut ſi numeris leucarum Gallicarum addideris mediam partem totius ſummæ, numeros milliarium Italicorum habiturus ſis. v. g. ſi ſunt leucæ XVIII. adde dimidiam partem, id eſt IX. erunt milliaria XXVII.

(e) Corrig. *Leg.* XVI.

(f) Corrig. *Leg.* XV.

(g) In Tabula Peuting. *Helellum* eſt, quod Argentorato diſtat XII. M. P. Infrà etiam in Itinere à Mediolano Magontiacum, ab Elcebo Argentoratum duodecim tantùm millia numerantur.

(h) Corrig. *Leg.* XVIII.

(i) *Concordiæ* meminit Ammianus l. 16. c. 33. eamque munimentum Romanorum eſſe dicit. Hanc Simlerus putat eſſe *Kochersberg*, quod impugnat Cluverius, quòd id oppidum longiùs à Rheno reductum ſit.

(k) *Noviomagus* Nemetum eſt urbs, quæ poſtmodùm dicta eſt *Spira.* Anonymo Ravennati *Sphira.*

(l) *Bingen* nunc vocatur.

(m) In Notitia Imperii *Antonacum*: poſteà *Andernacum* nuncupatum fuit, *Andernach.* Anonymo Ravennati *Antonacha.*

(n) *Boppartum* eſſe creditur. Putat Valeſius malè Baudobricam collocari inter Antunnacum & Bonnam, cùm potiùs Antunnacum ad flumen Rhenum poſitum ſit inter Baudobricam & Bonnam. *Baudobrica* eadem eſt quæ *Bontobrice* Tabulæ Peut. ubi *Bautobrice* legit Cluverius, ut cum Notitiæ Imperii *Bodobriga*, quæ in eodem loco eſt, & quæ inter Bingium & Confluentes collocatur, magis conveniat. Anonymo Ravennati *Bodorecas*, aut *Bederecas.*

(o) *Durnomagus* nunc vicus eſt *Dursmagen*; *Buruncus* verò oppidum *Wuringen.* Obſervat Cellarius malè in Itinerario Durnomagum præponi Buruncо, cùm *Buruncus* Coloniæ propior ſit.

(p) Fortè hæc vox *Ala* à quopiam, qui *leg. legionem* interpretabatur, inſerta eſt, ne una eademque Legio in diverſis locis eſſe videretur. Verum quidem eſt quædam oppida & loca *Legionis* nomine donata fuiſſe: ſed, ut obſervat Bergerius, Legio præter numerale nomen, ferè ſemper proprium habebat, ut in hoc Itinerario, *Legio* I. *Italica*, *Legio* XI. *Adjutrix*, *Legio* XXX. *Ulpia* &c.

(q) *Noveſium* hodie *Nuys* appellatur; *Gelduba* vicus eſt *Gelb* dictus.

(r) *Calonis* veſtigia in vico *Kalenbuſen* oſtendit Cluverius. Simlerus *Calonem* nunc *Gellern* vocari affirmat, Miræus *Cellern* ſcribit.

(ſ) Ex Itinere à Lugduno capite Germaniarum Argentoratum liquet, Legionem XXX. Ulpiam non diverſam eſſe à Colonia Trajana.

(t) *Burginacium* in principio Batavorum fuiſſe neceſſe eſt, quinque millibus à Colonia Trajana. Menſo Altingius interpretatur *Burgum ad aquas*, ſive Teutonicâ voce *Watterburg*, quæ cum Ammiani Quadriburgio aut Vatriburgio concordat.

(u) *Arenacum* à Tacito vocatur; in Tabula Peut. *Arenatium.* Putat Valeſius illud eſſe *Arnheim*: verùm Tabulam Peuting. & Itinerarium Anton. repugnare oſtendit Cellarius, probatque cum Altingio *Harenatium* ab *Arnheimio* per decem millia paſſuum eſſe ſejunctum.

(x) Galli magnopere diſſentiunt in hujus oppidi loco deſignando, ſed paulò ſupra flumen Argenteum fuiſſe, ut obſervat Cellarius, non obſcurum eſſe poteſt ex epiſtola Lepidi Ciceroni 34. lib. 10. *Continuis itineribus ad Forum Voconium veni, & ultrà, caſtra ad flumen Argenteum contra Antonianos feci.* In hoc Itinere Forum Julii diſtat M. P. XII. à Foro Voconii: legendum XXIV. ut habet alter codex, Valeſio teſte: quod conveniet cum numeris quos aſſignat Plancus Epiſtolâ 17. Ciceroni libro 10. *Lepidus ad Forum Voconii caſtra habet, qui locus à Foro Julii quatuor & viginti millia paſſuum abeſt.* Aliorum locorum, *Ad horrea, Mautavonii, ad Turrem*, &c. ſitus incertus.

Digitized by Google

Foſſas Marianas	M. P. XXXIV.
Arelate	M. P. XXXIII.

Iter à Mediolano Arelate per Alpes Cottias M. P. CCCCXI. ſic,

Ticinum	M. P. XXII.
Laumellum	M. P. XXII.
Cottias	M. P. XXIII.
Carbantiam	M. P. XII.
Rigomagum	M. P. XII.
Quadratas	M. P. XVI.
Taurinos	M. P. XXIII.
Fines	M. P. XVIII.
Seguſionem	M. P. XXXIII.
Ad (a) Martis	M. P. XVI.
Brigantionem	M. P. XXIV.
Rame	M. P. XIX.
Eburodunum (b)	M. P. XVIII.
* * * * * * * * * * * * * * * * *	
Caturigas	M. P. XVII.
Vapincum	M. P. XII.
Alabontem (c)	M. P. XVIII.
* * * * * * * * * * * * * * * * *	
Seguſteronem (d)	M. P. XVI.
Alaunium	M. P. XXIV.
Catolucam	M. P. XVI.
Aptam (e) Juliam	M. P. XV.
Fines	M. P. XVI.
Cabellionem	M. P. XII.
Glanum	M. P. XVI.
Ernaginum	M. P. XII.
Arelate	M. P. VII.

Iter à Mediolano per Alpes Graias Viennam M. P. CCCVIII. ſic,

Novariam	M. P. XXXIII.
Vercellas	M. P. XVI.
Eporædiam	M. P. XXXIII.
Vitricium	M. P. XXI.
Auguſtam Prætoriam	M. P. XXV.
Arebrigium (f)	M. P. XXV.
Bergintrum	M. P. XXIV.
Darantaſiam	M. P. XIX.
A Oblimum	M. P. XIII.
Ad Publicanos	M. P. III.
Mantanam	M. P. XVI.
Lemincum	M. P. XVI.
Labiſconem	M. P. XIV.
Auguſtum	M. P. XIV.
Berguſiam	M. P. XVI.
Viennam	M. P. XX.

Iter à Mediolano per Alpes Graias Argentoratum M. P. DLXXVI. ſic,

Ticinum	M. P. XXII.
B Laumellum	M. P. XXII.
Vercellas	M. P. XVI.
Eporædiam	M. P. XXXIII.
Vitricium	M. P. XXI.
Auguſtam Prætoriam	M. P. XXV.
Arebrigium	M. P. XXV.
Bergintrum	M. P. XXIV.
Daratanſiam	M. P. XVIII.
Caſuariam (g)	M. P. XXIV.
Bautas	M. P. XVIII.
Cenabum (h)	M. P. XXV.
Equeſtrim	M. P. XVII.
C Lacum (i) Lauſonium	M. P. XX.
Urbam (k)	M. P. XVIII.
Arioricam	M. P. XXIV.
Viſontionem	M. P. XVI.
Velatudurum	M. P. XXII.
Epamantudurum (l)	M. P. XC.
Gramatum	M. P. XIX.
Largam	M. P. XXV.
Uruncim	M. P. XVIII.
Montem Briſiacum	M. P. XXIV.
Elcebum (m)	M. P. XXV.
Argentoratum	M. P. XXX.

Iter à Mediolano per Alpes Penninas Magontiacum M. P. CCCCXIX. ſic,

Novariam	M. P. XXXIII.
Vercellas	M. P. XVI.
Eporædiam	M. P. XXXIII.
Vitricium	M. P. XXI.

D

(a) In Itiner. Burdigal. *Ad Marte* ; in Tab. Peut. *Martis*. Ammianus l. 15. c. 10. *Martis ſtationem* dixit. *Brigantio* nunc oppidum *Briançon* in Delphinatu. *Rame*, in Tab. Peut. *Rama*, vicus eſt qui hodieque nomen ſervat, vocaturque *Rame*.

(b) *Eburodunum* hodie *Embrun*. *Catorigæ*, in Tab. Peut. *Catorigomagus*, nunc parvum oppidum *Chorges* dictum. *Vapincum* Tricoriis tribuit Valeſius, vulgò *Gap*.

(c) *Alabonte*, infrà *Alamonte* ; in Tab. Peut. *Alarante*, nunc *Talart*.

(d) *Seguſtero* hodie *Siſteron*, ad Druentiam ſitum oppidum, quod Meminis adſcribit Brietius.

(e) *Aptam Juliam* Vulgientibus aſſignat Plinius. Hujus ſitus ex ſervato nomine *Apt* non ignotus eſt. Aptæ meminit Sidonius l. 9. Epiſt. 9. *Cùm Reios advenerant, qui tunc Aptæ fuiſtis, aptiſſimè defuiſtis.*

(f) *Arebrigium* nunc dici *Burg de la Duila*, *Bergintrum* verò *Sentron* tradit Simlerus. Oppidis Darantaſiam inter & Viennam vix certus locus aſſignari poteſt. *Lemincum* quibuſdam eſt *Chamberi* Sabaudiæ.

(g) *Caſuariam* idem Simlerus *Solame in Fouſſigni* exponit, *Bautas* verò *Bonne*.

(h) In Cod. Mſ. *Cenavam*, ut notat Valeſius. In Tabula Peut. *Genava*, quæ ab Equeſtri tantùm diſtat XII. M. paſſuum. Hinc corrigendum cenſet Cellarius numerum Itinerarii XVII. ſublato V. quinarii ſigno, cùm Geneva quatuor tantùm leucis ſeu XII. millibus abſit ab oppido Noioduno *Nion* ; quod nomen poſteà Coloniæ Equeſtri datum eſt.

(i) Ipſa Urbs *Lauſanna* eſt, *Lauſanne*. In Tabula Peuting. *Lacus Loſanne*, diſtans ab Equeſtri XIII. millibus.

(k) Oppidum eſt Helvetiorum juxta fluvium cognominem, quod hodieque nomen retinet, *Orbe*, à quo Pagus Urbigenus nomen accepit.

(l) Infrà in Itinere ab Antematunno Cambatem, *Epamanduodurum* : in Tabula Peut. *Epomandua*. Nunc vicus eſt poſitus ad ripam Dubis fluvii, non procul à Caſtro Piligarda, vulgò *Mandeurre* dictus.

(m) Suprà in Itinere à Taurunno in Gallias *Elcebus* ab Argentorato abeſt M. P. XXVIII. Infrà in Itinere à Mediolano Magontiacum, duodecim duntaxat paſſuum millibus.

Auguſtam

Digitized by Google

Auguſtam Prætoriam	M. P. XXV.
Summum Penninum	M. P. XXV.
Octodurum (a)	M. P. XXV.
Tarnadas	M. P. XII.
Pennelocos (b)	M. P. XIII.
Ubiſcum (c)	M. P. IX.
Minnidunum (d)	M. P. VI.
Aventicum Helvetiorum	M. P. XIII.
Peneſticam (e)	M. P. XIII.
Salodurum	M. P. X.
Auguſtam Rauracûm	M. P. XXII.
Cambetem (f)	M. P. XII.
Stabula	M. P. VI.
Argentovariam	M. P. XVIII.
Elcebum	M. P. VI.
Argentoratum	M. P. XII.
Saletionem (g)	M. P. VII.
Tabernas (h)	M. P. XIII.
Noviomagum	M. P. XI.
Borbitomagum	M. P. XIV.
Bauconicam (i)	M. P. XIII.
Maguntiacum	M. P. XI.
A Mediolano per Alpes Cottias Viennam	M. P. CCCCIX.
Inde (k) *Durocortorum*	M. P. CCCXXII.
Quæ ſunt Leugæ	CCXXI.
Inde Geſſoriacum	M. P. CLXXIV.
Quæ ſunt Leugæ ſic,	CXVI.
Ticinum	M. P. XXII.
Laumellum	M. P. XXII.
Rigomagum	M. P. XXXVI.
Quadratas	M. P. XVI.
A Taurinos	M. P. XXI.
Ad Fines	M. P. XVI.
Seguſionem	M. P. XXIV.
Ad Martis	M. P. XVI.
Brigantionem	M. P. XIX.
Rame	M. P. XVIII.
Eburodunum	M. P. XVII.
Caturigas	M. P. XVI.
Vapincum	M. P. XXI
Montem (l) Seleucum	M. P. XXIV.
Lucum	M. P. XXVI.
Deam Vocontiorum	M. P. XII.
B Auguſtam	M. P. XXIII.
Valentiam	M. P. XXII.
Urſolim (m)	M. P. XXII.
Viennam	M. P. XXVI.
Lugdunum	M. P. XXIII.
Aut per compendium,	
Aſſa (n) Paulini	M. P. XV. Leg. X.
Lunnam	M. P. XV. Leg. X.
Matiſconem	M. P. XV. Leg. X.
Tinurtium (o)	M. P. XIX. Leg. XIII.
Cabellionem	M. P. XXI. Leg. XIV.
Auguſtodunum	M. P. XXXIII. Le. XXII.
C Sidolocum (p)	M. P. XXVII. Le. XVIII.
Aballonem	M. P. XXIV. Leg. XVI.
Auteſiodorum	M. P. XXXIII. Le. XXII.
Eburobrincam (q)	M. P. XVIII. Leg. XII.
Tricaſes	M. P. XXXIII. Le. XXII.
Artiacam	M. P. XVIII. Leg. XII.
Durocatelaunos (r)	M. P. XXXIII. Le. XXII.
Durocortorum	M. P. XXVII. Le. XVIII.
Sueſſonas	M. P. XXXVII. Le. XXV.

(a) *Octodurus* magnus vicus erat Veragrorum, ut refert Cæſar l. 3. de Bel. Gal. c. 1. Nunc oppidum *Martigny*. *Tarnadas*, vel *Tarnaias*, ut in Tab. Peut. Anonymo Ravennati *Tarouas*, Cluverius & Simlerus habent pro Agauno, nunc *S. Maurice*.

(b) *Pennolucos* appellat Tabula Peuting. Anonymo Ravennati *Pennolocus*. Simlerus ait forſitan eſſe *Nuwenſtatt*, Gallis *Ville-Neuve*.

(c) *Bibiſcum* legit Valeſius, nuncque dici ait *Vivis*, oppidum ad lacum Lemanum. *Viviſcum* appellat Tabula Peuting. *Bibiſcon* Anon. Ravennas.

(d) In Tab. Peut. *Minodum*, quod videtur eſſe *Milden*, Gallis *Mouldon*.

(e) In eadem Tabula *Peteniſca*, quam Cluverius cenſet oppidum eſſe *Biel*.

(f) Nunc vulgò dicitur *Caemps* aut *Kemps*.

(g) Saletio idem videtur eſſe ac Saliſo Ammiani lib. 16. c. 3. ſed diverſus à Saliſſone Antonini, Itinere à Treveris Argentoratum. Saletio nunc oppidum eſt *Seltz* ad exitum cognominis amniculi. In hoc Itinere *Argentoratum* & *Saletio* proximè, ſeptem duntaxat millium intervallo conjunguntur: quod falſum putat Cellarius, vultque quædam excidiſſe loca, *Brocomagum* nempe & *Concordiam*. Et certè in Tabula Peuting. hæc duo oppida à ſe invicem diſtant XXV. M. paſſuum.

(h) Hæ Nemetum Tabernæ Rhenanæ, vulgò *Rhein-Zabern*, diſtinguendæ ſunt à Tabernis Tribocorum, de quibus ſuprà in Itinere à Sirmio Treveros.

(i) In Tabula Peut. *Bonconica* vocatur, quæ etiam inter Magontiacum & Borgetomagum collocatur. Nunc *Oppenheim* dicitur, locus ad Rhenum non ignobilis.

(k) Perperam edidit Hieronymus Surita; *Inde Durocortorum, quæ fuit leg.* XX. M. P. CCCCXXII. *Inde Geſſoriacum, quæ fuit leg.* XX. M. P. CLXXIV. In Regio Exemplari; *Inde Durocontoro* M. P. CCC. XXX. *quæ fiunt leugas* M. P. CCXX. *Geſſoriaco* M. P. CCCXXIV. *quæ fiunt legæ* CXX. In Blandiniano; *Inde Durocortoro* M. P. CCCXXXII. *quæ fiunt leugas* M. P. CCXXI. *Inde Geſſoriaco* M. P. CLXXIV. *quæ fiunt leugas* CXVI. *ſic*. In Neapolitano; *Induro Cortoro* M. P. CCCXXXII. *quæ fiunt leg.* M. P. CCXXI. *Inde Soſoriaco* M. P. CLXXIV. *quæ fiunt leug.* CXVI. *ſic*. In Longoliano; *Inde Durocordorum* M. P. CCCXXXII. *quæ fiunt leugæ* M. P. CCXXI. *Inde Geſoriaco* M. P. CLXXIV. *quæ fiunt leugæ* CXVI. In Codice Thuaneo; *Inde Durocortoro* M. P. CCCXXXII. *quæ fiunt leugas* CCXXXI. *Inde Goſoriaco*, M. P. CLXXIII. *quæ fiunt leugas* M. P. CXVI.

(l) Valeſio eſt locus vulgò dictus, *Monſaleon*.

(m) Eidem eſt *Rouſſillon*, locus in Delfinatu prope Rhodanum.

(n) Idem *Anſam* poſtea dictam fuiſſe aſſerit, hodie *Anſe*, non procul ab Arari atque Lugduno; putatque *Lunnam*, in Tab. Peut. *Ludnam*, nunc eſſe vel Bellumjocum *Beaujeu*, vel Bellamvillam *Belleville*, utrumque ad Arderiam amnem inter Anſam & Matiſconem.

(o) Nunc *Tournus* vocatur. In Tabula Peut. *Tenurcium*.

(p) Sidolocum, in Tab. Peut. Sidotocum *Saulieu*; Aballo *Avalon*; Auteſiodorum, in Tabula Auteſſiodurum *Auxerre*, nunc dicuntur.

(q) In Cod. Thuaneo, *Eburobrica*; in Tabula Peut. *Eburobriga*, nunc *Brinon* vel *Brignon*: Tricaſſes *Troies*; Artiaca *Arci-ſur-Aube*.

(r) Primus Catalaunorum meminit Eumenius rhetor, panegyrico Conſtantini c. 4. Hoc nomen commune fuit genti & oppido, quod hodie *Châlons* appellatur. Cenſet Cellarius in hac voce *Durocatelaunos* additamentum *Duro* ex ſequenti vocabulo *Durocortorum* ad *Catelaunos*, errore deſcribentis, potuiſſe retrahi.

Digitized by Google

Noviomagum (a)	M. P. XXVII.	Le. XVIII.
Ambianos	M. P. XXXIV.	Le. XXIII.
Pontes (b)	M. P. XXXVI.	Le. XXIV.
Geſſoriacum	M. P. XXXIX.	L. XXV.

Iter à Durocortoro Divodurum uſque M. P. LXII. ſic,

Baſilia (c)	M. P. X.
Axuenam	M. P. XII.
Virodunum (d)	M. P. XVII.
Fines	M. P. VIII.
Ibliodurum	M. P. VI.
Divodurum	M. P. VIII.

Alio itinere à Durocortoro Divodurum uſque M. P. LXXXVII. ſic,

Fanum Minervæ	M. P. XIV.
Ariolam	M. P. XVI.
Caturigas	M. P. IX.
Naſium	M. P. IX.
Tullum	M. P. XVI.
Scarponam (e)	M. P. X.
Divodurum	M. P. XII.

Iter à Durocortoro Treveros uſque.

Vungum (f) Vicum	Leg. XXII.
Epoiſſum	Leg. XXII.
Orolaunum Vicum	Leg. XX.
Andethannale Vicum	Leg. XV.
Treveros Civit.	Leg. XV.

Ab Auguſtoduno Lutetiam Pariſiorum M. P. CLXXXVII. ſic,

Aliſincum (g)	M. P. XXII.
Decetiam	M. P. XXIV.
Nevirnum	M. P. XVI.
Condate	M. P. XXIV.
Brivodurum	M. P. XVI.
A Belca	M. P. XV.
Cenabum	M. P. XXII.
Salioclitam (h)	M. P. XXIV.
Lutetiam	M. P. XXIV.

A Lugduno capite Germaniarum Argentoratum M. P. CCCXXV. ſic,

Albinianas (i)	M. P. X.
Trajectum	M. P. XVII.
Mannaricium (k)	M. P. XXV.
Carvonem	M. P. XXII.
Harenacium	M. P. XXII.
B Burginacium	M. P. VI
Coloniam Trajanam	M. P. V.
Vetera	M. P. I.
Calonem	M. P. XVIII.
Noveſium	M. P. XVIII.
Coloniam Agrippinam	M. P. XVI.
Bonnam	M. P. XI.
Autunnacum	M. P. XVII.
Confluentes (l)	M. P. IX.
Vincum (m)	M. P. XXVI.
Noviomagum (n)	M. P. XXXVII.
Treveros	M. P. XIII.
C Divodurum	M. P. XXXIV.
Pontem (o) Sarvix	M. P. XXIV.
Argentoratum	M. P. XXII.

A Treveris Agrippinam. ſic,

Bedam (p) Vicum	Leg. XII.
Auſavam Vicum	Leg. XII.
Egorigium (q) Vicum	Leg. XII.
Marcomagum (r)	Leg VIII.
* * * * * * * * * * * * * * * * * *	
Belgicam (ſ)	Leg. VIII.
Tolbiacum Vicum Supenorum.	Leg. X.
Agrippinam Civit.	Leg. XVI.

(a) Hoc oppidum *Noviomum* poſtea dictum, nunc *Noion.*

(b) Hos *Pontes* interpretatur Cluverius *Pont à Selane*, aliàs *Pont Aſſelane*, ad oſtium Alteiæ fluminis; tractumque illum inter hunc amnem & Samaram à *Pontibus* illis dici putat *le Pontieu*, ſeu *Pagum Pontivum.*

(c) *Baſiliam* Valeſius arbitratur eſſe vicum *Albam ripam* ad *Supiam*; *Axuenam* verò oppidum S. Manechildis, vulgò *Sainte Menehoult*, ad Albæ & Axonæ confluentem. In quibuſdam exemplaribus *Auxuenna vocatur*; in Tabula Peut. *Auxenna.*

(d) *Virodunum*, in Tabula Peut. *Vironum*, nunc oppidum *Verdun* ad Moſam ſitum. De *Finibus* & *Iblioduro* nihil eſt quod dicatur.

(e) Hodie vicus eſt *Charpeigne* ad Moſellam. Anonymo Ravennati *Scarbona.*

(f) *Vungus vicus* nunc eſt *Vouzi*, locus ad Axonam poſitus: *Epoiſſus* Gallis eſt *Ivoi*, Germanis *Ipſch* in finibus Luzelburgicis; *Orolaunum* nunc vulgò dicitur *Arlon*; *Andethannale* verò *Echternarch.*

(g) Aliſincum nunc *Aniſi*; Decetia *Deſize*; Nivernum *Nevers*, quod & *Noviodunum Æduorum oppidum* dicitur à Cæſare l. 7. c. 55. Condate nunc *Coſne* ad Ligerim; Brivodurum *Briare*, ſic dictum videtur à *Briva* ſeu ponte quem habet ad Ligerim. *Belea* quid ſit ignoratur: ſic etiam vocatur in Tab. Peut.

(h) *Salioclita* Valeſio eſt *Stampæ*, *Eſtampes*, vel *Villa Saclitæ*, *Sarclé* ſuper fluvio Junna.

(i) *Albinianæ* ſunt Simlero & Cluverio *Alfen* vel *Alpen* vicus ignobilis. *Trajectus* nunc *Utrecht* vocatur.

(k) *Mannaricium* Valeſio & aliis eſt vicus *Maurick* ad ſiniſtram Leccæ ripam, *Carvo* verò *Grave* ad ſiniſtram Moſæ ripam. Utrumque negat Cellarius, quia & vicus *Maurick* longiùs à via recedit, nullaque ibi ſuperſunt antiquitatis Romanæ ſigna; & *Carvonem* Itineraria in Rheni tractu & inſula Batavorum referunt, non ad Moſam, cui *Grave* adjacet.

Ταυρόεις, πόλις Κελτικὴ, Μασσαλιητῶν ἄποικος. οἱ πολῖται, Ταυροέντιοι. Απολλόδωρος ἐν πρώτῳ γεωγραφουμένων φησὶν, ὅτι Ταυροφόρος ἦν ἡ ναῦς, ἡ διακομίσασα τοὺς τὴν πόλιν κτίσαντας, οἳ ἀπορριφέντες ἀπὸ τοῦ στόλου τῶν Φωκαέων, καὶ προσενεχθέντες αὐτόθι, ἀπὸ τοῦ ἐπισήμου τῆς νεὼς τὴν πόλιν ὠνόμασαν.

B Τεκτόσαξ, ὡς Ατραξ, Ασφαξ. Τεκτόσαγες, ἔθνος Γαλατικόν. εὕρηται Τεκτοσάγης εὐθεῖα, καὶ Τεκτοσάγαι.

Τολιστόβιοι, ἔθνος Γαλατῶν ἑσπερίων, μετοικησάντων ἐκ τῆς Κελτογαλατίας ἐς Βιθυνίαν. Ερατοσθένης δ' ἐν πρώτῳ Γαλατικῶν Τολιστοβωγίους αὐτούς φησι.

Τρανσαλπῖνοι, ἔθνη Κελτῶν πέραν τῶν Αλπεων.

C Τραυσοὶ, (b) πόλις Κελτῶν.

Τροϊζὴν.... ἔστι καὶ ἄλλη Τροϊζὴν ἐν Μασσαλίᾳ (c) τῆς Ιταλίας, ἣν Χάραξ Τροϊζηνίδα χώραν φησί.

Τρόκμοι, ἔθνος Γαλατικόν. ἐκαλοῦντο δὲ καὶ Τροκμηνοί.

Φαβία, (d) πόλις Κελτογαλατῶν, κτίσμα Φαβίου στρατηγοῦ Ρωμαίων. Απολλόδωρος ἐν δευτέρῳ Χρονικῶν.

D Φράγγοι, (e) ἔθνος Ιταλίας τῶν Αλπεων ὀρῶν ἐγγύς. Παρθένιος ὁ Φωκαεὺς πρώτῳ.

Φρυγία, δύο χώραι.... τῆς ἄλλης μέρος οἱ Γαλάται κατέσχον.

(a) Dicitur à Ptolemæo *Sena Gallica*, qui eam collocat in Italia, & Senonibus adscribit.

(b) *Trausi* fuere gens Thraciæ, non urbs Celtarum: ideo legendum putat Thomas de Pinedo, Τραυσοὶ, ἔθνος Θρᾳκῶν: Holstenius verò, πόλις Γετῶν.

(c) Hadr. Valesius emendandum censet, τῆς Γαλλίας, pro τῆς Ιταλίας, & *Troëzena* interpretatur *Trez*, locum inter Massiliam & Aquas Sextias medium.

(d) Hanc urbem esse factam ex Græcorum farina asserit Th. de Pinedo, cùm non sit verisimile scriptores Latinos id siluisse.

(e) *Franci* imperitè trans Alpes in Italiam ex Germania transferuntur. Cl. Salmasius pro Ιταλίας legit Γαλλίας; sed necdum eo tempore Franci in Galliam transierant.

Digitized by Google

A

EX (a) COSMOGRAPHIA RAVENNATIS ANONYMI.

Edit. Pariſus in 8°. 1688.

EX LIBRO PRIMO.

UNDECIMA ut hora diei Vaſconum eſt patria, quæ antiquitus Aquitania dicebatur. Sect. 3.

Prima nt hora noctis Germanorum patria eſt, quæ modò à Francis dominatur. Sect. 11.

Quartus Colſus Gallicus, qui inchoatur à civitate Regio, & remigatur juxta litus Sect. 17.
B maris ſpatioſiſſimæ nobiliſque Italiæ, circuiens à Marſilia Septimaniæ per totam Hiſpaniam uſque ad fretum, quod ſuprà diximus, Septem-Gaditanum.

EX LIBRO IV.

QUÆ Dania modò (b) Nordmannorum dicitur patria. Sect. 13.

Iterum ad frontem ejuſdem Frigonum patriæ, quomodo, verbi gratia, ut di- Sect. 24.
camus ad terram ſpatioſam, ponitur patria, quæ dicitur Francia Rhinenſis, quæ antiquitus Gallia Belgitia Alobrites dicitur. Quam patriam plurimi deſcripſerunt philoſophi; ex quibus ego legi prænominatos Anaridum & Eldebaldum atque Marcomirum Gothorum philoſophos: ſed non æqualiter præfatam deſignaverunt patriam; ſed alius dixit aliter, alius verò alio modo: ſed ego ſecundùm præfatum Anaridum
C Gothorum philoſophum, inferiùs dictas civitates præfatæ Francorum patriæ nominavi. In qua patria plurimas fuiſſe civitates legimus, ex quibus aliquantas nominare volumus: id eſt juxta fluvium Rhenum, civitatem quæ dicitur Maguntia, (c) Bigum, (d) Boderecas, (e) Boſagnia, Confluentes, Anternacha, Rigomagus, Bonnæ, Colonia Agrippina, (f) Rongo, Serima, Noveſio, Trepitia, Aſcibugio, Beurtina, Traja, Noita, Coadulfaveris, Evitano, Fletione, (g) Matellione. Sunt & aliæ multæ civitates ante præfatam Maguntiam, juxta ipſum fluvium Rhenum ſitæ: ſed dum ipſe Rhenus per Almanorum venit terram, ideo non Francorum patrias nominavi. Tranſeunt autem plurima flumina, inter quæ fluvius maximus, qui dicitur Rhenus, qui egreditur de loco qui dicitur (h) Rauſa Confitio. Ingreditur verò ipſe Rhenus in mare Oceanum, ſub (i) Doroſtate Frigonum patria. In qua Francorum patria plurima [tranſeunt flumina] id eſt (k) Logna, Nida, Dubra, Movit, Rura, Inda, Arnefa.

D In qua patria [Alamanorum] plurimas fuiſſe civitates legimus, ex quibus aliquan- Sect. 26.
tas deſignare volumus, id eſt (l) Ligonas, Bizuntia, Nantes, Mandroda. Item juxta ſupraſcriptum Rhenum ſunt civitates, id eſt (m) Gormetia, quæ confinalis cùm prænominata Maguntia civitate Francorum, item civitate Altripe, Sphira, Porca, Argentaria, quæ modò Stratiſburgo dicitur, (n) Brececha, Bazela, Auguſta, Carſtena, Caſſangita, Wrcacha, Conſtantia, Rugium, Bodungo, Arbore-felix, Bracantia. Item juxta ſupraſcriptam civitatem Stratiſburgo, id eſt civitas quæ dicitur Alaia, Choruſt, Ziaberna, Frincina, Aon, Laguirion, Brara, Albiſi, Ziurichi, Duebon, Crino, Stafulon, Cariolon, Theodoricopolis, Vermegaton. Item ad aliam partem ſunt civitates, id eſt Auguſta nova, Rizinis, Turigoberga, Aſcis, Aſcapha, Uburzis,

(a) Hujus auctorem Coſmographiæ D. Placidus Porcheron, qui eum primus publicavit, Anonymum Ravennatem appellat, quia & nomen ejus ignotum, & Ravennæ natus eſt. Idem aſſerit probatque non contemnendis argumentis hunc auctorem ſæculo ſeptimo floruiſſe, ſed Galliæ deſcriptiones mutuatum eſſe ab Athanarido aliiſque, qui ipſis Franciæ Monarchiæ principiis ſcribebant. Anonymi noſtri aſpera, barbara & inculta dictio; locorum nomina in recto nonnunquam, ſæpius in flexis caſibus exponit; id quod forſitan ex eo eſt ortum, quòd ſcriptores, quibus utebatur, milliaria ſupputaverint.

(b) Codex Urbinas Vaticanæ Bibliothecæ n. 678. habet, *Nordomannorum*.

(c) Codex Vatic. *Bingum*, aliis *Bingium*.

(d) Cod. Vatic. *Bodorecas*. Nunc *Boppart*.

(e) Cod. Vatic. *Boſalvia*. Peut. Tab. *Voſavia*.

(f) Cod. Vatic. *Rungon*. Itiner. Anton. *Burancum*.

(g) Tabula Peuting. *Matilo*.

(h) Cod. Vatic. *Rauſaconſitio*. Ab Adula monte dicitur ab antiquis fluvius Rhenus egredi.

(i) *Doreſtadum*, aliis *Doreſtatus* Batavorum vetus oppidum fuit. *Dorſtad* vicus famoſus vocatur in vita ſancti Gregorii Abbatis Trajectenſis. Hìc *Doroſtatis* nomen nequaquam pro ſingulari oppido, ſed pro patria ſeu regione uſurpatur.

(k) *Logna*, fortè *Ligno*, *Loignon*, Comitatûs Burgundiæ fluvius. *Nida*, *le Nied François*. *Dubra*, Tab. Peut. *Dubris*, *le Doux*. *Movit* fortè *Moſa*. *Rura* vulgò *Roër*. *Inda* fluvius à quo *Indenſe* Monaſterium, vulgò *S. Cornelis-Munſter* prope Aquiſgranum.

(l) Quid Lingonibus & Biſuntinis cum Alamanorum gente?

(m) *Gormetia*, nunc *Vormes*.

(n) Cod. Vatic. *Brezecha*, nunc *Briſach*; *Bazela* hodie *Baſle*. *Auguſta* Rauracorum ſcilicet, *Augſt*.

Digitized by Google

Soliſt ex Alimanorum patria .... delo Francia Rhenenſe nominavimus, ſunt civitates, A
id eſt (a) Naſaga, (b) Dinantis, (c) Oin, Namon, Neonſigo, Trega. Item juxta prænominatum fluvium Moſela, quam Franciam Rhinenſem nominavimus, ſunt civitates, id eſt Tulla, Scarbona, Mecuſa, Gannia, (d) Treoris, Nobia, (e) Princaſtellum, Cardena, Conbulantia. Item ſunt civitates in ipſa patria, juxta fluvium quem inferiùs nominare volumus, qui dicitur (f) Lega, id eſt, Balidos, Martialis, Agrilia, (g) Dizezeia, (h) Imbernis, Heliodorum, Arculla, Aurelianis, Blezis, Bodonias, Toronis, quæ confinatur cum prænominata civitate, quam prædiximus Pocellis pertinere jam ad Germanorum patriam. Item eſt patria, juxta fluvium qui dicitur (i) Egona, id eſt Etifitiodorum. Per quam Galliam tranſeunt plurima flumina, inter cætera quæ dicuntur (k) Saruba, Bleza, Nida, (l) Arſena, Maderna, Cappis, Albis, Egona, Siguna, Sumena, Lege, Scaldea, (m) Catalumis, Campania. Item juxta prælatam Galliam Belgicam (n) Alobroges, ponitur patria, quæ dicitur Bur- B
gundia, quam Burgundiam ſecundam eſſe legimus Galliam. Quam Burgundiam plurimi deſcripſerunt philoſophi, ex quibus ego legi multoties dictos Caſtorium & Lolianum atque Arbitionem Romanorum philoſophos, ſed non æqualiter, alius verò alio modo. Ego autem, ſecundùm prænominatum Caſtorium Romanorum philoſophum, inferiùs dictas civitates ejuſdem Burgundiæ nominavi. In qua præfata Burgundia plurimas fuiſſe civitates legimus, ex quibus aliquantas nominare volumus, id eſt, juxta fluvium Rhodani poſitæ fuerunt civitates, id eſt Octodorus, Tarouas, Pennolocus, Bibiſcon, Lauſonna, Equeſtris, (o) Genua, Condate, Tenuſilay. Item juxta ſupraſcriptam civitatem Genua eſt quæ dicitur Obelonon, Dibialimon, Bidana, Matiſcum, Lucdonon Secuſianorum, (p) Aquæ, Sicutmageon, Ribiſion, Condate, Andereton, (q) Ugurnon quæ confinatur cum Arelaton civitate provinciæ Septimaniæ. Item ſunt civitates in ipſa Burgundia ad aliam partem, ex quibus aliquantas nomi- C
nare volumus, id eſt (r) Catabolon, Breniton, Aximan, Daratatia, Obelonon, Publicanos, Mantala, Levinum, Laviſcone, Auguſton, Birguſia, Benna, Ficlinis, Genua, Valentia, Vatiana, Acunon, Bonomago, Aruſione, Abinnione, Araſcone.

Sect. 27. Item ad aliam partem in ipſa Burgundia regione fuerunt civitates, id eſt (ſ) Alcacothin, Brincatione, Rama, Ebruduno, Canduribagus, Idolimus, Bapincæ, Boccombri, Cantinomagus, Foro, Antes, Gemina. Item fuerunt civitates in ipſa Burgundia, ad aliam partem, id eſt juxta prælatam civitatem Canduribagus, eſt civitas quæ dicitur Sanatione, Durotingo, Metrozelon, Cantouriſa, Fines, (t) Curarone, Maurogena, Urdonno, Luco, Bococilon, Auguſton. Item ad aliam partem in ipſa Burgundia ſunt civitates, id eſt, Gabilona, Augunon, Ugenon. Item juxta fluvium Duba Burgundiæ ſunt civitates, id eſt Beſuntius Mandroda, Portin. Per quam Burgundiam tranſeunt plurima flumina, inter cetera fluvius, qui dicitur Rhodanus Lau- D
ſonenſis, in quo Rhodano ingrediuntur flumina, id eſt Duba, Sagana, Izera, Arab. Qui ſupraſcriptus fluvius Rhodanus ingreditur in mare Gallicum, ſubtus prælatam civitatem Arelaton.

Sect. 28. Item juxta præfatam Burgundiam, proxima mari Gallico eſt patria, quæ dicitur provincia Septimania: quam prænominatam Septimaniam deſcripſerunt Philoſophi, qui ſuperiùs dictam Burgundiam deſcripſerunt: ipſi & eamdem deſignaverunt. Sed ego, ſecundùm ſupraſcriptum Caſtorium, inferiùs dictas civitates ejuſdem Septimaniæ provinciæ nominavi. In (u) Septimania plurimas fuiſſe civitates legimus, ex quibus

(a) *Naſaga* fortè *Naſonacum* vicus in Arduenna, *Naſſoin* vel *Naſſogne*.
(b) Cod. Vatic. *Dionantis*. Deonanti fit mentio in Capitularibus Caroli Calvi. Oppidum eſt ad dextrum Moſam, vulgò dictum *Dinant*.
(c) *Oin* D. Placidus Porcheron *Hoium* interpretatur oppidum ad Moſam, vulgò *Huy*: *Namon* verò *Namurcum*, hodie *Namur*.
(d) *Treoris*, *Nobia*. His verbis *Treviros* & *Noviomagum* intelligit D. Pl. Porcheron.
(e) *Princaſtellum* hodie *Bernecaſtel* urbs ad Moſellam; *Cardena* nunc vicus *Caërden* dictus ad eumdem fluvium.
(f) Ligerim intelligit D. Porcheron.
(g) *Dizezeia*. Itiner. Anton. *Decetia*, *Deſize*.
(h) *Imbernis*, *Heliodorum*. Legendum putat D. Porcheron *Nibernis Æduorum*, *Nevers*.
(i) *Egona* fluvius eſt *Icauna l'Ionne*, juxta quem *Autiſſiodorum*, quod hic corruptè *Etifitiodorum*.
(k) Saruba, ſeu potiùs Saraba aut Sarava, *la Saare*. Bleſa *Bliets*. Nida *le Nied Alleman*.
(l) Arſena, Cod. Vatic. Aſſena, *l'Aiſne*. Maderna ſeu Materna *la Marne*. Albis *l'Aube*. Siguna *la Seine*. Sumena *la Somme*. Lege, ſeu Legia *le Lis*. Scaldea *l'Eſcaud*.
(m) *Catalumis*, *Campania*, Cod. Vatic. *Catalannis Campaniæ*.
(n) Cod. Vatic. *Aſobrites*. Suprà ſect. 24. *Alobrites*.
(o) Geneva eſt, *Genéve*. Condate *Chana*.
(p) In Tab. Peut. *Aquæ Segete*, *Icidmagum*, *Reveſſio*.
(q) Cod. Vatic. *Ugernon*.
(r) Vide Tabulam Peuting. ubi eadem fere nomina reperiuntur.
(ſ) Lege *Alpem Cottiam*, vel *in Alpe Cottia*, ut in Tab. Peuting.
(t) Leg. *Cularone*.
(u) Hinc probatur contra Hon. Bouche, intra Septimaniæ fines olim concluſam fuiſſe Provinciam.

aliquantas

A aliquantas deſignare volumus, id eſt (a) Ponvinæ, Scarpiana, Nicea, Melaconditia, Antipolis, (b) Orea, Foro Divi Julii, Foro Boconi, Teloni, Patavi, Carcarium, Tegulitia, Aquis Sextis, (c) Maxilia, Solarium, Calcaria, Adviceſimum, Colonia Maritima, Foſſis Marianis, Arelaton, Nemaus, Megalona, Agathe, Beteroris, Narbone, Ruſcilone, Carcaſona, Caucholiberi.

Item litus maris juxta ſupraſcriptam civitatem, quæ dicitur (d) Foſſis Marianis, eſt civitas quæ dicitur Calum.

Item civitas Latara, Seſtantione, (e) Agæ Convenarum, Burrea, Abate, Ruſino, Agæ Calidæ. Per quam Septimaniam provinciam tranſeunt plurima flumina; inter cetera, quæ dicuntur (f) Orobs & Edas qui ingreditur in mare Gallicum, lacus Narbonenſis.

B Ideo iterum ad Oceanum occidentalem juxta ſuperiùs dictam Galliam ponitur patria, quæ dicitur, Britannia, in paludibus. Non illam Britanniam inſulam dicimus, quæ intra magnam Europam ponitur. Quam Britanniam plurimi deſcripſerunt philoſophi; ex quibus ego legi multotiens dictum Hanaridum & Heldebaldum; ſed ego ſecundùm præfatum Heldebaldum. In ipſa Britannia aliquantas fuiſſe civitates legimus, ex quibus ex parte deſignare volumus, id eſt, (g) Chris, Venetis: per quam Britanniam plurima tranſeunt flumina, inter cetera, id eſt (h) Sigugna Boo qui in Oceanum ingreditur. Sect. 39.

Iterum juxta ipſam Britanniam, circa limbum Oceani ponitur patria, quæ dicitur Guaſconia, quæ ab antiquis (i) Aquitania dicebatur. Quam Guaſconiam plurimi deſcripſerunt philoſophi, ex quibus ego legi prænominatum Athanaridum Gothorum philoſophum; ſed non æqualiter præfatam deſignaverunt patriam: ſed ego, ſecundùm C præfatum Athanaridum, ſupraſcriptæ Guaſconiæ civitates vel flumina deſignavi. Quam Aquitaniam ipſi philoſophi multùm fertilem eſſe dixerunt in omnibus vittualiis. In qua Guaſconia plurimas fuiſſe civitates legimus, ex quibus aliquantas nominare volumus, id eſt, Bituricas, Arvernis, (k) Argentine, Limodicas, Pictavis, Mediolano Santinis, Iculiſma, Petragoris, Aginnis, Caturcium, (l) Rodingis, Albigi, Bordicalon. Item ad aliam partem ſunt civitates in ipſa regione, id eſt, Blavia, (m) Tibloſa, Luci, Cantilia, Langlo, Blivida, (n) Bargaridon. Per quam Guaſconiam tranſeunt plurima flumina, inter cetera quæ dicuntur, id eſt, Ligeris, qui dividit inter Gallias & ipſam Aquitaniam. Item fluvius (o) Caræ, Sangulis, Alere, Icara, (p) Croſa, Vicenna, Bicera, Dronona, Ulta, Vanruna, ex quibus aliquantis (q) fundunt in Oceano. Sect. 40.

Item juxta ipſam Guaſconiam ponitur patria, quæ nominatur Spano-Guaſconia; quam & ipſam illi philoſophi, qui prædictam Guaſconiam, deſignaverunt. Sed nos D ſecundùm præfatum Eldebaldum ipſam Spano-Guaſconiam expoſuimus. Quam Spano-Guaſconiam ipſi philoſophi munitiſſimam patriam eſſe affirmaverunt, circumvallatam ex tribus partibus Alpinis montibus, & à quarto latere à prædicto Oceano. In qua Spano-Guaſconia aliquantas fuiſſe civitates legimus, ex quibus aliquantas ex parte deſignare volumus, id eſt, (r) Lacura, Antis, Conſerannis, (ſ) Combinias, Bigorrias, Eluſa, Vaſatis, (t) Landinorum, Aguiſla, Voſtianum, Sacer, Sacerons. Currunt autem per ipſam Spano-Guaſconiam inter cetera flumina, id eſt Medulla, quæ in Oceano merguntur. Sect. 41

Ad partem denique occidentalem habet ipſa Europa finem Oceanum Galliæ Belgicæ, quam modò Francorum poſſidet generatio. Sect. 46.

(a) Cod. Vatic. *Pomunæ*. Vide infrà l. 5. ſect. 3.
(b) In Itiner. Anton. & Tab. Peut. *Ad Horrea*, quem locum ſuſpicatur Hon. Bouche nunc eſſe *Graſſe*.
(c) Cod. Vatic. *Marſilia*.
(d) Cod. Vatic. *Foſſis Marianis, per quam Septimanam provinciam tranſit fluvius, qui dicitur Calum*.
(e) *Aquæ convenarum*, infrà l. 5. quem vide.
(f) Orobs *l'Orbe*, Edas *l'Aude*. Mox in Cod. Vatic. *ingrediuntur*.
(g) Cod. Vatic. *Ebris*, *Venethis*.
(h) Cod. Vatic. *Sigi*, *Ignaboo*.
(i) Licèt Vaſcones tantùm Novempopulanam provinciam, ſeu veterem Aquitaniam, quæ Garumna & Pyrenæis montibus continebatur, occupaverint; noſter tamen auctor reliquæ Aquitaniæ ad Ligerim uſque Vaſconiæ nomen tribuit: quod etiam ſolemne fuiſſe Hiſtoricis Caroli Magni æqualibus obſervat Valeſius.
(k) Aliis *Argantomagus*, hodie *Argenton*.
(l) Rutenorum urbs eſt intelligenda, quæ *Rotem*, *Rotini*, *Rodini* vocata eſt.
(m) Cod. Vatic. *Tholoſa*.
(n) Cod. Vatic. *Bagaridon*.
(o) Gregorio Turonenſi Caris, *le Cher*.
(p) Croſa *la Creuſe*: Vicenna *la Vienne*: Dronona fortè *la Dordogne*: Ulta *le Lot*. Vanruna, in Cod. Vatic. Garruna, *la Garonne*.
(q) Cod. Vatic. *aliquantas funduntur*. Leg. *aliquanti ſe fundunt*, vel, *aliquanti funduntur*.
(r) Antonino *Lactura*, vulgò *Leitoure*.
(ſ) Combinias ſeu Convinias, *Comminges*.
(t) *Landinorum*, &c. urbes incognitæ.

Digitized by Google

EX LIBRO V.

Sect. 3. ITERUM civitas Pomune, Scapiana, Nicea, Micalo, colonia Dicæorum, Antipolis, Orea, Foro-Julii, Patavi, Carnarium, Tegulitia, Aquis Sextis, Maſſilia, Solarianum, Calcaria, Viceſimum, Colonia maritima, Foſſis Marianis, (a) Nemaus, Megalona, Agatæ, Calum, Latara, Sextantione, Aquæ Convenarum, Burrea, Buget, Ruſino, Beterris, Narbone, Combuſta, Ruſcinone, Aquæ Calidæ, Pyreneum.

Sect. 28. Ad partem autem occidentalem habens totus mundus finem Oceanum, qui tangit Galliam Belgicam Germaniam, quam modò, ut diximus, Francorum poſſidet generatio. Item Britannia, vel patria, quæ dicitur Nuſtricus. Sed non de inſula Britannia, quæ de infra Oceano exiſtit, dicimus: ſed hæc Britannia intra Europam eſſe B dignoſcitur. Poſtmodùm tangit ipſe Oceanus Guaſconiam, quæ Aquitania dicitur, & nunc Spano-Guaſconia.

Sect. 33. Sed eſt inſula poſt Aquitaniam, quæ dicitur (b) Obceorum, (c) Ollarione, Ratis, Corda, Noëtoia.

(a) Cod. Vatic. *Nemauſus.*

(b) An *Ovorum* ſeu *Oborum* inſula? quo nomine donandam aſſerit Maſſonus inſulam Pictonum, quæ nunc *l'Iſle-Dieu* vocatur.

(c) Ollarione, *l'Iſle d'Oleron*; Ratis, *l'Iſle de Ré*; Corda fortè *la Tour de Cordouan.* Cod. Vat. *Cordanoëtois.*

NOTITIA (a) PROVINCIARUM ET CIVITATUM GALLIÆ.

Ex Tom. I. *Conciliorum Galliæ Jacobi Sirmondi.*

IN PROVINCIIS GALLICANIS quæ civitates ſint.

Provincia (b) *Lugdunenſis prima, numero* III.

Metropolis civitas Lugdunenſium.
Civitas Æduorum.
Civitas Lingonum.
Caſtrum Cabilonenſe.
Caſtrum Matiſconenſe

Provincia Lugdunenſis ſecunda, numero VII.

Metropolis civitas Rotomagenſium.
Civitas Baiocaſſium.
Civitas Abrincatum.
Civitas Ebroïcorum.
Civitas (c) Sagiorum.
Civitas Lexoviorum.
Civitas (d) Conſtantia.

Provincia Lugdunenſis tertia, numero IX.

Metropolis civitas Turonorum.
Civitas Cenomannorum.
C Civitas Redonum.
Civitas Andicavorum.
Civitas Namnetum,
Civitas (e) Corioſopitum.
Civitas Venetûm.
Civitas Oſſiſmorum.
Civitas Diablintum.

Provincia Lugdunenſis Senonia, numero VII.

Metropolis civitas Senonum.
Civitas Carnotum.
D Civitas Autiſiodorum.
Civitas Tricaſſium.
Civitas Aurelianorum.
Civitas Pariſiorum.
Civitas Meldorum.

Provincia Belgica prima, numero IV.

Metropolis civitas Treverorum.
Civitas Mediomatricorum Mettis.
Civitas Leucorum Tullo.
Civitas Verodunenſium.

(a) Hæc Notitia condita videtur Honorii Auguſti temporibus, cùm Gallias à ſeptem Provinciis diſtingui mos erat. Zoſimus, qui principatu Honorii Romanam regebat eccleſiam, ſcribit *univerſis Epiſcopis per Gallias & ſeptem Provincias.*

(b) Provincia Lugdunenſis, quæ una erat è quatuor Galliæ Provinciis, jam tempore Conſtantini M. in duas provincias diviſa erat. Lex enim 1. Cod. Theod. *de cenſu*, data *Conſtantino* 11. *& Licinio Coſſ.* anno ſcilicet 312. directa eſt *ad Antonium Marcellinum Præſidem Provinciæ Lugdunenſis primæ.* Hilarius Pictavenſis Epiſcopus, qui ſub Conſtantio Conſtantini filio florebat; Rufus Feſtus in Breviario, quod Valenti Imperatori dicavit; & Ammianus Marcellinus Rufi æqualis *duas Provincias Lugdunenſes* memorant. Demum circa Valentiniani aut Gratiani ejus filii duæ Provinciæ Lugdunenſes in quatuor ſunt diſtributæ.

(c) Hic prima mentio *Civitatis Sagiorum.* Poſita eſt ad fluminis Olinæ fontem, vulgò *Seez* dicitur.

(d) Conſtantia nunc eſt *Coutance.*

(e) Hos vocat Ceſar *Curioſolites*, Plinius *Carioſuelites*, vel, ut legendum putat Valeſius, *Curioſulites.*

Digitized by Google

Provincia Belgica ſecunda, numero XII.

Metropolis civitas Remorum.
Civitas Sueſſionum.
Civitas Catellaunorum.
Civitas Veromanduorum.
Civitas Atrabatum.
Civitas Camaracenſium.
Civitas Turnacenſium.
Civitas Silvanectum.
Civitas Bellovacorum.
Civitas Ambianenſium.
Civitas Morinûm.
Civitas Bononienſium.

Provincia (a) *Germania prima, num. IV.*

Metropolis civitas Mogunciacenſium.
Civitas Argentoratenſium.
Civitas Nemetum.
Civitas Vangionum.

Provincia Germania ſecunda, numero II.

Metropolis civitas Agrippinenſium.
Civitas Tungrorum.

Provincia Maxima Sequanorum, numero IV.

Metropolis civitas Veſontienſium.
Civitas Equeſtrium Noiodunus.
Civitas Elvitiorum Aventicus.
Civitas Baſilienſium.
Caſtrum Vindoniſſenſe.
Caſtrum Ebredunenſe.
Caſtrum Rauracenſe.
Portus (b) Abucini.

Provincia (c) *Alpium Graiarum & Penninarum, numero II.*

Civitas Centronum Darantaſia.

A Civitas Vallenſium (d) Octoduro.

Item in Provinciis ſeptem.

Provincia (e) *Viennenſis, numero XIII.*

Metropolis civitas Viennenſium.
Civitas Genavenſium.
Civitas Gratianopolitana.
Civitas (f) Albenſium.
Civitas Deenſium.
Civitas Valentinorum.
Civitas Tricaſtinorum.
B Civitas Vaſienſium.
Civitas Arauſicorum.
Civitas Cabellicorum.
Civitas Avennicorum.
Civitas Arelatenſium.
Civitas Maſſilienſium.

Provincia (g) *Aquitanica prima, num. VIII.*

Metropolis civitas Biturigum.
Civitas Arvernorum.
Civitas Rutenorum.
Civitas Albienſium.
C Civitas Cadurcorum.
Civitas Lemovicum.
Civitas Gabalum.
Civitas Vellavorum.

Provincia Aquitanica ſecunda, numero VI.

Metropolis civitas Burdigalenſium.
Civitas Agennenſium.
Civitas Ecoliſmenſium.
Civitas Santonum.
Civitas Pictavorum.
D Civitas Petrocoriorum.

Provincia (h) *Novempopulana, numero XII.*

Metropolis civitas Eluſatium.

(a) Germania prima, quæ à veteribus *Germania ſuperior*, Germania ſecunda, quæ vocabatur *Germania inferior*, Belgicæ unius è quatuor Galliæ partibus partes erant. Germania nomen habet à Germaniæ gentibus, quæ Rhenum tranſgreſſæ in Belgica conſederunt. Ex Provincia Belgica duæ factæ ſunt, ut arbitratur Valeſius, à Conſtantino Magno. His quatuor Provinciis addita eſt Maxima Sequanorum: hinc Belgica in quinque diviſa eſt Provincias.

(b) In aliis Notitiis dicitur vel *portus Bucini*, vel *portus Abucini*, vel *portus Ubicini*. Quid eo nomine deſignetur, divinari non poteſt. Obſervat Valeſius, in Vita Mſ. S. Urbani Epiſcopi Lingonenſis *portûs Bucini* mentionem fieri, eumque inter urbem Lingonas & montem Juram in Sequanis collocari.

(c) Alpes Graiæ & Penninæ Ptolemæo, Plinio, aliiſque Auctoribus Italiæ aliàs ſunt accenſitæ. Gothofredus in Commentario Leg. 1. Cod. Theod. *de Deſertoribus*, & aliis in locis teſtatur in veteri Indice Sconhoviano Provinciarum Imperii Romani, Theodoſio M. imperante, anno circiter 390. confecto, & à ſe publicato, Alpes Graias Italiæ adſcribi. Rufus tamen ante hunc annum jam illas inter Provincias Galliæ vel Aquitaniæ numeraverat.

(d) Legendum, *Octodurum*. Vallenſes nomen habuere à Valle Pennina. Regio Vallenſis, *le Valais*.

(e) Obſervat Valeſius Provinciæ Viennenſis in Concilio Arelatenſi, Voluſiano & Anniano Coſſ. anno Chriſti 314. primùm mentionem fieri, ita ut Conſtantino M. imperante, aut etiam ante principatum ejus, Provincia Viennenſis fuerit.

(f) In aliis Notitiis *Civitas Albenſium Vivaria*, vel *civitas Albenſium Vivarium*, nunc *Viviers* vocatur.

(g) Ammianus lib. 15. cap. 11. in geſtis Juliani ad an. 355. unam tantùm Aquitaniam agnoſcit. Ea initio imperii Valentiniani & Valentis adhuc unicam Provinciam conſtituebat: Gruterus enim pag. 465. n. 8. Inſcriptionem profert, in qua Saturninus dicitur ſimpliciter *Præſes Aquitaniæ*, non verò *Præſes Aquitaniæ primæ*, aut *Præſes Aquitaniæ ſecundæ*. Sed cùm Rufus in Breviario, quod poſt annum 369. compoſuit, utriuſque Aquitaniæ mentionem faciat, ea Provincia circa annum 370. in duas ſecta fuerit. Putat Valeſius Aquitaniam, quam Julius Cæſar intra Garumnam & Pyrenæos montes concluſerat, Auguſtus ad Ligerim protulerat, poſtea ordinatione Conſtantini in duas Provincias ſectam eſſe, Aquitaniam alteram, quæ, quidquid eſt inter Ligerim & Garumnam, complectebatur; alteram Novempopulanam, quæ vetus ac propriè dicta erat Aquitania, Garumna, Pyrenæo & Oceano terminatam: demum remanentibus Novempopulis, Aquitaniam bifariàm diviſam eſſe in Aquitaniam primam & Aquitaniam ſecundam.

(h) Novempopulana dicitur à novem populis hîc memoratis: nam *Benarnenſes*, *Aturenſes*, *Elloronenſes*, nomina ſunt urbium, non populorum.

Digitized by Google

Civitas (a) Aquenſium.
Civitas Lactoratium.
Civitas Convenarum.
Civitas Conſorannorum.
Civitas (b) Boatium.
Civitas Benarnenſium.
Civitas (c) Aturenſium.
Civitas Vaſatica.
Civitas (d) Turba, ubi caſtrum Bigorra.
Civitas (e) Elloronenſium.
Civitas Auſciorum.

A *Provincia Narbonenſis ſecunda, numero* VII.

Metropolis civitas Aquenſium.
Civitas Aptenſium.
Civitas Reienſium.
Civitas Forojulienſium.
Civitas Vappincenſium.
Civitas Segeſteriorum.
Civitas Antipolitana.

Provincia Alpium (g) *Maritimarum, numero* VIII.

Provincia Narbonenſis (f) *prima, numero* VI.

B Metropolis civitas Ebrodunenſium.
Civitas Dinienſium.
Civitas (h) Rigomagenſium.
Civitas (i) Sollinienſium.
Civitas Sanitienſium.
Civitas (k) Glannativa.
Civitas Cemelenenſium.
Civitas Vintienſium.

Metropolis civitas Narbonenſium.
Civitas Toloſatium
Civitas Beterrenſium.
Civitas Nemauſenſium.
Civitas Lutevenſium.
Caſtrum Ucecienſe, *aliàs* civitas Ucecienſis.

In Provinciis XVII. *Civitates* CXV.

(a) Nunc *Aqs* vel *Dax* dicitur.

(b) Lapurdum vocatur in Notitia Imperii; poſtea dicta fuit Baiona, nunc *Baionne.*

(c) Ad flumen Aturum ſita, hodie *Aires.*

(d) Turba etiam ad flumen Aturum, nunc *Tarbe.*

(e) In Itinerario Antonini *Iluro* dicitur, vulgò *Oleron.*

(f) Cæſar Narbonenſem Provinciam à Galliis excluſit: illam Auguſtus unam è quatuor Galliarum partibus fecit. Poſtea, ut volunt nonnulli, Narbonenſis partita eſt in Narbonenſem, Viennenſem, Alpes Maritimas, Alpes Graias & Penninas: quam diviſionem referunt ad annum circiter 370. Probant novæ Hiſtoriæ Occitaniæ Auctores Provinciam Alpium Graïarum & Provinciam Alpium Maritimarum, qualis erat ſæculo quarto, à Provincia Narbonenſi, cujus non erant partes, non fuiſſe ſeparatas; Provinciamque Viennenſem à Narbonenſi diſtinctam fuiſſe ante Conſtantinum Magnum. Denique Narbonenſis diviſa eſt in Narbonenſem primam & Narbonenſem ſecundam. Narbonenſis ſecundæ primùm meminit Concilium Aquileienſe an. 381. habitum, cujus epiſtola ſic inſcripta eſt: *Concilium quod convenit Aquileiæ dilectiſſimis fratribus Epiſcopis Provinciæ Viennenſis, & Narbonenſium primæ & ſecundæ.* Præterea ejuſdem Narbonenſis ſecundæ mentio fit in Concilio Taurinenſi an. 401. Pagius hanc diviſionem jam factam fuiſſe anno 374. contendit: vult enim Narbonenſem ſecundam unam fuiſſe è quinque Provinciis, quarum meminit Concilium Valentinum hoc anno celebratum, in epiſtola Synodica, cujus hæc eſt inſcriptio: *Dilectiſſimis fratribus per Gallias & quinque Provincias conſtitutis Epiſcopis.* Narbonenſem ſecundam è numero quinque Provinciarum eliminat, ejuſque loco Novempopulanam ſubſtituit Lacarrius in Hiſtoria Galliarum ſub Præfectis Prætorio, pag. 20. quem videſis.

(g) Quo tempore Alpes Maritimæ provinciis Gallicanis acceſſerint, incertum eſt. Illas Plinius & Ptolemæus Italiæ adſcribunt, excepta Dinia Bodiontiorum vel Sentiorum oppido, quod *adjecit Galba Imperator formulæ* Narbonenſis Provinciæ, ut ſcribit Plinius.

(h) Hanc civitatem intercidiſſe putat Valeſius, & ad vicum redactam eſſe; ſive ſit *Rie*, ſive potiùs *Rogen*, locus ad Iſſoletum fluvium, qui in Druentiam effluit, à Sanitio (*Senez*) non multùm remotus.

(i) In aliis Notitiis nunc *Solinienſium*, nunc *Salinenſium civitas* dicitur. Hanc putant Holſtenius & Valeſius eſſe Salinas Suetriorum Ptolemæi, locumque eſſe qui nunc *Seillans* appellatur.

(k) Civitatis Glannativæ ſeu Glannatevæ nulla apud Veteres mentio. Nihil nunc de ea fere præter nomen ſupereſt, *Glandeve.* Major eccleſia & ſedes Epiſcopi ſunt in oppido, cui à ſitu nomen eſt *Intervalles, Entrevaux*: inter quod & Glannatevam Varus ponte ſtratus interfluit.

EX PROVINCIARUM ROMANARUM LIBELLO.

Galliæ Provinciæ XVII.

Viennenſis.

Narbonenſis { prima. / ſecunda.

Aquitania { prima. / ſecunda.

Novempopulana.

Alpes Maritimæ.

Belgica { prima, in qua eſt Treviris. / ſecunda, in qua eſt tranſitus in Britanniam.

C

Germania { prima ſuper Rhenum, in qua eſt Moguntia. / ſecunda, in qua eſt Agrippina.

Maxima Sequanorum, in qua Veſontiacenſis.

Alpes Graiæ & Pœninæ, in qua Tarantaſia.

Lugdunenſis { prima. / ſecunda. / tertia. / quarta

Digitized by Google

NOTITIA DIGNITATUM OMNIUM TAM CIVILIUM QUAM MILITARIUM PER GALLIAS.

Ex (a) *Notitia Imperii Occidentis, ultra Arcadii Honoriique tempora. Apud Grævium tom. 7. Thes. Antiquit. Roman.*

Præfectus (b) Prætorio Galliarum.
Magister equitum per Gallias.
Vicarius VII. (c) Provinciarum.

Comes rei militaris I.

Tractûs Argentoratensis.

Duces V.

Sequanicæ.
Tractûs Armoricani & Nervicani.
Belgicæ secundæ.
Germaniæ primæ.
Mogontiacensis.

Consulares per Gallias VI.

Viennensis.
Lugdunensis primæ.
Germaniæ primæ.
Germaniæ secundæ.
Belgicæ primæ.
Belgicæ secundæ.

Præsides per Gallias XI.

Alpium Maritimarum.
Alpium Pœninarum & Graiarum.
Maximæ Sequanorum.
Aquitaniæ primæ.
Aquitaniæ secundæ.
Novempopulanæ.
Narbonensis primæ.
Narbonensis secundæ.
Lugdunensis secundæ.
Lugdunensis tertiæ.
Lugdunensis Senonicæ.

Sub dispositione viri illustris Præfecti Prætorio Galliarum.

Provinciæ Galliarum XVII.

Viennensis.
Lugdunensis prima.
Germania prima.
Germania secunda.
A Belgica prima.
Belgica secunda.
Alpes Maritimæ.
Alpes Penninæ & Graiæ.
Maxima Sequanorum.
Aquitania prima.
Aquitania secunda.
Novempopuli.
Narbonensis prima.
Narbonensis secunda.
Lugdunensis secunda.
Lugdunensis tertia.
B Lugdunensis Senonia.

Intra Gallias cum viro illustri Magistro equitum Galliarum.

Mattiaci (d) juniores.
Leones seniores.
Brachati seniores.
Salii seniores.
Gratianenses.
Bructeri.
Ampsivarii.
Valentinianenses.
C Batavi.
Batavi juniores.
Britones.
Atecotti Honoriani seniores.
Sagittarii Nervii Gallicani.
Jovii juniores Gallicani.
Mattiaci juniores Gallicani.
Atecotti juniores Gallicani.
Ascarii Honoriani seniores.
Armigeri defensores seniores.
Lancearii Honoriani Gallicani.
D Lancearii Sabarienses.
Menapii seniores.
Secundani.
Britones.
Ursarienses.
Præsidienses.
Germaniacenses. (e)
Cortoriacenses. (f)

(a) Hæc Notitia facta putatur imperante Valentiniano III.

(b) Is etiam præerat Hispaniis & Britanniis.

(c) Corrig. XVII. *Provinciarum.* In totidem enim Provincias jam divisa erat Gallia.

(d) Militum, qui in Galliis merebant, nomina repetuntur à quibusdam oppidis vel populis, vel ab Imperatoribus, vel à qualibet alia re. *Mattiaci* sic dicti à Mattio Cattorum metropoli; *Leones* à ferocitate, vel à Leono Marmaricæ oppido; *Brachati* à Bracha urbe Hispaniæ, seu potiùs *Braccati* à Braccis; *Gratianenses* à Gratiano, vel à Gratiana Mœsiæ primæ oppido; Valentinianenses à Valentiniano Principe. Salii & Bructeri Germaniæ sunt populi, &c.

(e) Legit Valesius *Geminiacenses. Geminiacum* locus est in Brabantia, vulgò dictus *Gembloux*.

(f) Cortoriacensibus nomen dedit Cortoriacum vetus ac nobile oppidum ad flumen Letiam, nunc *Courtrai*.

Digitized by Google

Honoriani Fœlices Gallicani.
Prima Flavia Gallicana.
Martenſes.
Abrincateni. (a)
Defenſores ſeniores.
Mauri Oſiſmiaci.
Prima Flavia.
Superventores juniores.
Baliſtarii.
Defenſores juniores.
Garronenſes. (b)
Andereniciani. (c)
Acincenſes.
Cornacenſes. (d)
Septimani juniores.
Curſarienſes (e) juniores.
Muſmagenſes. (f)
Romanenſes.
Inſidiatores.
Triceſimani. (g)
Abulci.
Exploratores.

Intra Gallias cum viro illuſtri Comite & Magiſtro Equitum Galliarum.

Equites Batavi ſeniores.
Equites Cornuti ſeniores.
Equites Batavi juniores.
Equites Brachati juniores.
Equites Honoriani ſeniores.
Equites Honoriani juniores.
Equites Armigeri ſeniores.
Equites octavo-Dalmatæ.
Equites Dalmatæ Paſſerentiacenſes.
Equites primi Gallicani.
Equites Mauri Alites.
Equites Conſtantiaci Feroces.

Sub diſpoſitione viri illuſtris Magiſtri Officiorum.

Fabricæ in Galliis VIII.

Argentoratenſis Armorum omnium.
Matiſconenſis Sagittaria.
Auguſtodunenſis Loricaria.
Sueſſionenſis Scutaria, Baliſtaria & Clibanaria.
Remenſis Spataria.
Triberorum Scutaria.

A Triberorum Baliſtaria.
Ambianenſis Spataria & Scutaria.

Sub diſpoſitione viri illuſtris Comitis ſacrarum Largitionum.

Rationales ſummarum.

Rationalis ſummarum (h) quinque Provinciarum
Rationalis ſummarum Galliarum.

Præpoſiti Theſaurorum.

B Præpoſitus Theſaurorum per Gallias Lugdunenſes.
Præpoſitus Theſaurorum Arelatenſium.
Præpoſitus Theſaurorum Nemauſenſium.
Præpoſitus Theſaurorum Triberorum.

Procuratores Monetæ.

Procurator Monetæ Lugdunenſis.
Procurator Monetæ Arelatenſis.
Procurator Monetæ Triberorum.

Procuratores (i) *Gynæciorum.*

C
Procurator Gynæcii Arelatenſis Provinciæ Viennenſis.
Procurator Gynæcii Lugdunenſis.
Procurator Gynæcii Remenſis Belgicæ ſecundæ.
Procurator Gynæcii Tornacenſis Belgicæ ſecundæ.
Procurator Gynæcii Triberorum Belgicæ primæ.
Procurator Gynæcii Auguſtoduni tranſlati Metis.

D
Procurator Linificii.

Procurator Linificii (k) Biennenſis Galliarum.

Procuratores (l) *Baphiorum.*

Procurator Baphii Telonenſis Galliarum.
Procurator Baphii Narbonenſis.

Præpoſiti (m) *Brambaricariorum ſive Argentariorum.*

Præpoſitus Brambaricariorum ſive Argen-

(a) Malè in Editis *Abricanteni*, *Mauri Siſmiaci*.
(b) Infrà *Carronenſes* dicuntur.
(c) Leg. *Anderitiani*, ab Anderito Gabalorum oppido.
(d) Fortè *Tornacenſes*.
(e) Infrà *Urſarienſes* appellantur.
(f) *Muſmagenſes* ſeu *Moſomagenſes*, à Moſomago ad Moſam, vulgò *Mouſon*.
(g) Triceſimani nomen habent à Legione XXX. Ulpia.
(h) Licèt jam facta fuiſſet Galliarum diviſio in Gallias & ſeptem Provincias, perſtitit tamen adhuc in uſu & conſuetudine communi appellatio diviſionis Galliarum in Gallias & quinque Provincias. Suſpicantur novæ Hiſtoriæ Occitaniæ Auctores ideo hîc adhibitum quinque provinciarum nomen, quòd imperante Valentiniano III. Viſigothi duabus ex ſeptem provinciis potirentur, Aquitania II. & Novempopulania.
(i) Malè in Edit. *Cynegiorum*.
(k) Leg. *Viennenſis*, fortè etiam *Lanificii*.
(l) Baphium erat officina, in qua lana & bombyx murice tingebantur.
(m) In Codice Theodoſ. *Barbaricarii* vocantur, iique ab Argentariis diſtinguuntur. *Barbaricarii*, inquit Donatus in XI. Æneidos, *dicuntur, qui ex auro coloratis filis exprimunt hominum formas, animalium & aliarum ſpecierum, imitantes ſubtilitate veritatem.* Quòd à Barbaris hæc opera emanarent, *barbarica* ſunt appellata, & *Barbaricarii* eorum operatores.

Digitized by Google

tariorum Arelatenſium.
Præpoſitus Brambaricariorum ſive Argentariorum Remenſium.
Præpoſitus Brambaricariorum ſive Argentariorum Triberorum.

Præpoſitus (a) *Baſtagæ.*

Præpoſitus Baſtagæ primæ Gallicanorum & quartæ.

Sub diſpoſitione viri illuſtris Comitis Rerum Privatarum.

Rationales rei privatæ.

Rationalis rei privatæ per Gallias.
Rationalis rei privatæ per quinque Provincias.

Procuratores rei privatæ.

Procurator rei privatæ per Sequanicum & Germaniam primam.
Procurator rei privatæ Gynæciorum Triberorum.
Procurator Gynæcii (b) Juvarenſis rei privatæ Metis tranſlati Anhelas.

Præpoſitus Baſtagæ.

Præpoſitus Baſtagæ privatarum Galliarum.

Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Vicarii (c) *VII. Provinciarum.*

Conſulares.

Viennenſis.
Lugdunenſis.
Germaniæ primæ.
Germaniæ ſecundæ.
Belgicæ primæ.
Belgicæ ſecundæ.

Præſides.

Alpium Maritimarum.
Alpium Penninarum & Graiarum.
Maximæ Sequanorum.
A Aquitaniæ primæ.
Aquitaniæ ſecundæ.
Novem Populorum.
Narbonenſis primæ.
Narbonenſis ſecundæ.
Lugdunenſis ſecundæ.
Lugdunenſis tertiæ.
Lugdunenſis Senoniæ.

Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Comitis Argentoratenſis.

Tractus Argentoratenſis.

B

Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Ducis Provinciæ Sequanici.

Milites Latavienſes, (d) Olinone.

Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Ducis Tractûs Armoricani & Nervicani.

Tribunus cohortis primæ novæ Armoricæ, Grannona (e) in littore Saxonico.
Præfectus militum Carronenſium, (f) Blabia.
C Præfectus militum Maurorum Venetorum, Venetis.
Præfectus militum Maurorum Oſiſmiacorum, Oſiſmiis.
Præfectus militum Superventorum, (g) Mannatias.
Præfectus militum Martenſium, (h) Aleto.
Præfectus militum primæ Flaviæ, Conſtantia.
Præfectus militum Urſarienſium, Rothomago.
Præfectus militum Dalmatarum, Abrincatis.
D Præfectus militum Grannonenſium, (i) Grannono.

Extenditur tamen Tractus Armoricani & Nervicani limitis per provincias (k) quinque ; per Aquitaniam primam &

(a) *Baſtaga* onus erat transferendi res Principis, vel arma commeatumve ad milites.

(b) Pancirolus in Notis ad hunc locum, putat hîc deſignari locum *Juvaram* dictum in Belgica prope Anhelas.

(c) Corrig. XVII. *Provinciarum.*

(d) Hæc verba corrupta cenſet Hadr. Valeſius, eaque ſic emendat : *Milites Batavi Veſontione.* Imago tamen quæ Ducis Provinciæ Sequanicæ inſignia repræſentat, exhibet caſtrum magnificè exſtructum, ſupra quod ſcriptum eſt, OLINO. Pancirolus in Notis ad hunc locum Olinonem dicit nomen eſſe vici prope Baſileam cum nemuſculo.

(e) *Grannona* Valeſio videtur eſſe *Garande* vel *Guerande*, caſtrum in Britannia minore, promuntorio impoſitum inter oſtia fluminum Ligeris & Vicinoniæ.

(f) Licèt Blabia ab omnibus ferè habeatur pro *Blavia* Aquitaniæ Caſtro, vulgò *Blaye* ; putat Valeſius legendum, *Blabita*, ibique deſignari *Blavittam* Caſtrum Armoricæ maritimum, quod & Blavetum (*Blavet*) nomine fluvii ſui appellant. Pancirolus ſuſpicatur fortè legendum, *Carnutorum Bleſiæ*, quod nemo probaverit.

(g) Loco *Mannatias* emendandum cenſet Valeſius, *Nannetas.*

(h) *Aletum* urbs olim non obſcura, & ſede Epiſcopali decorata. Fuiſſe autem illud oppidum fermè in loco, ubi nunc fanum S. Maclovii eſt, vulgò *S. Malo*, liquet ex verbis Roberti de Monte ad annum MCLXXXII. *Obiit*, inquit, *venerabilis vir Albertus Aletenſis Epiſcopus, quem moderni de S. Maclovio vocant ; cujus Epiſcopatus antiquitus civitas Alita vocabatur.* In Vita S. Maclovii Epiſc. Aletenſis à Mabillonio edita Sæculo I. Benedictino pag. 219. de Aletenſi urbe hæc habentur : *Eſt vicina quaſi altera inſula, non tamen à terris tam longè ſemota, ſed ſpatio latior, rupibus altior, in qua antiquiſſima civitas Aletis eſt ſita : quæ à meridiana parte Rinctio* [la Rance] *fluvio illic mari influenti labitur ; ab aquilone freto interrumpente à priùs dicta inſula ſeparatur. Civitas ergo illa eo tempore populis & navalibus commerciis frequentata, ſed Chriſtiana fide erat vacua.*

(i) *Grannonum* illud fortè diverſum non eſt à Grannona, de qua ſuprà.

(k) Obſervat Cellarius nonniſi impropriè & vocabulorum abuſione Tractum Armoricanum extendi per has provincias quinque : nam multæ illarum in mediterranea incurrunt, à quibus Armoricæ ſejunctæ fuerunt, ut Celtici vis vocabuli oſtendit, quod maritimum ſonat.

Digitized by Google

ſecundam, Senoniam, ſecundam Lugdu- A
nenſem & tertiam.

Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Ducis Belgicæ ſecundæ.

Equites Dalmatæ, Marcis in littore Saxonico.
Præfectus Claſſis (a) Sambricæ, in loco Quartenſi, ſive Hornenſi.
Tribunus militum Nerviorum, Portu (b) Æpatiaci.

Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Ducis Mogontiacenſis. B

Præfectus militum Pacenſium, Saletione.
Præfectus militum Menapiorum, Tabernis.
Præfectus militum (c) Anderecianorum, Vico-Julio.
Præfectus militum Vindicum, Nemetes.
Præfectus militum Martenſium, (d) Alta-ripa.
Præfectus militum ſecundæ Flaviæ, Vangiones.
Præfectus militum Armigerorum, Mo- C
gontiaco.
Præfectus militum Bingenſium, Bingio.
Præfectus militum Baliſtariorum, Bodobriga.
Præfectus militum Defenſorum, Confluentibus.
Præfectus militum Acincenſium, Antonaco.

Præpoſituræ Magiſtri militum Præſentalium.

In Provincia Gallia (e) *Riparenſi.*

Præfectus Claſſis fluminis Rhodani, Vien- D
næ, (f) ſive Arelati.
Præfectus Claſſis (g) Barcariorum, Ebruduni Sapaudiæ.
Præfectus militum Muſculariorum, Maſſiliæ Græcorum.
Tribunus cohortis primæ Flaviæ, Sapaudiæ (h) Cularonæ.

In Provincia Novempopulana.

Tribunus cohortis Novempopulanæ, (i) Lapurdo.

(a) Fortè hîc Sambra intelligitur, *la Sambre*, qui fluvius pagum Hainoënſem irrigat.
(b) Emendat Valeſius, *Portu Geſſoriaci.*
(c) Legit idem Valeſius, *Anderitianorum.* Vicum Julium interpretatur Cluverius *Germersheim*, inter Tabernas ac Spiram.
(d) *Alta-ripa* nunc *Altrip* vocatur. Anonymo Ravennati *Altripe.*
(e) Apud Cheſnium *Ripenſi*, id eſt ad ripam Rhodani ſiniſtram.
(f) Id eſt, modò Viennæ, modò Arelati conſiſtebat Præfectus claſſis fluminis Rhodani: à qua claſſe corpus Nautarum Rhodanicorum in Inſcriptionibus nomen accepit.
(g) Apud Cheſnium *Braccariorum*, fortè à Bracca urbe Luſitaniæ.

In Provincia Lugdunenſi prima.

Præfectus Claſſis Araricæ, Caballoduno.

In Provincia Lugdunenſi Senonia.

Præfectus Claſſis (k) Anderecianorum, Pariſiis.
Præfectus Lætorum Teutonicianorum, (l) Carnunto Senoniæ Lugdunenſis.

In Provincia Lugdun. ſecunda & tertia.

Præfectus Lætorum Batavorum, & Gentilium Suevorum, Bajocas & Conſtantiæ Lugdunenſis ſecundæ.
Præfectus Lætorum Gentilium Suevorum, Cenomannos Lugdunenſis tertiæ.
Præfectus Lætorum Francorum, Redonas Lugdunenſis tertiæ.

In Provincia Belgica prima & ſecunda.

Præfectus Lætorum Lingonenſium, per diverſa diſperſorum Belgicæ primæ.
Præfectus Lætorum Actorum, (m) Epuſo Belgicæ primæ.
Præfectus Lætorum Nerviorum, (n) Fano-Martis Belgicæ ſecundæ.
Præfectus Lætorum Batavorum Nemetacenſium, Atrebatis Belgicæ ſecundæ.
Præfectus Lætorum Batavorum Contraginenſium, Noviomago Belgicæ ſecundæ.
Præfectus Lætorum Gentilium, Remos & Silvanectas Belgicæ ſecundæ.

In Provincia Germania ſecunda.

Præfectus Lætorum Lagenſium, prope Tungros Germaniæ ſecundæ.

In Provincia Aquitania prima.

Præfectus Lætorum Gentilium Suevorum, Arvernos Aquitania prima.

In Gallia.

Præfectus Sarmatarum & Taifalorum Gentilium, Pictavis in Gallia.
Præfectus Sarmatarum Gentilium, à (o) Chora Pariſios uſque.
Præfectus Sarmatarum Gentilium inter

(h) Cheſnio *Cularone.* Valeſius legendum cenſet, *Cularone Sapaudiæ*, id eſt in Sapaudia, ſicut paulò ſuperiùs, *Ebruduni Sapaudiæ. Cularo* hodie *Gratianopolis*, vulgò *Grenoble.*
(i) Hîc prima Lapurdi mentio, hodie Baiona, *Baionne.*
(k) Leg. *Anderitianorum.*
(l) Corrig. *Carnuto*, *Chartres.*
(m) *Epuſum* ſeu *Epoiſſum*, nunc *Ivoy.*
(n) Fanum-Martis putat Cluverius eſſe *Fan*, qui vicus undecim millia paſſuum à Valentianis abeſt; alii *Fammars.*
(o) Chora vicus eſt ad flumen Choram poſitus, à quo & appellationem traxit, in Ducatûs Nivernenſis pagique Autiſſiodorenſis confinio, vulgò *Cure.*

Remos

Digitized by Google

Remos & Ambianos Provinciæ Belgicæ ſecundæ.

Præfectus Sarmatarum Gentilium per tractum (d) Segolaunorum.

A Præfectus Sarmatarum Gentilium, Lingonas.

Præfectus Sarmatarum Gentilium, Auguſtodunum.

(a) Legit Cheſnius *Segaulonorum*. Ptolemæo dicuntur *Segalauni*, Plinio *Segovellauni*.

NOMINA REGIONUM, POPULORUM, OPPIDORUM GALLIÆ,

Quæ reperiuntur in Inſcriptionibus à Jano Grutero Collectis.

1.

Gallia.

GALLIAE COMATAE CAVSA. *pag.* 502.

2.

CALLIAE TRANSALPINAE. *pag.* 9. *num.* 1.

3.

II. PROVINCIAE GALLIAE. *p.* 472. *num.* 1.

4.

TRES (a) PROVINCIAE CALLIAE. *pag.* 340. *num.* 8. *pag.* 355. 6. *p.* 375. 3. *pag.* 386. 8. *pag.* 425. 1. *pag.* 455. 10. *& pag.* 476. 4.

5.

TRIVM. PROV. GALL. LVGDVNENS. NARBONENS. ET. AQVITANENS. *pag.* 440. *num.* 3.

6.

IIII. PROVINCIARVM. GALLIARVM. *pag.* 1112. *num.* 4.

7.

VICARIO PER. GALLIAS. SEPTEM. PROVINCIARVM. *pag.* 344. *num.* 2.

8.

Gallia Aquitanica.

PROVINCIAE. AQVITANIAE. *p.* 422. *n.* 7.

9.

PROVINCIAE. AQVITANICAE. *pag.* 465. *num.* 8. *pag.* 426. 5. *pag.* 495. 3.

10.

PROV. AQVITANENS. *pag.* 440. *num.* 3.

11.

Aquitani.

COH. I. AQVITANOR. *pag.* 534. *n.* 4.

12.

Aquenſes.

NVMINI. AVGVSTI.
SACRVM
SECVNDVS. SEBEDO
NIS. FIL. NOMINE
VICANORVM. (b) AQVEN
SIVM. ET. SVO. POSVIT.
pag. 112. *num.* 7.

13.

Gens Novempopulana.

GALLIA. QVEM. GENVIT. DE. GENTE. NOVEMPOPVLANA. *pag.* 667. *num.* 10.

14.

Convena.

CONVENA. AQVITANIA. *pag.* 549. *n.* 5.

15.

Civis Eluſenſis.

D. M.
L. TAVRINI
AVRELI. CIVI
ELVSENSI
ANNOR. XXIII
PARENTES. *p.* 708. *n.* 7.

16.

Lectora.

PRO SALVTE IMP. M.
ANTON. GORDIANI. PII. FEL.
AVG. ET. SABINAE. TRANQVILLINAE.
AVG. TOTIVSQVE. DONVS. DI
VINAE. PROQVE. STATV. CIVI
TATIS. LACTORATEN
TAVROPOLIVM. FECIT. ORDO
LACT. *pag.* 30. *num.* 1.
Vide Inſcript. 14. *p.* 29.

(a) Galbæ nummus apud Patinum in Suetonio p. 345. TRES GALLIAE.

(b) Quoniam hæc Inſcriptio Aquis Tarbellicis reperta fuit, Aquenſium nomine Aquarum Tarbellicarum incolæ deſignari videntur. Attamen nonnulli hanc Inſcriptionem referunt ad vicum *Aquas* in Bigerronibus, nunc à balneis *Balnearias* vocatas, *Bagneres*: ab eoque vico *Vicanos Aquenſes* nomen accepiſſe credunt.

Digitized by Google

1.

PRO. SALVTE. ET. INCO
LVMITATE. DOMVS. DI
VINAE. (a) R. P. LACTORAT.
TAVROP. FECIT. *pag.* 31. *num.* 2.
In Inſcript. 11. *pag.* 29. *habetur* LECTOR.

2.

Bituriges Vibiſci.

AVGVSTO. SACRVM
ET. GENIO. CIVITATIS
BIT. VIV. *pag.* 227. *num.* 4.

3.

IVL. LVPVS. C.
BITVRIX VB.
DE. AN. XXXV.
FIL. EIVS. P. C. *pag.* 731. *num.* 3.

4.

Bituriges.

PRAEF. COHOR. PRIMAE. BITVRICVM.
pag. 382. *num.* 9.

5.

ORDO. BITVR. *pag.* 84. *num* 1.

6.

Andecamulenſes.

NVMINIBVS (b)
AVG. FANVM
PLVTONIS
ANDECAMVLE
NSES. DE. SVO. POSVER.
pag. 112. *num.* 6.

7.

Veſunna.

TVTELAE. AVG
VESVNNAE
SECVNDVS
SOTER. (c) D. S. D. *pag.* 105. *num.* 1.

8.

PAC. AVG. VES. *pag.* 22. *num.* 2.

9.

Cadurcus.

TIB. POMPEIO
POMPEIVSTI. FIL
PRISCO. CADVR
CO OMNIBVS. HO
NORIB. APVD SVOS
FVNCT. TRIB. LEG. V
MACEDONICAE
IVDICI. ARCAE
GALLIARVM. III.
PROVINC. GALL. *pag.* 455. *n.* 10.

10.

Arverni.

DE. ALLOBRO. ET. REGE. ARVER-
NORVM. BETVLTO....DE. GALLEIS.
ARVERNEIS. *page* 298. *num.* 3.

11.

SERVILIO
MARCIANO
ARVERNO
C. SERVILII
DOMITI. FILIO
SACERDOTI. AD
TEMPLVM. ROMAE
ET. AVGVSTORVM
TRES. PROVINCIAE
GALLIAE. *pag.* 320. *num.* 8.

12.

Gallia Lugdunenſis.

PER. GALLIAS. LVGDVNENSEM. ET. BEL-
GICAM. ET. VTRAMQ. GERMANIAM,
pag. 389. *num.* 2.

13.

Provincia Lugdunenſis.

PROV. LVGDVNENSIS. *pag.* 404. *num.*
6. *& alibi paſſim.*

14.

Senones, Tricaſſini, &c.

AETE. MEMORIAE. AVRELI
DEMETRI. ADIVTORI
PROCC. CIVITATIS. SENONVM
TRICASSINORVM. MELDO
RVM. PARISIORVM. ET CI
VITATIS. (d) AEDVORVM.
pag. 371. *num.* 8.

15.

Senonius.

D. M.
VOLVSIVS
SENONIVS *pag.* 1149. *num.* 14.

16.

SEX. IVLIO. SENONIO.
pag. 916. *num.* 11.

(a) B. P. id eſt Reſpublica Lactoratenſis.

(b) Lapis ille in vico *Rancon* in Lemovicibus repertus eſt. Hinc fortè *Andecamulenſes* Lemovicum populi. In Inſcriptione Lugduni reperta apud Sponium in Miſcell. Erud. Ant. p. 188. CIVITAS LEMOVIC. nunc *Limoges*.

(c) Hunc ultimum verſum malè à Grutero deſcriptum ſic emendat Valeſius.

(d) Huc referendus eſt lapis ab Reineſio deſcriptus, claſſ. 1. n. 146.

TI. CL. PROFESSVS NIGER OMNIBVS HONORIBVS APVD AEDVOS ET LINGONAS FUNCTVS DEO MORITASGO PORTICVM TESTAMENTO PONI IVSSIT SVO NOMINE ET IVLIAE VIRGVLINAE VXORIS ET FILIARVM CL. PROFESSAE ET IVLIANAE VIRGVLAE.

Digitized by Google

1.

Forum Seguſianorum.

NVMINI. AVG.
DEO. SILVANO
FABRI. TIGNVAR
QVI (a) FORO. SEGVS
CONSISTVNT.
D. S. P. P

p. 112. *num.* 1.

2.

Lugdunum.

L. MVNATIVS. L. F. L. N. L. PRON
PLANCVS. COS. CENS. IMP. ITER. VII. VIR
EPVL. TRIVMP. EX RAETIS. AEDEM. SATVRNI
FECIT. DE. MANVBIIS. AGROS. DIVISIT. IN. ITALIA
BENEVENTI. IN. GALLIA. COLONIAS. DEDVXIT
LVGDVNVM. ET. RAVRICAM.

p. 439. *n.* 8.

3.

Colonia copia Claudia Auguſta Lugdun.

D. M.
ET. MEMORIAE. AETERNAE
C. IVLATTI. MELEAGRI. IIIIIVIR. AVG.
C. C. C. AVG. LVG. PATRONO. EIVSDEM
CORPOR. ITEM. PATRONO. OMNIVM
CORPOR. LVG. LICITE. COEVNTIVM
MEMMIA. CASSIANA. CONIVNX
SARCOFAGO. CONDIDIT. ET. S. A. D.

pag. 399. *num.* 4.

4.

COLON. COPIAE. CLAVD. AVG. LVGD.

pag. 30. *num.* 2.

5.

C. C. COL. AVG. LVG.

pag. 422. *num.* 10.

6.

C. C. C. AVG. LVGDVNI. *pag.* 488. *n.* 8.
p. 382. *num.* 1. *p.* 388. *n.* 6.

7.

Ara Lugdunenſis.

IOVI. O. M.
Q. ADGINNIVS. VRBIC.
FIL. MARTINVS. SEQ.
SACERDOS. ROMAE. ET. AVG.
AD. ARAM. AD. CONFLVENTES
ARARIS. ET. RHODANI
FLAMEN. II. VIR. IN. CIVITATE
SEQVANORVM

pag. 13. *num.* 15.

8.

AD. ARAM. QVAE. EST. AD CONFLVENTEM.

pag. 235. *num.* 5.

9.

Lugdunenſes.

ADLECTO. IN. CVRIAM. LVGDVNENSIVM.

pag. 484. *num.* 2.

10.

LVGDVNENSES.

p. 495. *n.* 11.

11.

ORDO. SANCTISSIM. LVG.

p. 304. *n.* 8. *p.* 431. *n.* 1.

12.

Civis Lugdunenſis.

D. M.
ET. MEM. VENERIAE. ET. LVTTI
MARCINI. CIVIS. LVGDV
NENSIS. I. S. V. P.

p. 894. *num.* 2.

13.

CIVI. LVGDVNENSI.

pag. 649. *num.* 7.

14.

Rhodanici.

IMP. CAES. DIVI
TRAIANI. PARTHICI. F
DIVI. NERVAE. NEP.
TRAIANO. HADRIANO
AVG. PONT. MAX
TRIB. POT. III. COS. III.
IMP. II. P. P.
RHODANICI
INDVLGENTISSIMO. PRINCIPI

pag. 248. *num.* 8.

15.

Ararici.

L. TAVRICIO. FLORENTI
TAVRICI. TAVRICIANI
FILIO
VENETO. ALLECTORI. GALLIAE
PATRONO. NAVTARVM
ARARICORVM

pag. 471. *num.* 9.

(a) Sponius p. 109. pondus antiquum exhibet, cum his literis argenteis exculptis DEAE SEG. F. PONDO X. id eſt, *Deæ Seguſianorum Fori, pondo decem.* Idem p. 187. aliam refert Inſcriptionem cum tribus aliis Fori Seguſianorum repertam, in qua legitur: C. IVL. F. SEG. LIBERA. id eſt *Colonia Julia Forum Seguſianorum libera.*

Digitized by Google

1.

SPLENDIDISSIMAM
PERPETVAM. VACATION
DECREV
L. D. D. N. ARARIC.
pag. 495. *num.* 9.

2.

Rhodanici & Ararici.

L. HELVIO. L. FILIO
VOLTIN. FRVGI
CVRATORI. NAV
TARVM. BIS
IIVIR. VIENNEN
SIVM
PATRONO. RHO
DANICORVM
N. RHOD. ET. ARAR.
HOD.
pag. 418. *num.* 3.

3.

Q. IVLIO. SEVERINO
SEQVANO OMNIBVS
HONORIBVS IN
TER. SVOS. FVNCTO
PATRONO. SPLENDI
DISSIMI. CORPORIS
N. RHODANICOR. ET
ARAR. CVI. OB. INNOC
MORVM. ORDO. CIVI
TATIS. SVAE. BIS. STATVAS
DECREVIT. INQVISITO
RI. GALLIARVM TRES
PROVINCIAE. GALL. *pag.* 425. *num.* 1.

4.

Ararici & Ligerici.

L. TAVRICIO
FLORENTI. TAVRICI
TAVRICIANI. FILIO
VENETO
ALLECTORI. GALL
PATRONO. NAVTAR
ARARICORVM. ET
LIGERICOR. ITEM
ARECARRORVM. ET
PONDERATIVM. ET
II. PROVINCIAE
GALLIAE. *pag.* 472. *num.* 10.

5.

Gallia seu Provincia Narbonensis.

T. MVSIDIO. POLIANO
COS. PR. PRO. COS. PROVINC
GALLIAE. NARB. TR. PL. Q.
X. VIR. STL. IVDIC. CVR. VIARVM
PRAEF. FRVMENTI. DANDI.
EX. S. C. *pag.* 440. *num.* 2.

6.

CIVIT. ARAVS. PROV. GALLIAE. NARB.
PRAETORI. *pag.* 457. *num.* 2.

7.

T. DIDIO. M. F. PAL. PRISCO. IIIVIRO
CAPITALI. SEVIR. TVRM. V. EQVIT. ROM
TRIB. MIL. LEG. III. AVG. Q. PROPRAET
PROV. GALLIAE. NARBONENS. TRIB. PLEBIS
PRAETORI. MVNICIPI. PATRONO
T. DIDIVS. HERMIAS
B & elati ſpiritûs viros eſſe: quod conſilium caperet, non mediocriter anxius ſollicituſque erat. Simul enim angebat eum hic metus, ne fortè inclinatis ad Achæum animis res ſuas invaderent: ſimul ne malam inde famam nanciſceretur metuebat, ſi velut indagine cinctos à milite ſuo omnes contrucidaret, cùm ſatis conſtaret, eos fidem ipſius ſequutos in Aſiam trajeciſſe. Propter hæc Attalus præſente occaſione ratus ſibi eſſe utendum, pollici-
C tus eſt in præſentia ſe ad eum locum, per quem trajecerant, tutò ut deducerentur curaturum; agros ad colendum idoneos aſſignaturum; de cætero, quoties aliquid deinceps æquum à ſe poſtularent, pro ſua virili ſe ipſos adjuturum. Atque ita Rex, deductis ad Helleſpontum Tectoſagis; atque Lampſacenis, Alexandrenſibus & Ilienſibus, quòd in ipſius fide manſiſſent, benignè appellatis, cum exercitu Pergamum eſt reverſus.

D Galli quos propter opinionem vir- Pag. 447.
tutis Attalus ad bellum contra Achæum ex Europa acciverat; cùm à dicto Rege diſceſſiſſent ob eas quas antea commemoravimus ſuſpiciones; petulanter flagitioſi ac violenti urbes ad Helleſpontum agebant ferebant: qui cùm Ilienſes ad extremum obſidere eſſent aggreſſi, egregium ſanè facinus ab Alexandrenſibus qui Troadem colunt eſt editum. Miſſo enim Themiſta cum
E quatuor militum millibus, non ſolùm Ilienſes obſidione liberarunt; ſed etiam ex univerſa Troade Gallos ejecerunt, impediendo commeatus, & eorum conatibus ſe opponendo. Galli, occupata in Abydena ditione urbe, quam Ariſbam dicunt, cætera ejus tractûs oppida ex inſidiis conabantur invadere, & aſſiduum cùm illis bellum

(a) Petavius, qui Varronis calculum ſequitur, hanc Lunæ defectionem refert ad annum U. C. 536. quo Lunam obſcuratam dicit Calendis Septembribus.

gerebant. Adversus hos igitur expeditionem Prusias suscepit, & acie dimicavit: ac viros quidem in ipso prælio, dum manus conseruntur, contrucidavit; sobolem verò propemodùm omnem atque conjuges in ipsis castris jugulavit: utensilia victori militi diripienda concessit. Qua victoria Prusias & Hellespontiacas urbes magno metu ac periculo absolvit; & exemplum posteris præclarum dedit, ne qui in Europa sunt barbari, temerè in Asiam transire velint.

An. U. C. 537.

A ἐπισμέναις πόλεσιν. ἐφ' ὃς στρατώσας μὴ δυνάμεως Πρυσίας ἢ παραταξάμενος, τοὺς μὲν ἄνδρας καθ' αὐτὸν τὸν κίνδυνον ἐν χερσὶν νόμῳ διέφθειρε· τὰ δὲ τέκνα σχεδὸν ἅπαντα καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν ἐν τῇ παρεμβολῇ κατέσφαξε· τὴν δ' ἀποσκευὴν ἐφῆκε διαρπάσαι τοῖς ἡγωνισμένοις. θεάξας δὲ ταῦτα, μεγάλου μὲν ἀπέλυσε φόβου καὶ κινδύνου τὰς ἐφ' Ελλησπόντῳ πόλεις· καλὸν δὲ παράδειγμα τοῖς ὑπομενομένοις ἀπέλιπε τοῦ μὴ ῥᾳδίαν ποιεῖσθαι τοὺς ἐκ τῆς Εὐρώπης βαρβάρους τὴν εἰς τὴν Ασίαν διάβασιν.

EX LIBRO VIII.

Pag. 535.

ANNIBAL duo millia Gallorum in tres dividit partes; & duos cuique parti juvenes attribuit ex eorum numero qui Tarenti proditionem faciebant. His cùm è suis ducibus nonnullos adjunxisset, per urbem omnes dimittit, jussos vias quasque maximè opportunas, quæ ducerent in forum, occupare. Qua re peracta, indigenis juvenibus præcepit, ut quicumque occurrerent cives, eos cædi eriperent servarentque; & ut clamore procul edito priusquàm occurrerent, Tarentinos monerent, ne se loco moverent: cunctis enim propositam esse impunitatem. At Carthaginensium & Gallorum ducibus, ut obvios quosque è Romanis occiderent, imperavit. Et hi quidem in diversa profecti, imperata fecerunt... Cùm Romani ferendæ opis gratia in arcem pro more accurrerent, planè ex Carthaginensium voto res succedebat: quippe hi per plateas passim & inordinati advenientes, partim in Pœnos, partim in Gallos incidebant: ita multis eorum occisis, magna strages est edita. Ubi illuxit, Tarentini in suis ædibus quieti manebant; necdum enim quod rei esset poterant pro certo scire. Nam cùm tubam audirent, & abstineri ab injuria & direptione urbis cernerent, ab ipsis Romanis motum putabant excitatum: sed cùm multos ex eis per vias cæde stratos viderent, quosdam etiam Gallos è Romanorum corporibus spolia legentes, de adventu Carthaginensium quædam suspicio eorum animis suboriebatur.

An. U. C. 541.

B Ἀπομείσας δὲ τοὺς Κελτοὺς εἰς διχιλίους, καὶ διελὼν εἰς τρία μέρη τοὺς, συνέσπασε τοὺς νεανίσκους δύο πρὸς ἕκαστον μέρος τῶν χρειζόντων τῆς θεάξεως. ἀπολύσας δὲ καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ τινὰς ἡγεμόνων συνεξαπέστειλε, θεωτάξας λαβεῖν τὰς εἰς τὴν ἀγορὰν φερούσας ὁδῶν τὰς εὐκαιροτάτας. ὅταν δὲ τοῦτο θεάξωσι, τοῖς μὲν ἐγχωρίοις νεανίσκοις ἐξαιρεῖσθαι παρήγειλε καὶ σώζειν τοὺς ἐντυγχάνοντας τῶν πολιτῶν, ἀναβοῶντας ἐν πολλῷ, μένειν καὶ χώραν Ταραντίνους, ὡς ὑπαρχούσης αὐτοῖς τῆς ἀσφαλείας. τοῖς δὲ παρὰ τῶν Καρχηδονίων καὶ τῶν Κελτῶν ἡγεμόσι κτείνειν διεκελεύσατο τοὺς ἐντυγχάνοντας τῶν Ρωμαίων. ὅτε μὲν οὖν χωρισθέντες ἀλλήλων, ἔπραττον μὲν ταῦτα τὸ προσταχθέν..... τῶν δὲ Ρωμαίων βοηθούντων ἐν τοῖς ὅπλοις καὶ τὸ ἐπισπεῖν εἰς τὴν ἄκραν, ἐχώρει τὸ πρᾶγμα καὶ τὸ προσπεσεῖν τοῖς Καρχηδονίοις· παραγινόμενοι γὰρ τὰς πλατείας ἀτάκτως καὶ αὐτοσχεδίως, οἱ μὲν εἰς τοὺς Καρχηδονίους ἐνέπιπτον, οἱ δὲ εἰς τοὺς Κελτούς· καὶ διὰ τοῦτο πρόπτωμα φονευομένων αὐτῶν, πολύ τι πλῆθος διεφθάρη. τὴν δὲ ἡμέραν ὑπιφαινομένην, οἱ μὲν Ταραντῖνοι τὴν ἡσυχίαν εἶχον καὶ τὰς οἰκήσεις, ὑδέπω δυνάμενοι τάξασθαι τὸ συμβαῖνον. ἅμα μὲν γὰρ τὴν σάλπιγγα καὶ τὸ μηδὲν ἀδίκημα γίνεσθαι μηδ' ἁρπαγὴν καὶ τὴν πόλιν, ἔδοξαν ὀξὺ αὐτοῖς τῶν Ρωμαίων εἶναι τὸ κίνημα· τὸν δὲ πολλοὺς αὐτῶν ὁρᾶν πεφονευμένους ἐν ταῖς πλατείαις, καὶ τινας τῶν Γαλατῶν διαιρεῖσθαι σκυλεύοντας τοὺς τῶν Ρωμαίων νεκρούς, ὑπέπεσέ τις ἔννοια καὶ τῶν Καρχηδονίων παρουσίας.

EX LIBRO IX.

Pag. 563.

SOLI Ætoli irruenti in Græciam Brenno & cæteris barbarorum copiis restiterunt.

An. U. C. 474.

Μόνοι [Αἰτωλοὶ] δὲ πρὸς τὸν Βρέννον καὶ τὸν ἅμα τούτῳ βαρβάρων ὄχλον ἀντέστησαν.

Digitized by Google

Ἅμα γὰρ τῷ Γαλάτας καταφρονῆσαι Μακεδόνων νικήσαντας Πτολεμαῖον τὸν Κεραυνὸν ἐπικαλούμενον, εὐθέως καταφρονήσαντες τῶν ἄλλων ἦκον οἱ περὶ Βρέννον εἰς μέσην τὴν Ἑλλάδα μετὰ τῆς δυνάμεως· ὃ πολλάκις ἂν συνέβαινε γίνεσθαι, μὴ κατεκαθημένων Μακεδόνων.

A Simul atque Galli Macedonas contemnere cœpissent post partam de Ptolemæo cognomine Cerauno victoriam; statim contemtis aliis præsto fuit Brennus, qui cum exercitu in mediam penetrat Græciam: quod & sæpius contigisset, nisi Græciæ finibus præsiderent Macedones. Pag. 567. An. U. C. 473.

EX LIBRO XI.

Ῥωμαῖοι γὰρ τῇ μάχῃ καταρθώσαντες, παραυτίκα μὲν τὸν χάρακα διήρπαζον τῶν ὑπεναντίων· καὶ πολλοὺς μὲν τῶν Κελτῶν, ἐν ταῖς στιβάσι κοιμωμένους διὰ τὸ μέθην, κατέκοπτον ἱερείων τρόπον· σωρὸν δὲ καὶ τὴν λοιπὴν τῶν αἰχμαλώτων λείαν, ἀφ' ἧς εἰς τὸ δημόσιον ἀνήχθη πλείω τῶν τριακοσίων ταλάντων. ἀπέθανον δὲ τῶν μὲν Καρχηδονίων καὶ τῆς μάχην συν τοῖς Κελτοῖς οὐκ ἐλάττους μυρίων.

B Romani post victoriam partam castra hostium repentè diripuerunt: multos ibi Gallos, in toris stramineis præ temulentia jacentes, in modum victimarum jugularunt: prædam quoque reliquam captivorum collegerunt, ex qua in ærarium talenta amplius trecenta sunt relata. Desiderati sunt in pugna Carthaginensium & Gallorum non pauciores decem millibus. Pag. 625. An. U. C. 546.

EX LIBRO XII.

Διὰ γὰρ τὴν πολυχοιρίαν καὶ τὴν λοιπὴν χορηγίαν μεγάλα συμβαίνει τὰ συβόσια καὶ τὴν Ἰταλίαν ὑπάρχειν, καὶ μάλιστα τὴν παλαιὰν παρά τε τοῖς Τυρρηνικοῖς καὶ Γαλάταις, ὥστε καὶ μίαν τοιάδα χιλίας ἐκτρέφειν ὗς, ποτὲ δὲ καὶ πλείους. διὸ καὶ κατὰ γῆν ποιοῦνται καὶ καθ' ἡλικίαν τὰς ἐκ τῶν νυκτερευμάτων ἐξαγωγάς· ὅθεν εἰς τὸν αὐτὸν τόπον προαγομένων καὶ πλειόνων συστημάτων, ἐνδέχεται ταῦτα κατὰ γῆν πορεῖν, ἀλλά γε συμπίπτει κατά τε τὰς ἐξελάσεις καὶ νομὰς ἀλλήλοις, ὁμοίως δὲ καὶτὰ τὰς προσαγωγάς. ἐξ ὧν αὐτοῖς ὑπενοήθη πρὸς τὸ λαγχάνειν, ὅταν συμπέσῃ, χοιρὶς κόπτειν καὶ προσματείας τὸ καλὰ συκάνην. ἐπειδὰν γὰρ τῶν νεμόντων ὁ μὲν ὑπὸ τοῦτο μέρος προάγει φωνῶν, ὁ δ' ὑπὸ ἕτερον ἀποκλίνας, αὐτὰ δ' αὐτῶν χωρίζεται τὰ θρέμματα, καὶ καθακολουθεῖ ταῖς ἰδίαις βυκάναις μὴ τοιαύτης προθυμίας, ὥστε μὴ δυνατὸν εἶναι βιάσασθαι, μηδὲ κωλύσαι μηδενὶ τρόπῳ τὴν ὁρμὴν αὐτῶν.

C Porro Itali homines, quia carnibus tenerorum porcorum, & omnino magna succidiæ copia utuntur, magnos propterea suum greges alunt, maximè autem veteris Italiæ incolæ Etrusci & Galli, adeo ut scrofam sit invenire, quæ mille porcos alat, aut etiam plures. Idcirco per genera & ætates educuntur ex haris in quibus pernoctant; unde cùm in eumdem locum plures greges pastum agantur, per genera separati servari non possunt, D sed interdum miscentur invicem, sive cùm foras educuntur, sive cùm pascuntur, similiter quoque dum reducuntur. Et ob hanc causam porculatores, ut sine labore & magno negotio distinctionem permistorum gregum facerent, in eam rem uti buccina excogitarunt. Simul ac enim pastorum alius in hanc partem procedens insonuerit, alius in illam se deflexerit, ipsa per se pecora statim discernuntur, E & suas buccinas ita sequuntur, ut per vim retinere, aut impetum currentium retardare nullo pacto valeas. Pag. 655.

EX LIBRO XVII.

Οὗτοι γὰρ παρεγένοντο εἰς τὴν Ῥώμην πρὸ τοῦ τὴν σύγκλητον ἀκοῦσαι ὑπὲρ τῶν εἰς τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν καθεσταμένων· πότερον ἀμφοτέρους ὑπάτους εἰς τὴν Γαλατίαν, ἢ τὸν ἕτερον αὐτῶν διὰ πέμπειν ὑπὲρ Φιλίππου. πυθομένων δὲ τῶν Τίτου φίλων μένειν τοὺς ὑπάτους ἀμ-

Legati Romam priùs venerunt, quàm de provinciis magistratuum anni præsentis quidquam decrevissent Patres; utrúmne ambo Consules in Galliam essent mittendi, an eorum alter adversus Philippum. Postquam certò comperierant Titi amici ambos Pag. 750. An. U. C. 557.

Digitized by Google

Consules tumultûs Gallici causa in Italia mansuros, legati omnes in senatum venerunt, & in Philippum asperrimè sunt invecti..... Senatus ambos Consules in Galliam misit.

A φοτέρους κατὰ τὴν Ἰταλίαν διὰ τὴν ἀπὸ τῶν Κελτῶν φόβον, εἰσελθόντες εἰς τὴν σύγκλητον πάντες, κατηγόρουν ἀποτόμως τοῦ Φιλίππου.... ἡ δὲ σύγκλητος τοὺς μὲν ὑπάτους ἀμφοτέρους εἰς Γαλατίαν ἐξαπέστειλε.

EX EXCERPTIS LEGATIONIBUS.

Pag. 834.

An. U. C. 564.

XXIX. Quo tempore Romæ de pace cum Antiocho agebatur, & legatis, qui undique ad Romanos ex Asia venerant, opera dabatur, urgente in Græcia bello adversus Ætolos: tunc etiam in Asia cum Gallogræcis bellum est confectum.

Pag. 836.

XXXI. Cnæus Manlius cùm Isiondenses obsidione exemisset, Gallogræcos repetere instituit.

An. U. C. 564.

XXXIII. Cnæus Manlius Romanus Imperator legatos misit ad Eposognatum Galatam, ut legationem ipse obiret ad ejus gentis (a) Regulos. Eposognatus, missis ad Manlium legatis, eum oravit ne præproperè castra moveret, neve Tolistobogos Gallos hostiliter invaderet: ipsum enim ad Reges iturum Eposognatum, & ut Romanorum amicitiam respiciant fore illis auctorem, persuasurumque adeo ipsis, ut nullam conditionem modicam & tolerabilem detrectent. Ad oppidulum quod Gordium vocant stativa habente Cnæo, legati ab Eposognato venerunt, nunciantes profectum eum ad Reges Gallorum, cum ipsis esse colloquutum: sed ad nullam æquam conditionem potuisse perduci; quin imò, liberis simul atque uxoribus cum reliqua substantia universa in montem collatis quem Olympum nominant, esse ad pugnandum paratos.

Pag. 837.

An. U. C. 564.

XXXIV. Romanis ad Ancyram post victos in Olympo monte Gallos stativa habentibus, cùm inibi Cnæus Consul ut ulteriùs progrederetur, oratores Tectosagum venerunt, petentes ab eo ut, relictis eò loci copiis, ipse postero die in medium locum inter bina castra procederet; adfuturos

ΚΘ. Οτι καθ' ὃν καιρὸν ἐν τῇ Ρώμῃ τὰ περὶ τὰς συνθήκας τὰς πρὸς Αντίοχον, καὶ καθόλου περὶ τῆς Ασίας αἱ πρεσβεῖαι διεπράττοντο, κατὰ δὲ τὴν Ελλάδα τὸ τῶν Αἰτωλῶν ἔθνος ἐπολεμεῖτο· κατὰ τοῦτον συνέβη τὴν περὶ τὴν Ασίαν πρὸς τοὺς Γαλάτας πόλεμον ἐπιτελεσθῆναι.

ΛΑ. Αμα δὲ καὶ τοὺς Ισιόνδεις ἐξελόμενος ἐκ τῆς πολιορκίας, αὖθις ἐποιεῖτο τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ τοὺς Γαλάτας.

ΛΓ. Οτι Γναΐος στρατηγὸς τῶν Ρωμαίων πρέσβεις ἐξαπέστειλε πρὸς τὸν Εποσόγνατον τὸν Γαλάτην, ὅπως πρεσβεύσῃ πρὸς τοὺς τῶν Γαλατῶν βασιλεῖς. καὶ ὁ Εποσόγνατος ἔπεμψε πρὸς Γνάϊον πρέσβεις, καὶ παρεκάλει τὴν Γνάϊον τὴν τῶν Ρωμαίων στρατηγὸν, μὴ προεξαναστῆναι, μηδ' ἐπιβαλεῖν χεῖρας τοῖς Τολιστοβόγοις Γαλάταις· καὶ διότι πρεσβεύσει πρὸς τοὺς βασιλεῖς αὐτῶν Εποσόγνατος, καὶ ποιήσεται λόγους ὑπὲρ τῆς φιλίας, καὶ πείσεται πρὸς πᾶν αὐτοὺς παραστήσεσθαι τὸ καλῶς ἔχον. ὄντος δὲ τοῦ Γναΐου πρὸς τὸ πολισμάτιον τὸ καλούμενον Γορδεῖον ἧκον παρ' Εποσογνάτου πρέσβεις, ἀποδηλοῦντες ὅτι πορευθεὶς διαλεχθείη τοῖς τῶν Γαλατῶν βασιλεῦσιν· οἱ δ' ἁπλῶς εἰς οὐδὲν συγκαταβαίνοιεν φιλάνθρωπον· ἀλλ' ἠθροικότες ὁμοῦ τέκνα καὶ γυναῖκας, καὶ τὴν ἄλλην κτῆσιν ἅπασαν εἰς τὸ καλούμενον ὄρος Ολυμπον, ἕτοιμοι πρὸς μάχην εἰσίν.

ΛΔ. Οτι τῶν Ρωμαίων μετὰ τὴν τῶν Γαλατῶν νίκην στρατοπεδευόντων περὶ τὴν Αγκυραν πόλιν, καὶ τοῦ Γναΐου τοῦ στρατηγοῦ προάγειν εἰς τοὔμπροσθεν μέλλοντος, παραγίνονται πρέσβεις παρὰ τῶν Τεκτοσάγων, ἀξιοῦντες τὴν Γνάϊον, τὰς μὲν δυνάμεις ἐάσαι κατὰ χώραν, αὐτὸν δὲ κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν προελθεῖν εἰς τὴν μεταξὺ τόπον τῶν στρατοπέδων· ἥξειν δὲ καὶ τοὺς παρ' αὐτῶν βασι-

(a) Inter Galatarum Reges, quos vicit Manlius Consul, Ortiagonem numerat Livius lib. 38. cap. 19. De hoc Ortiagone hæc ex Polybio narrantur in Collectaneis Constantini Augusti Porphyrogenetæ: Ορτιάγων ὁ βασιλεὺς τῶν ἐν τῇ Ασίᾳ Γαλατῶν ἐπιβάλετο τὴν ἁπάντων τῶν Γαλατῶν δυναστείαν εἰς αὐτὸν μεταστῆσαι· καὶ πολλὰ πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ἐφόδια προσφέρετο καὶ φύσει καὶ τρίβῃ. καὶ γὰρ εὐεργετικὸς ἦν καὶ μεγαλόψυχος, καὶ κατὰ τὰς ἐντεύξεις εὔχαρις καὶ συνετός· τὸ γὰρ συνέχον παρὰ Γαλάταις, ἀνδρώδης ἦν καὶ δυναμικὸς πρὸς τὰς πολεμικὰς χρείας. *Ortiagon Gallorum, qui sunt in Asia, Regulus omnium Gallorum principatum ambibat: ad hunc verò conatum & natura & usu plurima adjumenta habebat. Etenim liberalitate ac magnitudine animi erat insigni, & in congressu ac sermonibus urbanus & prudens: quodque apud Gallos præcipuum habetur, fortissimus ac bello strenuus erat.*

&

λεῖς κοινολογησομένους ὑπὲρ τῶν διαλύσεων. τοῦ δὲ Γναΐου συγκαταθεμένου καὶ παραγενηθέντος κατὰ τὸ συνταχθὲν μετὰ φ' ἱππέων, τότε μὲν οὐκ ἦλθον οἱ βασιλεῖς· ἀνακεχωρηκότος δὲ αὐτοῦ πρὸς τὴν ἰδίαν παρεμβολὴν, αὖθις ἧκον οἱ πρέσβεις, ὑπὲρ μὲν τῶν βασιλέων σκήψεις τινὰς λέγοντες, ἀξιοῦντες δὲ πάλιν ἐλθεῖν αὐτὸν, ὅτι τοὺς πρώτους ἄνδρας ἐκπέμψουσι κοινολογησομένους ὑπὲρ τῶν ὅλων. ὁ δὲ Γναΐος κατανεύσας ἥξειν, αὐτὸς μὲν ἔμεινεν ἐπὶ τῆς ἰδίας στρατοπεδείας· Ατταλον δὲ καὶ τῶν χιλιάρχων τινὰς ἐξαπέστειλε μετὰ τριακοσίων ἱππέων. οἱ δὲ τῶν Γαλατῶν ἦλθον μὲν κατὰ τὸ συνταχθὲν, καὶ λόγους ἐποιήσαντο περὶ τῶν πραγμάτων· τέλος δ' ἐπιθεῖναι τοῖς προειρημένοις, ἢ κυρῶσαί τι τῶν δοξάντων, οὐκ ἔφασαν εἶναι δυνατόν. τοὺς δὲ βασιλεῖς τῇ κατὰ πόδας ἥξειν διωρίζοντο, συνθησομένους καὶ πέρας ἐπιθήσοντας, εἰ καὶ Γναΐος ὁ στρατηγὸς ἔλθοι πρὸς αὐτούς. τῶν δὲ περὶ τὸν Ατταλον ἐπαγγειλαμένων ἥξειν τὸν Γναΐον, τότε μὲν ἐπὶ τούτοις διελύθησαν. ἐποιοῦντο δὲ ὑπερθέσεις ταύτας οἱ Γαλάται, καὶ διεστρατήγουν τοὺς Ρωμαίους, βουλόμενοι τῶν τε σωμάτων τινὰ τῶν ἀναγκαίων καὶ τῶν χρημάτων ὑπερθέσθαι πέραν Αλυος ποταμοῦ· μάλιστα δὲ τὸν στρατηγὸν τῶν Ρωμαίων, εἰ δυνηθεῖεν, λαβεῖν ὑποχείριον· εἰ δὲ μήγε, πάντως ἀποκτεῖναι. ταῦτα προθέμενοι, κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν ἐκαραδόκουν τὴν παρουσίαν τῶν Ρωμαίων, ἑτοίμους ἔχοντες ἱππεῖς εἰς χιλίους. ὁ δὲ Γναΐος διακούσας τὰ περὶ τὸν Ατταλον, καὶ πεισθεὶς ἥξειν τοὺς βασιλεῖς, ἐξῆλθε καθάπερ εἰώθει μετὰ φ' ἱππέων. συνέβη δὲ τῶν πρότερον ἡμέραις τοὺς ἐπὶ τὰς ξυλίας καὶ χορτολογίας ἐκπορευομένους ἐκ τοῦ τῶν Ρωμαίων χάρακος ἐπὶ ταῦτα τὰ μέρη πεποιῆσθαι τὴν ἔφοδον ἐπὶ τοὺς ἐφεδρείᾳ χρωμένους τοῖς ἐπὶ τὸν σύλλογον πορευομένοις ἱππεῦσι. οὗ καὶ τότε γενομένου, καὶ πολλῶν ἐξεληλυθότων, συνέταξαν οἱ χιλίαρχοι τοὺς εἰθισμένους ἐφεδρεύειν τοῖς προνομεύουσιν ἱππεῖς ἐπὶ ταῦτα τὰ μέρη ποιήσασθαι τὴν ἔξοδον. ὧν ἐκπορευθέντων, αὐτομάτως τὸ δέον ἐγενήθη πρὸς τὴν ἐπιφερομένην χρείαν.

ΛΕ. Οτι κατὰ τοὺς καιροὺς τούτους, κατὰ τὴν Ασίαν Γναΐου τοῦ τῶν Ρωμαίων στρατηγοῦ παραχειμάζοντος ἐν Εφέσῳ, κατὰ τὸν τελευταῖον ἐνιαυτὸν τῆς ὑποκειμένης Ολυμπιάδος, παρεγένοντο πρέσβεις παρά τε τῶν Ελληνίδων πόλεων τῶν ἐπὶ τῆς Ασίας καὶ παρ' ἑτέρων πλειόνων, συμφοροῦσαι στεφάνους τῷ Γναΐῳ, διὰ τὸ νενικηκέναι τοὺς Γαλάτας. ἅπαντες γὰρ οἱ τὴν

A & Reges Gallorum, ut de pace agant. Cùm Cnæus esset assensus, & sicut constitutum fuerat, quingentis equitibus comitatus venisset, Reges non adfuerunt. Consule in castra Romana reverso, redeunt legati, ad excusationem Regum suorum causas quasdam prætexentes; rogantes etiam ut iterum venire vellet: Reges enim Gallorum principes gentis missuros, quibuscum de rebus omnibus posset tractari. Cnæus se venturum pollicitus, ipse quidem in castris remanet: B sed Attalum cum tribunis quibusdam, & trecentorum equitum præsidio mittit. Galli ad hoc colloquium accesserunt, ut convenerat, suntque pacis conditiones dictæ: at finem rebus posse imponi de quibus esset actum, aut confirmari quæ placita essent, negarunt posse. Verùm postero die Reges venturos affirmabant, pactaque cum Cnæo, si modò ille adfuerit, inituros, & negotio finem imposituros. C Promittente Attalo adfuturum Consulem, utrinque discessum est. Has moras nectebant Galli, hos Romanis dolos struebant, ut conjuges & liberos cum rebus suis trans Halym fluvium possent trajicere. Præcipuè verò Consulem Romanum, si posset fieri, capere cupiebant; aut certè, si id minùs posset, omnino occidere. Hoc consilio die sequenti adventum Romanorum exspectabant, paratis in id mille circiter equitibus. Consul affirmanti Attalo venturos Reges fidem D habens, castris exiit, ut erat ei moris, cum quingentis equitibus. Acciderat autem ut superioribus diebus lignatores & pabulatores qui è Romanis castris exierant, eam partem incursarent, in qua præsidium equitum, qui Consulem ad colloquium comitabantur, pro subsidio ac statione haberent. Id cùm tunc quoque factum esset, multique exiissent, Tribuni equites, qui pabulatoribus subsidio esse soliti erant, eam E partem petere jusserunt. Quo facto, provisum fuit casu ei malo quod impendebat.

Pag. 838.

XXXV. Eodem ferme tempore, anno præsentis Olympiadis ultimo, ad Cnæum Manlium proconsulem, Ephesi in Asia hibernantem, legationes ex civitatibus Græcorum aliisque multis gentibus venerunt, propter victoriam de Gallis coronas illi undique afferentes. Omnes enim qui regiones cis

An. U. C. 565.

Taurum colunt, non tam lætati sunt capto Antiocho, quòd liberati essent alii tributis, alii præsidio, omnes necessitate parendi jussis illius; quàm
Pag. 839. quòd metus à barbaris esset ipsis ademtus, neque ampliùs injurias gentis immanis essent toleraturi. Venit & missus ab Anthiocho Musæus, & Gallorum legati, ut scirent quibus legibus pacem à Romanis essent impetraturi..... Proconsul civitatum oratores omnes laudatos comiterque exceptos dimisit: Gallis respondit, postquàm venisset Eumenes rex, de pace cum iis se acturum.

Pag. 845. XXXVI. [Decem legati & Cnæus] omnibus ferè rebus ordinatis, aut iis saltem quæ maximè erant necessariæ, cum omni exercitu ad Hellespontum sunt profecti, ut in transitu quæ gesta erant cum Gallis firmarent.

Pag. 872. An. U. C. 572. LV. In Asia Rex Pharnaces iterum nihil curans quòd causæ cognitio ad Romanos delata fuisset, Leocritum per hiemis tempus cum decem militum millibus ad devastandam Galatiam misit: ipse vere ineunte copias coëgit, ceu facturus in Cappadociam impressionem. Quæ Eumenes ut cognovit, etsi gravissimè indignabatur quòd omnes fidei leges violasset Pharnaces, ipse tamen idem facere cogebatur. Cùm jam convenisset ejus exercitus, venit Roma Attalus. Postquam unà
Pag. 873. congressi de præsenti negotio inter se tractassent, subitò cum copiis castra moverunt: in Galatiam reversi, Leocritum quidem ibi non offenderunt; sed cùm Carsignatus & Gæzotoris, qui Pharnacis partes priùs sequuti fuerant, legatos subinde ad ipsos mitterent, ne quid sibi noceretur poscentes, & imperata cuicuimodi illa essent facturos se pollicentes; ipsi repudiata horum petitione, quia fidem jam mutassent, cum omni exercitu adversus Pharnacem proficiscuntur.

Pag. 880. An. U. C. 574. LIX. His conditionibus pax convenit: *Eumeni, Prusiæ & Ariarathi cum Pharnace & Mithridate pax esto perpetua: Galatiam Pharnaces ne ingreditor ullo modo: quæcumque antea Pharnaci cum Galatis fœdera fuerunt, dirimuntor.*

Pag. 918. XCIII. Per idem tempus venit

A ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου κατοικοῦντες, οὐχ οὕτως ἐχάρησαν Αντιόχου ληφθέντος, ἐπὶ τῷ δοκεῖν ἀπολελῦσθαι, τινὲς μὲν φόρων, οἱ δὲ φρουρᾶς, καθόλου δὲ πάντες βασιλικῶν προσταγμάτων· ὡς ἐπὶ τῷ τὸν ἀπὸ τῶν βαρβάρων αὐτοῖς φόβον ἀφῃρῆσθαι, καὶ δοκεῖν ἀπηλλάχθαι τῆς τούτων ὕβρεως καὶ παρανομίας. ἦλθε δὲ καὶ παρ' Αντιόχου Μουσαῖος, καὶ παρὰ τῶν Γαλατῶν πρεσβευταὶ, βουλόμενοι μαθεῖν ἐπὶ τίσιν αὐτοὺς δεῖ ποιεῖσθαι τὴν φιλίαν .... ὁ δὲ στρατηγὸς τὰς μὲν παρὰ τῶν πόλεων πρεσβείας πάσας ἐπαινέ-
B σας, καὶ φιλανθρώπως ἀποδεξάμενος, ἐξαπέστειλε· τοῖς δὲ Γαλάταις ἀπεκρίθη, διότι προσδεξάμενος Εὐμένη τὴν βασιλέα, τότε ποιήσεται τὰς πρὸς αὐτοὺς συνθήκας.

Λϛ'. Σχεδὸν δὲ τῶν ἀναγκαιοτάτων καὶ πλείστων αὐτοῖς διῳκημένων, ἀναζεύξαντες προῆγον ἐφ' Ελλήσποντον, βουλόμενοι κατὰ τὴν πάροδον ἔτι τὰ πρὸς τοὺς Γαλάτας ἀσφαλίσασθαι.

C ΝΕ. Οτι κατὰ τὴν Ασίαν Φαρνάκης ὁ βασιλεὺς πάλιν ὀλιγωρήσας τῆς γεγενημένης ἐπὶ Ρωμαίους ἀναφορᾶς, Λεώκριτον μὲν ἔτι κατὰ χειμῶνα μετὰ μυρίων στρατιωτῶν ἐξαπέστειλε πορθήσοντα τὴν Γαλατίαν· αὐτὸς δὲ τῆς ἐαρινῆς ὥρας ἀποφαινούσης ἤθροιζε τὰς δυνάμεις, ὡς ἐμβαλὼν εἰς τὴν Καππαδοκίαν. ἃ πυνθανόμενος Εὐμένης, δυσχερῶς μὲν ἔφερε τὸ συμβαῖνον, διὰ τὸ πάντας τοὺς τῆς πίστεως ὅρους ὑπερβαίνειν τὸν Φαρνάκην· ἠναγκάζετο δὲ τὸ παραπλήσιον ποιεῖν. ἤδη δ' αὐ-
D τοῦ συνηθροικότος τὰς δυνάμεις, κατέπλευσαν ἐκ τῆς Ρώμης οἱ περὶ τὸν Ατταλον. ὁμοῦ δὲ γενόμενοι καὶ κοινολογηθέντες ἀλλήλοις, ἀνέζευξαν παραχρῆμα μετὰ τῆς στρατιᾶς· ἀφικόμενοι δὲ εἰς τὴν Γαλατίαν, τὸν μὲν Λεώκριτον οὐκ ἔτι κατέλαβον· τοῦ δὲ Καρσιγνάτου καὶ τοῦ Γαιζοτόριος διαπεμπομένων πρὸς αὐτοὺς ὑπὲρ ἀσφαλείας, οἵ τινες ἐτύγχανον ἔτι πρότερον ἠρημένοι τὰ Φαρνάκου, καὶ πᾶν ὑπισχνουμένων ποιήσειν τὸ προσταττόμενον, ἀπειπάμενοι τούτους διὰ τὴν προγεγενημέ-
E νην ἀθεσίαν, ἐξάραντες παντὶ τῷ στρατεύματι προῆγον ἐπὶ τὸν Φαρνάκην.

ΝΘ. Εκυρώθησαν αἱ διαλύσεις ἐπὶ τούτοις· Εἰρήνην ὑπάρχειν Εὐμένει καὶ Προυσίᾳ καὶ Αριαράθῃ πρὸς Φαρνάκην καὶ Μιθριδάτην εἰς τὸν πάντα χρόνον· Γαλατίαν μὴ ἐπιβαίνειν Φαρνάκην κατὰ μηδένα τρόπον· ὅσαι γεγόνασι πρότερον συνθῆκαι Φαρνάκῃ πρὸς Γαλάτας, ἀκύρους ὑπάρχειν.

ϚΓ. Οτι κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἦλθε

Digitized by Google

παρὰ τῦ βασιλέως Εὐμένης ἀδελφὸς Ἄτταλος, ἔχων μὲ προφασιν, εἰ δὲ μὴ τὸ κῦ τὰς Γαλάτας ἐγεγόνει σύμπτωμα περὶ τὴν βασιλείαν, ὅλως ἐλθεῖν εἰς τὴ Ρώμην ἕνεκεν τῦ συγχαρῆναι τῇ Συγκλήτῳ, καὶ τυχεῖν τινὸς ὑπομνήσεως ἀφ' τὸ συμπεπολεμηκέναι, κὴ πάντων ἑτοίμως σφίσι μετεσχηκέναι τῶ κινδύνων· τότε δὴ κὴ δι' τὴ Γαλατικὴν φόβον ἠναγκασμένος ἦκεν εἰς τὴν Ρώμην... διὸ εἰσελθὼν εἰς τὴ Σύγκλητον ὁ προσρηθεὶς, συνεχάρη μὲ ὅτι τοῖς γεγονόσι, κὴ περὶ τῆ καθ' αὐτὸν εὐνοίας κὴ προθυμίας, ὧν παρέσχετο εἰς τὴ κῦ τὴ Περσέα πόλεμον, ἀπελογίσατο· ὅθεν ἁπλοϊκώτερον ἢ κὴ περὶ τῦ πέμψαι πρεσβευτὰς τὰς ὑπερηφανίας τῆ τῶ Γαλατῶν ὑπόνοιαν, καὶ πάλιν εἰς τὴ ἐξ ἀρχῆς αὐτὰς ὑποκατασήσοντας ἐκέλευσεν, παρεκάλεσε δὲ πλείονα.... τὰς δὲ περὶ τὴ Πόπλιον Λικίνιον ἔπεμψε [Σύγκλητος] πρεσβευτὰς πρὸς τὰς Γαλάτας.

ÇZ. Συνηκολούθησε δὲ καὶ ἕτερόν τι πρᾶγμα τούτῳ τῇ βουλῇ· μεγάλα γὰρ ὑπὸ τῆ Γαλατῆ ὑπεφημισμένου κινδύνου τῇ βασιλείᾳ, πρόφασις ἦν ὅτι δι' τὸν σκυβαλισμὸν τῦτον, οἱ μὲν τῦ βασιλέως σύμμαχοι ταπεινωθήσονται πάντες· οἱ δὲ Γαλάται διπλασίως ὑπερῤῥωθήσονται πρὸς τὸν πόλεμον.

ÇH. Ὅτι τοῖς παρὰ τῆ ἐν τῆς Ασίας Γαλατῶν πρεσβευταῖς συνεχώρησαν τὴν αὐτονομίαν, μένουσιν ἐν ταῖς ἰδίαις καθοικίαις, καὶ μὴ στρατευομένοις ἐκτὸς τῆ ἰδίων ὅρων.

ÇΘ. Οἱ μὲν οὖν παρὰ τῦ Πρυσίου κατηγορίαν ἐποιῦντο Εὐμένης τῦ βασιλέως, φάσκοντες αὐτῆ τε τινὰ χωρία ἀφῃρῆσθαι τὴ Εὐμένη, κὴ τὴ Γαλατίας ὑπαφίστασθαι τὸ παράπαν, οὐδὲ πειθαρχεῖν τοῖς τῆ Συγκλήτυ δόγμασιν... ἡ δὲ Σύγκλητος ἀκούσασα τῶν κατηγορύντων, ὅτ' ἀπέῤῥιπτε τὰς διαβολὰς, ὅτ' ἐξέφαινε τὴ ἑαυτῆς γνώμην, ἀλλὰ σωτηρίᾳ παρ' ἑαυτῇ, ἀφιεῖσα καθόλυ τοῖς περὶ τὴ Εὐμένη κὴ τὴ Αντίοχον· τοῖς γε μὴν Γαλάταις ἀεί τι προσετίθη κὴ συνεπίχυε πρὸς τὴν ἐλευθερίας.

Ρ'. Συνέβαινε δὲ τὸν Πρυσίαν, ὑ μόνον αὐτὸν ἐνεργῶς κεχρῆσθαι τὴ διαβολαῖς, τῆ κῦ τὴ Εὐμένη κὴ τὴ Ἄτταλον, ἀλλὰ κὴ τὰς Γαλάτας παροξυνέναι, κὴ τὰς Σελγεῖς κὴ πλείους ἑτέρους κῦ τὴν Ασίαν πρὸς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν.

PZ. Ἐδει δὲ τοὺς περὶ τὸν Γναῖον καὶ τὰ περὶ τοὺς Γαλάτας, καὶ τὰ κατὰ τὴ Αριαράθου βασιλείαν ἐποπτεῦσαι.

A Romam à fratre Eumene Rege missus Attalus, qui, licèt illa clades non accidisset quam regno intulerant Galli, omnino tamen Romam veniendi causam habebat; quò nempe Senatui gratularetur, & ut aliquod benevolentiæ testimonium experiretur, quòd Romam bello juvisset, & ad omnia pericula hilarem se ac promtum præbuisset socium: tum verò propter Gallicum tumultum necessariò venerat.... Quapropter Attalus ut in Senatum venit, gaudium de rebus actis suum testatus, de fide atque alacritate animi quam in bello adversus Perseum adhibuerat disseruit: tum de mittendis legatis, qui Gallorum perditam audaciam sua præsentia reprimerent, & ad statum priorem eos redigerent, multis verbis apud Patres egit.... Senatus Publium Licinium ad Gallogræcos legatum misit.

An. U. C. 586.

Pag. 919.

XCVII. Sed & aliud quid præter ea hoc Senatusconsulto adepti sunt Romani, quod apprimè ad rem faciebat: nam cùm ingens illi regno [Pergameno] periculum immineret à Gallogræcis, non erat dubium quin propter hanc contumeliosam Eumenis rejectionem, amicis quidem omnibus illius animi conciderent; Galatæ verò duplo ad persequendum bellum animosiores essent futuri.

Pag. 925.

An. U. C. 587.

CII. Legatis, quos miserant Galli qui sunt in Asia, permiserunt Patres, ut suis legibus uterentur; si modò intra habitationes proprias sese continerent, & extra fines suos armati non prodirent.

Pag. 931.

CIV. Legatus Prusiæ Eumenem Regem accusabat, quædam loca ab eo Prusiæ ademta conquerens, & quòd à Galatia omnino non abstineret, nec Senatûs decretis morem gereret..... Senatus, his auditis, neque criminationes respuit, neque mentem aperuit suam, sed clam apud se habuit, Eumeni atque Antiocho in omnibus rebus diffidens: Galatis interim aliquid semper deferebat, eosque in libertate vindicanda adjuvabat.

Pag. 932.

CVI. Prusias enim non solùm calumniabatur ipse omni studio Eumenem & Attalum; verùm etiam Galatas ac Selgenses, multosque alios Asiæ populos ad faciendum idem impulerat.

Pag. 936.

CVII. Jussi fuerant Cnæus & alii legati ea, quæ Galatas & Ariarathis regnum spectabant, invisere.

Pag. 938.

An. U. C. 591.

Digitized by Google

CVIII. Per id tempus venerunt Roma legati, primò quidem Marcus Junius, ad disceptandas controversias inter Gallogræcos & Ariarathem Regem. Postquam enim Trocmi Cappadociæ nullam partem occupare potuerunt (etenim Cappadoces ingenti assumta audacia urbem * * * repentè munierant) confugientes ad Romanos, Ariarathem in odium illorum adducere sunt conati. Idcirco ad Regem missus est Junius; quem cùm Rex pro tempore alloquutus fuisset, humanéque accepisset, illum ipsius laudes prædicantem dimisit. Postea legati alii venerunt, Cnæus Octavius & Spurius Lucretius; qui ubi Regem denuò alloquuti essent super controversia quam habebat cum Gallogræcis; ille paucis rem omnem exponere, ac dicere, in eorum judicio facilè se acquieturum.

Pag. 947. An. U. C. 592. CXIV. Post paucos dies Tiberium Gracchum, Lucium Lentulum & Servilium Glauciam legatos Senatus decrevit, qui res in Græcia inspicerent; deinde in Asiam transgressi, quid moliretur Demetrius observarent; animos item aliorum Regum explorarent; & controversias eorum cum Galatis disceptarent.

Pag. 952. An. U. C. 595. CXIX. Quod ad res attinet Asiaticas, Prusias Rex legationem communem cum Gallogræcis Romam misit, qui de Eumene quererentur: Eumenes vicissim fratrem Attalum, qui suam causam ageret.

Pag. 953. CXXI. Post istos venit Attalus, postquam novi jam Consules inivissent: hic à Gallogræcis accusatus quos miserat Prusias, itemque ab aliis qui aderant ex Asia, à Senatu, qui omnes audiverat, non solùm liberatus est criminationibus, sed etiam honore auctus, & summa humanitate exceptus est ac dimissus.

Pag. 961. An. U. C. 598. CXXXI. Circa tempus idem adfuerunt & Massiliensium legati, quos jam pridem Ligures vexabant; tum verò in magnas angustias redegerant: nam & urbes eorum Antipolis atque Nicæa obsessæ à Liguribus tenebantur. Propterea legatos Romam miserant, qui & quo loco res eorum essent Romanis significarent, & opem sibi ferri peterent. Hi cùm in Senatu fuissent auditi, legatio decreta est, partim ad invisendum regionum illa-

A ΡΗ. Οτι κατὰ τοὺς καιροὺς τούτους παρεγένοντο πρέσβεις ἐκ τῆς Ρώμης, πρῶτον μὲν οἱ περὶ τὸν Μάρκον Ιούνιον διευκρινήσοντες τὰ πρὸς τοὺς Γαλάτας διαφέροντα τῷ βασιλεῖ. ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἠδυνήθησαν οἱ Τρόκμοι δι' αὐτῶν ἀποτεμέσθαι τῆς Καππαδοκίας οὐδὲν, (ἀλλ' ἐκ χειρὸς ᾠκοδομήσαντο τὴν * δόκην ἐπιβαλόμενοι τόλμαν) καταφυγόντες ἐπὶ Ρωμαίους, διαβάλλειν ἐπειρῶντο τὸν Αριαράθην. ὧν χάριν ἀπεστάλησαν οἱ περὶ τὸν Ιούνιον· πρὸς οὓς ὁ βασιλεὺς ποιησάμενος τοὺς ἁρμόζοντας λόγους, καὶ τἄλλα φιλανθρώπως ὁμιλήσας, ἐκείνους μὲν εὐλογοῦντας ἀπέστειλε. μετὰ δὲ ταῦτα παραγενομένων πρεσβευτῶν τῶν περὶ Γναΐον Οκταούϊον καὶ Σπόριον Λουκρήτιον, καὶ διαλεγομένων τῷ βασιλεῖ πάλιν περὶ τῶν πρὸς τοὺς Γαλάτας αὐτῷ διαφερόντων, βραχέα περὶ τούτων κοινολογησάμενος, καὶ φήσας εὐεπαγωγὸς εἶναι πρὸς τὸ κριθέν.

B

ΡΙΔ. Πρεσβευτὰς δὲ κατέστησαν μετά τινας ἡμέρας τοὺς περὶ Τιβέριον Γράκκον καὶ Λεύκιον Λέντλον καὶ Σερουΐλιον Γλαυκίαν, οἵ τινες ἔμελλον πρῶτον μὲν ἐποπτεύσειν τὰ κατὰ τοὺς Ελληνας· ἔνθεν ἐπιβάλλοντες ἐπὶ τὴν Ασίαν, τά τε κατὰ τὸν Δημήτριον καραδοκήσειν, καὶ τὰς τῶν ἄλλων βασιλέων προαιρέσεις ἐξετάσειν, καὶ τὰ πρὸς τοὺς Γαλάτας ἀντιλεγόμενα τοῖς προειρημένοις διευκρινήσειν.

C

ΡΙΘ. Οτι κατὰ τὴν Ασίαν Προυσίας μὲν ἐξέπεμψεν εἰς τὴν Ρώμην πρεσβευτὰς μετὰ Γαλατῶν, τοὺς κατηγορήσοντας Εὐμένους· ἐστὶ δὲ πάλιν τὸν ἀδελφὸν Ατταλον ἀπολογησόμενον πρὸς τὰς διαβολάς..

D

ΡΚΑ. Μετὰ δὲ τούτους Αττάλου παραγενηθέντος, ἤδη τῶν ὑπάτων τὰς ἀρχὰς εἰληφότων, καὶ τῶν Γαλατῶν αὐτοῦ κατηγορησάντων, οὓς ἀπέσταλκε Προυσίας, καὶ πλειόνων ἑτέρων ἀπὸ τῆς Ασίας· διακούσασα πάντων ἡ Σύγκλητος, οὐ μόνον ἀπέλυσε τῶν διαβολῶν τὸν Ατταλον, ἀλλὰ καὶ προσαυξήσασα τοῖς φιλανθρώποις ἐξαπέστειλε.

E

ΡΛΑ. Οτι κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἧκον πρεσβευταὶ καὶ παρὰ Μασσαλιητῶν, οἱ πάλαι μὲν κακῶς πάσχοντες ὑπὸ τῶν Λιγυστινῶν, τότε δὲ συγκλειόμενοι τελέως, καὶ πρὸς τούτοις καὶ πολιορκουμένων τῶν πόλεων Αντιπόλεως καὶ Νικαίας, ἐξαπέστειλαν πρεσβευτὰς εἰς τὴν Ρώμην, τούς τε τὰ γινόμενα διασαφήσοντας, καὶ δεομένους σφίσι βοηθεῖν. ὧν καὶ παρελθόντων εἰς τὴν Σύγκλητον, ἔδοξε τῷ συνεδρίῳ πρεσβευτὰς πέμψαι, τοὺς ἅμα μὲν αὐτόπτας γενησομένους τῶν γιγνομένων, ἅμα δὲ

Digitized by Google

πειθασαμένους λόγῳ διορθώσασθαι τὰ βαρβάρων τῷ ἀγνοίᾳ. A rum ſtatum, partim, ſi fieri poſſet, ad emendandum ſine armis quæ peccata erant à barbaris.

ΡΛΔ. Ὅτι τῶν Μασσαλιητῶν ἀφικομένων πρὸς Ρωμαίους, καὶ λεγόντων αὐτοὺς ὑπὸ τῶν Λιγυστίνων, παρανόμημα κατέγνων Φλαμίνιον καὶ Ποπίλλιον Λαινάτην καὶ Λεύκιον Πόπιον πρεσβευτάς. οἱ καὶ πλέοντες μὲν τῶν Μασσαλιητῶν, προσέσχον τὰ Ὀξυβίων χώρας καὶ πόλιν Αἴγιτναν. οἱ δὲ Λιγυστινοὶ πεφασκότες ὅτι παύσειν βουλεύοντες αὐτοῖς λύειν τὴν πολιορκίαν, B τοὺς μὲν ἄλλους ἔτι καθορμιζομένους ἐπελθόντες ἐκώλυσαν τὴν ἀποβάσεως· τὸν δὲ Φλαμίνιον καταλαβόντες ἀποβεβηκότα, καὶ τὰς ἀποσκευὰς ἀποτεθειμένον, τὰς μὲν ἀρχὰς ἐκέλευον αὐτὸν ἐκ τῆς χώρας ἀπολύεσθαι· τῶν δὲ φθάσαντες, ἤρξαντο τὰ σκεύη διαρπάζειν, τῶν δὲ παίδων καὶ τῶν ἀπελευθέρων ἀντιποιουμένων καὶ κωλυόντων ἀπεβιάζοντο, καὶ προσέφερον χεῖρας τοῖς χερσίν. ἐν ᾧ καιρῷ ὁ τῶν Φλαμινίου βοηθοῦντος τοῖς ἰδίοις, τῶν μὲν κατέτρωσαν, δύο δὲ τῶν οἰκετῶν κατέβαλον, τοὺς δὲ λοιποὺς κατεδίωξαν εἰς τὰ πλοῖα· C ὥστε τὸν Φλαμίνιον μόγις ἀποκόψαντα τὰ ἀπόγαια καὶ τὰς ἀγκύρας, διαφυγεῖν τὸν κίνδυνον. ὃς μὲν ἀποκομισθεὶς εἰς Μασσαλίαν, ἐθεραπεύετο μετὰ πάσης ἐπιμελείας· οἱ δὲ Σύγκλητος πυθομένη τὰ γεγονότα, παράπτωμα τὴν ἐπάνω Κοΐντον Ὀπίμιον ἐξαπέστειλε μετὰ δυνάμεως πολεμήσοντα τοῖς Ὀξυβίοις καὶ Δεκιήταις. ὁ δὲ Κοΐντος συναθροίσας τὰς δυνάμεις εἰς τὴν Πλακεντίνων πόλιν, καὶ ποιησάμενος τὴν πορείαν διὰ τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν, ἦλθεν εἰς τοὺς Ὀξυβίους. στρατοπεδεύσας δὲ παρὰ τὸν Ἄρενα ποταμὸν, ἀνεδέχετο τοὺς πολεμίους, πανδημεὶ αὐτοὺς ἀθροίζεσθαι καὶ προθύμους εἶναι πρὸς τὸ διακινδυνεύειν. ὡς προσαγαγὼν τὴν στρατιὰν ὁ Κοΐντος πρὸς τὴν Αἴγιτναν, ἐν ᾗ συνέβη τοὺς πρεσβευτὰς παθεῖν, καὶ τὴν πόλιν καὶ χρατοῦντος ἑλὼν, ἐξηνδραποδίσατο, καὶ τοὺς ἀρχηγοὺς τοῦ ὕβρεως ἀπέστειλε δεσμίους εἰς τὴν Ρώμην· καὶ ταῦτα διαπραξάμενος, ἀπήντα τοῖς πολεμίοις. οἱ δὲ Ὀξύβιοι νομίζοντες ἀπαραίτητον αὐτοῖς εἶναι τὴν εἰς τοὺς πρεσβευτὰς ἁμαρτίαν, παραλόγῳ τινὶ χρησάμενοι θυμῷ, καὶ λαβόντες ὁρμὴν παράπτωκὼ, πρὶν ἢ τοὺς Δεκιήτας αὐτοῖς συμμῖξαι, σὺν τετρακισχιλίοις ἀθροισθέντες, ὥρμησαν ἐπὶ τοὺς πολεμίους. ὁ δὲ Κοΐντος ἰδὼν τὴν ἔφοδον καὶ τὸ θράσος τῶν βαρβάρων, τὴν μὲν ἀπόνοιαν αὐτῶν κατεπλάγη· θεωρῶν δὲ μηδενὶ λόγῳ ταύτην

CXXXIV. Cùm veniſſet Romam legatio Maſſilienſium, quæ vexari eos à Liguribus nunciabat, extemplò decrevit Senatus legatos Flaminium, Popillium Lænatem ac Lucium Pupium; qui cum Maſſilienſibus profecti, Ægitnam urbem in agro Oxybiorum naves appulerunt. At Ligures audito veniſſe illos, ut ſolvi obſidionem jubérent, cæteros quidem, dum adhuc portum ingrediuntur, ſupervenientes ipſi facere exſcenſionem prohibuerunt: Flaminium verò cùm navi jam egreſſum inveniſſent, & ſarcinas in tetram expoſitas, principio excedere agro ſuo juſſerunt: deinde quia imperium contemnebat, impedimenta illius diripere, ſervos & libertos qui reſiſtebant vi repellere, manuſque ipſis inferre cœperunt. Eo tempore cùm Flaminius ſuis opem ferret, ipſe vulneratus eſt, duo è famulis humi proſtrati, reliqui in navim compulſi: adeo ut Flaminius ipſe, rudentibus anchoriſque præciſis, ægrè ſaluti ſuæ conſuluerit. Is igitur Maſſiliam delatus, omni ſtudio ac diligentia curabatur: Senatus verò de iis quæ acciderant factus certior, extemplò alterum Conſulem Quintum Opimium cum exercitu proficiſci juſſit, ad bellum cum Oxybiis & Deciatis gerendum. Opimius, die militi edicta ad conveniendum in agrum Placentinorum, Apenninis montibus ſuperatis, in fines Oxybiorum pervenit. Dein poſitis ad Apronem fluvium caſtris, hoſtes quos congregari in unum intellexerat, & acie confligere paratos eſſe, ibi exſpectavit. Mox admotis copiis ad oppidum Ægitnam, ubi violati fuerant populi Romani legati, vi illam occupat, cives mulctat ſervitute, auctores injuriæ catenis oneratos Romam mittit: atque his rebus peractis, obviam hoſtibus procedit. Oxybii ſpem nullam veniæ ſupereſſe rati poſt admiſſum in legatos delictum, temeraria æſtuantes ira, cæcum ac furioſum capiunt impetum; & priuſquàm ſe cum iis Deciatæ junxiſſent, ad numerum quatuor millium congregati inimicos invadunt. Conſul impreſſionem atque audaciam barbarorum ut videt, mirari ille quidem deſperatorum hominum furorem; ſed qui in incœpto hoſtium iſto rationem

Pag. 962.

Pag. 963.

An. U. C. 599.

Digitized by Google

nullam deprehenderet, homo prudens & eximia quadam atque singulari sagacitate mentis præditus, de exitu prælii bene sperabat. Igitur copias castris educere, milites ut res atque tempus monebat alloqui; deinde sensim in hostem vadere. Primo impetu, quem dedit vehementissimum, oppositam aciem citò perculit: multi sunt occisi, reliqui in effusam fugam
Pag. 964. dare se coacti. Interim congregatis copiis adveniunt Deciatæ, ut in omnibus periculis, quæ Oxybii adirent, socios se illis præberent: sed quia post pugnam pugnatam venerant, fugientium è clade fugam sistunt, & mox cum Romanis vi magna atque alacritate confligunt. Eo prælio victi, sine mora omnes se & suam urbem in fidem Romanorum dedunt. Quintus, his populis superatis, agri capti quantam maximam poterat partem Massiliensibus statim attribuit: Ligures deinde compulit, ut certis temporibus renovandos Massiliensibus darent obsides. Ipse eas gentes quæ contra se pugnaverant exarmat; & distributo per oppida exercitu, hiberna ibi egit. Atque ita bellum hoc & susceptum est & magna celeritate confectum.

A χρωμένους τοὺς ἐχθροὺς, εὐθαρσὴς ὢν, ἅτε τρι-
βὴν ἐν πράγμασιν ἔχων, καὶ τῇ φύσει διαφερόν-
τως ἀγχίνους ὑπάρχων. διόπερ ἐξαγαγὼν τὴν
αὐτοῦ στρατιὰν, καὶ παρακαλέσας τὰ πρέποντα τοῖς
καιροῖς, ᾔει βάδην ἐπὶ τοὺς πολεμίους. χρησά-
μενος δὲ συντόνῳ προσβολῇ, τάχεως ἐνίκησε
τοὺς ἀντιταξαμένους· καὶ πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέ-
κτεινε, τοὺς δὲ λοιποὺς ἠνάγκασε φυγεῖν προτρο-
πάδην. οἱ δὲ Δεκιῆται ἠθροισμένοι παρῆσαν, ὡς
B μεθέξοντες τοῖς Οξυβίοις τῶν αὐτῶν κινδύνων·
ὑστερήσαντες δὲ τῆς μάχης, τοὺς φεύγοντας ἐξεδέ-
ξαντο, καὶ μετ' ὀλίγον συνέβαλον τοῖς Ρωμαίοις
μετὰ μεγάλης ὁρμῆς καὶ προθυμίας. ἡττηθέντες δὲ τῇ
μάχῃ, παραυτίκα πάντες παρέδωκαν σφᾶς αὐ-
τοὺς καὶ τὴν πόλιν εἰς τὴν Ρωμαίων πίστιν. ὁ δὲ
Κόϊντος κύριος γενόμενος τούτων τῶν ἐθνῶν, πα-
ραυτίκα μὲν τῆς χώρας, ὅσην ἐνεδέχετο, προσέθη-
κε τοῖς Μασσαλιήταις· εἰς δὲ τὸ μέλλον ὅμηρα
τοὺς Λιγυστινοὺς ἠνάγκασε διδόναι κατά τινας τα-
C κτοὺς χρόνους τοῖς Μασσαλιήταις. αὐτὸς δὲ παρο-
πλίσας τοὺς ἀντιταξαμένους, καὶ διελὼν τὴν δύ-
ναμιν κατὰ τὰς πόλεις, αὐτοῦ τὴν παραχειμασίαν
ἐποιήσατο. καὶ ταῦτα μὲν ὀξεῖαν ἔλαβε καὶ τὴν ἀρ-
χὴν καὶ τὴν συντέλειαν.

C. JULII CÆSARIS COMMENTARIORUM DE BELLO GALLICO, LIBRI VII. (a)

LIBER PRIMUS.

I. GALLIA (b) est omnis divisa in partes tres, quarum unam incolunt Belgæ, aliam D
Aquitani, tertiam qui ipsorum lingua Celtæ, nostra Galli appellantur. Hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, à Belgis Matrona & Sequana dividit. Horum omnium fortissimi sunt Belgæ, propterea quòd à cultu atque humanitate provinciæ longissimè absunt, miniméque ad eos mercatores sæpe commeant, atque ea, quæ ad effeminandos animos pertinent, important: proximi sunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt, quibuscum continenter bellum gerunt: qua de caussa Helvetii quoque reliquos Gallos virtute præcedunt, quòd ferè quotidianis præliis cum Germanis contendunt, quum suis finibus eos prohibent, aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt. Eorum una pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit à flumine Rhodano; continetur Garumna flumine, Oceano, finibus Belgarum; attingit etiam à Sequanis & Helvetiis flumen Rhenum, vergit ad Septemtriones. Belgæ ab extremis Galliæ finibus oriuntur: pertinent ad inferiorem par- E
tem fluminis Rheni: spectant in Septemtriones & orientem Solem. Aquitania à Garumna flumine ad Pyrenæos montes, & eam partem Oceani, quæ ad Hispaniam pertinet, spectat inter occasum Solis & Septemtriones.

II. Apud Helvetios longè nobilissimus & ditissimus fuit Orgetorix. Is M. Messala

(a) Editionem opera & studio Gothofredi Jungermani Lipsiensis adornatam Francofurti in 4°. 1606. sequuti sumus. E doctissimorum virorum Notis atque Observationibus nonnullas selegimus, multas omisimus utpote inutiles, & quæ populorum & urbium nomina & situs explicant. Quod à nobis jam suprà præstitum est.

(b) Cæsar in hac Galliarum divisione provinciam Narbonensem non comprehendit, quæ jam Romanorum erat.

Digitized by Google

A & M. Piſone Coss. regni cupiditate inductus, conjurationem nobilitatis fecit; & civitati perſuaſit ut de finibus ſuis cum omnibus copiis exirent: perfacile eſſe, quum virtute omnibus præſtarent, totius Galliæ imperio potiri. Id quod faciliùs eis perſuaſit, quòd undique loci natura Helvetii continentur; una ex parte, flumine Rheno latiſſimo atque altiſſimo, qui agrum Helvetium à Germanis dividit; altera ex parte, monte Jura altiſſimo, qui eſt inter Sequanos & Helvetios; tertia, lacu Lemanno & flumine Rhodano, qui provinciam noſtram ab Helvetiis dividit. His rebus fiebat ut & minùs latè vagarentur, & minùs facilè finitimis bellum inferre poſſent: qua de cauſſa homines bellandi cupidi magno dolore afficiebantur. Pro multitudine autem hominum, & pro gloria belli atque fortitudinis, anguſtos ſe fines habere arbitrabantur: qui in longitudine millia paſſuum (a) CCXL. in latitudinem CLXXX. patebant. An. U. C. 692.

III. His rebus adducti, & auctoritate Orgetorigis permoti, conſtituerunt ea, quæ
B ad proficiſcendum pertinerent, comparare, jumentorum & carrorum quammaximum numerum coëmere, ſementes quammaximas facere, ut in itinere copia frumenti ſuppeteret, cum proximis civitatibus pacem & amicitiam confirmare. Ad eas res conficiendas biennium ſibi ſatis eſſe duxerunt: in tertium annum profectionem lege confirmant. Ad eas res conficiendas Orgetorix deligitur: is ſibi legationem ad civitates ſuſcepit. In eo itinere perſuadet Caſtico Catamantaledis filio, Sequano, cujus pater regnum in Sequanis multos annos obtinuerat, & à S. P. Q. R. amicus appellatus erat, ut regnum in civitate ſua occuparet, quod pater antè habuerat: itemque Dumnorigi Æduo, fratri Divitiaci, qui eo tempore principatum in civitate ſua obtinebat, ac maximè plebi acceptus erat, ut idem conaretur, perſuadet: eique filiam ſuam in matrimonium dat. Perfacile factu eſſe illis probat, conata perficere, propterea quòd ipſe ſuæ civitatis imperium obtenturus eſſet: non eſſe dubium quin totius Galliæ
C plurimùm Helvetii poſſent: ſe ſuis copiis, ſuoque exercitu, illis regna conciliaturum, confirmat. Hac oratione adducti, inter ſe fidem & jusjurandum dant, & regno occupato per tres potentiſſimos ac firmiſſimos populos, totius Galliæ ſeſe potiri poſſe ſperant.

IV. Ea res, ut eſt Helvetiis per indicium enunciata, moribus ſuis Orgetorigem ex vinculis cauſſam dicere coëgerunt: damnatum pœnam ſequi oportebat, ut igni cremaretur. Die conſtituta cauſſæ dictionis, Orgetorix ad judicium omnem ſuam familiam, ad hominum millia decem, undique coëgit; & omnes clientes, obæratoſque ſuos, quorum magnum numerum habebat, eodem conduxit: per eos, ne cauſſam diceret, ſe eripuit. Quum civitas, ob eam rem incitata, armis jus ſuum exſequi conaretur, multitudinemque hominum ex agris magiſtratus cogerent; Orgetorix mortuus eſt: neque abeſt ſuſcipio, ut Helvetii arbitrantur, quin ipſe ſibi mortem conſci-
D verit.

V. Poſt ejus mortem nihilominùs Helvetii id, quod conſtituerant, facere conantur, ut è finibus ſuis exeant. Ubi jam ſe ad eam rem paratos eſſe arbitrati ſunt, opida ſua omnia, numero ad duodecim, vicos ad quadringentos; reliqua privata ædificia incendunt. Frumentum omne, præter quod ſecum portaturi erant, comburunt; ut domum reditionis ſpe ſublata, paratiores ad omnia pericula ſubeunda eſſent: trium menſium molita cibaria ſibi quemque domo afferre jubent; perſuadent Rauracis, & (b) Tulingis, & Latobrigis finitimis, uti eodem uſi conſilio, opidis ſuis viciſque exuſtis, unà cum iis proficiſcantur: (c) Boïoſque, qui trans Rhenum incoluerant, & in agrum Noricum tranſierant, Noricamque oppugnarant, receptos ad ſe ſocios ſibi adſciſcunt.

VI. Erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire poſſent; unum per
E Sequanos, (d) anguſtum & difficile, inter montem Juram & flumen Rhodanum, quo vix ſinguli carri ducerentur; mons autem altiſſimus impendebat, ut facilè perpauci prohibere poſſent: alterum per (e) provinciam noſtram, multò facilius atque expeditius; propterea quòd Helvetiorum inter fines & Allobrogum, qui nuper pacati erant, Rhodanus fluit, iſque nonnullis locis vado tranſitur. Extremum opidum Allobrogum eſt, proximumque Helvetiorum finibus, Geneva: ex eo opido pons ad Helvetios pertinet. Allobrogibus ſeſe vel perſuaſuros, quòd nondum bono animo in populum Romanum viderentur, exiſtimabant, vel vi coacturos, ut per ſuos fines eos ire

(a) Cluverius obſervat, pro CCXL. emendari oportere CXL. & pro CLXXX. LXXX.

(b) De Tulingorum & Latobrigorum ſede nihil certi ſtatui poteſt.

(c) Hæc gens multas terrarum oras pervagata, multis in locis memoriam ſui reliquit.

(d) Has anguſtias Germani & Galli nunc *Cluſam* vocant.

(e) Hæc eſt provincia Narbonenſis.

Digitized by Google

An. U. C. 695. paterentur. Omnibus rebus ad profectionem comparatis, diem dicunt, quâ die ad A ripam Rhodani omnes conveniant: is dies erat a. d. v. kal. Apr. L. Pisone, A. Gabinio Coss.

VII. Cæsari quum id nunciatum esset, eos per provinciam nostram iter facere conari, maturat ab urbe proficisci, & quammaximis itineribus potest, in Galliam ulteriorem contendit, & ad Genevam pervenit: provinciæ toti quammaximum militum numerum imperat. Erat omnino in Gallia ulteriore legio una. Pontem, qui erat ad Genevam, jubet rescindi. Ubi de ejus adventu Helvetii certiores facti sunt, legatos ad eum mittunt nobilissimos civitatis: cujus legationis Numeius & Verodoctius principem locum obtinebant; qui dicerent sibi esse in animo, sine ullo maleficio iter per provinciam facere, propterea quòd aliud iter haberent nullum: rogare ut ejus voluntate id sibi facere liceat. Cæsar, quòd memoria tenebat, (a) L. Cassium Consulem occisum, exercitumque ejus ab Helvetiis pulsum & sub jugum missum, concedendum non putabat: neque homines inimico animo, data facultate per provinciam itineris faciundi, temperaturos ab injuria & maleficio existimabat: tamen, ut spatium intercedere posset, dum milites, quos imperaverat, convenirent, legatis respondit, diem se ad deliberandum sumpturum; si quid vellent, a. d. Idus Apr. reverterentur. B

VIII. Interea ea legione, quam secum habebat, militibusque, qui ex provincia convenerant, à lacu Lemanno, quem flumen * Rhodanum influit, ad montem Juram, qui fines Sequanorum ab Helvetiis dividit, millia passuum decem novem, murum in altitudinem pedum sexdecim, fossamque perducit. Eo opere perfecto, præsidia disponit, castella communit: quò faciliùs, si se invito transire conarentur, prohiberi possent. Ubi ea dies, quam constituerat cum legatis, venit, & legati ad eum reverterunt; negat se more & exemplo populi Romani posse iter ulli per provinciam dare; &, si vim facere conentur, prohibiturum ostendit. Helvetii ea spe dejecti, navibus C junctis, ratibusque compluribus factis alii; alii vadis Rhodani, quà minima altitudo fluminis erat, nonnunquam interdiu, sæpius noctu, si perrumpere possent, conati, operis munitione, & militum concursu & telis repulsi, hoc conatu destiterunt.

* Rhodanus.

IX. Relinquebatur una per Sequanos via, qua, Sequanis invitis, propter angustias ire non poterant. Iis quum sua sponte persuadere non possent, legatos ad Dumnorigem Æduum mittunt, ut eo deprecatore à Sequanis hoc impetrarent. Dumnorix gratia & largitione apud Sequanos plurimùm poterat, & Helvetiis erat amicus, quòd ex ea civitate Orgetorigis filiam in matrimonium duxerat; & cupiditate regni adductus novis rebus studebat, & quamplurimas civitates suo sibi beneficio habere obstrictas volebat. Itaque rem suscipit; & à Sequanis impetrat, ut per fines suos Helvetios ire patiantur; obsidesque uti inter sese dent, perficit: Sequani, ne itinere Helvetios prohibeant; Helvetii, ut sine maleficio & injuria transeant. D

X. Cæsari nunciatur, Helvetiis esse in animo per agrum Sequanorum & Æduorum iter in Santonum fines facere, qui non longè à Tolosatium finibus absunt; quæ civitas est in provincia: id si fieret, intelligebat magno cum provinciæ periculo futurum ut homines bellicosos, populi Romani inimicos, locis patentibus maximéque frumentariis finitimos haberet. Ob eas causas ei munitioni, quam fecerat, T. Labienum legatum præfecit: ipse in Italiam magnis itineribus contendit, duasque ibi legiones conscribit; & tres, quæ circum Aquileiam hiemabant, ex hibernis educit; &, quà proximum iter in ulteriorem Galliam per Alpes erat, cum his quinque legionibus ire contendit. Ibi Centrones, & (b) Garoceli, & Caturiges, locis superioribus occupatis, itinere exercitum prohibere conantur. Compluribus his præliis pulsis, ab (c) Ocelo, quod est citerioris provinciæ extremum, in fines Vocontiorum ulterioris provinciæ die septimo pervenit: inde in Allobrogum fines; ab Allo- E brogibus in Segusianos exercitum ducit: hi sunt extra provinciam trans Rhodanum primi.

XI. Helvetii jam per angustias & fines Sequanorum suas copias transduxerant, & in Æduorum fines pervenerant, eorumque agros populabantur. Ædui quum se suaque ab his defendere non possent, legatos ad Cæsarem mittunt rogatum auxilium: ita se omni tempore de populo Romano meritos esse, ut penè in conspectu exercitûs

(a) Anno nimirum U. C. 646.

(b) *Garocelos* Marlianus collocat ultra montem Cinisium; Vigenerius, sequutus ordinem Cæsaris, in valle Mauriennensi verisimiliter: propterea quòd cùm Cæsar *Garocelos* inter Centrones, id est Darantasios, & Caturiges sive Ebrodunenses statuat, Mauriennenses, qui inter ambos medii sunt, pro *Garocelis* Cæsaris haberi queunt. *Valesius.*

(c) Putat Hadr. Valesius *Ocelum* esse locum *Exilles* dictum in Dalfinatu, & in valle Duriæ Segusini, inter montem Matronam seu Genebram & Segusium, sed Segusio propiorem.

nostri,

Digitized by Google

A noſtri, agri vaſtari, liberi eorum in ſervitutem abduci, opida expugnari non debuerint. Eodem tempore, quo Ædui, Ambarri quoque neceſſarii & conſanguinei Æduorum, Cæſarem certiorem faciunt, ſeſe, depopulatis agris, non facilè ab opidis vim hoſtium prohibere; item Allobroges, qui trans Rhodanum vicos poſſeſſioneſque habebant, fuga ſe ad Cæſarem recipiunt, & demonſtrant ſibi præter agri ſolum nihil eſſe reliqui. Quibus rebus adductus Cæſar, non exſpectandum ſibi ſtatuit, dum omnibus fortunis ſociorum conſumtis, in Santones Helvetii pervenirent. An. U. C. 695.

XII. Flumen eſt Arar, quod per fines Æduorum & Sequanorum in Rhodanum influit, incredibili lenitate, ita ut oculis, in utram partem fluat, judicari non poſſit: id Helvetii ratibus ac lintribus junctis tranſibant. Ubi per exploratores Cæſar certior factus eſt, tres jam copiarum partes Helvetios id flumen traduxiſſe, quartam verò partem citra flumen Ararim reliquam eſſe; de tertia vigilia cum legionibus tribus è
B caſtris profectus ad eam partem pervenit, quæ nondum flumen tranſierat. Eos impeditos & inopinantes aggreſſus, magnam partem eorum concidit: reliqui ſeſe fugæ mandarunt, atque in proximas ſilvas abdiderunt: is pagus appellabatur Tigurinus. Nam omnis civitas Helvetia in quatuor pagos diviſa eſt. Hic pagus unus, quum domo exiſſet, patrum noſtrorum memoria L. Caſſium Conſulem interfecerat, & ejus exercitum ſub jugum miſerat. Ita, ſive caſu, ſive conſilio deorum immortalium, quæ pars civitatis Helvetiæ inſignem calamitatem populo Romano intulerat, ea princeps pœnas perſolvit. Qua in re Cæſar non ſolùm publicas, ſed etiam privatas injurias ultus eſt, quòd ejus ſoceri L. Piſonis avum, L. Piſonem Legatum, Tigurini eodem prælio, quo Caſſium, interfecerant.

XIII. Hoc prælio facto, reliquas copias Helvetiorum ut conſequi poſſet, pontem in Arare faciendum curat, atque ita exercitum tranſducit. Helvetii repentino
C ejus adventu commoti, quum id, quod ipſi diebus x x ægerrimè confecerant, ut flumen tranſirent, illum uno die feciſſe intelligerent, legatos ad eum mittunt: cujus legationis Divico princeps fuit, qui bello Caſſiano dux Helvetiorum fuerat. Is ita cum Cæſare egit: ſi pacem populus Romanus cum Helvetiis faceret, in eam partem ituros, atque ibi futuros Helvetios, ubi Cæſar conſtituiſſet, atque eſſe voluiſſet: ſin bello perſequi perſeveraret, reminiſceretur & veteris incommodi populi Romani & priſtinæ virtutis Helvetiorum: quòd improviſò unum pagum adortus eſſet, quum ii, qui flumen tranſiſſent, ſuis auxilium ferre non poſſent; ne ob eam rem, aut ſuæ magnopere virtuti tribueret, aut ipſos deſpiceret: ſe ita à patribus majoribuſque ſuis didiciſſe, ut magis virtute quàm dolo contenderent, aut inſidiis niterentur: quare ne committeret, ut is locus, ubi conſtitiſſent, ex calamitate populi Romani, & internecione exercitûs nomen caperet, ac memoriam proderet.

D XIV. His Cæſar ita reſpondit: Eò ſibi minùs dubitationis dari, quòd eas res, quas legati Helvetii commemoraſſent, memoria teneret: atque eò graviùs ferre, quò minùs merito populi Romani accidiſſet: qui ſi alicujus injuriæ ſibi conſcius fuiſſet; non fuiſſe difficile cavere: ſed eo deceptum, quòd neque commiſſum à ſe intelligeret, quare timeret; neque ſine cauſſa timendum putaret: quòd ſi veteris contumeliæ obliviſci vellet; num etiam recentium injuriarum, quòd, eo invito, iter per provinciam per vim tentaſſent, quòd Æduos, quòd Ambarros, quòd Allobroges vexaſſent, memoriam deponere poſſet? quòd ſua victoria tam inſolenter gloriarentur, quódque tam diu ſe impunè tuliſſe injurias admirarentur, eodem pertinere. Conſueſſe enim deos immortales, quò graviùs homines ex commutatione rerum doleant, quos pro ſcelere eorum ulciſci velint, his ſecundiores interdum res, & diuturniorem impunitatem concedere. Quum ea ita ſint, tamen ſi obſides ab iis ſibi dentur, uti ea,
E quæ polliceantur, facturos intelligat; & ſi Æduis de injuriis, quas ipſis ſociiſque eorum intulerint, item ſi Allobrogibus ſatisfaciant, ſeſe cum iis pacem eſſe facturum. Divico reſpondit: Ita Helvetios à majoribus ſuis inſtitutos eſſe, uti obſides accipere, non dare conſueverint: ejus rei populum Romanum eſſe teſtem. Hoc reſponſo dato, diſceſſit.

XV. Poſtero die caſtra ex eo loco movent: idem Cæſar facit; equitatumque omnem, ad numerum quatuor millium, quem ex omni provincia & Æduis atque eorum ſociis coactum habebat, præmittit; qui videant, quas in partes hoſtes iter faciant: qui cupidiùs noviſſimum agmen inſecuti, alieno loco cum equitatu Helvetiorum prælium committunt; & pauci de noſtris cadunt. Quo prælio ſublati Helvetii, quòd quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant, audaciùs ſubſiſtere, nonnunquam ex noviſſimo agmine prælio noſtros laceſſere

Digitized by Google

An. U. C. 695. cœperunt. Cæſar ſuos à prælio continebat; ac ſatis habebat in præſentia hoſtem rapinis, pabulationibus populationibuſque prohibere. Ita dies circiter quindecim iter fecerunt, uti inter noviſſimum hoſtium agmen & noſtrum primum non ampliùs quinis aut ſenis millibus paſſuum intereſſet. A

XVI. Interim quotidie Cæſar Æduos frumentum, quod eſſent publicè polliciti, flagitare; nam propter frigora, quòd Gallia ſub Septemtrionibus, ut antè dictum eſt, poſita eſt, non modò frumenta in agris matura non erant, ſed ne pabuli quidem ſatis magna copia ſuppetebat. Eo autem frumento, quod flumine Arare navibus ſubvexerat, propterea minùs uti poterat, quòd iter ab Arare Helvetii averterant; à quibus diſcedere nolebat. Diem ex die ducere Ædui, conferri, comportari, adeſſe, dicere. Ubi ſe diutiùs duci intellexit, & diem inſtare, quo die frumentum militibus metiri oporteret; convocatis eorum principibus, quorum magnam copiam in caſtris habebat, in his Divitiaco & Liſco, qui ſummo magiſtratu præerat, B (quem (a) Vergobretum appellant Ædui, qui creatur annuus, & vitæ neciſque in ſuos habet poteſtatem) graviter eos accuſat; quòd quum neque emi, neque ex agris ſumi poſſet, tam neceſſario tempore, tam propinquis hoſtibus, ab iis non ſublevetur; præſertim quum magna ex parte eorum precibus adductus bellum ſuſceperit; multò etiam graviùs, quòd ſit deſtitutus, queritur.

XVII. Tum demum Liſcus oratione Cæſaris adductus, quod anteà tacuerat, proponit: eſſe nonnullos, quorum auctoritas apud plebem plurimùm valeat, qui privati plus poſſint, quàm ipſi magiſtratus: hos ſeditioſa atque improba oratione multitudinem deterrere, ne frumentum conferant; quòd præſtare dicant, ſi jam principatum Galliæ obtinere non poſſint, Gallorum quàm Romanorum imperia perferre; neque dubitare debeant, quin, ſi Helvetios ſuperaverint Romani, unà cum reliqua Gallia Æduis libertatem ſint erepturi: ab iiſdem noſtra conſilia, quæque in caſtris gerantur, C hoſtibus enunciari: hos à ſe coërceri non poſſe: quin etiam, quòd neceſſariò rem Cæſari enunciarit, intelligere ſeſe, quanto id cum periculo fecerit: & ob eam cauſſam, quàm diu potuerit, tacuiſſe.

XVIII. Cæſar hac oratione Liſci Dumnorigem Divitiaci fratrem deſignari ſentiebat: ſed quòd pluribus præſentibus eas res jactari nolebat, celeriter concilium dimittit; Liſcum retinet; quærit ex ſolo ea quæ in conventu dixerat: dicit liberiùs atque audaciùs. Eadem ſecretò ab aliis reperit eſſe vera: ipſum eſſe Dumnorigem, ſumma audacia, magna apud plebem propter liberalitatem gratia, cupidum rerum novarum, complures annos portoria reliquaque omnia Æduorum vectigalia parvo pretio redemta habere; propterea quòd illo licente, contrà liceri audeat nemo. His rebus & ſuam rem familiarem auxiſſe, & facultates ad largiendum magnas comparaſſe: magnum numerum equitatûs ſuo ſumtu ſemper alere, & circum ſe habere. Neque ſo- D lùm domi, ſed etiam apud finitimas civitates largiter poſſe: atque hujus potentiæ cauſſa, matrem in (b) Biturigibus homini illic nobiliſſimo ac potentiſſimo collocaſſe: ipſum ex Helvetiis uxorem habere: ſororem ex matre, & propinquas ſuas nuptum in alias provincias collocaſſe: favere & cupere Helvetiis propter eam affinitatem: odiſſe etiam ſuo nomine Cæſarem & Romanos; quòd eorum adventu potentia ejus deminuta, & Divitiacus frater in antiquum locum gratiæ atque honoris ſit reſtitutus: ſi quid accidat Romanis, ſummam in ſpem regni per Helvetios obtinendi venire: imperio populi Romani non modò de regno, ſed etiam de ea quam habeat gratia deſperare. Reperiebat etiam Cæſar inquirendo, quod prælium equeſtre adverſum paucis antè diebus eſſet factum, initium ejus fugæ à Dumnorige atque ejus equitibus factum eſſe: (nam equitatu, quem auxilio Cæſari Ædui miſerant, Dumnorix præerat) eorumque fuga reliquum eſſe equitatum perterritum. E

XIX. Quibus rebus cognitis, quum ad has ſuſpiciones certiſſimæ res accederent; quòd per fines Sequanorum Helvetios traduxiſſet; quòd obſides inter eos dandos curaſſet; quòd ea omnia non modò injuſſu ſuo & civitatis, ſed etiam inſcientibus ipſis feciſſet; quòd à magiſtratu Æduorum accuſaretur: ſatis eſſe cauſſæ arbitrabatur, quare in eum aut ipſe animadverteret, aut civitatem animadvertere juberet. His omnibus unum repugnabat, quòd Divitiaci fratris ſummum in populum Romanum ſtudium, ſummam in ſe voluntatem, egregiam fidem, juſtitiam, temperantiam cognoverat: nam, ne ejus ſupplicio Divitiaci animum offenderet, verebatur.

(a) Notat Hotmanus hujus magiſtratûs veſtigia etiamnum Auguſtoduni manere; ubi qui ſumnum in civitate honorem gerit, *Vuerg* appellatur.

(b) Cubis ſcilicet, quorum Metropolis Avaricum, *Bourges*.

Digitized by Google

A Itaque, priuſquàm quidquam conaretur, Divitiacum ad ſe vocari jubet, & quotidianis interpretibus remotis, per C. Valerium Procillum, principem Galliæ provinciæ, familiarem ſuum, cui ſummam rerum omnium fidem habebat, cum eo colloquitur: ſimul commonefacit, quæ ipſo præſente in concilio Gallorum de Dumnorige ſint dicta, quæ ſeparatim quiſque de eo apud ſe dixerit; petit atque hortatur, ut ſine ejus offenſione animi, vel ipſe de eo, cauſſa cognita, ſtatuat, vel civitatem ſtatuere jubeat. An. U. C. 695.

XX. Divitiacus multis cum lacrimis Cæſarem complexus obſecrare cœpit, ne quid gravius in fratrem ſtatueret: ſcire ſe illa eſſe vera; nec quemquam ex eo plus quàm ſe doloris capere: propterea quòd, quum ipſe gratia plurimùm domi atque in reliqua Gallia, ille minimùm propter adoleſcentiam poſſet, per ſe creviſſet: quibus opibus ac nervis, non ſolùm ad minuendam gratiam, ſed penè ad perniciem B ſuam uteretur: ſeſe tamen & amore fraterno, & exiſtimatione vulgi commoveri: quòd ſi quid ei à Cæſare gravius accidiſſet, quum ipſe eum locum amicitiæ apud eum teneret, neminem exiſtimaturum non ſua voluntate factum: qua ex re futurum, uti totius Galliæ animi à ſe averterentur. Hæc quum pluribus verbis flens à Cæſare peteret, Cæſar ejus dexteram prehendit: conſolatus rogat finem orandi faciat: tanti ejus apud ſe gratiam eſſe oſtendit, uti & Reipublicæ injuriam, & ſuum dolorem ejus voluntati ac precibus condonet. Dumnorigem ad ſe vocat, fratrem adhibet: quæ in eo reprehendat, oſtendit; quæ ipſe intelligat, quæ civitas queratur, proponit: monet ut in reliquum tempus omnes ſuſpiciones vitet: præterita ſe Divitiaco fratri condonare dicit. Dumnorigi cuſtodes ponit, ut, quæ agat, quibuſcum loquatur, ſcire poſſit.

XXI. Eodem die ab exploratoribus certior factus hoſtes ſub montem conſediſſe C millia paſſuum ab ipſius caſtris octo; qualis eſſet natura montis, & qualis in circuitu adſcenſus, qui cognoſcerent, miſit. Renunciatum eſt facilem eſſe. De tertia vigilia T. Labienum legatum pro Prætore cum duabus legionibus, & iiſdem ducibus, qui iter cognoverant, ſummum jugum montis adſcendere jubet: quid ſui conſilii ſit, oſtendit. Ipſe de quarta vigilia eodem itinere, quo hoſtes ierant, ad eos contendit; equitatumque omnem antè mittit. P. Conſidius, qui rei militaris peritiſſimus habebatur, & in exercitu L. Syllæ, & poſtea in M. Craſſi fuerat, cum exploratoribus præmittitur.

XXII. Prima luce, quum ſummus mons à T. Labieno teneretur, ipſe ab hoſtium caſtris non longiùs mille & quingentis paſſibus abeſſet; neque, ut poſteà ex captivis comperit, aut ipſius adventus, aut Labieni cognitus eſſet; Conſidius, equo admiſſo, ad eum accurrit: dicit, montem, quem à Labieno occupari voluerit, ab D hoſtibus teneri: id ſe à Gallicis armis atque inſignibus cognoviſſe. Cæſar ſuas copias in proximum collem ſubducit; aciem inſtruit. Labienus, ut erat ei præceptum à Cæſare, ne prælium committeret, niſi ipſius copiæ prope hoſtium caſtra viſæ eſſent, ut undique uno tempore in hoſtes impetus fieret; monte occupato, noſtros exſpectabat, prælioque abſtinebat. Multo denique die per exploratores cognovit, & montem à ſuis teneri, & hoſtes caſtra moviſſe, & Conſidium timore perterritum, quod non vidiſſet, pro viſo ſibi renunciaſſe. Eo die, quo conſuerat intervallo, hoſtes ſequitur, & millia paſſuum tria ab eorum caſtris caſtra ponit.

XXIII. Poſtridie ejus diei, quòd omnino biduum ſupererat, quum exercitu frumentum metiri oporteret; & quòd à (a) Bibracte, oppido Æduorum longè maximo ac copioſiſſimo, non ampliùs millibus paſſuum XVIII. aberat, rei frumentariæ proſpiciendum exiſtimavit, & iter ab Helvetiis avertit, ac Bibracte ire contendit. Ea res per E fugitivos L. Æmilii, Decurionis equitum Gallorum, hoſtibus nunciatur. Helvetii, ſeu quòd timore perterritos Romanos diſcedere exiſtimarent; eò magis quòd pridie, ſuperioribus locis occupatis, prælium non commiſiſſent; ſive quòd re frumentaria intercludi poſſe confiderent, commutato conſilio, atque itinere converſo, noſtros à noviſſimo agmine inſequi ac laceſſere cœperunt.

XXIV. Poſtquam id animadvertit, copias ſuas Cæſar in proximum collem ſubducit; equitatumque, qui ſuſtineret hoſtium impetum, miſit. Ipſe interim in colle medio triplicem aciem inſtruxit legionum quatuor veteranarum, ita uti ſupra ſe in ſummo jugo duas legiones, quas in Gallia citeriore proximè conſcripſerat, & omnia auxilia collocaret, ac totum montem hominibus compleret. Interea ſarcinas in unum locum conferri, & eum ab iis, qui in ſuperiore acie conſtiterant, muniri juſſit.

(a) *Bibracte* oppidum eſſe credimus, quod poſtea Auguſtodunum dictum fuit.

Digitized by Google

An. U. C. 695. Helvetii cum omnibus ſuis carris ſecuti, impedimenta in unum locum contulerunt: ipſi confertiſſima acie, rejecto noſtro equitatu, phalange facta, ſub noſtram primam aciem ſucceſſerunt. A

XXV. Cæſar primùm ſuo, deinde omnium [è conſpectu] remotis equis, ut æquato periculo, ſpem fugæ tolleret, cohortatus ſuos, prælium commiſit. Milites, è loco ſuperiore pilis miſſis, facilè hoſtium phalagem perfregerunt: ea disjecta, gladiis diſtrictis, in eos impetum fecerunt. Gallis magno ad pugnam erat impedimento, quòd pluribus eorum ſcutis uno ictu pilorum transfixis & colligatis, quum ferrum ſe inflexiſſet, neque evellere, neque ſiniſtra impedita ſatis commodè pugnare poterant; multi ut, diu jactato brachio, præoptarent ſcutum manu emittere, & nudo corpore pugnare. Tandem vulneribus defeſſi, & pedem referre, & quòd mons ſuberat circiter millia paſſuum, eò ſe recipere cœperunt. Capto monte, & ſuccedentibus noſtris, Boii & Tulingi, qui hominum millibus circiter XV agmen hoſtium claudebant, & noviſſimis præſidio erant, ex itinere noſtros latere aperto aggreſſi, circumvenire; & id conſpicati Helvetii, qui in montem ſeſe receperant, rurſus inſtare, & prælium redintegrare cœperunt. Romani converſa ſigna tripartitò intulerunt: prima ac ſecunda acies, ut victis ac ſubmotis reſiſteret; tertia ut venientes exciperet. B

XXVI. Ita ancipiti prælio diu atque acriter pugnatum eſt. Diutiùs cum noſtrorum impetum ſuſtinere non poſſent, alteri ſe, ut cœperant, in montem receperunt; alteri ad impedimenta & carros ſuos ſe contulerunt: nam hoc toto prælio, quum ab hora ſeptima ad veſperam pugnatum ſit, averſum hoſtem videre nemo potuit. Ad multam noctem etiam ad impedimenta pugnatum eſt: propterea quòd pro vallo carros objecerant, & è loco ſuperiore in noſtros venientes tela conjiciebant, & nonnulli inter carros rotaſque mataras ac tragulas ſubjiciebant, noſtroſque vulnerabant. Diu quum eſſet pugnatum, impedimentis caſtriſque noſtri potiti ſunt. Ibi Orgetorigis filia, atque unus è filiis captus eſt. Ex eo prælio circiter millia (a) hominum CXXX ſuperfuerunt; eaque tota nocte continenter ierunt: nullam partem noctis itinere intermiſſo, in fines Lingonum die IV pervenerunt, quum & propter vulnera militum, & propter ſepulturam occiſorum noſtri triduum morati, eos ſequi non potuiſſent. Cæſar ad Lingones litteras nuncioſque miſit, ne eos frumento, neve alia re juvarent: qui ſi juviſſent, ſe eodem loco illos, quo Helvetios, habiturum: ipſe triduo intermiſſo, cum omnibus copiis eos ſequi cœpit. C

XXVII. Helvetii, omnium rerum inopia adducti, legatos de deditione ad eum miſerunt: qui quum eum in itinere conveniſſent; ſeque ad pedes projeciſſent; ſuppliciterque locuti, flentes pacem petiſſent; atque eos in eo loco, quo tum eſſent, ſuum adventum exſpectare juſſiſſet, paruerunt. Eò poſtquam Cæſar pervenit, obſides, arma, ſervos, qui ad eos perfugiſſent, popoſcit. Dum ea conquiruntur & conferuntur, nocte intermiſſa circiter hominum millia VI ejus pagi, qui Verbigenus appellatur, ſive timore perterriti, ne armis traditis ſupplicio afficerentur, ſive ſpe ſalutis inducti, quòd in tanta multitudine dediticiorum, ſuam fugam aut occultari, aut omnino ignorari poſſe exiſtimarent; prima noctis vigilia, ex caſtris Helvetiorum egreſſi, ad Rhenum fineſque Germanorum contenderunt. D

XXVIII. Quod ubi Cæſar reſcivit, quorum per fines ierant, his uti conquirerent & reducerent, ſi ſibi purgati eſſe vellent, imperavit: reductos in hoſtium numero habuit: reliquos omnes, obſidibus, armis, perfugis traditis, in deditionem accepit. Helvetios, Tulingos, Latobrigos in fines ſuos, unde erant profecti, reverti juſſit; & quòd, omnibus frugibus amiſſis, domi nihil erat, quo famem tolerarent, Allobrogibus imperavit, ut his frumenti copiam facerent, ipſos opida vicoſque, quos incenderant, reſtituere juſſit. Id ea maximè ratione fecit, quòd noluit eum locum, unde Helvetii diſceſſerant, vacare; ne propter bonitatem agrorum Germani, qui trans Rhenum incolunt, è ſuis finibus in Helvetiorum fines tranſirent, & finitimi Galliæ provinciæ Allobrogibuſque eſſent. (b) Boios, petentibus Æduis, quòd egregia virtute erant, ut in finibus ſuis collocarent, conceſſit: quibus illi agros dederunt: quoſque poſteà in parem juris libertatiſque conditionem, atque ipſi erant, receperunt. E

(a) Variant in numero ſcriptores. Strabo circiter quadringenta hominum millia in prælio iſto interemta eſſe, & octo tantùm millia evaſiſſe: Plutarchus centum millia pugnæ ſuperfuiſſe tradit. *Montanus.*

(b) Boii, qui è Germania acciti Helvetiis auxilio venerant, populi quondam Galliarum fuerant, qui priuſquam in Germaniam migrarent, ad Garumnæ oſtium habitabant, ubi etiamnum ager eſt Boiorum, vulgò *le Pays de Buch.* Sed ſimul cum Helvetiis victi, Cæſar conceſſit ut in finibus Æduorum collocarentur. Regio quam incoluerunt, pagus creditur eſſe Burbonenſis, *le Bourbonnois.*

Digitized by Google


N C I A
PARISI
Reruiges
Nitiobroges
Aquis Nisineris
Aquis Bormonis
Aquis Segete
Bituriges
Berguſium
Ludnam
Matiſcone
Tenurcio
Vidubria
Varcia
Vesontine
Segobodium
Cabillione
Fl. Arar.
Fl. Riger
Fl. Garunna
Ostia flu. Rodani
Alamannia.
Silva Marciana.
Lacus Cuſius.
MESIATES.
Lacus Henus.
Cenomani.
INSUBRES.
Augusta Taurinor.
Fl. Varuſa.
Fl. Berſula.
Fl. Tigtilia
Veliate.
Fl. Iabonia.
Alba Pompeia.
Aquis Tatelis.
Genua
In Alpe pennino.
Boron
Lune.
Tenedone.
Julio mago.
Brigobanne.
Aris flavis.
Arialbinnum.
Augusta Ruracum.
Vindeniſſa.
Arberfelix.
Brigantio.
Adrenum.
Clunia.
Eporedia.
Vergellis.
Ictimage.
Ambrusium.
Nemuſo.
Ugerno.
Arelate.
Caballine.
Ad Fines.
Apta.
Aquis Segeſtauarr.
Furo
Ariolica.
Roidomna.
Vigenna.
Arusione.
Cenomago.
Actunum.
Avennione.
Pisauie.
Calcerianis.
Maſſilio.
Grecorum.
Ad Fines.
Ad Finibus.
Ad Duas Aquas.
Ad Publicanos.
Ad Statuam.
Ad Lapidem.
Ad Figlinas.
Ad Monilia.
Ad Salarias.
Ad Turres.
Ad Duodecimum.
Ad Vigesimum.
Ad Tricesimum.
Ad Quadragesimum.
Ad Quinquagesimum.
Ad Sextum Decimum.
Ad Septimum Decimum.
Ad Octavum Decimum.
Ad Nonum Decimum.
Ad Vicesimum.
Ad Vicesimum Primum.
Ad Vicesimum Secundum.
Ad Vicesimum Tertium.
Ad Vicesimum Quartum.
Ad Vicesimum Quintum.
Ad Vicesimum Sextum.
Ad Vicesimum Septimum.
Ad Vicesimum Octavum.
Ad Vicesimum Nonum.
Ad Tricesimum Primum.
Ad Tricesimum Secundum.
Ad Tricesimum Tertium.
Ad Tricesimum Quartum.
Ad Tricesimum Quintum.
Ad Tricesimum Sextum.
Ad Tricesimum Septimum.
Ad Tricesimum Octavum.
Ad Tricesimum Nonum.
Ad Quadragesimum Primum.
Ad Quadragesimum Secundum.
Ad Quadragesimum Tertium.
Ad Quadragesimum Quartum.
Ad Quadragesimum Quintum.
Ad Quadragesimum Sextum.
Ad Quadragesimum Septimum.
Ad Quadragesimum Octavum.
Ad Quadragesimum Nonum.
Ad Quinquagesimum Primum.
Ad Quinquagesimum Secundum.
Ad Quinquagesimum Tertium.
Ad Quinquagesimum Quartum.
Ad Quinquagesimum Quintum.
Ad Quinquagesimum Sextum.
Ad Quinquagesimum Septimum.
Ad Quinquagesimum Octavum.
Ad Quinquagesimum Nonum.
Ad Sextum Primum.
Ad Sextum Secundum.
Ad Sextum Tertium.
Ad Sextum Quartum.
Ad Sextum Quintum.
Ad Sextum Sextum.
Ad Sextum Septimum.
Ad Sextum Octavum.
Ad Sextum Nonum.
Ad Septimum Primum.
Ad Septimum Secundum.
Ad Septimum Tertium.
Ad Septimum Quartum.
Ad Septimum Quintum.
Ad Septimum Sextum.
Ad Septimum Septimum.
Ad Septimum Octavum.
Ad Septimum Nonum.
Ad Octavum Primum.
Ad Octavum Secundum.
Ad Octavum Tertium.
Ad Octavum Quartum.
Ad Octavum Quintum.
Ad Octavum Sextum.
Ad Octavum Septimum.
Ad Octavum Octavum.
Ad Octavum Nonum.
Ad Nonum Primum.
Ad Nonum Secundum.
Ad Nonum Tertium.
Ad Nonum Quartum.
Ad Nonum Quintum.
Ad Nonum Sextum.
Ad Nonum Septimum.
Ad Nonum Octavum.
Ad Nonum Nonum.
Ad Decimum Primum.
Ad Decimum Secundum.
Ad Decimum Tertium.
Ad Decimum Quartum.
Ad Decimum Quintum.
Ad Decimum Sextum.
Ad Decimum Septimum.
Ad Decimum Octavum.
Ad Decimum Nonum.
Ad Vicesimum Primum.
Ad Vicesimum Secundum.
Ad Vicesimum Tertium.
Ad Vicesimum Quartum.
Ad Vicesimum Quintum.
Ad Vicesimum Sextum.
Ad Vicesimum Septimum.
Ad Vicesimum Octavum.
Ad Vicesimum Nonum.
Ad Tricesimum Primum.
Ad Tricesimum Secundum.
Ad Tricesimum Tertium.
Ad Tricesimum Quartum.
Ad Tricesimum Quintum.
Ad Tricesimum Sextum.
Ad Tricesimum Septimum.
Ad Tricesimum Octavum.
Ad Tricesimum Nonum.
Ad Quadragesimum Primum.
Ad Quadragesimum Secundum.
Ad Quadragesimum Tertium.
Ad Quadragesimum Quartum.
Ad Quadragesimum Quintum.
Ad Quadragesimum Sextum.
Ad Quadragesimum Septimum.
Ad Quadragesimum Octavum.
Ad Quadragesimum Nonum.
Ad Quinquagesimum Primum.
Ad Quinquagesimum Secundum.
Ad Quinquagesimum Tertium.
Ad Quinquagesimum Quartum.
Ad Quinquagesimum Quintum.
Ad Quinquagesimum Sextum.
Ad Quinquagesimum Septimum.
Ad Quinquagesimum Octavum.
Ad Quinquagesimum Nonum.
Ad Sextum Primum.
Ad Sextum Secundum.
Ad Sextum Tertium.
Ad Sextum Quartum.
Ad Sextum Quintum.
Ad Sextum Sextum.
Ad Sextum Septimum.
Ad Sextum Octavum.
Ad Sextum Nonum.
Ad Septimum Primum.
Ad Septimum Secundum.
Ad Septimum Tertium.
Ad Septimum Quartum.
Ad Septimum Quintum.
Ad Septimum Sextum.
Ad Septimum Septimum.
Ad Septimum Octavum.
Ad Septimum Nonum.
Ad Octavum Primum.
Ad Octavum Secundum.
Ad Octavum Tertium.
Ad Octavum Quartum.
Ad Octavum Quintum.
Ad Octavum Sextum.
Ad Octavum Septimum.
Ad Octavum Octavum.
Ad Octavum Nonum.
Ad Nonum Primum.
Ad Nonum Secundum.
Ad Nonum Tertium.
Ad Nonum Quartum.
Ad Nonum Quintum.
Ad Nonum Sextum.
Ad Nonum Septimum.
Ad Nonum Octavum.
Ad Nonum Nonum.
Ad Decimum Primum.
Ad Decimum Secundum.
Ad Decimum Tertium.
Ad Decimum Quartum.
Ad Decimum Quintum.
Ad Decimum Sextum.
Ad Decimum Septimum.
Ad Decimum Octavum.
Ad Decimum Nonum.

Digitized by Google

A XXIX. In castris Helvetiorum tabulæ repertæ sunt litteris Græcis confectæ, & ad Cæsarem perlatæ; quibus in tabulis nominatim ratio confecta erat, qui numerus domo exisset eorum, qui arma ferre possent; & item separatim pueri, senes, mulieresque: quarum omnium rerum summa erat, capitum Helvetiorum millia CCLXIII, Tulingorum millia XXXVI, Latobrigorum XIV, Rauracorum XXII, Boiorum XXXII: ex his qui arma ferre possent, ad millia XCII. Summa omnium fuerant ad millia CCCLXVIII. Eorum, qui domum redierunt, censu habito, ut Cæsar imperaverat, repertus est numerus millium C & X. An. U. C. 695.

XXX. Bello Helvetiorum confecto, totius ferè Galliæ legati, principes civitatum, ad Cæsarem gratulatum convenerunt: intelligere sese, tametsi pro veteribus Helvetiorum injuriis populus Romanus ab iis pœnas bello repetisset, tamen eam rem non minùs ex usu terræ Galliæ, quàm populi Romani accidisse: propterea quòd eo
B consilio, florentissimis rebus, domos suas Helvetii reliquissent, ut toti Galliæ bellum inferrent, imperioque potirentur, locumque domicilio ex magna copia deligerent, quem ex omni Gallia opportunissimum ac fructuosissimum judicassent, reliquasque civitates stipendiarias haberent. Petierunt ut sibi concilium totius Galliæ in diem certam indicere, idque Cæsaris voluntate facere, liceret: sese habere quasdam res, quas è communi consensu ab eo petere vellent. Ea re permissa, diem concilio constituerunt, & jure-jurando, ne quis enunciaret, nisi quibus communi consilio mandatum esset, inter se sanxerunt.

XXXI. Eo concilio dimisso, iidem principes civitatum, qui antè [fuerant,] ad Cæsarem reverterunt; petieruntque uti sibi secretò de sua omniumque salute cum eo agere liceret. Ea re impetrata, sese omnes flentes Cæsari ad pedes projecerunt: non minùs se id contendere, & laborare ne ea quæ dixissent enunciaren-
C tur, quàm uti ea quæ vellent impetrarent: propterea quòd si enunciatum esset, summum in cruciatum se venturos viderent. Locutus est pro his Divitiacus Æduus; Galliæ totius factiones esse duas: harum alterius principatum tenere Æduos, alterius Arvernos. Hi quum tantopere de potentatu inter se multos annos contenderent, factum esse uti ab Arvernis Sequanisque Germani mercede accerserentur: horum primò circiter millia XV Rhenum transisse: posteaquàm agros & cultum, & copias Gallorum homines feri ac barbari adamassent, transductos plures: nunc esse in Gallia ad C & XX millium numerum: cum his Æduos, eorumque clientes semel atque iterum armis contendisse: magnam calamitatem pulsos accepisse, omnem nobilitatem, omnem Senatum, omnem equitatum amisisse: quibus præliis calamitatibusque fractos, qui & sua virtute, & populi Romani hospitio atque amicitia plurimùm antè in Gallia potuissent, coactos esse Sequanis obsides dare nobilissimos civitatis,
D & jurejurando civitatem obstringere, sese neque obsides repetituros, neque auxilium à populo Romano imploraturos, neque recusaturos quominùs perpetuò sub illorum ditione atque imperio essent: unum se esse ex omni civitate Æduorum, qui adduci non potuerit ut juraret, aut suos liberos obsides daret: ob eam rem se ex civitate profugisse, & Romam ad Senatum venisse auxilium postulatum; quòd solus neque jure-jurando, neque obsidibus teneretur: sed pejus victoribus Sequanis, quàm Æduis victis accidisse, propterea quòd Ariovistus rex Germanorum in eorum finibus consedisset, tertiamque partem agri Sequani, qui esset optimus totius Galliæ, occupavisset, & nunc de altera parte tertia Sequanos decedere juberet; propterea quòd paucis mensibus antè, Harudum millia hominum XXIV ad eum venissent; quibus locus ac sedes pararentur: futurum esse paucis annis, uti omnes è Galliæ finibus pellerentur, atque omnes Germani Rhenum transirent: neque enim conferendum esse Gallicum
E cum Germanorum agro, neque hanc consuetudinem victûs cum illa comparandam. Arioviſtum autem, ut semel Gallorum copias prælio vicerit; quod prælium factum sit (a) Amagetobriæ; superbè & crudeliter imperare, obsides nobilissimi cujusque liberos poscere, & in eos omnia exempla cruciatûs edere, si qua res non ad nutum, aut ad voluntatem ejus facta sit: hominem esse barbarum, iracundum, temerarium: non posse ejus imperia diutiùs sustineri: nisi quid in Cæsare populoque Romano sit auxilii, omnibus Gallis idem esse faciendum, quod Helvetii fecerunt, ut domo emigrent; aliud domicilium, alias sedes, remotas à Germanis, petant; fortunamque, quæcumque accidat, experiantur. Hæc si enunciata Arioviſto sint, non dubitare quin de omnibus obsidibus, qui apud eum sint, gravissimum supplicium

(a) Quinam sit Amagetobriæ locus, prorsus ignoratur.

Digitized by Google

An. U. C. 695. ſumat: Cæſarem vel auctoritate ſua atque exercitûs, vel recenti victoria, vel nomine populi Romani deterrere poſſe, ne major multitudo Germanorum Rhenum tranſducatur, Galliamque omnem ab Arioviſti injuria poſſe defendere. A

XXXII. Hac oratione à Divitiaco habita, omnes, qui aderant, magno fletu auxilium à Cæſare petere cœperunt. Animadvertit Cæſar, unos ex omnibus Sequanos nihil earum rerum facere, quas ceteri facerent, ſed triſtes, capite demiſſo, terram intueri: ejus rei quæ cauſſa eſſet, miratus, ex ipſis quæſivit. Nihil Sequani reſpondere, ſed in eadem triſtitia taciti permanere. Quum ab iis ſæpius quæreret, neque ullam omnino vocem exprimere poſſet; idem Divitiacus Æduus reſpondit; hoc eſſe miſeriorem gravioremque fortunam Sequanorum, quàm reliquorum; quòd ſoli nec in occulto quidem queri, nec auxilium implorare auderent; abſentiſque Arioviſti crudelitatem, velut ſi coram adeſſet, horrerent: propterea quòd reliquis tamen fugæ facultas daretur; Sequanis verò, qui intra fines ſuos Arioviſtum recepiſſent, B quorum opida omnia in poteſtate ejus eſſent, omnes cruciatus eſſent perferendi.

XXXIII. His rebus cognitis, Cæſar Gallorum animos verbis confirmavit: polliciturque eſt ſibi eam rem curæ futuram: magnam ſe habere ſpem, & beneficio ſuo & auctoritate adductum Arioviſtum, finem injuriis facturum. Hac oratione habita, concilium dimiſit: & ſecundùm ea multæ res eum hortabantur, quare ſibi eam rem cogitandam & ſuſcipiendam putaret: imprimis quòd Æduos fratres conſanguineoſque ſæpenumero ab Senatu appellatos, in ſervitute atque in ditione videbat Germanorum teneri, eorumque obſides eſſe apud Arioviſtum, ac Sequanos intelligebat: quod in tanto imperio populi Romani turpiſſimum ſibi & Reipublicæ eſſe arbitrabatur. Paullatim autem Germanos conſueſcere Rhenum tranſire, & in Galliam magnam eorum multitudinem venire, populo Romano periculoſum videbat: neque ſibi homines feros ac barbaros temperaturos exiſtimabat, quin, quum omnem Galliam occupaſſent, ut antè Cimbri Teutonique feciſſent, in provinciam exirent, atque inde in Italiam contenderent: præſertim quum Sequanos à provincia noſtra Rhodanus divideret: quibus rebus quammaturrimè occurrendum putabat. Ipſe autem Arioviſtus tantos ſibi ſpiritus, tantam arrogantiam ſumſerat, ut ferendus non videretur. C

XXXIV. Quamobrem placuit ei ut ad Arioviſtum legatos mitteret, qui ab eo poſtularent ut aliquem locum medium utriuſque colloquio deligeret: velle ſeſe de Republica & ſummis utriuſque rebus cum eo agere. Ei legationi Arioviſtus reſpondit: Si quid ipſi à Cæſare opus eſſet, ſeſe ad eum venturum fuiſſe: ſi quid ille ſe velit, illum ad ſe venire oportere: præterea ſe neque ſine exercitu in eas partes Galliæ venire audere, quas Cæſar poſſideret, neque exercitum ſine magno commeatu atque
* *Malè emolumento.* * molimento in unum locum contrahere poſſe: ſibi autem mirum videri, quid in ſua D Gallia, quam bello viciſſet, aut Cæſari, aut omnino populo Romano negotii eſſet.

XXXV. His reſponſis ad Cæſarem relatis, iterum ad eum Cæſar legatos cum his mandatis mittit: Quoniam tanto ſuo populique Romani beneficio affectus, quum in Conſulatu ſuo rex atque amicus à Senatu appellatus eſſet, hanc ſibi populoque Romano gratiam referret, ut in colloquium venire invitatus gravaretur, neque de communi re dicendum ſibi & cognoſcendum putaret: hæc eſſe, quæ ab eo poſtularet: primùm ne quam multitudinem hominum ampliùs trans Rhenum in Galliam tranſduceret: deinde obſides, quos haberet ab Æduis, redderet: Sequaniſque permitteret, ut quos illi haberent, voluntate ejus reddere illis liceret: neve Æduos injuria laceſſeret: neve his ſociiſve eorum bellum inferret: ſi id feciſſet, ſibi populoque Romano perpetuam gratiam atque amicitiam cum eo futuram: ſi non impe-
An. U. C. 692. traret, quoniam M. Meſſala, M. Piſone Conſulibus Senatus cenſuiſſet, uti, quicum- E que Galliam provinciam obtineret, quod commodo Reipublicæ facere poſſet, Æduos ceteroſque amicos populi Romani defenderet, ſe Æduorum injurias non neglecturum.

XXXVI. Ad hæc Arioviſtus reſpondit: Jus eſſe belli, ut qui viciſſent, iis quos viciſſent, quemadmodum vellent, imperarent: idem populum Romanum victis non ad alterius præſcriptum, ſed ad ſuum arbitrium imperare conſueſſe: ſi ipſe populo Romano non præſcriberet, quemadmodum ſuo jure uteretur; non oportere ſe à populo Rom. in ſuo jure impediri. Æduos ſibi, quoniam belli fortunam tentaſſent, & armis congreſſi ac ſuperati eſſent, ſtipendiarios eſſe factos: magnam Cæſarem injuriam facere, qui ſuo adventu vectigalia ſibi deteriora faceret: Æduis ſe obſides redditurum non eſſe; neque iis, neque eorum ſociis injuria bellum illaturum, ſi in eo manerent

Digitized by Google

A quod conveniſſet, ſtipendiumque quotannis penderent: ſi id non feciſſent, longè ab iis fraternum nomen populi Romani abfuturum. Quòd ſibi Cæſar denunciaret, ſe Æduorum injurias non neglecturum; neminem ſecum ſine ſua pernicie contendiſſe: quum vellet, congrederetur: intellecturum, quid invicti Germani, exercitatiſſimi in armis, qui intra annos XIV tectum non ſubiſſent, virtute poſſent. An. U. C. 695.

XXXVII. Hæc eodem tempore Cæſari mandata referebantur; & legati ab Æduis & Treviris veniebant: Ædui, queſtum quòd Harudes, qui nuper in Galliam tranſportati eſſent, fines eorum popularentur; ſeſe ne obſidibus quidem datis pacem Arioviſti redimere potuiſſe: Treviri autem, pagos centum Suevorum ad ripam Rheni conſediſſe, qui Rhenum tranſire conarentur; iis præeſſe Naſuam & Cimberium fratres. Quibus rebus Cæſar vehementer commotus, maturandum ſibi exiſtimavit, ne, ſi nova manus Suevorum cum veteribus copiis Arioviſti ſeſe conjunxiſſet, minùs fa-
B cilè reſiſti poſſet. Itaque re frumentaria, quàm celerrimè potuit, comparata, magnis itineribus ad Arioviſtum contendit.

XXXVIII. Quum tridui viam proceſſiſſet, nunciatum eſt ei, Arioviſtum cum ſuis omnibus copiis ad occupandum Veſontionem, quod eſt opidum maximum Sequanorum, contendere, triduique viam à ſuis finibus proceſſiſſe. Id ne accideret, magnopere præcavendum ſibi Cæſar exiſtimabat: namque omnium rerum, quæ ad bellum uſui erant, ſumma erat in eo opido facultas; idque natura loci ſic muniebatur, ut magnam ad ducendum bellum daret facultatem: propterea quòd flumen (a) Alduaſdubis, ut circino circumductum, penè totum opidum cingit, reliquum ſpatium, quod non eſt amplius pedum DC, quà flumen intermittit, mons continet magna altitudine, ita ut radices ejus montis ex utraque parte ripæ fluminis contingant: hunc murus (b) circumdatus arcem efficit, & cum opido conjungit. Huc Cæſar magnis diur-
C nis nocturniſque itineribus contendit; occupatoque opido, ibi præſidium collocat.

XXXIX. Dum paucos dies ad Veſontionem, rei frumentariæ commeatûſque cauſſa moratur, ex percunctatione noſtrorum, vocibuſque Gallorum ac mercatorum, qui ingenti magnitudine corporum Germanos, incredibili virtute, atque exercitatione in armis eſſe prædicabant, ſæpenumero ſeſe cum iis congreſſos, ne vultum quidem atque aciem oculorum ferre potuiſſe; tantus ſubitò timor omnem exercitum occupavit, ut non mediocriter omnium mentes animoſque perturbaret. Hic primùm ortus eſt à tribunis militum, ac præfectis, reliquiſque, qui ex urbe, amicitiæ cauſſa, Cæſarem ſecuti, magnum periculum miſerabantur, quòd non magnum in re militari uſum habebant: quorum alius, alia cauſſa illata, quam ſibi ad proficiſcendum neceſſariam eſſe duceret, petebat ut ejus voluntate diſcedere liceret; nonnulli pudore
D adducti, ut timoris ſuſpicionem vitarent, remanebant. Hi neque vultum fingere, neque interdum lacrimas tenere poterant; abditi in tabernaculis aut ſuum fatum querebantur, aut cum familiaribus ſuis commune periculum miſerabantur; vulgò totis caſtris teſtamenta obſignabantur. Horum vocibus ac timore paullatim etiam ii, qui magnum in caſtris uſum habebant, milites centurioneſque, quique equitatui præerant, perturbabantur. Qui ſe ex his minùs timidos exiſtimari volebant, non ſe hoſtem vereri, ſed anguſtias itineris, & magnitudinem ſilvarum, quæ inter eos atque Arioviſtum intercederent, aut rem frumentariam, ut ſatis commodè ſupportari poſſet, timere dicebant: nonnulli etiam Cæſari renunciabant, quum caſtra moveri, ac ſigna ferri juſſiſſet, non fore dicto audientes milites, neque propter timorem ſigna laturos.

XL. Hæc quum animadverſiſſet Cæſar, convocato concilio, omniumque ordinum ad id concilium adhibitis centurionibus, vehementer eos incuſavit; primùm,
E quòd aut quam in partem, aut quo conſilio ducerentur, ſibi quærendum aut cogitandum putarent. Arioviſtum, ſe Conſule, cupidiſſimè populi Romani amicitiam appetiſſe: cur hunc tam temerè quiſquam ab officio diſceſſurum judicaret? ſibi quidem perſuaderi, cognitis ſuis poſtulatis, atque æquitate conditionum perſpecta, eum neque ſuam, neque populi Romani gratiam repudiaturum. Quòd ſi furore atque amentia impulſus bellum intuliſſet, quid tandem vererentur? aut cur de ſua virtute, aut de ipſius diligentia deſperarent? factum ejus hoſtis periculum patrum noſtrorum memoria, quum Cimbris & Teutonis à C. Mario pulſis, non minorem laudem exercitus, quàm ipſe Imperator, meritus videbatur: factum etiam nuper in Italia, ſervili

(a) *Alduaſdubis*, corruptè: genuinum nomen Straboni, Ptolemæo aliiſque Δοῦβις, *Dubis*, hodie *le Doux*: ex Jura monte demiſſus, Veſontionem atque Dolam præterlabitur.

(b) Conſpiciuntur hujus muri reliquiæ ingentes hodie ad D. Stephani montem. Initium illi à porta ſciſſa, vulgò *Taillée*, quæ eſt Mali-paſſus, vulgò *Maupas*. *Merula*.

Digitized by Google

An. U. C. 695. tumultu; quos tamen aliquis usus ac disciplina, quam à nobis accepissent, sublevaret. Ex quo judicari posset quantùm haberet in se boni constantia; propterea quòd, quos aliquandiu inermes sine caussa timuissent, hos posteà armatos ac victores superassent. Denique hos esse Germanos, quibuscum sæpenumero Helvetii congressi, non solùm in suis, sed etiam in illorum finibus plerumque superassent, qui tamen pares esse nostro exercitui non potuerint. Si quos adversum prælium, & fuga Gallorum comoveret, hos, si quærerent, reperire posse, diuturnitate belli defatigatis Gallis, Arioviſtum, quum multos menses castris ac paludibus se continuisset, neque sui potestatem fecisset, desperantes jam de pugna, & dispersos subitò adortum, magis ratione ac consilio quàm virtute vicisse: cui rationi contra homines barbaros atque imperitos locus fuisset; hac ne ipsum quidem sperare nostros exercitus capi posse. Qui suum timorem in rei frumentariæ simulationem, angustiasque itinerum conferrent, facere arroganter; quum aut de officio Imperatoris desperare, aut ei præscribere viderentur: hæc sibi esse curæ; frumentum Sequanos, Leucos, Lingones subministrare: jamque esse in agris frumenta matura: de itinere ipsos brevi tempore judicaturos. Quòd non fore dicto audientes, neque signa laturi dicantur, nihil se ea re commoveri: scire enim, quibuscumque exercitus dicto audiens non fuerit; aut malè re gesta fortunam defuisse; aut aliquo facinore comperto, avaritiam esse convictam: suam innocentiam perpetua vita, felicitatem Helvetiorum bello esse perspectam. Itaque se, quod in longiorem diem collaturus esset, repræsentaturum, & proxima nocte de quarta vigilia castra moturum, ut quamprimùm intelligere posset, utrùm apud eos pudor atque officium, an timor plus valeret. Quòd si præterea nemo sequatur, tamen se cum sola decima legione iturum, de qua non dubitaret; sibique eam Prætoriam cohortem futuram. Huic legioni Cæsar & indulserat præcipuè, & propter virtutem confidebat maximè.

XLI Hac oratione habita, mirum in modum conversæ sunt omnium mentes, summaque alacritas & cupiditas belli gerendi innata est: princepsque decima legio per tribunos militum ei gratias egit, quòd de se optimum judicium feciſſet; seque esse ad bellum gerendum paratissimam confirmavit. Inde reliquæ legiones per tribunos militum & primorum ordinum centuriones egerunt, uti Cæsari satisfacerent: se neque umquam dubitasse, neque timuisse, neque de summa belli suum judicium, sed Imperatoris esse, existimavisse. Eorum satisfactione accepta, & itinere exquisito per Divitiacum, quòd ex aliis Gallis ei maximam fidem habebat, ut millium amplius quadraginta circuitu locis apertis exercitum duceret, de quarta vigilia, uti dixerat, profectus est. Septimo die, quum iter non intermitteret, ab exploratoribus certior factus est, Arioviſti copias à nostris millibus passuum IV & XX abesse.

XLII. Cognito Cæsaris adventu, Arioviſtus legatos ad eum mittit: quod anteà de colloquio postulasset, id per se fieri licere, quoniam propius accessisset; seque id sine periculo facere posse existimaret. Non respuit conditionem Cæsar: jamque eum ad sanitatem reverti arbitrabatur, quum id, quod anteà petenti denegasset, ultrò polliceretur: magnamque in spem veniebat, pro suis tantis populique Romani in eum beneficiis, cognitis suis postulatis, fore uti pertinacia desisteret. Dies colloquio dictus est, ex eo die quintus. Interim quum sæpe ultrò citróque legati inter eos mitterentur, Arioviſtus postulavit ne quem peditem ad colloquium Cæsar adduceret: vereri se ne per insidias ab eo circumveniretur: uterque cum equitatu veniret: alia ratione se non esse venturum. Cæsar, quòd nec colloquium, interposita caussa, tolli volebat, neque salutem suam Gallorum equitatu committere audebat; commodissimum esse statuit, omnibus equis Gallis equitibus detractis, legionarios eò milites legionis decimæ, cui quammaximè confidebat, imponere; ut præsidium quamamicissimum, si quid opus facto esset, haberet. Quòd quum fieret, non irridiculè quidam ex militibus decimæ legionis dixit, plus quàm pollicitus esset, Cæsarem facere; pollicitum in cohortis Prætoriæ loco decimam legionem habiturum, ad equum rescribere.

XLIII. Planities erat magna, & in ea tumulus terreus satis grandis: hic locus æquo ferè spatio ab castris utrisque aberat: eò, ut erat dictum, ad colloquium venerunt. Legionem Cæsar, quam equis devexerat, passibus CC ab eo tumulo constituit: item equites Arioviſti pari intervallo constiterunt. Arioviſtus, ut ex equis colloquerentur, & præter se denos ut ad colloquium adducerent, postulavit. Ubi eò ventum est, Cæsar initio orationis, sua Senatûsque in eum beneficia commemoravit; quòd Rex appellatus esset à Senatu, quòd amicus, quòd munera amplissima missa; quam rem & paucis contigisse, & à Romanis pro maximis hominum officiis consuevisse tribui docebat: illum, quum

Digitized by Google

A quum neque aditum, neque cauſſam poſtulandi juſtam haberet, beneficio ac liberalitate ſua ac Senatûs ea præmia conſecutum. Docebat etiam, quàm veteres, quámque juſtæ cauſſæ neceſſitudinis ipſis cúm Æduis intercederent; quæ Senatuſconſulta, quoties, quámque honorifica in eos facta eſſent; ut omni tempore totius Galliæ principatum Ædui tenuiſſent; priùs etiam quàm noſtram amicitiam appetiſſent. Populi Romani hanc eſſe conſuetudinem, ut ſocios atque amicos non modò ſui nihil deperdere, ſed gratia, dignitate, honore auctos velit eſſe. Quod verò ad amicitiam populi Romani attuliſſent, id iis eripi quis pati poſſet? Poſtulavit deinde eadem, quæ legatis in mandatis dederat, ne aut Æduis, aut eorum ſociis bellum inferret; obſides redderet: ſi nullam partem Germanorum domum remittere poſſet; at ne quos ampliùs Rhenum tranſire pateretur. An. U. C. 695.

XLIV. Arioviſtus ad poſtulata Cæſaris pauca reſpondit; de ſuis virtutibus multa præ-
B dicavit; tranſiſſe Rhenum ſeſe non ſua ſponte, ſed rogatum & accerſitum à Gallis: non ſine magna ſpe magniſque præmiis domum propinquoſque reliquiſſe: ſedes habere in Gallia ab ipſis conceſſas; obſides ipſorum voluntate datos; ſtipendium capere jure belli, quod victores victis imponere conſueverint: non ſeſe Gallis, ſed Gallos ſibi bellum intuliſſe: omnes Galliæ civitates ad ſe oppugnandum veniſſe, ac contra ſe caſtra habuiſſe: eas omnes copias uno abs ſe prælio fuſas ac ſuperatas eſſe: ſi iterum experiri velint, paratum ſe decertare; ſin pace uti malint, iniquum eſſe de ſtipendio recuſare, quod ſua voluntate ad id tempus pependerint. Amicitiam populi Romani ſibi ornamento & præſidio, non detrimento eſſe oportere: idque ſe ea ſpe petiſſe: ſi per populum Romanum ſtipendium remittatur, & dedititii ſubtrahantur; non minùs libenter ſeſe recuſaturum populi Romani amicitiam, quàm appetierit. Quòd multitudinem Germanorum in Galliam tranſducat, id ſe ſui muniendi, non Galliæ im-
C pugnandæ cauſſa facere; ejus rei teſtimonium eſſe, quòd niſi rogatus non venerit, & quòd bellum non intulerit, ſed defenderit: ſe priùs in Galliam veniſſe, quàm populum Romanum: nunquam ante hoc tempus exercitum populi Romani Galliæ provinciæ fines egreſſum. Quid ſibi vellet? cur in ſuas poſſeſſiones veniret? provinciam ſuam eſſe hanc Galliam, ſicuti illam noſtram: ut ſibi concedi non oporteret, ſi in noſtros fines impetum faceret; ſic iterum nos eſſe iniquos, quòd in ſuo jure ſe interpellaremus. Quòd ex s c. Æduos appellatos amicos diceret; non ſe tam barbarum, neque tam imperitum eſſe rerum, ut non ſciret, neque bello Allobrogum proximo Æduos Romanis auxilium tuliſſe; neque ipſos in his contentionibus, quas Ædui ſecum & cum Sequanis habuiſſent, auxilio populi Romani uſos eſſe. Debere ſe ſuſpicari, ſimulata Cæſarem amicitia, quòd exercitum in Gallia habeat, ſui opprimendi cauſſa habere. Quòd niſi decedat, aut exercitum deducat ex his regionibus, ſeſe il-
D lum non pro amico, ſed pro hoſte habiturum: quòd ſi eum interfecerit, multis ſeſe nobilibus principibuſque populi Romani gratum eſſe facturum: id ſe ab ipſis per eorum nuncios compertum habere; quorum omnium gratiam atque amicitiam ejus morte redimere poſſet. Quòd ſi diſceſſiſſet, ac liberam ſibi poſſeſſionem Galliæ tradidiſſet, magno ſe illum præmio remuneraturum, & quæcumque bella geri vellet, ſine ullo ejus labore & periculo confecturum.

XLV. Multa à Cæſare in eam ſententiam dicta ſunt, quare negotio deſiſtere non poſſet; & neque ſuam, neque populi Romani conſuetudinem pati, ut optimè meritos ſocios deſereret; neque ſe judicare Galliam potiùs eſſe Arioviſti, quàm populi Romani. Bello ſuperatos eſſe Arvernos & Rutenos à Q. Fabio Maximo; quibus po- An. U. C. 632.
pulus Romanus ignoviſſet, neque in provinciam redegiſſet, neque ſtipendium impoſuiſſet. Quòd ſi antiquiſſimum quodque tempus ſpectari oporteret, populi Roma-
E ni juſtiſſimum eſſe in Gallia imperium: ſi judicium Senatûs ſervari oporteret, liberam debere eſſe Galliam, quam bello victam ſuis legibus uti voluiſſet.

XLVI. Dum hæc in colloquio geruntur, Cæſari nunciatum eſt, equites Arioviſti propiùs tumulum accedere, & noſtros adequitare; lapides telaque in noſtros conjicere. Cæſar loquendi finem fecit; ſeque ad ſuos recepit; ſuiſque imperavit ne quod omnino telum in hoſtes rejicerent: nam etſi ſine ullo periculo legionis delectæ cum equitatu prælium fore videbat; tamen committendum non putabat, ut pulſis hoſtibus dici poſſet, eos à ſe per fidem in colloquio circumventos. Poſteaquàm in vulgus militum elatum eſt, qua arrogantia in colloquio Arioviſtus uſus, omni Gallia Romanis interdixiſſet; impetumque in noſtros ejus equites feciſſent; eaque res colloquium diremiſſet: multò major alacritas, ſtudiumque pugnandi majus exercitui injectum eſt.

Digitized by Google

An. U. C. 695.

XLVII. Biduo pòst Arioviſtus legatos ad Cæſarem mittit, velle ſe de his rebus, A quæ inter eos agi cœptæ, neque perfectæ eſſent, agere cum eo: uti aut iterum colloquio diem conſtitueret; aut ſi id minùs vellet, ex ſuis legatis aliquem ad ſe mitteret. Colloquendi Cæſari cauſſa viſa non eſt, & eò magis quòd pridie ejus diei Germani retineri non potuerant, quin in noſtros tela conjicerent: legatum ex ſuis ſeſe magno cum periculo ad eum miſſurum, & hominibus feris objecturum exiſtimabat. Commodiſſimum viſum eſt, C. Valerium Procillum C. Valerii Caburi filium, ſumma virtute & humanitate adoleſcentem, (cujus pater à C. Valerio Flacco civitate donatus erat) & propter fidem, & propter linguæ Gallicæ ſcientiam, qua multa jam Arioviſtus longinqua conſuetudine utebatur, & quòd in eo peccandi Germanis cauſſa non eſſet, ad eum mittere; & M. Mettium, qui hoſpitio Arioviſti uſus erat. His mandavit ut quæ diceret Arioviſtus, cognoſcerent, & ad ſe referrent. Quos quum apud ſe caſtris Arioviſtus conſpexiſſet, exercitu ſuo præſente, clamavit: Quid ad ſe venirent? B an ſpeculandi cauſſa? conantes dicere prohibuit, & in catenas conjecit.

XLVIII. Eodem die caſtra promovit, & millibus paſſuum VI à Cæſaris caſtris ſub monte conſedit. Poſtridie ejus diei præter caſtra Cæſaris ſuas copias tranſduxit, & millibus paſſuum II ultra eum caſtra fecit; eo conſilio uti frumento commeatuque, qui ex Sequanis & Æduis ſupportaretur, Cæſarem intercluderet. Ex eo die dies continuos V Cæſar pro caſtris ſuas copias produxit, & aciem inſtructam habuit; ut, ſi vellet Arioviſtus prælio contendere, ei poteſtas non deeſſet. Arioviſtus his omnibus diebus exercitum caſtris continuit; equeſtri prælio quotidie contendit. Genus hoc erat pugnæ, quo ſe Germani exercuerant. Equitum millia erant VI, totidem numero pedites velociſſimi ac fortiſſimi, quos ex omni copia ſinguli ſingulos, ſuæ ſalutis cauſſa, delegerant: cum his in præliis verſabantur: ad hos ſe equites recipiebant: hi, ſi quid erat durius, concurrebant: ſi qui, graviore vulnere accepto, equo decide- C rant, circumſiſtebant: ſi quò erat longiùs prodeundum, aut celeriùs recipiendum, tanta erat horum exercitatione celeritas, ut jubis equorum ſublevati curſum adæquarent.

XLIX. Ubi eum caſtris ſeſe tenere Cæſar intellexit, ne diutiùs commeatu prohiberetur, ultra eum locum, quo in loco Germani conſederant, circiter paſſus DC ab his caſtris idoneum locum delegit; acieque triplici inſtructa, ad eum locum venit. Primam & ſecundam aciem in armis eſſe, tertiam caſtra munire juſſit. Hic locus ab hoſte circiter paſſus ſexcentos, uti dictum eſt, aberat: eò circiter hominum numerum XVI millia expedita cum omni equitatu Arioviſtus miſit; quæ copiæ noſtros perterrerent, & munitione prohiberent. Nihilo ſeciùs Cæſar, ut antè conſtituerat, duas acies hoſtem propulſare, tertiam opus perficere juſſit. Munitis caſtris, duas ibi legiones reliquit, & partem auxiliorum: quatuor reliquas in caſtra majora reduxit.

L. Proximo die, inſtituto ſuo Cæſar ex caſtris utriſque copias ſuas eduxit; paullu- D lúmque à majoribus progreſſus aciem inſtruxit; hoſtibuſque pugnandi poteſtatem fecit. Ubi ne tum quidem eos prodire intellexit, circiter meridiem exercitum in caſtra reduxit. Tum demum Arioviſtus partem ſuarum copiarum, quæ caſtra minora oppugnaret, miſit. Acriter utrimque uſque ad veſperum pugnatum eſt. Solis occaſu ſuas copias Arioviſtus, multis & illatis & acceptis vulneribus, in caſtra reduxit. Quum ex captivis quæreret Cæſar, quamobrem Arioviſtus prælio non decertaret, hanc reperiebat cauſſam; quòd apud Germanos ea conſuetudo eſſet, ut matresfamilias eorum ſortibus & vaticinationibus declararent, utrùm prælium committi ex uſu eſſet, necne: eas ita dicere, non eſſe fas Germanos ſuperare, ſi ante novam Lunam prælio contendiſſent.

LI. Poſtridie ejus diei Cæſar præſidio utriſque caſtris, quod ſatis eſſe viſum eſt, relicto, omnes alarios in conſpectu hoſtium pro caſtris minoribus conſtituit; quod mi- E nus multitudine militum legionariorum, pro hoſtium numero, valebat, ut ad ſpeciem alariis uteretur: ipſe triplici inſtructa acie uſque ad caſtra hoſtium acceſſit. Tum demum neceſſariò Germani ſuas copias è caſtris eduxerunt, generatimque conſtituerunt, paribuſque intervallis Harudes, Marcomanos, (a) Triboccos, Vangiones, Nemetes, Seduſios, Suevos; omnemque aciem ſuam rhedis & carris circumdederunt, ne qua ſpes in fuga relinqueretur. Eò mulieres impoſuerunt, quæ in prælium proficiſcentes milites, paſſis crinibus flentes, implorabant ne ſe in ſervitutem Romanis traderent.

LII. Cæſar ſingulis legionibus ſingulos legatos & quæſtorem præfecit, uti eos

(a) Tribocci, Vangiones & Nemetes ſic Tranſrhenanis immixti ſunt, ut nondum ſedem cis Rhenum poſuiſſe videantur. Triboccorum tamen Cæſar l. 4. c. 10. mentionem facit cum Ciſrhenanis populis, quorum Rhenus fines pertranſeat.

Digitized by Google

A teſtes ſuæ quiſque virtutis haberet: ipſe à dextro cornu, quòd eam partem minimè firmam hoſtium eſſe animadverterat, prælium commiſit. Ita noſtri acriter in hoſtes, ſigno dato, impetum fecerunt. Itaque hoſtes repentè celeriterque procurrerunt; ut ſpatium pila in hoſtes conjiciendi non daretur: rejectis pilis, comminus gladiis pugnatum eſt. At Germani, celeriter ex conſuetudine ſua phalange facta, impetus gladiorum exceperunt. Reperti ſunt complures noſtri milites, qui in phalangas inſilirent, & ſcuta manibus revellerent, & deſuper vulnerarent. Quum hoſtium acies à ſiniſtro cornu pulſa atque in fugam converſa eſſet, à dextro cornu vehementer multitudine ſuorum noſtram aciem premebant. Id quum animadvertiſſet P. Craſſus adoleſcens, qui equitatu præerat, quòd expeditior erat quàm hi, qui inter aciem verſabantur, tertiam aciem laborantibus noſtris ſubſidio miſit. An. U. C. 695.

LIII. Ita prælium reſtitutum eſt, atque omnes hoſtes terga veterunt, neque priùs B fugere deſtiterunt, quàm ad flumen Rhenum millia paſſuum ex eo loco circiter quinquaginta pervenerunt. Ibi perpauci, aut viribus confiſi tranſnatare contenderunt; aut lintribus inventis, ſalutem ſibi petierunt: in his fuit Arioviſtus, qui naviculam deligatam ad ripam nactus, ea profugit: reliquos omnes equites conſecuti noſtri interfecerunt. Duæ fuerunt Arioviſti uxores; una Sueva natione, quam domo ſecum adduxerat; altera Norica, regis Vocionis ſoror, quam in Gallia duxerat, à fratre miſſam: utraque in ea fuga periit: duæ filiæ harum, altera occiſa, altera capta eſt. C. Valerius Procillus, quum à cuſtodibus in fuga trinis catenis vinctus traheretur, in ipſum Cæſarem hoſtium equitatum perſequentem incidit. Quæ quidem res Cæſari non minorem, quàm ipſa victoria, voluptatem attulit: quòd hominem honeſtiſſimum provinciæ Galliæ, ſuum familiarem & hoſpitem, ereptum è manibus hoſtium, ſibi reſtitutum videbat; neque ejus calamitate de tanta voluptate & gratulatione quidquam fortuna C deminuerat. Iş, ſe præſente, de ſe ter ſortibus conſultum dicebat, utrùm igni ſtatim necaretur, an in aliud tempus reſervaretur: ſortium beneficio ſe eſſe incolumem. Item M. Mettius repertus, & ad eum reductus eſt.

LIV. Hoc prælio trans Rhenum nunciato, Suevi, qui ad ripas Rheni venerant, domum reverti cœperunt; quos Ubii, qui proximè Rhenum incolunt, perterritos inſecuti, magnum ex his numerum occiderunt. Cæſar, una æſtate duobus maximis bellis confectis, maturiùs paullò, quàm tempus anni poſtulabat, in hiberna in Sequanos exercitum deduxit: hibernis Labienum præpoſuit; ipſe in citeriorem Galliam ad conventus agendos profectus eſt.

LIBER II.

D I. Quum eſſet Cæſar in citeriore Gallia in hibernis, ita uti ſuprà demonſtravimus, crebri ad eum rumores afferebantur, litteriſque item Labieni certior fiebat, omnes Belgas, quam tertiam eſſe Galliæ partem dixeramus, contra populum Romanum conjurare; obſideſque inter ſe dare: conjurandi has eſſe cauſſas; primùm, quòd vererentur ne, omni pacata Gallia, ad eos exercitus noſter adduceretur: deinde, quòd ab nonnullis Gallis ſollicitarentur, partim qui Germanos diutiùs in Gallia verſari nonlent, ita populi Romani exercitum hiemare atque inveteraſcere in Gallia moleſtè ferebant; partim qui mobilitate & levitate animi novis imperiis ſtudebant: ab nonnullis etiam, quòd in Gallia à potentioribus, atque iis qui ad conducendos homines facultates habebant, vulgò regna occupabantur; qui minùs facilè eam rem imperio noſtro conſequi poterant. An. U. C. 696.

II. Iis nunciis litteriſque commotus Cæſar, duas legiones in citeriore Gallia novas E conſcripſit, & inita æſtate in * interiorem Galliam qui deduceret, Q. Pedium legatum miſit. Ipſe quum primùm pabuli copia eſſe inciperet, ad exercitum venit: dat negotium Senonibus reliquiſque Gallis, qui finitimi Belgis erant, uti ea, quæ apud eos gerantur, cognoſcant, ſeque de his rebus certiorem faciant. Hi conſtanter omnes nunciaverunt manus cogi, exercitum in unum locum conduci. Tum verò dubitandum non exiſtimavit quin ad eos duodecimo die proficiſceretur: re frumentaria proviſa, caſtra movet, diebuſque circiter XV ad fines Belgarum pervenit. * *Al.* ulteriorem.

III. Eò quum de improviſo celeriúſque omnium opinione veniſſet, Rhemi, qui proximi Galliæ ex Belgis ſunt, ad eum legatos Iccium & Antebrogium primos civitatis ſuæ miſerunt, qui dicerent, ſe ſuaque omnia in fidem atque poteſtatem populi Romani permittere, neque ſe cum reliquis Belgis conſenſiſſe, neque contra populum Romanum omnino conjuraſſe; paratoſque eſſe & obſides dare, & imperata facere,

Digitized by Google

An. U. C. 696. & opidis recipere, & frumento ceteriſque rebus juvare: reliquos omnes Belgas in armis eſſe: Germanoſque, qui cis Rhenum incolunt, ſeſe cum his conjunxiſſe: tantumque eſſe eorum omnium furorem, ut ne Sueſſones quidem fratres conſanguineoſque ſuos, qui eodem jure, iiſdem legibus utantur, unum imperium, unumque magiſtratum cum ipſis habeant, deterrere potuerint quin cum his conſentirent. A

IV. Quum ab his quæreret, quæ civitates, quantæque in armis eſſent, & quid in bello poſſent; ſic reperiebat, pleroſque Belgas eſſe ortos à Germanis, Rhenumque antiquitus, tranſductos, propter loci fertilitatem ibi conſediſſe: Galloſque, qui ea loca incolerent expuliſſe; ſoloſque eſſe, qui patrum noſtrorum memoria, omni Gallia vexata, Teutonos Cimbroſque intra fines ſuos ingredi prohibuerint: qua ex re fieri uti earum rerum memoria magnam ſibi auctoritatem magnoſque ſpiritus in re militari ſumerent. De numero eorum omnia ſe habere explorata Rhemi dicebant, propterea quòd propinquitatibus affinitatibuſque conjuncti, quantam quiſque multitudinem in communi Belgarum concilio ad id bellum pollicitus ſit, cognoverint. Plurimùm inter eos Bellovacos & virtute, & auctoritate, & hominum numero valere: hos poſſe conficere armata millia centum, pollicitos ex eo numero lecta millia LX; totiuſque belli imperium ſibi poſtulare. Sueſſones ſuos eſſe finitimos; latiſſimos feraciſſimoſque agros poſſidere: apud eos fuiſſe regem noſtra etiam memoria Divitiacum, totius Galliæ potentiſſimum: qui quum magnæ partis harum regionum, tum etiam Britanniæ, imperium obtinuerit; nunc eſſe regem Galbam: ad hunc propter juſtitiam prudentiamque, ſummam totius belli omnium voluntate deferri: opida habere numero XII; polliceri millia armata quinquaginta; totidem Nervios, qui maximè feri inter ipſos habeantur, longiſſiméque abſint; XV millia Atrebates; Ambianos X millia; Morinos XXV millia; Menapios IX millia; Caletes X millia; Velocaſſes & Veromanduos totidem; Aduaticos XXIX millia; (a) Condruſos, Eburones, Cæræſos, Pæmanos, qui uno nomine Germani appellantur, arbitrari ad XL millia. An. U. C. 640. B C

V. Cæſar Rhemos cohortatus, liberaliterque oratione proſecutus, omnem ſenatum ad ſe convenire, principumque liberos obſides ad ſe adduci juſſit: quæ omnia ab his diligenter in diem facta ſunt. Ipſe Divitiacum Æduum magnopere cohortatus, docet quantopere Reipublicæ communiſque ſalutis interſit, manus hoſtium diſtineri, ne cum tanta multitudine uno tempore confligendum ſit: id fieri poſſe, ſi ſuas copias Ædui in fines Bellovacorum introduxerint, & eorum agros populari cœperint. His mandatis, eum ab ſe dimittit. Poſtquàm omnes Belgarum copias in unum locum coactas ad ſe venire, neque jam longè abeſſe, ab his quos miſerat exploratoribus & ab Rhemis cognovit; flumen Axonam, quod eſt in extremis Rhemorum finibus, exercitum tranſducere maturavit, atque ibi caſtra poſuit: quæ res & latus unum caſtrorum ripis fluminis muniebat, & * poſt ea quæ erant, tuta ab hoſtibus reddebat, & commeatus ab Rhemis reliquiſque civitatibus, ut ſine periculo ad eum portari poſſet, efficiebat. In eo flumine pons erat: ibi præſidium ponit; & in altera parte fluminis Q. Titurium Sabinum legatum cum VI cohortibus reliquit: caſtra in altitudinem pedum XII vallo foſſaque duodeviginti pedum munire jubet.

* *Al.* poſt eum quæ eſſent. D

VI. Ab ipſis caſtris opidum Rhemorum nomine (b) Bibrax aberat millia paſſuum VIII: id ex itinere magno impetu Belgæ oppugnare cœperunt. Ægrè eo die ſuſtentatum eſt. Gallorum eadem atque Belgarum oppugnatio eſt. Hi ubi, circumjecta multitudine hominum totis mœnibus, undique in murum lapides jaci cœpti ſunt, muruſque defenſoribus nudatus eſt; teſtudine facta, portis ſuccedunt, murumque ſubruunt: quod tum facilè fiebat: nam tanta multitudo lapides ac tela conjiciebant, ut in muro conſiſtendi poteſtas eſſet nulli. Quum finem oppugnandi nox feciſſet, Iccius Rhemus ſumma nobilitate & gratia inter ſuos, qui tum opido præerat, unus ex iis qui legati de pace ad Cæſarem venerant, nuncios ad eum mittit, niſi ſubſidium ſibi mittatur, ſe diutiùs ſuſtinere non poſſe. E

VII. Eò de media nocte Cæſar iiſdem ducibus uſus, qui nuncii ab Iccio venerat, Numidas & Cretas ſagittarios & funditores Baleares ſubſidio opidanis mittit; quorum adventu, & Rhemis cum ſpe defenſionis ſtudium propugnandi acceſſit, & hoſtibus eadem de cauſſa ſpes potiundi opidi * diſceſſit. Itaque paulliſper apud opidum morati, agroſque Rhemorum depopulati, omnibus vicis ædificiiſque, quò adire poterant,

* *Al.* deceſſit.

(a) Condruſorum, Cæræſorum Pæmanorumque nomina, ut notat Cellarius, non longè ultra Cæſaris tempora conſervata ſunt, adeo ut videantur cum Eburonibus ſeu Tungris coaluiſſe, & ſub illorum deinceps invaleſcente nomine comprehenſi eſſe.

(b) Quo loco poſitum fuerit hoc oppidum, non conſtat. Alii *Laudunum Clavatum* interpretantur, alii *Fines* vel *Finmas*: quidam volunt eſſe *Braium* in Reiteſtino Ducatu, *Braye en Retelois*, nonnulli *Braium* in Laudunenſi pago.

Digitized by Google

A incensis, ad castra Cæsaris omnibus copiis contenderunt: & à millibus passuum minùs II castra posuerunt: quæ castra, ut fumo atque ignibus significabatur, ampliùs millibus passuum VIII in latitudinem patebant. An. U. C. 696.

VIII. Cæsar primò, & propter multitudinem hostium, & propter eximiam opinionem virtutis, prælio supersedere statuit. Quotidie tamen equestribus præliis, quid hostis virtute posset, & quid nostri auderent, periclitabatur. Ubi nostros non esse inferiores intellexit, loco pro castris ad aciem instruendam natura opportuno atque idoneo, quòd is collis, ubi castra posita erant, paullulùm ex planicie editus, tantùm adversus in latitudinem patebat, quantùm loci acies instructa occupare poterat, atque ex utraque parte lateris dejectus habebat; & in fronte leviter fastigiatus paullatim ad planiciem redibat: ab utroque latere ejus collis transversam fossam obduxit circitet passuum CD; & ad extremas fossas castella constituit; ibique tormenta collocavit; B ne quum aciem instruxisset, hostes (quod tantùm multitudine poterant) à lateribus suos pugnantes circumvenire possent. Hoc facto, duabus legionibus, quas proximè conscripserat, in castris relictis, ut, si quid opus esset, subsidio duci possent, reliquas sex legiones pro castris in acie constituit. Hostes item suas copias ex castris eductas instruxerant.

IX. Palus erat non magna inter nostrum atque hostium exercitum: hanc si nostri transirent, hostes exspectabant: nostri autem, si ab illis initium transeundi fieret, ut impeditos aggrederentur, parati in armis erant. Interim prælio equestri inter duas acies contendebatur. Ubi neutri transeundi initium faciunt, secundiore equitum nostrorum prælio, Cæsar suos in castra reduxit. Hostes protinus ex eo loco ad flumen Axonam contenderunt, quod esse post nostra castra demonstratum est: ibi vadis repertis, partem suarum copiarum transducere conati sunt; eo consilio, ut, si possent, C castellum, cui præerat Q. Titurius legatus, expugnarent, pontemque interscinderent: sin minùs, agros Rhemorum popularentur, qui magno nobis usui ad bellum gerendum erant, commeatusque nostros sustinebant.

X. Cæsar certior factus à Titurio, omnem equitatum & levis armaturæ Numidas, funditores sagittariosque pontem transducit, atque ad eos contendit. Acriter in eo loco pugnatum est. Hostes impeditos nostri in flumine aggressi, magnum eorum numerum occiderunt: per eorum corpora reliquos audacissimè transire conantes, multitudine telorum repulerunt: primos qui transierant equitatu circumventos interfecerunt. Hostes, ubi & de expugnando opido, & de flumine transeundo spem se fefellisse intellexerunt, neque nostros in locum iniquiorem progredi pugnandi caussâ viderunt, atque eos res frumentaria deficere cœpit; concilio convocato, constituerunt optimum esse domum suam quemque revertì; & quorum in fines pri- D mùm Romani exercitum introduxissent, ad eos defendendos undique convenire; ut potiùs in suis quàm alienis finibus decertarent, & domesticis copiis rei frumentariæ uterentur. Ad eam sententiam cum reliquis caussis hæc quoque ratio eos deduxit, quòd Divitiacum atque Æduos finibus Bellovacorum appropinquare cognoverant. His persuaderi, ut diutiùs morarentur, ne suis auxilium ferrent, non poterat.

XI. Ea re constituta, secunda vigilia magno cum strepitu ac tumultu castris egressi, nullo certo ordine neque imperio, quum sibi quisque primum itineris locum peteret, & domum pervenire properaret, fecerunt ut consimilis fugæ profectio videretur. Hac re statim Cæsar per speculatores cognita, insidias veritus; quòd, qua de caussa discederent, nondum perspexerat; exercitum equitatumque castris continuit. Prima luce confirmata re ab exploratoribus, omnem equitatum, qui novissimum agmen moraretur, præmisit, eique Q. Pedium & L. Arunculeium Cottam legatos præfecit; T. Labienum legatum cum legionibus tribus subsequi jussit. Hi novissimos adorti, & multa millia passuum prosecuti, magnam multitudinem eorum fugientium conciderunt, quum ab extremo agmine hi, ad quos ventum erat, consisterent, fortiterque impetum nostrorum militum sustinerent. Priores, quòd abesse à periculo viderentur, neque ulla necessitate, neque imperio continerentur, exaudito clamore, perturbatis ordinibus, omnes in fuga sibi subsidium posuerunt. Ita sine ullo periculo tantam eorum multitudinem nostri interfecerunt, quantum fuit diei spatium: sub occasumque Solis sequi destiterunt; seque in castra, uti erat imperatum, receperunt.

XII. Postridie ejus diei Cæsar, priusquàm se hostes ex terrore ac fuga reciperent, in fines Suessonum, qui proximi Rhemis erant, exercitum duxit; & magno itinere

Digitized by Google

An. U. C. 696. confecto, ad opidum (a) Noviodunum contendit. Id ex itinere oppugnare conatus, A quòd vacuum ab defensoribus esse audiebat, propter latitudinem fossæ, murique altitudinem, paucis defendentibus, expugnare non potuit. Castris munitis, vineas agere, quæque ad oppugnandum usui erant, comparare cœpit. Interim omnis ex fuga Suessonum multitudo in opidum proxima nocte convenit. Celeriter vineis ad opidum actis, aggere jacto, turribusque constitutis, magnitudine operum, quæ neque viderant ante Galli, neque audierant, & celeritate Romanorum permoti, legatos ad Cæsarem de deditione mittunt: & petentibus Rhemis, ut conservarentur, impetrant.

XIII. Cæsar, obsidibus acceptis, primis civitatis, atque ipsius Galbæ regis duobus filiis, armisque omnibus ex opido transditis, in deditionem Suessones accepit, exercitumque in Bellovacos duxit: qui quum se suaque omnia in opidum (b) Bratuspantium contulissent, atque ab eo opido Cæsar cum exercitu circiter millia passuum v abesset, omnes majores natu ex opido egressi, manus ad Cæsarem tendere, & vo- B ce significare cœperunt, sese in ejus fidem ac potestatem venire, neque contra populum Romanum armis contendere. Item quum ad opidum accessissset, castraque ibi poneret; pueri mulieresque ex muro passis manibus, suo more, pacem à Romanis petierunt.

XIV. Pro his Divitiacus (nam post discessum Belgarum, dimissis Æduorum copiis, ad eum reverterat) facit verba: Bellovacos omni tempore in fide atque amicitia civitatis Æduæ fuisse: impulsos à suis principibus, qui dicerent, Æduos à Cæsare in servitutem redactos, omnes indignitates contumeliasque perferre, & ab Æduis defeciisse, & populo Romano bellum intulisse: qui hujus consilii principes fuissent, quòd intelligerent quantam calamitatem civitati intulissent, in Britanniam profugisse: petere non solùm Bellovacos, sed etiam pro his Æduos, ut sua clementia ac mansuetudine in eos utatur: quod si fecerit, Æduorum auctoritatem apud omnes Bel- C gas amplificaturum; quorum auxiliis atque opibus, si qua bella inciderint, sustentare consueverint.

XV. Cæsar, honoris Divitiaci atque Æduorum caussa, sese eos in fidem recepturum & conservaturum dixit: & quòd erat civitas magna, & inter Belgas auctoritate ac hominum multitudine præstabat, DC obsides popposcit. His traditis, omnibusque armis ex opido collatis, ab eo loco in fines Ambianorum pervenit, qui se suaque omnia sine mora dediderunt. Eorum fines Nervii attingebant: quorum de natura moribusque Cæsar quum quæreret, sic reperiebat; nullum aditum esse ad eos mercatoribus: nihil pati vini reliquarumque rerum ad luxuriam pertinentium inferri: quòd his rebus relangueſcere animos, eorumque remitti virtutem existimarent: esse homines feros, magnæque virtutis: increpitare atque incusare reliquos Belgas, qui se populo Romano dedidissent, & patriam virtutem projecissent: confirmare sese neque D legatos missuros, neque ullam conditionem pacis accepturos.

XVI. Quum per eorum fines triduo iter feciisset; inveniebat ex captivis, (c) Sabin flumen ab castris suis non ampliùs millia passuum x abesse: trans id flumen omnes Nervios consedisse, adventumque ibi Romanorum exspectare, unà cum Atrebatibus & Veromanduis finitimis suis: nam his utrisque persuaserant, ut eamdem belli fortunam experirentur: exspectari etiam ab his Atuaticorum copias, atque esse in itinere: mulieres, quique per ætatem ad pugnam inutiles viderentur, in eum locum conjeciisse, quò propter paludes exercitui aditus non esset.

XVII. Cæsar, his rebus cognitis, exploratores centurionesque præmittit, qui locum castris idoneum deligant. Quumque ex dedititiis Belgis reliquisque Gallis

(a) Non improbabilis eorum est sententia, qui *Noviodunum* vetus nomen Augustæ Suessionum fuisse persuasi sunt. Nam ex verbis Cæsaris non obscurè intelligitur, in Suessionibus fuisse oppidum, quia hi noctu in illud conveniunt ut defendant: deinde munitum validè fuisse, ut primæ urbes & capita gentium solebant: tandem conservatum Remorum precibus esse, qui Suessionum fratres & amici erant; ut dubitari facilè non possit, huic Augustum ornamenta addidisse, & *Augustam* de suo nomine adpellasse. Neque enim aliud in tractu illo oppidum habetur, cui vel situs, vel amplitudo & munimenta à Cæsare descripta competant, præter *Augustam Suessionum*, nunc corruptius *Soissons* vocitatam. Contra hanc sententiam Raimundus Marlianus, Christoph. Browerus, & multi alii depugnant, *Noviodunum* Cæsaris finitimum quidem Suessionibus, non in ipsis Suessionibus statuentes: idque *Noviomum*, sive, ut nunc pronuntiatur, *Noyon*, interpretantur. Verùm Noviomum illud sive *Noviomagum* veteres dixerunt, situm inter Durocortorum & Ambianos, ut ex Itinerario Anton. manifestum est: quod oppidum etiam in Notitia Imperii inter Belgicæ secundæ præsidia Noviomagus adpellatur. Nec Noviomo, si inspicias rectè, cum Cæsaris itinere convenit, ut qui ex Remis in fines Suessionum progressus, magno itinere ad Noviodunum venit: *Noviomum*, sive *Noyon* non in Suessionibus, sed in Veromanduis censetur, & Veromanduorum episcopatum, deleta Augusta ab Attilo, antequàm instauraretur, accepit, & hodieque possidet. *Cellarius.*

(b) *Bratuspantium* multorum opinione *Cæsaromagus* est Ptolemæi, nunc *Bellovacum*, *Beauvais*. Carolo Bovillo pagus putatur esse *Granviller*. vel *Grattepance*; aliis *Clermont en Beauvoisis*; Vigenereo *Beaumont sur Oise*.

(c) Sabis nunc *Sambre* est, satis notus.

Digitized by Google

A complures Cæsarem secuti unà iter facerent; quidam ex his, ut posteà ex captivis cognitum est, eorum dierum consuetudine itineris nostri exercitûs perspecta, nocte ad Nervios pervenerunt, atque his demonstrarunt, inter singulas legiones impedimentorum magnum numerum intercedere, neque esse quidquam negotii, quum prima legio in castra veniisset, reliquæque legiones magnum spatium abessent, hanc sub sarcinis adoriri: qua pulsa, impedimentisque direptis, futurum ut reliquæ contrà consistere non auderent. Adjuvabat etiam eorum consilium qui rem deferebant, quòd Nervii antiquitus, quum equitatu nihil possent, (neque enim ad hoc tempus ei rei student; sed quidquid possunt, pedestribus valent copiis) quò facilius finitimorum equitatum, si prædandi caussa ad eos veniisset, impedirent, teneris arboribus incensis atque inflexis, crebrisque in latitudinem ramis [enatis,] & rubis sentibusque interjectis, effecerant ut instar muri hæ sepes munimenta præberent: quò non modò B non intrari, sed ne perspici quidem posset. Iis rebus quum iter agminis nostri impediretur, non omittendum sibi consilium Nervii existimaverunt. An. U. C. 696.

XVIII. Loci natura erat hæc, quem nostri castris delegerant: Collis ab summo æqualiter declivis ad flumen Sabin, quod suprà nominavimus, vergebat: ab eo flumine pari acclivitate collis nascebatur adversus huic & contrarius, passus circiter CC, infimus apertus, ab superiore parte silvestris, ut non facilè introrsus perspici posset. Intra eas silvas hostes in occulto sese continebant. In aperto loco, secundùm flumen, paucæ stationes equitum videbantur. Fluminis erat altitudo circiter pedum III.

XIX. Cæsar, equitatu præmisso, subsequebatur omnibus copiis: sed ratio ordoque agminis aliter se habebat, ac Belgæ ad Nervios detulerant: nam quòd hostis appropinquabat, consuetudine sua Cæsar VI legiones expeditas ducebat: post eas totius exercitûs impedimenta collocabat: inde duæ legiones, quæ proximè conscriptæ erant, C totum agmen claudebant, præsidioque impedimentis erant. Equites nostri cum funditoribus sagittariisque flumen transgressi, cum hostium equitatu prælium committunt. Quum se illi identidem in silvas ad suos reciperent, ac rursus è silva in nostros impetum facerent, neque nostri longiùs, quàm quem ad finem porrecta ac loca aperta pertinebant, cedentes insequi auderent; interim legiones sex, quæ primæ venerant, opere dimenso, castra munire cœperunt. Ubi prima impedimenta nostri exercitûs ab iis, qui in silvis abditi latebant, visa sunt; quod tempus inter eos committendi prælii convenerat; ita ut intra silvam aciem ordinesque constituerant, atque ipsi sese confirmaverant, subitò omnibus copiis provolaverunt, impetumque in nostros equites fecerunt. His facilè pulsis ac proturbatis, incredibili celeritate ad flumen decucurrerunt; ut penè uno tempore & ad silvas, & in flumine, & jam in manibus nostris hostes viderentur. Eadem autem celeritate adverso colle ad nostra castra, D atque eos, qui in opere occupati erant, contenderunt.

XX. Cæsari omnia uno tempore erant agenda: vexillum proponendum, quod erat insigne, quum ad arma concurri oporteret: signum tuba dandum: ab opere revocandi milites: qui paullò longiùs, aggeris petendi caussa, processerant, accersendi: acies instruenda: milites cohortandi: signum dandum: quarum rerum magnam partem temporis brevitas, & successus & incursus hostium impediebat. Iis difficultatibus duæ res erant subsidio; scientia atque usus militum, quòd superioribus præliis exercitati, quid fieri oporteret, non minùs commodè ipsi sibi præscribere, quàm ab aliis doceri poterant: & quòd ab opere singulisque legionibus singulos legatos Cæsar discedere, nisi munitis castris, vetuerat. Hi propter celeritatem & propinquitatem hostium nihil jam Cæsaris imperium spectabant; sed per se quæ videbantur administrabant.

E XXI. Cæsar, necessariis rebus imperatis, ad cohortandos milites, quam in partem fors obtulit, decucurrit; & ad legionem decimam devenit. Milites non longiore oratione est cohortatus, quàm uti suæ pristinæ virtutis memoriam retinerent, neu perturbarentur animo, hostiumque impetum fortiter sustinerent; & quòd non longiùs hostes aberant, quàm quò telum adjici posset, prælii committendi signum dedit: atque item in alteram partem cohortandi caussa profectus, pugnantibus occurrit. Temporis tanta fuit exiguitas, hostiumque tam paratus ad dimicandum animus, ut non modò ad insignia accommodanda, sed etiam ad galeas induendas, scutisque tegmenta detrahenda tempus defuerit.

XXII. Quam quisque in partem ab opere casu devenit, quæque prima signa conspexit, ad hæc constitit: ne in quærendo suos, pugnandi tempus dimitteret: instructo exercitu, magis ut loci natura, dejectusque collis, & necessitas temporis, quàm

Digitized by Google

An. U. C. 696.

ut rei militaris ratio atque ordo poſtulabat. Quum diverſis locis legiones aliæ alia in parte hoſtibus reſiſterent, ſepibuſque denſiſſimis, ut antè demonſtravimus, interjectis, proſpectus impediretur; neque certa ſubſidia collocari, neque quid in quaque parte opus eſſet provideri, neque ab uno omnia imperia adminiſtrari poterant. Itaque in tanta rerum iniquitate, fortunæ quoque eventus varii ſequebantur. A

XXIII. Legionis nonæ & decimæ milites, ut in ſiniſtra parte aciei conſtiterant, pilis emiſſis, curſu ac laſſitudine exanimatos, vulneribuſque confectos Atrebates (nam his ea pars obvenerat) celeriter ex loco ſuperiore in flumen compulerunt: & tranſire conantes inſecuti gladiis, magnam partem eorum impeditam interfecerunt: ipſi tranſire flumen non dubitaverunt; & in locum iniquum progreſſi, rurſus regreſſos ac reſiſtentes hoſtes, redintegrato prælio, in fugam dederunt. Item alia in parte diverſæ duæ legiones, undecima & octava, profligatis Veromanduis quibuſcum erant congreſſi, ex loco ſuperiore in ipſis fluminis ripis præliabantur. At totis ferè à fronte & B à ſiniſtra parte nudatis caſtris, quum in dextro cornu legio duodecima, & non magno ab ea intervallo ſeptima conſtitiſſet; omnes Nervii confertiſſimo agmine, duce Boduognato, qui ſummam imperii tenebat, ad eum locum contenderunt: quorum pars aperto latere legiones circumvenire, pars ſummum locum caſtrorum petere cœpit.

XXIV. Eodem tempore equites noſtri, leviſque armaturæ pedites, qui cum his unà fuerant, quos primo hoſtium impetu pulſos dixeram, quum ſe in caſtra reciperent, adverſis hoſtibus occurrebant, ac rurſus aliam in partem fugam petebant: & calones, qui Decumana porta à ſummo jugo collis noſtros victores flumen tranſire conſpexerant, prædandi cauſſa egreſſi, quum reſpexiſſent, & hoſtes in noſtris caſtris verſari vidiſſent, præcipites ſeſe fugæ mandabant. Simul eorum, qui cum impedimentis veniebant, clamor fremituſque oriebatur: aliique aliam in partem perterriti ferebantur. Quibus omnibus rebus permoti equites Treviri, quorum inter Gallos C virtutis opinio eſt ſingularis, qui auxilii cauſſa à civitate miſſi, ad Cæſarem venerant, quum multitudine hoſtium caſtra noſtra compleri, legiones premi, & penè circumventas teneri, calones, equites, funditores, Numidas, diverſos diſſipatoſque in omnes partes fugere vidiſſent, deſperatis noſtris rebus, domum contenderunt. Romanos pulſos ſuperatoſque, caſtris impedimentiſque eorum hoſtes potitos, civitati renunciaverunt.

XXV. Cæſar ab decimæ legionis cohortatione ad dextrum cornu profectus, ubi ſuos urgeri, ſigniſque in unum locum collatis, duodecimæ legionis milites confertos ſibi ipſis ad pugnam eſſe impedimento, quartæ cohortis omnibus centurionibus occiſis, ſigniferoque interfecto, ſigno amiſſo, reliquarum cohortium omnibus ferè centurionibus aut vulneratis, aut occiſis, in his, primopilo P. Sextio Baculo, fortiſſimo viro, multis gravibuſque vulneribus confecto, ut jam ſe ſuſtinere non poſſet; D reliquos eſſe tardiores, & nonnullos à noviſſimis deſertos prælio excedere, ac tela vitare; hoſtes neque à fronte ex inferiore loco ſubeuntes intermittere, & ab utroque latere inſtare; & rem eſſe in anguſto vidit, neque ullum eſſe ſubſidium quod ſubmitti poſſet; ſcuto ab noviſſimis uni militi detracto (quòd ipſe eò ſine ſcuto venerat) in primam aciem proceſſit; centurionibuſque nominatim appellatis, reliquos cohortatus, milites ſigna inferre, & manipulos laxare juſſit, quò faciliùs gladiis uti poſſent. Hujus adventu ſpe illata militibus, ac redintegrato animo, quum pro ſe quiſque in conſpectu Imperatoris etiam in extremis ſuis rebus operam navare cuperet, paullùm hoſtium impetus tardatus eſt.

XXVI. Cæſar quum ſeptimam legionem, quæ juxtà conſtiterat, item urgeri ab hoſte vidiſſet, Tribunos militum monuit ut paullatim ſeſe legiones conjungerent, & E converſa ſigna in hoſtes inferrent. Quo facto, quum aliis alii ſubſidium ferrent, neque timerent ne averſi ab hoſte circumvenirentur, audaciùs reſiſtere, ac fortiùs pugnare cœperunt. Interim milites legionum duarum, quæ in noviſſimo agmine præſidio impedimentis fuerant, prælio nunciato, curſu incitato, in ſummo colle ab hoſtibus conſpiciebantur; & T. Labienus caſtris hoſtium potitus, & ex loco ſuperiore, quæ res in noſtris caſtris gererentur, conſpicatus, decimam legionem ſubſidio noſtris miſit: qui quum ex equitum & calonum fuga, quo in loco res eſſet, quantoque in periculo & caſtra, & legiones, & Imperator verſaretur, cognoviſſent, nihil ad celeritatem ſibi reliqui fecerunt.

XXVII. Horum adventu tanta rerum commutatio eſt facta, ut noſtri, etiam qui vulneribus confecti procubuiſſent, ſcutis innixi, prælium redintegrarent; tum calones perterritos hoſtes conſpicati, etiam inermes armatis occurrerent. Equites verò, ut turpitudinem

Digitized by Google

A turpitudinem fugæ virtute delerent, omnibus in locis pugnabant, quò se legionariis militibus præferrent. At hostes etiam in extrema spe salutis tantam virtutem præstiterunt, ut quum primi eorum cecidissent, proximi jacentibus insisterent, atque ex eorum corporibus pugnarent; his dejectis, & coacervatis cadaveribus, qui superessent, ut ex tumulo, tela in nostros conjicerent, pilaque intercepta remitterent; ut non nequidquam tantæ virtutis homines judicari deberet, ausos esse transire latissimum flumen, adscendere altissimas ripas, subire iniquissimum locum: quæ facilia ex difficillimis animi magnitudo redegerat. An. U. C. 696.

XXVIII. Hoc prælio facto, & propè ad internecionem gente ac nomine Nerviorum redacto, majores natu, quos unà cum pueris mulieribusque in æstuaria ac paludes collectos dixeramus, hac pugna nunciata, quum victoribus nihil impeditum, victis nihil tutum arbitrarentur; omnium qui supererant consensu, legatos ad Cæsa-
B rem miserunt, seque ei dediderunt, & in commemoranda civitatis calamitate, ex DC ad III Senatores, ex hominum millibus LX vix ad D, qui arma ferre possent, sese redactos esse dixerunt: quos Cæsar, ut in miseros ac supplices usus misericordia videretur, diligentissimè conservavit, suisque finibus atque opidis uti jussit; & finitimis imperavit ut ab injuria & maleficio se suosque prohiberent.

XXIX. Atuatici (a), de quibus suprà scripsimus, quum omnibus copiis auxilio Nerviis venirent, hac pugna nunciata, ex itinere domum reverterunt: cunctis opidis castellisque desertis, sua omnia in unum opidum egregiè natura munitum contulerunt: quod quum ex omnibus in circuitu partibus altissimas rupes despectusque haberet, una ex parte leniter acclivis aditus in latitudinem non ampliùs CC pedum relinquebatur: quem locum duplici altissimo muro munierant: tum magni ponderis saxa &
C præacutas trabes in muro collocarant. Ipsi erant ex Cimbris Teutonisque prognati; qui quum iter in provinciam nostram atque Italiam facerent, his impedimentis, quæ secum agere ac portare non poterant, citra flumem Rhenum depositis, custodiæ ex suis ac præsidio VI millia hominum unà reliquerunt. Hi post eorum obitum multos annos à finitimis exagitati, quum aliàs bellum inferrent, aliàs illatum defenderent; consensu eorum omnium pace facta, hunc sibi domicilio locum delegerunt.

XXX. Ac primo adventu exercitûs nostri, crebras ex opido excursiones faciebant, parvulisque præliis cum nostris contendebant. Posteà vallo pedum XII, in circuitu XV millium, crebrisque castellis circummuniti, opido sese continebant. Ubi vineis actis, aggere exstructo, turrim constitui procul viderunt, primùm irridere ex muro, atque increpitare vocibus, quò tanta machinatio ab tanto spatio institueretur? quibusnam manibus, aut quibus viribus, præsertim homines tantulæ staturæ, (nam plerisque hominibus Gallis, pro magnitudine corporum suorum, brevitas nostra con-
D temtui est) tanti oneris turrim in muros sese collocare confiderent.

XXXI. Ubi verò moveri & appropinquare mœnibus viderunt, nova atque inusitata specie commoti, legatos ad Cæsarem de pace miserunt, qui ad hunc modum locuti: Non se existimare, Romanos sine ope deorum bellum gerere; qui tantæ altitudinis machinationes tanta celeritate promovere, & ex propinquitate pugnare possent: se suaque omnia eorum potestati permittere dixerunt: unum petere ac deprecari; si fortè pro sua clementia ac mansuetudine, quam ipsi ab aliis audissent, statuisset Atuaticos esse conservandos; ne se armis despoliaret: sibi omnes ferè finitimos esse inimicos, ac suæ virtuti invidere, à quibus se defendere, traditis armis, non possent: sibi præstare, si in eum casum deducerentur, quamvis fortunam à populo Romano pati, quàm ab his per cruciatum interfici; inter quos dominari consuessent.

XXXII. Ad hæc Cæsar respondit, Se magis consuetudine sua, quàm merito eo-
E rum civitatem conservaturum, si priùs, quàm aries murum attigisset, se dedidissent; sed deditionis nullam esse conditionem, nisi armis traditis: se id, quod in Nervios fecisset, facturum; finitimisque imperaturum ne quam dedititiis populi Romani injuriam inferrent. Re nunciata ad suos, illi se, quæ imperarentur, facere dixerunt. Armorum magna multitudine de muro in fossam, quæ erat ante opidum, jacta, sic ut propè summam muri aggerisque altitudinem acervi armorum adæquarent: & tamen

(a) Variè nomen hoc in Cæsaris exemplaribus legitur: aliàs quippè sunt *Aduatici*, aliàs *Atuàtici*, ut hic, & apud Dionem. Hos postea Betasios dictos fuisse putat Cluverius. De eorum sede & oppido dissentiunt Eruditi. Certum est ex Cæsare eos inter Menapiorum, Eburonum & Nerviorum fines sedem delegisse, id est in Flandriæ finibus, ac parte Brabantiæ atque Hannoniæ. Eorum oppidum alii *Bellum-Montem* in finibus Hannoniæ; alii *Duacum*; nonnulli *Namurcum* interpretantur. Errat Josephus Scaliger qui *Atuatucam* urbem Eburonum sive Tungrorum cum Atuaticorum oppido confundit propter solam similitudinem nominum. Constat enim vel ex uno Cæsare Atuaticos ab Eburonibus ut nomine, sic & sedibus differre; nec eosdem, sed alteros alteris finitimos tantùm fuisse.

Digitized by Google

An. U. C. 696. circiter parte tertia, ut posteà perspectum est, celata atque in opido retenta; portis patefactis, eo die pace sunt usi. A

XXXIII. Sub vesperum Cæsar portas claudi, militesque ex opido exire jussit, ne quam noctu opidani à militibus injuriam acciperent. Illi antè inito, ut intellectum est, consilio, quòd, deditione facta, nostros præsidia deducturos; aut denique indiligentiùs servaturos crediderant, partim cum his quæ retinuerant & celaverant armis, partim scutis ex cortice factis, aut viminibus intextis, quæ subitò (ut temporis exiguitas postulabat) pellibus induxerant; tertia vigilia, quà minimè arduus ad nostras munitiones adscensus videbatur, omnibus copiis repentè ex opido eruptionem fecerunt. Celeriter, ut antè Cæsar imperaverat, ignibus significatione facta, ex proximis castellis eò concursum est; pugnatumque ab hostibus ita acriter, ut à viris fortibus in extrema spe salutis, iniquo loco contra eos, qui ex vallo turribusque tela jacerent, pugnari debuit, quum una in virtute omnis spes salutis consisteret. Occisis ad hominum millibus IV, reliqui in opidum rejecti sunt. Postridie ejus diei, refractis portis, quum jam defenderet nemo, atque intromissis militibus nostris, sectionem ejus opidi universam Cæsar vendidit. Ab his, qui emerant, capitum numerus ad eum relatus est millium LIII. B

XXXIV. Eodem tempore à P. Crasso, quem cum legione una miserat ad Venetos, Unellos, Osismios, Curiosolitas, (a) Sesuvios, Aulercos, Rhedones, quæ sunt maritimæ civitates, Oceanumque attingunt, certior factus est, omnes eas civitates in ditionem potestatemque populi Romani esse redactas.

XXXV. His rebus gestis, omni Gallia pacata, tanta hujus belli ad Barbaros opinio perlata est, ut ab nationibus, quæ trans Rhenum incolerent, mitterentur legati ad Cæsarem, quæ se obsides daturas, imperata facturas pollicerentur. Quas legationes Cæsar, quòd in Italiam Illyricumque properabat, inita proxima æstate, ad se reverti jussit. Ipse in Carnutes, Andes, Turones, quæ civitates propinquæ his locis erant, ubi bellum gesserat, legionibus in hiberna deductis, in Italiam profectus est. Ob eas res, ex litteris Cæsaris, dies XV supplicatio decreta est; quod ante id tempus acciderat nulli. C

LIBER III.

An. U. C. 697. I. QUUM in Italiam proficiscereturCæsar, Servium Galbam cum legione duodecima & parte equitatûs in (b) Nantuates, Veragros Sedunosque misit, qui à finibus Allobrogum & lacu Lemano & flumine Rhodano ad summas Alpes pertinent. Caussa mittendi fuit, quòd iter per Alpes, quò magno cum periculo, magnisque portoriis mercatores ire consueverant, patefieri volebat. Huic permisit, si opus esse arbitraretur, uti in iis locis legionem hiemandi caussa collocaret. Galba, secundis aliquot præliis factis, castellisque compluribus eorum expugnatis, missis ad eum undique legatis, obsidibusque datis, & pace facta, constituit cohortes duas in Nantuatibus collocare: ipse cum reliquis ejus legionis cohortibus in vico Veragrorum, qui appellatur Octodurus, hiemare; qui vicus positus in valle, non magna adjecta planicie, altissimis montibus undique continetur. Quum hic in duas partes flumine divideretur, alteram partem ejus vici Gallis concessit; alteram, vacuam ab illis relictam, cohortibus ad hiemandum attribuit: eum locum vallo fossaque munivit. D

II. Quum dies hibernorum complures transissent, frumentumque eò comportari jussisset; subitò per exploratores certior factus est, ex ea parte vici, quam Gallis concesserat, omnes noctu discessisse, montesque, qui impenderent, à maxima multitudine Sedunorum & Veragrorum teneri. Id aliquot de caussis acciderat, ut subitò Galli belli renovandi, legionisque opprimendæ consilium caperent. Primùm, quòd legionem, neque eam pleniſſimam, detractis cohortibus duabus, & compluribus sigillatim, qui commeatûs petendi caussa missi erant, absentibus, propter paucitatem despiciebant: tum etiam, quòd propter iniquitatem loci, quum ipsi ex montibus in vallem decurrerent, & tela conjicerent, ne primum quidem posse impetum sustineri existimabant. Accedebat, quòd suos ab se liberos abstractos obsidum nomine dolebant; E

(a) *Lexovios* legendum putat Hadr. Valesius.

(b) *Nantuates* ubinam inquirendi sint, incertum planè est, nisi exinde aliquid judicaverimus, quòd hic eos Cæsar cum Veragris & Sedunis conjungit, cap. 6. Allobrogibus proximos facit, & l. 4. c. 10. cum Helvetiis componit. Apud Sponium in Miscell. Erud. Antiq. p. 192. exstat Inscriptio reperta in urbe S. Mauricii regionis Valesiensis.

IMP. CAES.
DIVI F. AUGUST.
COS. XI. TRIBUN. POTEST.
PONTIFICI MAXIMO
NANTUATES PATRONO.

Digitized by Google

A & Romanos, non ſolùm itinerum cauſſa, ſed etiam perpetuæ poſſeſſionis, culmina Alpium occupare conari, & ea loca finitimæ provinciæ adjungere, ſibi perſuaſum habebant. An. U. C. 697.

III. His nunciis acceptis, Galba, quum neque opus hibernorum, munitioneſque plenè eſſent perfectæ, neque de frumento reliquoque commeatu ſatis eſſet proviſum; quòd deditione facta, obſidibuſque acceptis, nihil de bello timendum exiſtimaverat; concilio celeriter convocato, ſententias exquirere cœpit. Quo in concilio quum tantum repentini periculi præter opinionem accidiſſet, ac jam omnia ferè ſuperiora loca multitudine armatorum completa conſpicerentur, neque ſubſidio veniri, neque commeatus ſupportari, intercluſis itineribus, poſſent; propè jam deſperata ſalute, nonnullæ hujuſmodi ſententiæ dicebantur, ut, impedimentis relictis, eruptione facta, iiſdem itineribus, quibus eò perveniſſent, ad ſalutem contenderent. Majori tamen par-
B ti placuit, hoc reſervato ad extremum conſilio, interim rei eventum experiri, & caſtra defendere.

IV. Brevi ſpatio interjecto, vix ut his rebus, quas conſtituiſſent, collocandis atque adminiſtrandis tempus daretur, hoſtes ex omnibus partibus, ſigno dato, decurrere; lapides gæſaque in vallum conjicere. Noſtri primò integris viribus fortiter repugnare, neque ullum fruſtra telum ex loco ſuperiore mittere; ut quæque pars caſtrorum nudata defenſoribus premi videbatur, eò occurrere, & auxilium ferre: ſed hoc ſuperari, quòd diuturnitate pugnæ hoſtes defeſſi prælio excedebant, alii integris viribus ſuccedebant: quarum rerum à noſtris propter paucitatem fieri nihil proterat, ac non modò defeſſo ex pugna excedendi, ſed ne ſaucio quidem ejus loci, ubi conſiterat, relinquendi, ac ſui recipiendi facultas dabatur.

V. Quum jam ampliùs horis VI continenter pugnaretur, ac non ſolùm vires, ſed
C etiam tela noſtris deficerent, atque hoſtes acriùs inſtarent, languidioribuſque noſtris, vallum ſcindere, & foſſas complere cœpiſſent, reſque eſſet jam ad extremum deducta caſum, Publius Sextius Baculus, primipili centurio, quem Nervico prælio compluribus confectum vulneribus diximus, & item C. Voluſenus tribunus militum, vir & conſilii magni & virtutis, ad Galbam occurrunt, atque unam eſſe ſpem ſalutis docent, ſi eruptione facta, extremum auxilium experirentur. Itaque, convocatis centurionibus, celeriter milites certiores facit, paulliſper intermitterent prælium, ac tantummodò tela miſſa exciperent, ſeque ex labore reficerent; pòſt, ſigno dato, è caſtris erumperent, atque omnem ſpem ſalutis in virtute ponerent.

VI. Quod juſſi ſunt, faciunt; ac ſubitò omnibus portis eruptione facta, neque cognoſcendi quid fieret, neque ſui colligendi hoſtibus facultatem relinquunt. Ita commutata fortuna, eos, qui in ſpem potiendorum caſtrorum venerant, undique
D circumventos interficiunt, & ex hominum millibus ampliùs XXX, quem numerum barbarorum ad caſtra veniſſe conſtabat, plus tertia parte interfecta, reliquos perterritos in fugam conjiciunt; ac ne in locis quidem ſuperioribus conſiſtere patiuntur. Sic omnibus hoſtium copiis fuſis, armiſque exutis, ſe in caſtra munitioneſque ſuas recipiunt. Quo prælio facto, quòd ſæpius fortunam tentare Galba nolebat, atque alio ſeſe in hiberna conſilio veniſſe meminerat, aliis occurriſſe rebus videbat, maximè frumenti commeatûſque inopia permotus, poſtero die omnibus ejus vici ædificiis incenſis, in provinciam reverti contendit: ac nullo hoſte prohibente, aut iter demorante, incolumem legionem in Nantuates, inde in Allobrogas perduxit, ibique hiemavit.

VII. His rebus geſtis, quum omnibus de cauſſis Cæſar pacatam Galliam exiſtimaret, ſuperatis Belgis, expulſis Germanis, victis in Alpibus Sedunis, atque ita inita hieme in Illyricum profectus eſſet, quòd eas quoque nationes adire, & regiones co-
E gnoſcere volebat; ſubitum bellum in Gallia coortum eſt: ejus belli hæc fuit cauſſa. P. Craſſus adoleſcens cum legione VII proximus mare Oceanum Andibus hiemabat. Is, quòd in his locis inopia frumenti erat, præfectos tribunoſque militum complures in finitimas civitates, frumenti commeatûſque petendi cauſſa, dimiſit: quo in numero erat T. Terraſidius miſſus in (a) Euſubios; M. Trebius Gallus in Curioſolitas; Q. Velanius cum T. Silio in Venetos.

VIII. Hujus civitatis eſt longè ampliſſima auctoritas omnis oræ maritimæ regionum earum, quòd & naves habent Veneti plurimas, quibus in Britanniam navigare conſueverunt; & ſcientia atque uſu nauticarum rerum cæteros antecedunt, & in

(a) Aliæ editiones pro *Euſubios* habent *Unellos*, pro quibus Ciaconius Venelos legit: dubitatque num pro *Euſubios* legendum *Seſuvios*, vel an utrobique *Lexuvios*. Meliores codices *Euſubios* retinent: Græca verſio nihilominus habet, τὰς τῶν Οὐενέτων. *Montanus*.

Digitized by Google

An. U. C. 697. magno impetu maris atque aperto, paucis portibus interjectis, quos tenent ipsi, omnes ferè, qui eodem mari uti consueverunt, habent vectigales. Ab iis fuit initium retinendi Silii atque Velanii, quòd per eos suos se obsides, quos Crasso dedissent, recuperaturos existimabant. Horum auctoritate finitimi adducti (ut sunt Gallorum subita & repentina consilia) eadem de caussa Trebium Terrasidiumque retinent: & celeriter missis legatis, per suos principes inter se conjurant, nihil nisi communi consilio acturos, eumdemque omnis fortunæ exitum esse laturos; reliquasque civitates solicitant, ut in ea libertate, quam à majoribus acceperant, permanere, quàm Romanorum servitutem perferre, mallent. Omni ora maritima celeriter ad suam sententiam perducta, communem legationem ad P. Crassum mittunt, si velit suos recipere, obsides sibi remittat. A

IX. Quibus de rebus Cæsar à Crasso certior factus; quòd ipse aberat longiùs; naves interim longas ædificari in flumine Ligeri, quod influit Oceanum, remiges ex provincia institui, nautas gubernatoresque comparari jubet. His rebus celeriter administratis, ipse quum primùm per anni tempus potuit, ad exercitum contendit. Veneti reliquæque item civitates, cognito Cæsaris adventu, simul quòd, quantum in se facinus admisissent, intelligebant, legatos, quod nomen ad omnes nationes sanctum inviolatumque semper fuisset, retentos abs se, & in vincula conjectos; pro magnitudine periculi bellum parare, & maximè ea, quæ ad usum navium pertinerent, providere instituunt, hoc majore spe, quòd multùm natura loci confidebant: pedestria esse itinera concisa æstuariis, navigationem impeditam propter inscientiam locorum, paucitatemque portuum sciebant: neque nostros exercitus, propter frumenti inopiam, diutiùs apud se morari posse confidebant. Ac jam ut omnia contra opinionem acciderent, tamen se plurimùm navibus posse; Romanos neque ullam facultatem habere navium, neque eorum locorum, ubi bellum gesturi essent, vada, portus insulasque noviſse: ac longè aliam esse navigationem in concluso mari, atque in vastissimo atque apertissimo Oceano perspiciebant. His initis consiliis, opida muniunt, frumenta ex agris in opida comportant: naves in Venetiam, ubi Cæsarem primùm bellum gesturum constabat, quàm plurimas possunt, cogunt: socios sibi ad id bellum Osismios, Lexobios, Nannetes, (a) Ambialites, Morinos, (b) Diablintes, Menapios adsciscunt: auxilia ex Britannia, quæ contra eas regiones posita est, accersunt. B C

X. Erant hæ difficultates belli gerendi, quas suprà ostendimus: sed tamen multa Cæsarem ad id bellum incitabant; injuriæ retentorum equitum Romanorum; rebellio facta post deditionem; defectio datis obsidibus; tot civitatum conjuratio; in primis, ne, hac parte neglecta, reliquæ nationes idem sibi licere arbitrarentur. Itaque quum intelligeret omnes ferè Gallos novis rebus studere, & ad bellum mobiliter celeriterque excitari, omnes autem homines natura libertati studere, & conditionem servitutis odisse; priùs quàm plures civitates conspirarent, partiendum sibi ac latiùs distribuendum exercitum putavit. D

XI. Itaque T. Labienum legatum in Treviros, qui proximi Rheno flumini sunt, cum equitatu mittit. Huic mandat, Rhemos reliquosque Belgas adeat, atque in officio contineat: Germanosque, qui auxilio à Belgis accersiri dicebantur, si per vim navibus flumen transire conentur, prohibeat. P. Crassum cum cohortibus legionariis XII & magno numero equitatûs in Aquitaniam proficisci jubet, ne ex his nationibus auxilia in Galliam mittantur; ac tantæ nationes conjungantur. Q. Titurium Sabinum legatum cum legionibus III in Unellos, Curiosolitas Lexobiosque mittit, qui eam manum distinendam curet. D. Brutum adolescentem classi Galliciſque navibus, quas ex Pictonibus, & Santonis, reliquisque pacatis regionibus convenire jusserat, præfecit; & quum primùm posset, in Venetos proficisci jubet. Ipse eò pedestribus copiis contendit. E

XII. Erant ejusmodi ferè situs opidorum, ut posita in extremis linguis promontoriisque, neque pedibus aditum haberent, quum ex alto se æstus incitavisset, quod bis semper accidit horarum XII spatio; neque navibus, quòd, rursus minuente æstu, naves in vadis afflictarentur. Ita utraque re opidorum oppugnatio impediebatur: ac, si quando magnitudine operis fortè superati, extruso mari aggere ac molibus, atque his fermè mœnibus adæquatis, suis fortunis desperare cœperant; magno numero navium appulso, cujus rei summam facultatem habebant, sua omnia deportabant; seque in

(a) Quædam exemplaria habent *Ambiliates*; interpres Græcus τὺς Ἀμβιλιάτας vertit. Sunt Hadr. Valesio incolæ oppidi *Lamballe*, in Britannia Armorica inter Briocenses Maclovienseſque positi.

(b) Plinio *Diablindi* dicuntur, Ptolemæo Διαβλῖται. Vide quæ suprà notavimus in Ptolemæum.

Digitized by Google

A proxima opida recipiebant. Ibi se rursus iisdem opportunitatibus loci defendebant. Hæc eò faciliùs magnam partem æstatis faciebant, quòd nostræ naves tempestatibus detinebantur, summaque erat vasto atque aperto mari, magnis æstibus, raris ac propè nullis portibus, difficultas navigandi. An. U. C. 697.

XIII. Namque ipsorum naves ad hunc modum factæ armataeque erant. Carinæ aliquantò planiores, quàm nostrarum navium, quò faciliùs vada ac decessum æstûs excipere possent, proræ admodum erectæ, atque item puppes, ad magnitudinem fluctuum tempestatiumque accommodatæ. Naves totæ factæ ex robore, ad quamvis vim & contumeliam perferendam. Transtra ex pedalibus in latitudinem trabibus, confixa clavis ferreis digiti pollicis crassitudine: anchoræ pro funibus, ferreis catenis revinctæ: pelles pro velis, alutæque tenuiter confectæ, sive propter lini inopiam, atque ejus usûs inscientiam; sive, quod est magis verisimile, quòd tantas tempesta-
B tes Oceani, tantosque impetus ventorum sustineri, ac tanta onera navium regi velis non satis commodè arbitrabantur. Cum his navibus nostræ classi ejusmodi congressus erat, ut una celeritate & pulsu remorum præstarent; reliqua pro loci natura, pro vi tempestatum, illis essent aptiora & accommodatiora. Neque enim his nostræ rostro nocere poterant; tanta in his erat firmitudo; neque propter altitudinem facilè telum adjiciebatur, & eadem de causa minùs incommodè scopulis continebantur. Accedebat, ut quum sævire ventus cœpisset, & se vento dedissent, & tempestatem ferrent faciliùs, & in vadis consisterent tutiùs, & ab æstu derelictæ nihil saxa & cautes timerent: quarum rerum omnium nostris navibus casus erant extimescendi.

XIV. Compluribus expugnatis opidis, Cæsar, ubi intellexit frustra tantum laborem sumi, neque hostium fugam captis opidis reprimi, neque his noceri posse, statuit exspectandam classem: quæ ubi convenit, ac primùm ab hostibus visa est; cir-
C citer CCXX naves eorum paratissimæ, atque omni genere armorum ornatissimæ, è portu profectæ nostris adversæ constiterunt. Neque satis Bruto, qui classi præerat, neque tribunis militum centurionibusque, quibus singulæ naves erant attributæ, constabat, quid agerent, aut quam rationem pugnæ insisterent: rostro enim noceri non posse cognoverant. Turribus autem excitatis, tamen has altitudo puppium ex barbaris navibus superabat; ut neque ex inferiore loco satis commodè tela adjici possent, & missa à Gallis graviùs acciderent. Una erat magno usui res præparata à nostris, falces præacutæ, insertæ affixæque longuriis, non absimili forma muralium falcium. His quum funes, qui antennas ad malos destinabant, comprehensi adductique erant, navigio remis incitato prærumpebantur. Quibus abscissis, antennæ necessariò concidebant; ut, quum omnis Gallicis navibus spes in velis armamentisque consisteret, his ereptis, omnis usus navium uno tempore eriperetur. Reliquum erat certamen positum in
D virtute; qua nostri milites facilè superabant, atque eò magis, quòd in conspectu Cæsaris atque omnis exercitûs res gerebatur; ut nullum paullò fortius factum latere posset: omnes enim colles & loca superiora, unde erat propinquus despectus in mare, ab exercitu tenebantur.

XV. Disjectis, ut diximus, antennis, quum singulas binæ, aut ternæ naves circumsisterent, milites summa vi transcendere in hostium naves contendebant. Quod postquam barbari fieri animadverterunt, expugnatis compluribus navibus, quum ei rei nullum reperiretur auxilium; fuga salutem petere contenderunt. Ac, jam conversis in eam partem navibus, quò ventus ferebat, tanta subito malacia ac tranquillitas exstitit, ut se loco movere non possent: quæ quidem res ad negotium conficiendum maximè fuit opportuna. Nam singulas nostri consectati expugnaverunt, ut perpaucæ ex omni numero, noctis interventu, ad terram pervenerint, quum ab hora ferè IV
E usque ad Solis occasum pugnaretur.

XVI. Quo prælio bellum Venetorum totiusque oræ maritimæ confectum est. Nam quum omnis juventus, omnes etiam gravioris ætatis, in quibus aliquid consilii aut dignitatis fuit, eò convenerant; tum navium quod ubique fuerat, unum in locum coëgerant: quibus amissis, reliqui neque quò se reciperent, neque quemadmodum opida defenderent, habebant. Itaque se suaque omnia Cæsari dediderunt; in quos eò graviùs Cæsar vindicandum statuit, quò diligentiùs in reliquum tempus à barbaris jus legatorum conservaretur. Itaque omni senatu necato, reliquos sub corona vendidit.

XVII. Dum hæc in Venetis geruntur, Q. Titurius Sabinus cum his copiis, quas à Cæsare acceperat, in fines Unellorum pervenit. His præerat Viridovix, ac summam imperii tenebat earum omnium civitatum, quæ defecerant; ex quibus exercitum

Digitized by Google

An. U. C. 697. magnaſque copias coëgerat. Atque his paucis diebus Aulerci Eburovices Lexoviique, ſenatu ſuo interfecto, quòd auctores belli eſſe nolebant, portas clauſerunt, ſeque cum Viridovice conjunxerunt; magnaque præterea multitudo undique ex Gallia perditorum hominum latronumque convenerat, quos ſpes prædandi, ſtudiumque bellandi ab agricultura & quotidiano labore revocabat. Sabinus idoneo omnibus rebus loco caſtris ſeſe tenebat; quum Viridovix contra eum duûm millium ſpatio conſediſſet, quotidieque productis copiis pugnandi poteſtatem faceret; ut jam non ſolùm hoſtibus in contemtionem Sabinus veniret, ſed etiam noſtrorum militum vocibus nonnihil carperetur: tantamque opinionem timoris præbuit, ut jam ad vallum caſtrorum hoſtes accedere auderent. Id ea cauſſa faciebat, quòd cum tanta multitudine hoſtium, præſertim eo abſente, qui ſummam imperii teneret, niſi æquo loco, aut opportunitate aliqua data, legato dimicandum non exiſtimabat. A

XVIII. Hac confirmata opinione timoris, idoneum quemdam hominem & callidum delegit Gallum, ex iis quos auxilii cauſſa ſecum habebat: huic magnis præmiis pollicitationibuſque perſuadet, uti ab hoſtes tranſeat: quid fieri velit, edocet. Qui ubi pro perfuga ad eos venit, timorem Romanorum proponit: quibus anguſtiis ipſe Cæſar à Venetis prematur, docet; neque longiùs abeſſe, quin proxima nocte Sabinus clam ex caſtris exercitum educat, & ad Cæſarem, auxilii ferendi cauſſa, proficiſcatur. Quod ubi auditum eſt, conclamant omnes occaſionem negotii bene gerendi amittendam non eſſe; ad caſtra iri oportere. Multæ res ad hoc conſilium Gallos hortabantur: ſuperiorum dierum Sabini cunctatio; perfugæ confirmatio; inopia cibariorum, cui rei parum diligenter ab his erat proviſum; ſpes Venetici belli; & quòd ferè libenter homines id, quod volunt, credunt. Iis rebus adducti, non priùs Viridovicem reliquoſque duces ex concilio dimittunt, quàm ab his ſit conceſſum, arma uti capiant, & ad caſtra contendant. Qua re conceſſa, læti, velut explorata victoria, ſarmentis virgultiſque collectis, quibus foſſas Romanorum compleant, ad caſtra pergunt. B C

XIX. Locus erat caſtrorum editus, & paullatim ab imo acclivis, & circiter paſſus cIↃ: huc magno curſu contenderunt, ut quàm minimùm ſpatii ad ſe colligendos armandoſque Romanis daretur, exanimatique pervenerunt. Sabinus ſuos hortatus, cupientibus ſignum dat. Impeditis hoſtibus propter ea quæ ferebant onera, ſubitò duabus portis eruptionem fieri jubet. Factum eſt opportunitate loci, hoſtium inſcitia ac defatigatione, virtute militum, ac ſuperiorum pugnarum exercitatione, ut ne unum quidem noſtrorum impetum ferrent, ac ſtatim terga verterent. Quos impeditos, integris viribus milites noſtri conſecuti, magnum numerum eorum occiderunt; reliquos equites conſectati, paucos, qui ex fuga evaſerant, reliquerunt. Sic uno tempore & de navali pugna Sabinus, & de Sabini victoria Cæſar certior factus eſt: civitateſque omnes ſe ſtatim Titurio dediderunt. Nam ut ad bella ſuſcipienda Gallorum alacer ac promtus eſt animus; ſic mollis ac minimè reſiſtens ad calamitates perferendas mens eorum eſt. D

XX. Eodem ferè tempore P. Craſſus, quum in Aquitaniam perveniſſet; quæ pars, ut antè dictum eſt, & (a) regionum latitudine, & multiudine hominum, ex tertia parte Galliæ eſt æſtimanda; quum intelligeret in illis locis ſibi bellum gerendum, ubi paucis antè annis L. Valerius Præconinus legatus, exercitu pulſo, interfectus eſſet, atque unde (b) L. Manlius Procoſ. impedimentis amiſſis, profugiſſet; non mediocrem ſibi diligentiam adhibendam intelligebat. Itaque, re frumentaria proviſa, auxiliis equitatuque comparato, multis præterea viris fortibus Toloſa, Carcaſone & Narbone, quæ ſunt civitates Galliæ provinciæ finitimæ, ex his regionibus nominatim evocatis, in Sotiatium fines exercitum introduxit. Cujus adventu cognito, (c) Sotiates, magnis copiis coactis equitatuque, quo plurimùm valebant, in itinere agmen noſtrum adorti, primùm equeſtre prælium commiſerunt: deinde equitatu ſuo pulſo, atque inſequentibus noſtris, ſubitò pedeſtres copias, quas in convalle in inſidiis collocaverant, oſtenderunt. E

(a) Obſervat Cluverius, latitudinem ſive magnitudinem Aquitaniæ, quam Cæſar in principio Commentariorum Garumna, Oceano & Pyrenæo monte includit, ſi cum reliqua Gallia Comata conferas, profectò vix ex octava ejus parte cenſendam fore.

(b) Circa annum U. C. 675.

(c) *Sottiates* à Plinio vocantur, & in Aquitania ponuntur. Apud Athenæum l. 6. *Sontiani* dicuntur, & eorum rex *Adiatomus*. Obſervat Hadr. Valeſius eorum oppidum *Sotium* appellari in vita MS. B. Martyris Severi, ſitumque dici in ipſo limite Vaſconiæ. Hodie *Soz* eſt in Novempopulis & in Auſcorum Diœceſi. Petrus de Marca pag. 191. Marcæ Hiſp. Conciliorum & Turonenſis Hiſtorici *Vicum Julium* tribuit Sotiatibus, quos ait populum eſſe ad flumen Aturum.

Digitized by Google

A XXI. Hi noſtros diſjectos adorti, prælium renovaverunt. Pugnatum eſt diu, atque acriter; quum Sotiates ſuperioribus victoriis freti, in ſua virtute totius Aquitaniæ ſalutem poſitam putarent; noſtri autem, quid ſine Imperatore & ſine reliquis legionibus, adoleſcentulo duce, efficere poſſent, perſpici cuperent. Tandem tamen confecti vulneribus hoſtes terga vertere: quorum magno numero interfecto, Craſſus ex itinere opidum Sotiatium oppugnare cœpit: quibus fortiter reſiſtentibus, vineas turreſque egit. Illi, aliàs eruptione tentata, aliàs cuniculis ad aggerem vineaſque actis, cujus rei ſunt longè peritiſſimi Aquitani, propterea quòd multis locis apud eos æreriæ ſtructuræ ſunt; ubi diligentia noſtrorum, nihil his rebus profici poſſe intellexerunt, legatos ad Craſſum mittunt; ſeque in deditionem ut accipiat, petunt. Qua re impetrata, arma tradere juſſi, faciunt. An. U. C. 697.

XXII. Atque in ea re omnium noſtrorum intentis animis, alia ex parte opidi B Adcantuannus, qui ſummam imperii tenebat, cum DC devotis, quos illi (a) Soldurios appellant; quorum hæc eſt conditio, ut omnibus in vita commodis unà cum his fruantur, quorum ſe amicitiæ dediderint: ſi quid iis per vim accidat, aut eumdem caſum unà ferant, aut ſibi mortem conſciſcant. Neque adhuc hominum memoria repertus eſt quiſquam, qui, eo interfecto cujus ſe amicitiæ devoviſſet, mori recuſaret. Cum iis Adcantuannus eruptionem facere conatur, clamore ab ea parte munitionis ſublato, quum ad arma milites concurriſſent, vehementerque ibi pugnatum eſſet, repulſus in opidum eſt: uti tamen etiam deditionis conditione uteretur, à Craſſo impetravit.

XXIII. Armis obſidibuſque acceptis, Craſſus in fines (b) Vocatium & Taruſatium profectus eſt. Tum verò barbari commoti, quòd opidum & natura loci, & manu munitum, paucis diebus, quibus eò ventum erat, expugnatum cognoverant, C legatos quoquoverſus dimittere, conjurare, obſides inter ſe dare, copias parare cœperunt. Mittuntur etiam ad eas civitates legati, quæ ſunt citerioris Hiſpaniæ, finitimæ Aquitaniæ: inde auxilia duceſque accerſuntur: quorum adventu magna cum auctoritate, & magna cum hominum multitudine bellum gerere conantur. Duces verò ii deliguntur, qui unà cum Q. Sertorio omnes annos fuerant, ſummamque ſcientiam rei militaris habere exiſtimabantur. Ii conſuetudine populi Romani loca capere, caſtra munire, commeatibus noſtros intercludere inſtituunt. Quod ubi Craſſus animadvertit, ſuas copias propter exiguitatem non facilè diduci, hoſtem & vagari, & vias obſidere, & caſtris ſatis præſidii relinquere; ob eam cauſſam minùs commodè frumentum commeatumque ſibi ſupportari; in dies hoſtium numerum augeri: non cunctandum exiſtimavit, quin pugna decertaret. Hac re ad concilium delata, ubi omnes D idem ſentire intellexit, poſterum diem pugnæ conſtituit.

XXIV. Prima luce productis omnibus copiis, duplici acie inſtituta, auxiliis in mediam aciem conjectis; quid hoſtes conſilii caperent, exſpectabat. Illi, etſi propter multitudinem & veterem belli gloriam, paucitatemque noſtrorum, ſe tutò dimicaturos exiſtimabant, tamen tutius eſſe arbitrabantur, obſeſſis viis, commeatu intercluſo, ſine ullo vulnere victoria potiri: &, ſi propter inopiam rei frumentariæ Romani ſeſe recipere cœpiſſent, impeditos agmine, & ſub ſarcinis inferiores animo adoriri cogitabant. Hoc conſilio probato ab ducibus, productis Romanorum copiis, ſeſe caſtris tenebant. Hac re perſpecta, Craſſus, quum ſua cunctatione atquè opinione timidiores hoſtes, noſtros milites alacriores ad pugnandum effeciſſet, atque omnium voces audirentur, exſpectari diutiùs non oportere, quin ad caſtra iretur; cohortatus ſuos, omnibus cupientibus, ad hoſtium caſtra contendit.

E XXV. Ibi quum alii foſſas complerent; alii, multis telis conjectis, defenſores vallo munitionibuſque depellerent, auxiliareſque, quibus ad pugnam non multùm Craſſus confidebat, lapidibus teliſque ſubminiſtrandis, & ad aggerem ceſpitibus comportandis, ſpeciem atque opinionem pugnantium præberent; quum item ab hoſtibus conſtanter ac non timidè pugnaretur, telaque ex loco ſuperiore miſſa non fruſtra acciderent; equites, circuitis hoſtium caſtris, Craſſo renunciaverunt, non eadem eſſe diligentia ab Decumana porta caſtra munita, facilemque aditum habere.

XXVI. Craſſus equitum præfectos cohortatus, ut magnis præmiis pollicitationibuſque ſuos excitarent, quid fieri velit, oſtendit. Illi, ut erat imperatum, eductis quatuor cohortibus, quæ præſidio caſtris relictæ, integræ ab labore erant, & longiore

(a) Apud Athenæum *Siloduni* dicuntur, non *Solduri*i: à qua voce nos hodie fortè retinemus *Soldat*.
(b) Multi volunt *Vocates* Cæſaris, *Vaſates* eſſe, quos Plinius *Baſabocates* vocat: & *Taruſates* nomen dediſſe pago Turſano, *le Turſan*, cujus pagi caput eſt civitas Aturenſium.

Digitized by Google

An. U. C. 697. itinere circumductis, ne ex hostium castris conspici possent, omnium oculis mentibusque ad pugnam intentis, celeriter ad eas, quas diximus, munitiones pervenerunt; atque his prorutis, priùs in hostium castris constiterunt, quàm planè ab his videri, aut quid rei gereretur, cognosci posset. Tum verò, clamore ab ea parte audito, nostri redintegratis viribus, quòd plerumque in spe victoriæ accidere consuevit, acriùs impugnare cœperunt. Hostes undique circumventi, desperatis omnibus rebus, se per munitiones dejicere, & fuga salutem petere contenderunt: quos equitatus apertissimis campis consectatus, ex millium L numero, quæ ex Aquitania Cantabrisque venisse constabat, vix quarta parte relicta, multa nocte se in castra recepit. A

XXVII. Hac audita pugna, maxima pars Aquitaniæ sese Crasso dedidit, obsidesque ultrò misit: quo in numero fuerunt Tarbelli, Bigerriones, (a) Preciani, Vocates, Tarusates, Elusates, Garites, Ausci, Garumni, Sibutzates, Cocosatesque. Paucæ ultimæ nationes, anni tempore confisæ, quòd hiems suberat, id facere neglexerunt. B

XXVIII. Eodem ferè tempore Cæsar, etsi propè exacta jam æstas erat, tamen quòd omni Gallia pacata, Morini Menapiique supererant, qui in armis essent, neque ad eum umquam legatos de pace misissent; arbitratus id bellum celeriter confici posse, eò exercitum adduxit; qui longè alia ratione, ac reliqui Galli, bellum gerere instituerunt. Nam quòd intelligebant, maximas nationes, quæ prælio contendissent, pulsas superatasque esse; continentesque silvas ac paludes habebant; eò se suaque omnia contulerunt. Ad quarum initium silvarum quum perveniisset Cæsar, castraque munire instituisset; neque hostis interim visus esset; dispersis in opere nostris, subitò ex omnibus partibus silvæ evolaverunt, & in nostros impetum fecerunt. Nostri celeriter arma ceperunt, eosque in silvas repulerunt, & compluribus interfectis, longiùs impeditioribus locis secuti, paucos ex suis deperdiderunt.

XXIX. Reliquis deinceps diebus Cæsar silvas cædere instituit; & ne quis inermibus imprudentibusque militibus ab latere impetus fieri posset, omnem eam materiam, quæ erat cæsa, conversam ad hostem collocabat, & pro vallo ad utrumque latus exstruebat. Incredibili celeritate magno spatio paucis diebus confecto, quum jam pecus atque extrema impedimenta ab nostris tenerentur, ipsi densiores silvas peterent; ejusmodi tempestates sunt consecutæ, uti opus necessariò intermitteretur, & continuatione imbrium, diutiùs sub pellibus milites contineri non possent. Itaque vastatis omnibus eorum agris, vicis ædificiisque incensis, Cæsar exercitum reduxit, & in Aulercis Lexoviisque, reliquis item civitatibus, quæ proximè bellum fecerant, in hibernis collocavit. C

LIBER IV.

D

An. U. C. 698. I. EA quæ secuta est hieme, qui fuit annus Cn. Pompeio, M. Crasso Coss. Usipetes Germani, & item Tenchtheri, magna cum multitudine hominum flumen Rhenum transierunt, non longè à mari, quò Rhenus influit. Caussa transeundi fuit, quòd ab Suevis complures annos exagitati, bello premebantur, & agricultura prohibebantur. Suevorum gens est longè maxima, & bellicosissima Germanorum omnium: ii centum pagos habere dicuntur; ex quibus quotannis singula millia armatorum, bellandi caussa, suis ex finibus educunt: reliqui domi manent: pro se atque illis colunt. Hi rursus invicem anno pòst in armis sunt; illi domi remanent. Sic neque agricultura, neque ratio, neque usus belli intermittitur: sed privati ac separati agri apud eos nihil est: neque longiùs anno remanere uno in loco, incolendi caussa, licet: neque multùm frumento, sed maximam partem lacte atque pecore vivunt, multùm que sunt in venationibus. Quæ res & cibi genere, & quotidiana exercitatione, & libertate vitæ (quòd à pueris nullo officio, aut disciplinæ assuefacti nihil omnino contra voluntatem faciant) & vires alit, & immani corporum magnitudine efficit. Atque in eam se consuetudinem adduxerunt, ut locis frigidissimis neque vestitûs, præter pelles, habeant quidquam, quarum præter exiguitatem magna est corporis pars aperta; & laventur in fluminibus. E

II. Mercatoribus est ad eos aditus, eò magis, ut quæ bello ceperint, quibus vendant, habeant; quàm quòd ullam rem ad se importari desiderent. Quin etiam jumentis, quibus maximè Gallia delectatur, quæque impenso parat pretio, Germani importatis non utuntur; sed quæ sunt apud eos nata prava atque deformia, hæc

(a) Preciani, Garites, Garumni, Sibutzates, & Cocosates Aquitaniæ populi, sed prorsus ignoti, licèt quosdam esse sciam, qui iis sedes assignare conentur.

quotidiana

A quotidiana exercitatione, ſummi ut ſint laboris, efficiunt. Equeſtribus præliis ſæpe ex equis deſiliunt, ac pedibus præliantur; equoſque eodem remanere veſtigio aſſuefaciunt; ad quos ſe celeriter, quum uſus poſcit, recipiunt. Neque eorum moribus turpius quidquam, aut inertius habetur, quàm ephippiis uti. Itaque ad quemvis numerum ephippiatorum equitum quampauci adire audent. Vinum ad ſe omninò importari non ſinunt, quòd ea re ad laborem ferendum remolleſcere homines atque effeminari arbitrantur. An. U. C. 698.

III. Publicè maximam putant eſſe laudem, quàm latiſſimè à ſuis finibus vacare agros: hac re ſignificari, magnum numerum civitatium ſuam vim ſuſtinere non potuiſſe. Itaque una ex parte à Suevis circiter millia paſſuum DC agri vacare dicuntur. Ad alteram partem ſuccedunt Ubii, quorum fuit civitas ampla atque florens, ut eſt captus Germanorum, & paullò, qui ſunt ejuſdem generis, etiam ceteris humanio-
B res, propterea quòd Rhenum attingunt, multique ad eos mercatores ventitant, & ipſi propter propinquitatem Gallicis ſunt moribus aſſuefacti. Hos quum Suevi, multis ſæpe bellis experti, propter amplitudinem gravitatemque civitatis, finibus expellere non potuiſſent, tamen vectigales ſibi fecerunt, ac multò humiliores infirmioreſque reddiderunt. In eadem cauſſa fuerunt Uſipetes & Tenchtheri, quos ſuprà diximus; qui complures annos Suevorum vim ſuſtinuerunt. Ad extremum tamen agris expulſi, & multis locis Germaniæ triennium vagati, ad Rhenum pervenerunt: quas regiones Menapii incolebant, & ad utramque ripam fluminis agros, ædificia vicoſque habebant: ſed tantæ multitudinis adventu perterriti, ex his ædificiis, quæ trans flumen habuerant, demigraverunt; & cis Rhenum diſpoſitis præſidiis Germanos tranſire prohibebant.

IV. Illi omnia experti, quum neque vi contendere propter inopiam navium: neque
C clam tranſire propter cuſtodias Menapiorum poſſent; reverti ſe in ſuas ſedes regioneſque ſimulaverunt: & tridui viam progreſſi, rurſus reverterunt: atque omni hoc itinere una nocte equitatu confecto, inſcios inopinanteſque Menapios oppreſſerunt; qui de Germanorum diſceſſu per exploratores certiores facti, ſine metu trans Rhenum in ſuos vicos remigraverant. His interfectis, navibuſque eorum occupatis, priuſquam ea pars Menapiorum, quæ citra Rhenum erat, certior fieret, flumen tranſierunt; atque eorum omnibus ædificiis occupatis, reliquam partem hiemis ſe eorum copiis aluerunt.

V. His de rebus Cæſar certior factus, & infirmitatem Gallorum veritus, quòd ſunt in conſiliis capiendis mobiles, & novis plerumque rebus ſtudent, nihil his committendum exiſtimavit. Eſt autem hoc Gallicæ conſuetudinis, ut & viatores etiam in-
D vitos conſiſtere cogant: & quod quiſque eorum de quaque re audierit, aut cognoverit, quærant; & mercatores in opidis vulgus circumſiſtat; quibus ex regionibus veniant, quaſque res ibi cognoverint, pronunciare cogant. His rumoribus atque auditionibus permoti, de ſummis ſæpe rebus conſilia ineunt; quorum eos è veſtigio pœnitere neceſſe eſt, quum incertis rumoribus ſerviant, & plerique ad voluntatem eorum ficta reſpondeant.

VI. Qua conſuetudine cognita Cæſar, ne graviori bello occurreret, maturiùs, quàm conſueverat, ad exercitum proficiſcitur. Eò quum veniſſet, ea, quæ fieri ſuſpicatus erat, facta cognovit: miſſas legationes à nonnullis civitatibus ad Germanos; invitatoſque eos, uti ab Rheno diſcederent; omniaque quæ poſtulaſſent ab ſe fore parata. Qua ſpe adducti Germani, latiùs jam vagabantur, & in fines Eburonum & Condruſorum, qui ſunt Trevirorum clientes, pervenerant. Principibus Galliæ evocatis, Cæſar ea, quæ cognoverat, diſſimulanda ſibi exiſtimavit: eorumque animis permulſis & confirmatis, equitatuque imperato, bellum cum Germanis gerere conſtituit.

E VII. Re frumentaria comparata, equitibuſque delectis, iter in ea loca facere cœpit, quibus in locis Germanos eſſe audiebat. A quibus quum paucorum dierum iter abeſſet, legati ab iis venerunt, quorum hæc fuit oratio: Germanos neque priores populo Romano bellum inferre; neque tamen recuſare, ſi laceſſantur, quin armis contendant: quòd Germanorum conſuetudo hæc ſit à majoribus tradita, quicumque bellum inferant, reſiſtere, neque deprecari: hoc tamen dicere, veniſſe invitos, ejectos domo. Si ſuam gratiam Romani velint, poſſe eis utiles eſſe amicos; vel ſibi agros attribuant, vel patiantur eos tenere, quos armis poſſederint: ſeſe unis Suevis concedere; quibus ne dii quidem immortales pares eſſe poſſint: reliquum quidem in terris eſſe neminem, quem non ſuperare poſſint.

VIII. Ad hæc Cæſar, quæ viſum eſt, reſpondit: ſed exitus fuit orationis; ſibi nullam cum his amicitiam eſſe poſſe, ſi in Gallia remanerent: neque verum eſſe,

Digitized by Google

An. U. C. 698. qui ſuos fines tueri non potuerint, alienos occupare: neque ullos in Gallia vacare A agros, qui dari tantæ præſertim multitudini ſine injuria poſſint: ſed licere, ſi velint, in Ubiorum finibus conſidere, quorum ſint legati apud ſe, & de Suevorum injuriis querantur, & à ſe auxilium petant: hoc ſe ab Ubiis impetraturum.

IX. Legati hæc ſe ad ſuos relaturos dixerunt; & re deliberata, poſt diem tertium ad Cæſarem reverſuros: intereà ne propiùs ſe caſtra moveret, petierunt. Ne id quidem Cæſar ab ſe impetrari poſſe dixit: cognoverat enim magnam partem equitatûs ab iis aliquot diebus antè, prædandi frumentandique cauſſa, ad (a) Ambivaritos trans Moſam miſſam: hos exſpectari equites, atque ejus rei cauſſa moram interponi arbitrabatur.

X. Moſa profluit ex monte Vogeſo, qui eſt in finibus Lingonum, & (b) parte quadam Rheni recepta, quæ appellatur (c) Walis, inſulam efficit Batavorum: neque longiùs ab eo millibus paſſuum LXXX. in Oceanum tranſit. Rhenus autem oritur ex B Lepontiis, qui Alpes incolunt, & longo ſpatio per fines Nantuatium, Helvetiorum, Sequanorum, Mediomatricorum, Tribocorum, Trevirorum citatus fertur: & ubi Oceano appropinquavit, in plures diffluit (d) partes, multis ingentibuſque inſulis effectis, quarum pars magna à feris barbariſque nationibus incolitur; ex quibus ſunt, qui piſcibus atque ovis avium vivere exiſtimantur; multiſque capitibus in Oceanum influit.

XI. Cæſar quum ab hoſte non ampliùs paſſuum XII millibus abeſſet, ut erat conſtitutum, ad eum legati revertuntur; qui in itinere congreſſi, magnoperè, ne longiùs progrederetur, orabant. Quum id non impetraſſent, petebant uti ad eos equites, qui agmen anteceſſiſſent, præmitteret; eoſque pugna prohiberet; ſibique uti poteſtatem faceret in Ubios legatos mittendi, quorum ſi principes ac ſenatus ſibi jurejurando fidem feciſſent, ea conditione, quæ à Cæſare ferretur, ſe uſuros oſtendebant: ad has res C conficiendas ſibi tridui ſpatium daret. Hæc omnia Cæſar eodem illò pertinere arbitrabatur, ut, tridui mora interpoſita, equites eorum qui abeſſent, reverterentur: tamen ſeſe non longiùs millibus paſſuum IV aquationis cauſſa proceſſurum eo die dixit: huc poſtero die quàm frequentiſſimi convenirent, ut de eorum poſtulatis cognoſceret. Interim ad præfectos, qui cum omni equitatu anteceſſerant, mittit, qui nunciarent, ne hoſtes prælio laceſſerent; & ſi ipſi laceſſerentur, ſuſtinerent, quoad ipſe cum exercitu propiùs acceſſiſſet.

XII. At hoſtes, ubi primùm noſtros equites conſpexerunt, quorum erat V millium numerus, quum ipſi non ampliùs DCCC equites haberent, quòd ii, qui frumentandi cauſſa ierant trans Moſam, nondum redierant; nihil noſtris timentibus, quòd legati eorum paullò antè à Cæſare diſceſſerant, atque iis dies induciis erat ab iis petitus; impetu facto, celeriter noſtros perturbaverunt; rurſus, reſiſtentibus noſtris, conſue- D tudine ſua ad pedes deſilierunt, ſuffoſſiſque equis, compluribus noſtris dejectis, reliquos in fugam conjecerunt; atque ita perterritos egerunt, ut non priùs fuga deſiſterent, quàm in conſpectum agminis noſtri veniſſent. In eo prælio ex equitibus noſtris interficiuntur IV & LXX: in his vir fortiſſimus Piſo Aquitanus, ampliſſimo genere natus, cujus avus in civitate ſua regnum obtinuerat, amicus ab ſenatu noſtro appellatus. Hic quum fratri intercluſo ab hoſtibus auxilium ferret, illum periculo eripuit; ipſe equo vulnerato dejectus, quoad potuit, fortiſſimè reſtitit: quum circumventus, multis vulneribus acceptis, cecidiſſet; atque id frater, qui jam prælio exceſſerat, procul animadvertiſſet, incitato equo, ſeſe hoſtibus obtulit, atque interfectus eſt.

XIII. Hoc facto prælio, Cæſar neque jam ſibi legatos audiendos, neque conditiones accipiendas arbitrabatur ab iis, qui per dolum atque inſidias, petita pace, ultrò bellum intuliſſent: exſpectare verò, dum hoſtium copiæ augerentur, equitatuſ- E que reverteretur, ſummæ dementiæ eſſe judicabat: & cognita Gallorum infirmitate,

(a) Quinam ſint *Ambivariti*, certò affirmari nequit. Cluverius legendum cenſet *Aduaticos*.

(b) His verbis arguitur, Cæſaris temporibus confluentem Moſæ & Rheni exſtitiſſe, eumque longiùs paulò ab oſtio communi in citeriora reductum.

(c) Hoc vocabulum variè ſcriptum reperitur in manuſcriptis Cæſaris exemplaribus. Tacito *Vahalis*, Sidonio *Vachalis*, Græco interpreti Cæſaris Βάκχαλος. Fortè, ut obſervat Cellarius, Cæſar ſcripſerat *Vahalos*; ex quo ſequiori tempore *Vachalos* factum, ut corruptè *michi* pro *mihi*; & tandem adſpiratio ejecta, cùm extrudi acceſſio aliena *c* debuerit.

(d) Unde Julio Cæſari, longè ante Druſiana tempora, ſunt *plures partes*, in quas Rhenus Oceano adpropinquans diffluat? unde *multa* illa *capita*, quibus influat in Oceanum? Plures quàm duos majores alveos Rheni & navigabiles Julii Cæſaris temporibus fuiſſe, credibile non eſt: ex illis autem rivos deductos ex natura ſua & elices, adeò non negandum eſſe putamus, ut aliter *multitudinem* Cæſaris non cenſeamus explicari poſſe: qui quidem nonnullis incertus de his oris videtur, quaſi non ubique ad oſtia ipſe adfuiſſet: ſecundùm alios autem verè ſcripſit, ut pote verſatus in locis illis, & qui Rheni fluenta perſpecta oculis & explorata, ſi quis alius, habuerit. *Cellarius.*

Digitized by Google

A quantum jam apud eos hoſtes unǫ prælio auctoritatis eſſent conſecuti, ſentiebat: quibus ad conſilia capienda nihil ſpatii dandum exiſtimabat. His conſtitutis rebus, & conſilio cum legatis & quæſtore communicato, ne quem diem pugnæ prætermitteret; opportuniſſima res accidit, quòd poſtridie ejus diei mane eadem & perfidia & ſimulatione uſi [Germani], frequentes, omnibus principibus majoribuſque natu adhibitis, ad eum in caſtra venerunt; ſimul, ut dicebatur, ſui purgandi cauſſa, quòd contra atque eſſet dictum, & ipſi petiſſent, prælium pridie commiſiſſent; ſimul, ut ſi quid poſſent, de induciis fallendo impetrarent. Quos ſibi Cæſar oblatos gaviſus retineri juſſit: ipſe omnes copias caſtris eduxit; equitatum, quòd recenti prælio perterritum eſſe exiſtimabat, agmen ſubſequi juſſit. An. U. C. 698.

XIV. Acie triplici inſtituta, & celeriter VIII millium itinere confecto, priùs ad hoſtium caſtra pervenit, quàm quid ageretur Germani ſentire poſſent. Qui omnibus
B rebus ſubitò perterriti, & celeritate adventûs noſtri, & diſceſſu ſuorum, neque conſilii habendi, neque arma capiendi ſpatio dato, perturbabantur, copiaſne adverſus hoſtem educere, an caſtra defendere, an fuga ſalutem petere præſtaret. Quorum timor quum fremitu & concurſu ſignificaretur, milites noſtri, priſtini diei perfidia incitati, in caſtra irruperunt: quorum qui celeriter arma capere potuerunt, paulliſper noſtris reſtiterunt, atque inter carros impedimentaque prælium commiſerunt. At reliqua multitudo puerorum mulierumque (nam cum omnibus ſuis domo exceſſerant, Rhenumque tranſierant) paſſim fugere cœpit: ad quos conſectandos Cæſar equitatum miſit.

XV. Germani poſt tergum clamore audito, quum ſuos interfici viderent, armis abjectis, ſigniſque militaribus relictis, ſe ex caſtris ejecerunt; & quum ad confluentem (a) Moſæ & Rheni perveniſſent, reliqua fuga deſperata, magno numero interfe-
C cto, reliqui ſe in flumen præcipitaverunt; atque ibi timore, laſſitudine & vi fluminis oppreſſi, perierunt. Noſtri ad unum omnes incolumes, perpaucis vulneratis, ex tanti belli timore, quum hoſtium numerus capitum CCCCXXX millium fuiſſet, ſe in caſtra receperunt. Cæſar iis, quos in caſtris retinuerat, diſcedendi poteſtatem fecit. Illi ſupplicia cruciatuſque Gallorum veriti, quorum agros vexaverant, remanere ſe apud eum velle dixerunt: iis Cæſar libertatem conceſſit.

XVI. Germanico bello confecto, multis de cauſſis Cæſar ſtatuit ſibi Rhenum eſſe tranſeundum, quarum illa fuit juſtiſſima, quòd quum videret Germanos tam facilè impelli, ut in Galliam venirent, ſuis quoque rebus eos timere voluit, quum intelligerent & poſſe, & audere populi Romani exercitum Rhenum tranſire. Acceſſit etiam quòd illa pars equitatûs Uſipetum & Tenchtherorum, quam ſuprà commemoravi prædandi frumentandique cauſſa Moſam tranſiſſe, neque prælio interfuiſſe, poſt fugam
D ſuorum ſe trans Rhenum in fines Sigambrorum receperat, ſeque cum iis conjunxerat. Ad quos quum Cæſar nuncios miſiſſet, qui poſtularent, eos, qui ſibi Galliæque bellum intuliſſent, uti ſibi dederent, reſponderunt; populi Romani imperium Rhenum finire; ſi, ſe invito, Germanos in Galliam tranſire non æquum exiſtimaret, cur ſui quidquam eſſe imperii, aut poteſtatis trans Rhenum poſtularet? Ubii autem, qui uni ex tranſrhenanis ad Cæſarem legatos miſerant, amicitiam fecerant, obſides dederant, magnoperè orabant, ut ſibi auxilium ferret, quòd graviter ab Suevis premerentur; vel ſi id facere occupationibus Reipublicæ prohiberetur, exercitum modò Rhenum tranſportaret: id ſibi ad auxilium, ſpemque reliqui temporis ſatis futurum: tantum eſſe nomen apud eos atque opinionem exercitûs Romani, Arioviſto pulſo, & hoc noviſſimo prælio facto, etiam ad ultimas Germanorum nationes, uti opinione & amicitia populi Romani tuti eſſe poſſint: navium magnam copiam ad
E tranſportandum exercitum pollicebantur.

XVII. Cæſar his de cauſſis, quas commemoravi, Rhenum tranſire decreverat: ſed navibus tranſire neque ſatis tutum eſſe arbitrabatur, neque ſuæ, neque populi Romani dignitatis eſſe ſtatuebat. Itaque etſi ſumma difficultas faciendi pontis proponebatur, propter latitudinem, rapiditatem altitudinemque fluminis, tamen id ſibi contendendum, aut aliter non tranſducendum exercitum exiſtimabat. Rationem igitur pontis hanc inſtituit. Tigna bina ſeſquipedalia paullùm ab imo præacuta, dimenſa ad altitudinem fluminis, intervallo pedum duorum inter ſe jungebat: hæc cum machinationibus demiſſa in flumen defixerat, fiſtuciſque adegerat, non ſublicæ modo directa ad

(a) Cluverius l. 2. de Germ. Ant. cap. 14. emendat *Moſellæ* pro *Moſæ*: hanc emendationem probat Hadr. Valeſius, feliciſſimamque dicit: Cæſaris locum ab hac violenta correctione, quæ fit invitis libris omnibus, ſervat Pontanus diſceptatione 9.

Digitized by Google

An. U. C. 698

perpendiculum, ſed prona ac faſtigiata, ut ſecundùm naturam fluminis procumberent. His item contraria duo ad eumdem locum juncta, intervallo pedum quadragenûm ab inferiore parte contra vim atque impetum fluminis converſa ſtatuebat: hæc utraque bipedalibus trabibus immiſſis, quantùm eorum tignorum junctura diſtabat, binis utrimque fibulis ab extrema parte diſtinebantur; quibus diſcluſis, atque in contrariam partem revinctis, tanta erat operis firmitudo, atque ea rerum natura, ut quò major vis aquæ ſe incitaviſſet, hoc arctiùs illigata tenerentur. Hæc directa materiâ injectâ contexebantur, ac longuriis cratibuſque conſternebantur: ac nihilo ſeciùs ſublicæ ad inferiorem partem fluminis obliquæ adigebantur; quæ pro pariete ſubjectæ, & cum omni opere conjunctæ, vim fluminis exciperent: & alia item ſupra pontem mediocri ſpatio: ut ſi arborum trunci, ſive naves, dejiciendi operis cauſſa, eſſent à barbaris miſſæ, his defenſoribus earum rerum vis minueretur, neu ponti nocerent. A

XVIII. Diebus x, quibus materia cœpta erat comportari, omni opere effecto, exercitus tranſducitur. Cæſar ad utramque partem pontis firmo præſidio relicto, in fines (a) Sigambrorum contendit. Interim à compluribus civitatibus ad eum legati veniunt, quibus pacem atque amicitiam petentibus liberaliter reſpondit, obſideſque ad ſe adduci jubet. Sigambri ex eo tempore, quo pons inſtitui cœptus eſt, fuga comparata, hortantibus iis, quos ex Tenchtheris atque Uſipetibus apud ſe habebant, finibus ſuis exceſſerant, ſuaque omnia exportaverant, ſeque in ſolitudinem ac ſilvas abdiderant. B

XIX. Cæſar paucos dies in eorum finibus moratus, omnibus vicis ædificiiſque incenſis, frumentiſque ſucciſis, ſe in fines Ubiorum recepit, atque his auxilium ſuum pollicitus, ſi à Suevis premerentur, hæc ab iis cognovit; Suevos, poſtquam per exploratores pontem fieri comperiſſent, more ſuo concilio habito, nuncios in omnes partes dimiſiſſe, uti de opidis demigrarent, liberos, uxores ſuaque omnia in ſilvas deponerent; atque omnes, qui arma ferre poſſent, unum in locum convenirent: hunc eſſe delectum medium ferè regionum earum, quas Suevi obtinerent: ibi Romanorum adventum exſpectare, atque ibi decertare conſtituiſſe. Quod ubi Cæſar comperit, omnibus iis rebus confectis, quarum rerum cauſſa exercitum tranſducere conſtituerat, ut Germanis metum injiceret, ut Sigambros ulciſceretur, ut Ubios obſidione liberaret: diebus omnino XVIII. trans Rhenum conſumtis, ſatis & ad laudem, & C

ad utilitatem profectum arbitratus, ſe in Galliam recepit, pontemque reſcidit.

XX. Exigua parte æſtatis reliqua, Cæſar, etſi in his locis, quòd omnis Gallia ad Septemtrionem vergit, maturæ ſunt hiemes, tamen in Britanniam proficiſci contendit, quòd, omnibus ferè Gallicis bellis, hoſtibus noſtris inde ſubminiſtrata auxilia intelligebat: & ſi tempus anni ad bellum gerendum deficeret, tamen magno ſibi uſui fore arbitrabatur, ſi modò inſulam adiſſet, genus hominum perſpexiſſet, loca, portus, aditus cognoviſſet: quæ omnia ferè Gallis erant incognita. Neque enim temerè præter mercatores illò adit quiſquam: neque iis ipſis quidquam, præter oram maritimam, atque eas regiones, quæ ſunt contra Galliam, notum eſt. Itaque, convocatis ad ſe undique mercatoribus, neque quanta eſſet inſulæ magnitudo, neque quæ aut quantæ nationes incolerent, neque quem uſum belli haberent, aut quibus inſtitutis uterentur, neque qui eſſent ad majorum navium multitudinem idonei portus, reperire poterat. D

XXI. Ad hæc cognoſcenda, priuſquàm periculum faceret, idoneum eſſe arbitratus C. Voluſenum, cum navi longa præmittit. Huic mandat ut, exploratis omnibus rebus, ad ſe quàm primùm revertatur: ipſe cum omnibus copiis in Morinos proficiſcitur: quòd inde erat breviſſimus in Britanniam transjectus. Huc naves undique ex finitimis regionibus, & quam ſuperiore æſtate ad Veneticum bellum fecerat, claſſem jubet convenire. Interim, conſilio ejus cognito, & per mercatores perlato ad Britannos, à compluribus ejus inſulæ civitatibus ad eum legati veniunt, qui polliceantur obſides dare, atque imperio populi Romani obtemperare. Quibus auditis, liberaliter pollicitus, hortatuſque ut in ea ſententia permanerent, eos domum remiſit; & cum his unà Comium, quem ipſe, Atrebatibus ſuperatis, regem ibi conſtituerat, cujus & virtutem & conſilium probabat, & quem ſibi fidelem arbitrabatur, cujuſque auctoritas in his regionibus magna habebatur, mittit. Huic imperat, quas poſſit, adeat civitates; horteturque ut populi Romani fidem ſequantur; ſeque celeriter eò venturum nunciet. Voluſenus, perſpectis regionibus, quantùm ei facultatis E

(a) In nonnullis Cæſaris exemplaribus, *Sicambri*. Græcus interpres Σικαμβροι.

Digitized by Google

A dari potuit, qui navi egredi, ac se barbaris committere non auderet, v die ad Cæsarem revertitur, quæque ibi perspexisset, renunciat. An. U. C. 698.

XXII. Dum in his locis Cæsar navium parandarum caussa moratur, ex magna parte Morinorum ad eum legati venerunt, qui se de superioris temporis consilio excusarent; quòd homines barbari, & nostræ consuetudinis imperiti, bellum populo Romano fecissent; seque ea, quæ imperasset, facturos pollicerentur. Hoc sibi satis opportunè Cæsar accidisse arbitratus, quòd neque post tergum hostem relinquere volebat; neque belli gerendi propter anni tempus facultatem habebat; neque has tantularum rerum occupationes sibi Britanniæ anteponendas judicabat; magnum his numerum obsidum imperat: quibus adductis, eos in fidem recepit, navibus circiter LXXX onerariis coactis contractisque; quod satis esse ad duas legiones transportandas existimabat: quidquid præterea navium longarum habebat, quæstori, legatis præfectisque
B distribuit. Huc accedebant XVIII onerariæ naves, quæ ex eo loco millibus passuum VIII vento tenebantur, quò minùs in eumdem portum pervenire possent. Has equitibus distribuit; reliquum exercitum Q. Titurio Sabino, & L. Arunculeio Cottæ, legatis, in Menapios atque in eos pagos Morinorum, ab quibus ad eum legati non venerant, deducendum dedit. P. Sulpicium Rufum legatum cum eo præsidio, quod satis esse arbitrabatur, portum tenere jussit.

XXIII. His constitutis rebus, nactus idoneam ad navigandum tempestatem, tertia ferè vigilia (a) solvit, equitesque in ulteriorem portum progredi, & naves conscendere, ac se sequi jussit: ab quibus quum paullò tardiùs esset administratum, ipse hora circiter diei IV cum primis navibus Britanniam attigit: atque ibi in omnibus collibus expositas hostium copias firmatas conspexit. Cujus loci hæc erat natura: adeò montibus angustis continebatur, ut ex locis superioribus in litus telum adjici posset.
C Hunc ad egrediendum nequaquam idoneum arbitratus locum, dum reliquæ naves eò convenirent, ad horam IX in anchoris exspectavit. Interim legatis tribunisque militum convocatis, & quæ ex Volusseno cognovisset, & quæ fieri vellet, ostendit; monuitque ut rei militaris ratio, maximè ut res maritimæ postularent (ut quæ celerem atque instabilem motum haberent) ad nutum & ad tempus omnes res ab iis administrarentur. His dimissis, & ventum & æstum uno tempore nactus secundum, dato signo, & sublatis anchoris, circiter millia passuum VIII ab eo loco progressus, aperto ac plano litore naves constituit.

XXIV. At barbari, consilio Romanorum cognito, præmisso equitatu & essedariis, quo plerumque genere in præliis uti consueverunt, reliquis copiis subsecuti, nostros navibus egredi prohibebant. Erat ob has caussas summa difficultas, quòd naves propter magnitudinem, nisi in alto, constitui non poterant. Militibus autem, ignotis
D locis, impeditis manibus, magno & gravi onere armorum pressis, simul & navibus desiliendum, & fluctibus consistendum, & cum hostibus erat pugnandum, quum illi aut ex arido, aut paullulùm in aquam progressi, omnibus membris expediti, notissimis locis, audacter tela conjicerent, & equos insuefactos incitarent. Quibus rebus nostri perterriti, atque hujus omninò generis pugnæ imperiti, non omnes eadem alacritate ac studio, quo in pedestribus uti præliis consueverant, utebantur.

XXV. Quod ubi Cæsar animadvertit, naves longas, quarum & species erat barbaris inusitatior, & motus ad usum expeditior, paullulùm removeri ab onerariis navibus, & remis incitari, & ad latus apertum hostium constitui, atque inde fundis, tormentis, sagittis hostes propelli ac submoveri jussit: quæ res magno usui nostris fuit: nam & navium figura, & remorum motu, & inusitato genere tormentorum permoti
E barbari, constiterunt; ac paullùm modò pedem retulerunt. At nostris militibus cunctantibus, maximè propter altitudinem maris, qui X legionis aquilam ferebat, contestatus deos, ut ea res legioni feliciter eveniret: *Desilite*, inquit, *milites, nisi vultis aquilam hostibus prodere: ego certè meum Reipublicæ atque Imperatori officium præstitero.* Hoc quum magna voce dixisset, se ex navi projecit, atque in hostes aquilam ferre cœpit. Tum nostri cohortati inter se, ne tantum dedecus admitteretur, universi ex navi desilierunt. Hos item alii ex proximis navibus quum conspexissent, subsecuti, hostibus appropinquaverunt.

XXVI. Pugnatum est ab utrisque acriter. Nostri tamen, quòd neque ordines servare, neque firmiter insistere, neque signa subsequi poterant, atque alius alia ex navi,

(a) Portus è quo Cæsar solvit, Iccius esse creditur. Portus ulterior, in quem equites progredi jussit, quique paulò pòst *superior* vocatur, Ambletolienſis portus est, *le Havre d'Ambleteul.*

Digitized by Google

An. U. C. 698. quibuſcumque ſignis occurrerat, ſe aggregabat; magnoperè perturbabantur. Hoſtes verò, notis omnibus vadis, ubi ex litore aliquos ſingulares ex navi egredientes conſpexerant, incitatis equis, impeditos adoriebantur. Plures paucos circumſiſtebant: alii ab latere aperto in univerſos tela conjiciebant. Quod quum animadvertiſſet Cæſar, ſcaphas longarum navium, item ſpeculatoria navigia militibus compleri juſſit; & quos laborantes conſpexerat, iis ſubſidia ſummittebat. Noſtri, ſimul atque in arido conſtiterunt, ſuis omnibus conſecutis, in hoſtes impetum fecerunt, atque eos in fugam dederunt; neque longiùs proſequi potuerunt, quòd equites curſum tenere, atque inſulam capere non potuerant. Hoc unum ad priſtinam fortunam Cæſari defuit. A

XXVII. Hoſtes prælio ſuperati, ſimul atque ſe ex fuga receperunt, ſtatim ad Cæſarem legatos de pace miſerunt: obſides daturos, quæque imperaſſet, ſeſe facturos polliciti ſunt. Unà cum his legatis Comius Atrebas venit, quem ſuprà demonſtraveram à Cæſare in Britanniam præmiſſum. Hunc illi è navi egreſſum, quum ad eos Imperatoris mandata perferret, comprehenderant, atque in vincula conjecerant. Tunc, facto prælio, remiſerunt, & in petenda pace, ejus rei culpam in multitudinem contulerunt, & propter imprudentiam, ut ignoſceretur, petiverunt. Cæſar queſtus quòd quum ultrò in continentem legatis miſſis pacem à ſe petiſſent, bellum ſine cauſſa intuliſſent, ignoſcere imprudentiæ dixit; obſideſque imperavit: quorum illi partem ſtatim dederunt; partem ex longinquioribus locis accerſitam paucis diebus ſeſe daturos dixerunt. Interea ſuos remigrare in agros juſſerunt: principeſque undique convenere, & ſe civitateſque ſuas Cæſari commendarunt. B

XXVIII. His rebus pace firmata, poſt diem IV quàm eſt in Britanniam ventum, naves XVIII, de quibus ſuprà demonſtratum eſt, quæ equites ſuſtulerant, ex ſuperiore portu leni vento ſolverunt: quæ quum appropinquarent Britanniæ, & ex caſtris viderentur, tanta tempeſtas ſubitò coorta eſt, ut nulla earum curſum tenere poſſet; ſed aliæ eodem, unde erant profectæ, referrentur, aliæ ad inferiorem partem inſulæ, quæ eſt propiùs Solis occaſum, magno ſui cum periculo dejicerentur: quæ tamen, anchoris jactis, quum fluctibus complerentur, neceſſariò adverſa nocte in altum provectæ, continentem petiverunt. C

XXIX. Eadem nocte accidit, ut eſſet Luna plena, quæ dies maritimos æſtus maximos in Oceano efficere conſuevit; noſtriſque id erat incognitum. Ita uno tempore & longas naves, quibus Cæſar exercitum tranſportandum curaverat, quaſque in aridum ſubduxerat, æſtus complebat: & onerarias, quæ ad anchoras erant deligatæ, tempeſtas affligebat: neque ulla noſtris facultas aut adminiſtrandi, aut auxiliandi dabatur. Compluribus navibus fractis, reliquæ quum eſſent, funibus, anchoris reliquiſque armamentis amiſſis, ad navigandum inutiles, magna, id quod neceſſe erat accidere, totius exercitûs perturbatio facta eſt. Neque enim naves erant aliæ, quibus reportari poſſent; & omnia deerant, quæ ad reficiendas eas uſui ſunt; & quòd omnibus conſtabat hiemare in Gallia oportere, frumentum his in locis in hiemem proviſum non erat. D

XXX. Quibus rebus cognitis, principes Britanniæ, qui poſt prælium ad ea, quæ juſſerat Cæſar, facienda convenerant, inter ſe collocuti; quum equites & naves & frumentum Romanis deeſſe intelligerent, & paucitatem militum ex caſtrorum exiguitate cognoſcerent; quæ hoc erant etiam anguſtiora, quòd ſine impedimentis Cæſar legiones tranſportaverat; optimum factu eſſe duxerunt, rebellione facta, frumento commeatuque noſtros prohibere, & rem in hiemem producere, quòd, his ſuperatis, aut reditu intercluſis, neminem poſteà belli inferendi cauſſa in Britanniam tranſiturum confidebant. Itaque rurſus conjuratione facta, paullatim ex caſtris diſcedere, ac ſuos clam ex agris deducere cœperunt.

XXXI. At Cæſar, etſi nondum eorum conſilia cognoverat, tamen & ex eventu navium ſuarum, & ex eo quòd obſides dare intermiſerant, fore id, quod accidit, ſuſpicabatur. Itaque ad omnes caſus ſubſidia comparabat: nam & frumentum ex agris in caſtra quotidie conferebat, & quæ graviſſimè afflictæ erant naves, earum materia atque ære ad reliquas reficiendas utebatur; & quæ ad eas res erant uſui, ex continenti comportari jubebat. Itaque quum id ſummo ſtudio à militibus adminiſtraretur, XII navibus amiſſis, reliquis ut navigari commodè poſſet effecit. E

XXXII. Dum ea geruntur, legione ex conſuetudine una frumentatum miſſa, quæ appellabatur VII, neque ulla ad id tempus belli ſuſpicione interpoſita, quum pars hominum in agris remaneret; pars etiam in caſtra ventitaret; ii, qui pro portis caſtrorum in ſtatione erant, Cæſari renunciaverunt, pulverem majorem, quàm conſuetudo

Digitized by Google

A ferret, in ea parte videri, quam in partem legio iter feciſſet. Cæſar, id quod erat, ſuſpicatus aliquid novi à barbaris initum conſilii, cohortes, quæ in ſtationibus erant, ſecum in eam partem proficiſci, duas in ſtationem ſuccedere, reliquas armari, & confeſtim ſe ſubſequi juſſit. Quum paullò longiùs à caſtris proceſſiſſet, ſuos ab hoſtibus premi, atque ægrè ſuſtinere, & conferta legione ex omnibus partibus tela conjici animadvertit. Nam quòd omni ex reliquis partibus demeſſo frumento, una pars erat reliqua; ſuſpicati hoſtes huc noſtros eſſe venturos, noctu in ſilvis delituerant. Tum diſperſos, depoſitis armis, in metendo occupatos, ſubitò adorti, paucis interfectis, reliquos incertis ordinibus perturbarant: ſimul equitatu atque eſſedis circumdederant. An. U. C. 698.

XXXIII. Genus hoc eſt ex eſſedis pugnæ: primò per omnes partes perequitant, & tela conjiciunt, atque ipſo terrore equorum, & ſtrepitu rotarum, ordines plerumque perturbant: & quum ſe inter equitum turmas inſinuavere, ex eſſedis deſiliunt, B & pedibus præliantur. Aurigæ interim paullùm è prælio excedunt, atque ita ſe collocant, ut ſi illi à multitudine hoſtium premantur, expeditum ad ſuos receptum habeant. Ita mobilitatem equitum, ſtabilitatem peditum in præliis præſtant; ac tantùm uſu quotidiano & exercitatione efficiunt, ut in declivi ac præcipiti loco incitatos equos ſuſtinere, & brevi moderari ac flectere, & per temonem percurrere, & in jugo inſiſtere, & inde ſe in currus citiſſimè recipere conſueverint.

XXXIV. Quibus rebus, perturbatis noſtris novitate pugnæ, tempore opportuniſſimo Cæſar auxilium tulit: namque ejus adventu hoſtes conſtiterunt; noſtri ex timore ſe receperunt. Quo facto, ad laceſſendum hoſtem, & committendum prælium, alienum eſſe tempus arbitratus, ſuo ſe loco continuit; & brevi tempore intermiſſo, in caſtra legiones reduxit. Dum hæc geruntur, noſtris omnibus occupatis, qui erant in agris, reliqui diſceſſerunt. Secutæ ſunt continuos dies complures tempeſtates, quæ C & noſtros in caſtris continerent, & hoſtes à pugna prohiberent. Interim barbari nuncios in omnes partes dimiſerunt; paucitatemque noſtrorum militum ſuis prædicaverunt; & quanta prædæ faciendæ, atque in perpetuum ſui liberandi facultas daretur, ſi Romanos caſtris expuliſſent, demonſtraverunt. His rebus celeriter magna multitudine peditatûs equitatûſque coacta, ad caſtra venerunt.

XXXV. Cæſar etſi idem, quod ſuperioribus diebus acciderat, fore videbat, ut, ſi eſſent hoſtes pulſi, celeritate periculum effugerent; tamen nactus equites circiter XXX, quos Comius Atrebas, de quo antè dictum eſt, ſecum tranſportaverat, legiones in acie pro caſtris conſtituit. Commiſſo prælio, diutiùs noſtrorum militum impetum hoſtes ferre non potuerunt, ac terga verterunt: quos tanto ſpatio ſecuti, quantùm curſu & viribus efficere potuerunt, complures ex iis occiderunt; deinde omnibus longè latéque ædificiis incenſis, ſe in caſtra receperunt.

D XXXVI. Eodem die legati ab hoſtibus miſſi ad Cæſarem de pace venerunt. His Cæſar numerum obſidum, quem anteà imperaverat, duplicavit; eoſque in continentem adduci juſſit, quòd, propinqua die æquinoctii, infirmis navibus hiemi navigationem ſubjiciendam non exiſtimabat. Ipſe idoneam tempeſtatem nactus, paullò poſt mediam noctem naves ſolvit: quæ omnes incolumes ad continentem pervenerunt. Ex his (a) onerariæ duæ eoſdem portus, quos reliquæ, capere non potuerunt, ſed paullò infrà delatæ ſunt.

XXXVII. Quibus ex navibus quum eſſent expoſiti milites circiter CCC, atque in caſtra contenderent; Morini, quos Cæſar, in Britanniam proficiſcens, pacatos reliquerat, ſpe prædæ adducti, primò non ita magno ſuorum numero circumſteterunt; ac, ſi ſeſe interfici nollent, arma ponere juſſerunt. Quum illi, orbe facto, ſeſe defenderent, celeriter ad clamorem hominum circiter millia VI convenerunt. Qua re E nunciata, Cæſar omnem ex caſtris equitatum ſuis auxilio miſit. Interim noſtri milites impetum hoſtium ſuſtinuerunt; atque ampliùs horis fortiſſimè IV pugnaverunt, & paucis vulneribus acceptis, complures ex iis occiderunt. Poſtea verò quàm equitatus noſter in conſpectum venit; hoſtes abjectis armis terga verterunt; magnuſque eorum numerus eſt occiſus.

XXXVIII. Cæſar poſtero die T. Labienum legatum cum iis legionibus, quas ex Britannia reduxerat, in Morinos, qui rebellionem fecerant, miſit: qui quum propter ſiccitates paludum, quò ſe reciperent, non haberent; quo perfugio ſuperiore anno fuerant uſi; omnes ferè in poteſtatem Labieni venerunt. At Q. Titurius & L. Cotta

(a) Iſtæ duæ onerariæ naves eoſdem portus, id eſt portum Iccium ſeu Bononienſem, & portum ulteriorem ſive Ambletolienſem capere non potuerunt, ſed paulò infrà, in portum videlicet Stapulenſem, delatæ ſunt.

Digitized by Google

legati, qui in Menapiorum fines legiones duxerant, omnibus eorum agris vaſtatis, A frumentis ſucciſis, ædificiis incenſis, quòd Menapii omnes ſe in denſiſſimas ſilvas abdiderant, ad Cæſarem ſe receperunt. Cæſar in Belgis omnium legionum hiberna conſtituit. Eò duæ omninò civitates ex Britannia obſides miſerunt: reliquæ neglexerunt. His rebus geſtis, ex litteris Cæſaris dierum XX ſupplicatio à ſenatu decreta eſt.

LIBER V.

An. U. C. 699. I. LUCIO Domitio, Ap. Claudio COSS. diſcedens ab hibernis Cæſar in Italiam, ut quotannis facere inſtituerat, legatis imperat, quos legionibus præfecerat, uti quamplurimas poſſent hieme naves ædificandas, veteresque reficiendas curarent: earum modum formamque demonſtrat: ad celeritatem onerandi, ſubductioneſque, paullò facit humiliores, quàm quibus noſtro mari uti conſuevimus; atque id eò magis B quòd propter crebras commutationes æſtuum, minùs magnos ibi fluctus fieri cognoverat: ad onera, & ad multitudinem jumentorum tranſportandam paullò latiores, quàm quibus in reliquis utimur maribus. Has omnes actuarias imperat fieri; quam ad rem humilitas multùm adjuvat. Ea quæ ſunt uſui ad armandas naves, ex Hiſpania apportari jubet. Ipſe, conventibus Galliæ citerioris peractis, in Illyricum proficiſcitur, quòd à Piruſtis finitimam partem provinciæ incurſionibus vaſtari audiebat. Eò quum veniſſet, civitatibus milites imperat, certumque in locum convenire jubet. Qua re nunciata, Piruſtæ legatos ad eum mittunt, qui doceant nihil earum rerum publico factum conſilio: ſeſeque paratos eſſe demonſtrant, omnibus rationibus de injuriis ſatisfacere. Accepta oratione eorum, Cæſar obſides imperat, eoſque ad certam diem adduci jubet: niſi ita fecerint, ſeſe bello civitatem perſecuturum demonſtrat. Iis ad diem adductis, ut imperaverat, arbitros inter civitates dat, qui litem C æſtiment, pœnamque conſtituant.

II. His confectis rebus, conventibuſque peractis, in citeriorem Galliam revertitur, atque inde ad exercitum proficiſcitur. Eò quum veniſſet, circuitis omnibus hibernis, ſingulari militum ſtudio, in ſumma rerum omnium inopia, circiter DC ejus generis, cujus ſuprà demonſtravimus, naves, & longas XXIIX invenit conſtructas, neque multùm abeſſe [ab eo] quin paucis diebus deduci poſſent. Collaudatis militibus, atque iis qui negotio præfuerant, quid fieri velit, oſtendit; atque omnes ad portum Itium convenire jubet: quo ex portu commodiſſimum in Britanniam transjectum eſſe cognoverat, circiter (a) millium paſſuum XXX à continenti. Huic rei quod ſatis eſſe viſum eſt militum, relinquit. Ipſe cum legionibus expeditis IV, & equitibus DCCC in fines Trevirorum proficiſcitur; quòd hi neque ad concilia veniebant, neque imperio parebant, Germanoſque tranſrhenanos ſollicitare dicebantur. D

III. Hæc civitas longè plurimùm totius Galliæ equitatu valet, magnaſque habet copias peditum, Rhenumque, ut ſuprà demonſtravimus, tangit. In ea civitate duo de principatu inter ſe contendebant, Indutiomarus & Cingetorix, ex quibus alter, ſimulatque de Cæſaris legionumque adventu cognitum eſt, ad eum venit; ſe ſuoſque omnes in officio futuros, neque ab amicitia populi Romani defecturos confirmavit; quæque in Treviris gererentur, oſtendit. At Indutiomarus equitatum peditatumque cogere; iiſque, qui per ætatem in armis eſſe non poterant, in ſilvam Arduennam abditis, quæ ingenti magnitudine per medios fines Trevirorum à flumine Rheno ad initium Rhemorum pertinet, bellum parare inſtituit. Sed poſtea quàm nonnulli principes ex ea civitate, & familiaritate Cingetorigis adducti, & adventu noſtri exercitûs perterriti, ad Cæſarem venerunt, & de ſuis privatim rebus ab eo petere cœperunt, quoniam civitati conſulere non poſſent; veritus ne ab omnibus deſereretur [Indutiomarus], le- E gatos ad Cæſarem mittit, ſeſe idcirco à ſuis diſcedere, atque ad eum venire noluiſſe, quò faciliùs civitatem in officio contineret, ne omnis nobilitatis diſceſſu plebs propter imprudentiam laberetur: itaque civitatem in ſua poteſtate eſſe: ſeque, ſi Cæſar permitteret, ad eum in caſtra venturum, & ſuas civitatiſque fortunas ejus fidei permiſſurum.

IV. Cæſar, etſi intelligebat qua de cauſſa ea dicerentur, quæque eum res ab inſtituto conſilio deterreret; tamen, ne æſtatem in Treviris conſumere cogeretur, omnibus rebus ad Britannicum bellum comparatis, Indutiomarum ad ſe cum CC obſidibus

(a) In melioribus Cæſaris exemplaribus fideique probatioris habetur, XL. *millium paſſuum*. Quæ millia ſi cum hodierna menſurandi ratione committantur, dabunt XIII. leucas vel milliaria. Et tantum hodie circiter intervallum eſt inter vicina Bononiæ litora & proximas Angliæ oras. *Merula*.

venire

Digitized by Google

venire juſſit. His adductis, & in iis filio propinquiſque ejus omnibus, quos nominatim evocaverat; conſolatus Indutiomarum, hortatuſque eſt, uti in officio permaneret: nihilo tamen ſeciùs principibus Trevirorum ad ſe convocatis, eos ſigillatim Cingetorigi conciliavit. Quod cum merito ejus à ſe fieri intelligebat; tum magni intereſſe arbitrabatur, ejus auctoriratem inter ſuos quam plurimùm valere, cujus tam egregiam in ſe voluntatem perſpexiſſet. Id factum graviter tulit Indutiomarus, ſuam gratiam inter ſuos minui: & qui jam antè inimico in nos animo fuiſſet, multò graviùs hoc dolore exarſit. An. U. C. 699.

V. Iis rebus conſtitutis, Cæſar ad portum Itium cum legionibus pervenit: ibi cognoſcit XL naves, quæ in Meldis factæ erant, tempeſtate rejectas, tenere curſum non potuiſſe, atque eodem, unde erant profectæ, relatas: reliquas paratas ad navigandum, atque omnibus rebus inſtructas invenit. Eodem equitatus totius Galliæ convenit, numero millium IV, principeſque ex omnibus civitatibus; ex quibus perpaucos, quorum in ſe fidem perſpexerat, relinquere in Gallia, reliquos obſidum loco ſecum ducere decreverat, quòd, quum ipſe abeſſet, motum Galliæ verebatur.

VI. Erat unà cum ceteris Dumnorix Æduus, de quo à nobis antea dictum eſt. Hunc ſecum ducere in primis conſtituerat, quòd eum cupidum rerum novarum, cupidum imperii, magni animi, magnæ inter Gallos auctoritatis cognoverat. Accedebat huc, quòd jam in concilio Æduorum Dumnorix dixerat, ſibi à Cæſare regnum civitatis deferri: quod dictum Ædui graviter ferebant: neque recuſandi, neque deprecandi cauſſa legatos ad Cæſarem mittere audebant. Id factum ex ſuis hoſpitibus Cæſar cognoverat. Ille primò omnibus precibus petere contendit, ut in Gallia relinqueretur, partim quòd inſuetus navigandi mare timeret, partim quòd religionibus ſeſe diceret impediri. Poſteaquàm id obſtinatè ſibi negari vidit, omni ſpe impetrandi ademta, principes Galliæ ſollicitare, ſevocare ſingulos hortarique cœpit, ut in continenti remanerent, metu territare, non ſine cauſſa fieri, ut Gallia omni nobilitate ſpoliaretur: id eſſe conſilium Cæſaris, ut quos in conſpectu Galliæ interficere vereretur, hos omnes in Britanniam tranſductos necaret: fidem reliquis interponere; jusjurandum poſcere; ut, quod eſſe ex uſu Galliæ intellexiſſent, communi conſilio adminiſtrarent.

VII. Hæc à compluribus ad Cæſarem deferebantur. Qua re cognita, Cæſar, quòd tantum civitati Æduæ dignitatis tribuebat, coërcendum atque deterrendum quibuſcumque rebus poſſet Dumnorigem ſtatuebat; quòd longiùs ejus amentiam progredi videbat, proſpiciendum ne quid ſibi ac Reip. nocere poſſet. Itaque dies circiter XXV in eo loco commoratus, quòd Corus ventus navigationem impediebat; qui magnam partem omnis temporis in his locis flare conſuevit; dabat operam ut Dumnorigem in officio contineret; nihilo tamen ſeciùs omnia ejus conſilia cognoſceret. Tandem idoneam tempeſtatem nactus, milites equiteſque conſcendere naves jubet. At impeditis omnium animis, Dumnorix cum equitibus Æduorum à caſtris, inſciente Cæſare, domum diſcedere cœpit. Qua re nunciata, Cæſar intermiſſa profectione, atque omnibus rebus poſtpoſitis, magnam partem equitatûs ad eum inſequendum mittit, retrahique imperat: ſi vim faciat, neque pareat, interfici jubet: nihil hunc ſe abſente pro ſano facturum arbitratus, qui præſentis imperium neglexiſſet. Ille enim revocatus reſiſtere, ac ſe manu defendere, ſuorumque fidem implorare cœpit, ſæpe clamitans, liberum ſe, liberæque civitatis eſſe. Illi, ut erat imperatum, circumſiſtunt, hominemque interficiunt. At Ædui equites ad Cæſarem omnes revertuntur.

VIII. His rebus geſtis, Labieno in continente cum III legionibus & equitum millibus II relicto, ut portus tueretur, & rei frumentariæ provideret, quæque in Gallia gererentur, cognoſceret, & conſilium pro tempore & pro re caperet; ipſe cum legionibus V & pari numero equitum, quem in continente reliquerat, ad ſolis occaſum naves ſolvit: & leni Africo profectus, media circiter nocte vento intermiſſo, curſum non tenuit: & longiùs delatus æſtu, orta luce, ſub ſiniſtra Britanniam relictam conſpexit. Tum rurſus æſtûs commutationem ſecutus remis contendit, ut eam partem inſulæ caperet, quà optimum eſſe egreſſum ſuperiore æſtate cognoverat. Qua in re admodùm fuit militum virtus laudanda, qui vectoriis gravibuſque navigiis, non intermiſſo remigandi labore, longarum navium curſum adæquaverunt. Acceſſum eſt ad Britanniam omnibus navibus meridiano fere tempore: neque in eo loco hoſtis eſt viſus: ſed, ut poſtea Cæſar ex captivis comperit, quum magnæ manus eò conveniſſent, multitudine navium perterritæ, quæ cum annotinis

Digitized by Google

An. U. C. 699. privatisque, quas sui quisque commodi caussa fecerat, amplius DCCC unà erant visæ, A timore à litore discesserant, ac se in superiora loca abdiderant.

IX. Cæsar, exposito exercitu, ac loco castris idoneo capto, ubi ex captivis cognovit, quo in loco hostium copiæ consedissent, cohortibus X ad mare relictis, & equitibus CCC, qui præsidio navibus essent, de III vigilia ad hostes contendit, eò minùs veritus navibus, quòd in litore molli atque aperto deligatas ad anchoras relinquebat; & præsidio navibus Q. Atrium præfecit. Ipse noctu progressus millia passuum circiter XII, hostium copias conspicatus est. Illi equitatu atque essedis ad flumen progressi, ex loco superiore nostros prohibere, & prælium committere cœperunt. Repulsi ab equitatu se in silvas abdiderunt, locum nacti egregiè & natura & opere munitum; quem, domestici belli, ut videbatur, caussa, jam antè præparaverant. Nam crebris arboribus succisis omnes introitus erant præclusi. Ipsi ex silvis rari propugnabant, nostrosque intra munitiones ingredi prohibebant. At milites legionis VII, B testudine facta, & aggere ad munitiones adjecto, locum ceperunt, eosque ex silvis expulerunt, paucis vulneribus acceptis. Sed eos fugientes longiùs Cæsar persequi vetuit, & quòd loci naturam ignorabat, & quòd, magna parte diei consumta, munitioni castrorum tempus relinqui volebat.

X. Postridie ejus diei, mane tripartitò milites equitesque in expeditionem misit, ut eos, qui fugerant, persequerentur. Iis aliquantum itineris progressis, quum jam extremi essent in prospectu, equites à Q. Atrio ad Cæsarem venerunt, qui nunciarent, superiori nocte maxima coorta tempestate, propè omnes naves afflictas, atque in litore ejectas esse; quòd neque anchoræ funesque sustinerent, neque nautæ gubernatoresque vim tempestatis pati possent: itaque ex eo concursu navium magnum esse incommodum acceptum.

XI. His rebus cognitis, Cæsar legiones equitatumque revocari, atque itinere de- C sistere jubet: ipse ad naves revertitur: eadem fere, quæ ex nunciis literisque cognoverat, coram perspicit, sic, ut amissis circiter XL navibus, reliquæ tamen refici posse magno negotio viderentur. Itaque ex legionibus fabros deligit, & ex continenti alios accersiri jubet. Labieno scribit ut, quàm plurimas posset, iis legionibus, quæ sunt apud eum, naves instituat. Ipse, etsi res erat multæ operæ ac laboris, tamen commodissimum esse statuit, omnes naves subduci, & cum castris una munitione conjungi. In his rebus circiter dies X consumit, ne nocturnis quidem temporibus ad laborem militum intermissis. Subductis navibus, castrisque egregiè munitis, easdem copias, quas antè, præsidio navibus relinquit: ipse eòdem, unde redierat, proficiscitur. Eò quum venisset, majores jam undique in eum locum copiæ Britannorum convenerant. Summa imperii bellique administrandi communi consilio permissa est Cassivellauno, cujus fines à maritimis civitatibus flumen dividit, quod appellatur D Tamesis, à mari circiter millia passuum LXXX. Huic superiori tempore cum reliquis civitatibus continentia bella intercesserant; sed nostro adventu permoti Britanni, hunc toti bello imperioque præfecerant.

XII. Britanniæ pars interior ab iis incolitur, quos natos in insula ipsa memoria proditum dicunt: maritima pars ab iis, qui prædæ ac belli inferendi caussa, (a) ex Belgio transierant, qui omnes ferè iis nominibus civitatum appellantur, quibus orti ex civitatibus eò pervenerunt, & bello illato ibi remanserunt, atque agros colere cœperunt. Hominum est infinita multitudo, creberrimaque ædificia ferè Gallicis consimilia: pecoris magnus numerus. Utuntur aut æreo, aut taleis ferreis ad certum pondus examinatis pro nummo. Nascitur ibi plumbum album in mediterraneis regionibus, in maritimis ferrum: sed eius est exigua copia. Ære utuntur importato. Materia cujusque generis, ut in Gallia est, præter fagum atque abietem. Leporem & E gallinam & anserem gustare, fas non putant: hæc tamen alunt, animi voluptatisque caussa. Loca sunt temperatiora quàm in Gallia, remissioribus frigoribus.

XIII. Insula natura triquetra, cujus unum latus est contra Galliam: hujus lateris alter angulus, qui est ad Cantium, quò ferè ex Gallia naves appelluntur, ad orientem Solem; inferior ad meridiem spectat. Hoc latus tenet circiter millia passuum D, alterum vergit ad Hispaniam, atque occidentem Solem: qua ex parte Hibernia, dimidio minor, ut existimatur, quàm Britannia: sed pari spatio transmissus atque ex Gallia in Britanniam. In hoc medio cursu est insula, quæ appellatur Mona.

(a) Notat Glareanus alios codices habere, *ex Belgis*: ita legit interpres Græcus, ἐκ Βιλγῶν. In Itinerario Antonini describitur iter à *Regno* Londinium, quod per *Ventam Belgarum* & *Callevam Atrebatum* ducit. Hujus meminit Ptolemæus lib. 2. cap. 3. τῶν Ἀτρεβατίων, ἡ πόλις Καλλεύα, *Pòst Atrebatii, & urbs Calcua*, sive potiùs *Caleva*.

Digitized by Google

A Complures præterea minores objectæ insulæ existimantur : de quibus insulis nonnulli scripserunt, dies continuos xxx sub bruma esse noctem. Nos nihil de eo percunctationibus reperiebamus, nisi certis ex aqua mensuris, breviores esse noctes, quàm in continente, videbamus. Hujus est longitudo lateris, ut fert illorum opinio, DCC millium passuum. Tertium est contra Septentrionem : cui parti nulla est objecta terra : sed ejus angulus lateris maximè ad Germaniam spectat. Huic millia passuum DCCC in longitudinem esse existimatur. Ita omnis insula est in circuitu vicies centena millia passuum. An. U. C. 699.

XIV. Ex his omnibus longè sunt humanissimi, qui Cantium incolunt : quæ regio est maritima omnis, neque multùm à Gallica differunt consuetudine. Interiores plerique frumenta non serunt; sed lacte & carne vivunt, pellibusque sunt vestiti : omnes verò se Britanni vitro inficiunt, quod cæruleum efficit colorem : atque hoc horB ribiliore sunt in pugna adspectu : capilloque sunt promisso; atque omni parte corporis rasa, præter caput & labrum superius. Uxores habent deni duodenique inter se communes, & maximè fratres cum fratribus, & parentes cum liberis. Sed si qui sunt ex his nati, eorum habentur liberi, à quibus primùm virgines quæque ductæ sunt.

XV. Equites hostium essedariique acriter prælio cum equitatu nostro in itinere conflixerunt; ita tamen, ut nostri omnibus partibus superiores fuerint, atque eos in silvas collesque compulerint : sed compluribus interfectis, cupidiùs insecuti nonnullos ex suis amiserunt. At illi, intermisso spatio, imprudentibus nostris atque occupatis in munitione castrorum, subitò se ex silvis ejecerunt; impetuque in eos facto, qui erant in statione pro castris collocati, acriter pugnaverunt, duabusque missis subsidio cohortibus à Cæsare, atque his primis legionum duarum, quum hæ, intermisso perexiguo C loci spatio, inter se constitissent, novo genere pugnæ perterritis nostris, per medios audacissimè proruperunt, seque inde incolumes receperunt. Eo die Q. Laberius Durus tribunus militum interficitur. Illi, pluribus submissis cohortibus, repelluntur.

XVI. Toto hoc in genere pugnæ quum sub oculis omnium, ac pro castris dimicaretur, intellectum est, nostros propter gravitatem armorum, quòd neque insequi cedentes possent, neque ab signis discedere auderent, minùs aptos esse ad hujus generis hostem; equites autem magno cum periculo dimicare, propterea quòd illi etiam consultò plerumque cederent; & quum paullulùm ab legionibus nostros removissent, ex essedis desilirent, & pedibus dispari prælio contenderent. Equestris autem prælii ratio, & cedentibus & insequentibus, par atque idem periculum inferebat. Accedebat huc, ut numquam conferti, sed rari magnisque intervallis præliarentur, stationesque dispositas haberent, atque alios alii deinceps exciperent, integrique & recentes D defatigatis succederent.

XVII. Postero die procul à castris hostes in collibus constiterunt, rarique se ostendere, & lentiùs, quàm pridie, nostros equites lacessere cœperunt. Sed meridie, quum Cæsar pabulandi caussa III legiones atque omnem equitatum cum C. Trebonio legato misisset, repente ex omnibus partibus ad pabulatores advolaverunt, sic uti ab signis legionibusque non absisterent. Nostri, acriter in eos impetu facto, repulerunt, neque finem insequendi fecerunt, quoad subsidio confisi equites, quum post se legiones viderent, præcipites hostes egerunt, magnoque eorum numero interfecto, neque sui colligendi, neque consistendi, aut ex essedis desiliendi facultatem dederunt. Ex hac fuga protinus, quæ undique convenerant, auxilia discesserunt; neque post id tempus umquam summis nobiscum copiis hostes contenderunt.

XVIII. Cæsar, cognito consilio eorum, ad flumen Tamesin, in fines Cassivellauni exercitum duxit : quod flumen uno omnino loco pedibus, atque hoc ægrè transiri E potest. Eò quum venisset, animadvertit ad alteram fluminis ripam magnas esse copias hostium instructas. Ripa autem erat acutis sudibus præfixis munita : ejusdemque generis sub aqua defixæ sudes flumine tegebantur. Iis rebus cognitis à captivis perfugisque, Cæsar, præmisso equitatu, confestim legiones subsequi jussit : sed ea celeritate atque impetu milites ierunt, quum capite solo ex aqua exstarent, ut hostes impetum legionum atque equitum sustinere non possent, ripasque dimitterent, ac se fugæ mandarent.

XIX. Cassivellaunus, ut suprà demonstravimus, omni spe depositâ contentionis, dimissis amplioribus copiis, millibus circiter IV essedariorum retentis, itinera nostra servabat; paullulúmque ex via excedebat, locisque impeditis atque silvestribus sese occultabat : atque iis regionibus, quibus nos iter facturos cognoverat, pecora atque homines ex agris in silvas compellebat : & quum equitatus noster liberiùs, vastandi

Digitized by Google

An. U. C. 699. prædandique cauſſa, ſe in agros effunderet, omnibus viis notis ſemitiſque eſſedarios ex ſilvis emittebat; & magno cum periculo noſtrorum equitum cum iis confligebat; atque hoc metu latiùs vagari prohibebat. Relinquebatur ut neque longiùs ab agmine legionum diſcedi Cæſar pateretur, & tantùm in agris vaſtandis, incendiiſque faciendis hoſtibus noceretur, quantùm labore atque itinere legionarii milites efficere poterant. A

XX. Interim Trinobantes, propè firmiſſima earum regionum civitas, ex qua Mandubratius adoleſcens, Cæſaris fidem ſecutus, ad eum in continentem [Galliam] venerat, cujus pater Imanuentius in ea civitate regnum obtinuerat, interfectuſque erat à Caſſivellauno, ipſe fuga mortem vitaverat, legatos ad Cæſarem mittunt, pollicenturque ſeſe ei dedituros, & imperata facturos: petunt ut Mandubratium ab injuria Caſſivellauni defendat; atque in civitatem mittat, qui præſit, imperiumque obtineat. His Cæſar imperat obſides XL, frumentumque exercitui: Mandubratiumque ad eos mittit. Illi imperata celeriter fecerunt: obſides ad numerum, frumentumque miſerunt. B

XXI. Trinobantibus defenſis, atque ab omni militum injuria prohibitis, Cenimagni, Segontiaci, Ancalites, Bibroci, Caſſi, legationibus miſſis, ſeſe Cæſari dediderunt. Ab his cognoſcit, non longè ex loco opidum Caſſivellauni abeſſe, ſilvis paludibuſque munitum, quò ſatis magnus hominum pecoriſque numerus convenerit. Opidum autem Britanni vocant, quum ſilvas impeditas vallo atque foſſa munierunt, quò, incurſionis hoſtium vitandæ cauſſa, convenire conſueverunt. Eò proficiſcitur cum legionibus: locum reperit egregiè natura atque opere munitum: tamen hunc duabus ex partibus oppugnare contendit. Hoſtes paullìſper morati militum noſtrorum impetum non tulerunt; ſeſeque ex alia parte opidi ejecerunt. Magnus ibi numerus pecoris repertus: multique in fuga ſunt comprehenſi atque interfecti.

XXII. Dum hæc in his locis geruntur, Caſſivellaunus ad Cantium, quod eſſe ad mare ſuprà demonſtravimus, quibus regionibus IV reges præerant, Cingetorix, Carnilius, Taximagulus, Segonax, nuncios mittit: atque his imperat ut, coactis omnibus copiis, caſtra navalia de improviſo adoriantur atque oppugnent. Hi quum ad caſtra veniſſent, noſtri, eruptione facta, multis eorum interfectis, capto etiam nobili duce Lugotorige, ſuos incolumes reduxerunt. Caſſivellaunus, hoc prælio nunciato, tot detrimentis acceptis, vaſtatis finibus, maximè etiam permotus defectione civitatum, legatos per Atrebatem Comium de deditione ad Cæſarem mittit. Cæſar quum ſtatuiſſet hiemem in continente propter repentinos Galliæ motus agere, neque multum æſtatis ſupereſſet, atque id facilè extrahi poſſe intelligeret, obſides imperat: & quid in annos ſingulos vectigalis populo Romano Britannia penderet, conſtituit: interdicit atque imperat Caſſivellauno, ne Mandubratio, neu Trinobantibus noceat. C

XXIII. Obſidibus acceptis, exercitum reducit ad mare, naves invenit refectas. His deductis, quòd & captivorum magnum numerum habebat, & nonnullæ tempeſtate deperierant naves, duobus commeatibus exercitum reportare conſtituit. Ac ſic accidit, ut ex tanto navium numero, tot navigationibus, neque hoc, neque ſuperiore anno ulla omnino navis, quæ milites portaret, deſideraretur: at ex iis, quæ inanes ex continente ad eum remitterentur, & prioris commeatûs expoſitis militibus, & quas poſtea Labienus faciendas curaverat numero LX, perpaucæ locum caperent, reliquæ fere omnes rejicerentur: quas quum aliquandiu Cæſar fruſtra exſpectaſſet, ne anni tempore navigatione excluderetur, quòd æquinoctium ſuberat, neceſſariò anguſtiùs milites collocavit; ac ſummam tranquillitatem conſecutus, ſecunda inita quum ſolviſſet vigilia, prima luce terram attigit, omneſque incolumes naves perduxit. D

XXIV. Subductis navibus, concilioque Gallorum Samarobrivæ peracto, quòd eo anno frumentum in Gallia propter ſiccitates anguſtiùs provenerat; coactus eſt aliter, ac ſuperioribus annis, exercitum in hibernis collocare, legioneſque in plures civitates diſtribuere: ex quibus unam in Morinos ducendam Caïo Fabio legato dedit; alteram in Nervios Q. Ciceroni; tertiam in (a) Eſſuos L. Roſcio: quartam in Rhemis cum T. Labieno in confinio Trevirorum hiemare juſſit. Tres in (b) Belgio col- E

(a) Tanta eſt de *Eſſuis* ſententiarum diverſitas, ut quinam fuerint, ſemper in incerto ſit. Valeſius & Cellarius *Æduos* legunt.

(b) Hìc Cæſar Belgarum gentes, Morinos nimirum, Nervios, Remos, Treviros, Eburones, à *Belgio* diſtinguit: hinc refellitur error eorum, qui *Belgium* cum Belgica confundunt. Nec etiam Cæſar obſcurè demonſtrat, in qua parte Belgicæ quærendum ſit *Belgium*: nam quem Craſſum hìc in *Belgio* cum legione collocat, ad eumdem cap. 45. in Bellovacos nuncium mittit. Quod argumento eſt Bellovacos in Belgio fuiſſe. Solos Bellovacos *Belgium* occupaſſe contendit Cluverius: conſtat tamen Atrebates quoque in Belgio ſedem habuiſſe: Hirtius enim l. 8. c. 47. ſcribit, Cæſarem ad legiones in Belgium ſe recepiſſe, hibernaſſeque Nemetocennæ, quod caput eſt Atrebatum. Cum verò Ambiani interjecti ſint Bellovacis & Atrebatibus, & Belgium una & continua fuerit regio, conſequens eſſe putat Cellarius, ut Ambiani quoque in illo contineantur, per quos mare à Belgio attingitur.

Digitized by Google

A locavit : his M. Craſſum quæſtorem & L. Munatium Plancum & C. Trebonium legatos præfecit. Unam legionem, quam proximè trans Padum conſcripſerat, & cohortes v in Eburones, quorum pars maxima eſt inter Moſam & Rhenum, qui ſub imperio Ambiorigis & Cativulci erant, miſit. His militibus Q. Titurium Sabinum & L. Aurunculeium Cottam legatos præeſſe juſſit. Ad hunc modum diſtributis legionibus, facillimè inopiæ frumentariæ ſeſe mederi poſſe exiſtimavit : atque harum tamen omnium legionum hiberna, (præter eam quam L. Roſcio in pacatiſſimam & quietiſſimam partem ducendam dederat) millibus paſſuum c continebantur. Ipſe intereà, quoad legiones collocaſſet, munitaque hiberna cognoviſſet, in Gallia morari conſtituit. An. U. C. 699.

XXV. Erat in Carnutibus ſummo loco natus Taſgetius ; cujus majores in ſua civitate regnum obtinuerant. Huic Cæſar, pro ejus virtute atque in ſe benevolentia,
B quòd in omnibus bellis ſingulari ejus opera fuerat uſus, majorum locum reſtituerat. Tertium jam hunc annum regnantem inimici palam, multis etiam ex civitate auctoribus, interfecerunt. Defertur ea res ad Cæſarem : ille veritus, quòd ad plures res pertinebat, ne civitas eorum impulſu deficeret, L. Plancum cum legione ex Belgio celeriter in Carnutes proficiſci jubet, ibique hiemare; quorumque opera cognoverit Taſgetium interfectum, hos comprehenſos ad ſe mittere. Interim ab omnibus legatis quæſtoribuſque, quibus legiones tranſdiderat, certior factus eſt, in hiberna perventum, locumque hibernis eſſe munitum.

XXVI. Diebus circiter xv, quibus in hiberna ventum eſt, initium repentini tumultûs ac defectionis ortum eſt ab Ambiorige & Cativulco : qui, quum ad fines regni ſui Sabino Cottæque præſtò fuiſſent, frumentumque in hiberna comportaviſſent, Indutiomari Treviri nunciis impulſi, ſuos concitaverunt; ſubitóque oppreſſis lignatori-
C bus, magna manu caſtra oppugnatum venerunt. Quum celeriter noſtri arma cepiſſent, vallumque adſcendiſſent : atque una ex parte Hiſpanis equitibus emiſſis, equeſti prælio ſuperiores fuiſſent ; deſperata re, hoſtes ſuos ab oppugnatione reduxerunt. Tum ſuo more conclamaverunt, uti aliqui ex noſtris ad colloquium prodirent : habere ſeſe quæ de re communi dicere vellent, quibus controverſias minui poſſe ſperarent.

XXVII. Mittitur ad eos colloquendi cauſſa C. Arpinus eques Romanus familiaris Q. Titurii, Q. Junius ex Hiſpania quidam, qui jam antè miſſu Cæſaris ad Ambiorigem ventitare conſueverat : apud quos Ambiorix in hunc modum locutus eſt : Seſe pro Cæſaris in ſe beneficiis plurimùm ei confiteri debere, quòd ejus opera ſtipendio liberatus eſſet, quod Atuaticis finitimis ſuis pendere conſueſſet; quódque ei & filius, & fratris filius ab Cæſare remiſſi eſſent, quos Atuatici obſidum nu-
D mero miſſos apud ſe in ſervitute & catenis tenuiſſent : neque id, quod fecerat de oppugnatione caſtrorum, aut judicio, aut voluntate ſua feciſſe, ſed coactu civitatis : ſuaque eſſe ejuſmodi imperia, ut non minùs haberet in ſe juris multitudo, quàm ipſe in multitudinem : civitati porro hanc fuiſſe belli cauſſam, quòd repentinæ Gallorum conjurationi reſiſtere non potuerit, id ſe facilè ex humilitate ſua probare poſſe; quòd non adeo ſit impetitus rerum, ut ſuis copiis populum Romanum ſe ſuperare poſſe confidat : ſed eſſe Galliæ commune conſilium ; omnibus hibernis Cæſaris oppugnandis hunc eſſe dictum diem, ne qua legio alteri legioni ſubſidio venire poſſet : non facilè Gallos Gallis negare potuiſſe; præſertim quum de recuperanda communi libertate conſilium initum videretur. Quibus quoniam pro pietate ſatisfecerit, habere ſe nunc rationem officii : pro beneficiis Cæſarem monere, orare Titurium pro hoſpitio, ut ſuæ ac militum ſaluti conſulat : magnam manum Germanorum conductam Rhe-
E num tranſiſſe ; hanc affore biduo : ipſorum eſſe conſilium, velint ne priùs, quàm finitimi ſentiant, eductos ex hibernis milites aut ad Ciceronem, aut ad Labienum deducere, quorum alter millia paſſuum circiter L, alter paullò ampliùs abſit : illud ſe polliceri, & jurejurando confirmare, tutum ſe iter per fines ſuos daturum : quod quum faciat, & civitati ſeſe conſulere, quòd hibernis levetur, & Cæſari pro ejus meritis gratiam referre. Hac oratione habita diſcedit Ambiorix.

XXVIII. C. Arpinius & Junius, quæ audierant, ad legatos deferunt. Illi repentina re perturbati; etſi ab hoſte ea dicebantur, non tamen negligenda exiſtimabant : maximéque hac re permovebantur, quòd civitatem ignobilem atque humilem Eburonum ſua ſponte populo Romano bellum facere auſam vix erat credendum. Itaque ad concilium rem deferunt : magnaque inter eos exſiſtit controverſia. Lucius Aurunculeius, compluresque tribuni militum & primorum ordinum centuriones, nihil temerè agen-

Digitized by Google

An. U. C. 699. dum, neque ex hibernis injussu Cæsaris discedendum existimabant: quantasvis magnas A copias etiam Germanorum sustineri posse, munitis hibernis, docebant: rem esse testimonio, quòd primum hostium impetum, multis ultro vulneribus illatis, fortissimè sustinuerint: re frumentaria non premi: interea & ex proximis hibernis, & à Cæsare conventura subsidia: postremò quid esse levius aut turpius, quàm auctore hoste de summis rebus capere consilium?

XXIX. Contra ea Titurius serò facturos clamitabat, quum majores manus hostium, adjunctis Germanis, convenissent, aut quum aliquid calamitatis in proximis hibernis esset acceptum; brevem consulendi esse occasionem. Cæsarem arbitrari profectum in Italiam: nec aliter Carnutes interficiendi Tasgetii consilium fuisse capturos, neque Eburones, si ille adesset, tanta cum contemtione nostri ad castra venturos esse: non hostem auctorem, sed rem spectare: subesse Rhenum: magno esse Germanis dolori Ariovisti mortem, & superiores nostras victorias: ardere Galliam tot contume- B liis acceptis sub populi Romani imperium redactam, superiore gloria rei militaris extincta. Postremò quis hoc sibi persuaderet, sine certa re Ambiorigem ad ejusmodi consilium descendisse? suam sententiam in utramque partem esse tutam: si nil sit durius, nullo cum periculo ad proximam legionem perventuros; si Gallia omnis cum Germanis consentiat, unam esse in celeritate positam salutem. Cottæ quidem, atque eorum qui dissentirent, consilium quem haberet exitum? in quo si non præsens periculum, at certè longa obsidione fames esset pertimescenda.

XXX. Hac in utramque partem habita disputatione, quum à Cotta primisque ordinibus acriter resisteretur, *Vincite*, inquit, *si ita vultis*, Sabinus; & id clariore voce, ut magna pars militum exaudiret: *Neque is sum*, inquit, *qui gravissimè ex vobis mortis periculo terrear: hi sapient, & si gravius quid acciderit, abs te rationem reposcent: qui, si per te liceat, perendino die cum proximis hibernis conjuncti, communem cum reliquis ca-* C *sum sustineant: nec rejecti & relegati longè ab ceteris, aut ferro, aut fame intereant.*

XXXI. Consurgitur ex consilio: comprehendunt utrumque, & orant ne sua dissensione & pertinacia rem in summum periculum deducant: facilem esse rem, seu maneant, seu proficiscantur; si modò unum omnes sentiant ac probent: contrà in dissensione nullam se salutem perspicere. Res disputatione ad mediam noctem perducitur. Tandem dat Cotta permotus manus: superat sententia Sabini. Pronunciatur, prima luce ituros. Consumitur vigiliis reliqua pars noctis, quum sua quisque miles circumspiceret, quid secum portare posset, quid ex instrumento hibernorum relinquere cogeretur. Omnia excogitantur, quare nec sine periculo maneatur, & languore militum & vigiliis periculum augeatur. Prima luce sic ex castris proficiscuntur, ut quibus esset persuasum, non ab hoste, sed ab homine amicissimo Ambiorige consilium datum, longissimo agmine, magnisque impedimentis. D

XXXII. At hostes, postea quàm ex nocturno fremitu vigiliisque de profectione eorum senserunt, collocatis insidiis bipartitò in silvis, opportuno atque occulto loco, à millibus passuum circiter 11 Romanorum adventum exspectabant: & quum se majors pars agminis in magnam convallem demisisset, ex utraque parte ejus vallis subitò sese ostenderunt; novissimosque premere, & primos prohibere adscensu, atque iniquissimo nostris loco prælium committere cœperunt.

XXXIII. Tum demum Titurius, uti qui nihil antè providi sset, trepidare & concursare, cohortesque disponere: hæc tamen ipsa timidè, atque ut eum omnia deficere viderentur: quod plerumque iis accidere consuevit, qui in ipso negotio consilium capere coguntur. At Cotta, qui cogitasset hæc posse in itinere accidere, atque ob eam causam profectionis auctor non fuisset, nulla in re communi saluti deerat, & in appellandis cohortandisque militibus, imperatoris; & in pugna, militis officia præstabat. Quumque propter longitudinem agminis minùs facilè per se omnia obire, & E quid quoque loco faciendum esset, providere possent; jusserunt pronunciari, ut impedimenta relinquerent, atque in orbem consisterent: quod consilium etsi in ejusmodi casu reprehendendum non est, tamen incommodè accidit: nam & nostris militibus spem minuit, & hostes ad pugnandum alacriores effecit; quòd non sine summo timore & desperatione id factum videbatur. Præterea accidit, quod fieri necesse erat, ut vulgò milites ab signis discederent; quæque quisque eorum carissima haberet, ab impedimentis petere atque arripere properaret, & clamore ac fletu omnia complerentur.

XXXIV. At barbaris consilium non defuit: nam duces eorum tota acie pronunciari jusserunt, ne quis ab loco discederet: illorum esse prædam, atque illis reservari, quæcumque Romani reliquissent: proinde omnia in victoria posita existimarent. Erant

Digitized by Google

A & virtute & numero pugnando pares noſtri : tametſi à duce & à fortuna deſerebantur, tamen omnem ſpem ſalutis in virtute ponebant ; & quoties quæque cohors procurrerat, ab ea parte magnus hoſtium numerus cadebat. Qua re animadverſa, Ambiorix pronunciari jubet, ut procul tela conjiciant, neu propiùs accedant : & quam in partem Romani impetum fecerint, cedant : levitate armorum & quotidiana exercitatione nihil iis noceri poſſe : rurſus ſe ad ſigna recipientes inſequantur. An. U. C. 699.

XXXV. Quo præcepto ab iis diligentiſſimè obſervato, quum quæpiam cohors ex orbe exceſſerat, atque impetum fecerat, hoſtes velociſſimè refugiebant. Interim ea parte nudari neceſſe erat, & ab latere aperto tela recipi. Rurſus, quum in eum locum, unde erant egreſſi, reverti cœperant, & ab iis qui ceſſerant, & ab iis, qui proximè ſteterant, circumveniebantur : ſin autem locum tenere vellent, neque virtuti locus relinquebatur, neque à tanta multitudine conjecta tela conferti vitare poterant.
B Tamen tam multis incommodis conflictati, multis vulneribus acceptis, reſiſtebant : & magna parte diei conſumta, quum à prima luce ad horam VIII pugnaretur, nihil, quod ipſis eſſet indignum, committebant. Tum T. Balventio, qui ſuperiore anno primum pilum duxerat, viro forti & magnæ auctoritatis, utrumque femur tragula transjicitur. Q. Lucanius ejuſdem ordinis fortiſſimè pugnans, dum circumvento filio ſubvenit, interficitur. L. Cotta legatus omnes cohortes ordineſque adhortans, in adverſum os funda vulneratur.

XXXVI. His rebus permotus Q. Titurius, quum procul Ambiorigem ſuos cohortantem conſpexiſſet, interpretem ſuum Cn. Pompeium ad eum mittit rogatum ut ſibi militibuſque parcat. Ille appellatus reſpondit, ſi velit ſecum colloqui, licere ; ſperare à multitudine impetrari poſſe quod ad militum ſalutem pertineat : ipſi verò nihil nocitum iri ; inque eam rem ſe ſuamque fidem interponere. Ille cum Cotta
C ſaucio communicat, ſi videatur, pugna ut excedant, & cum Ambiorige unà colloquantur : ſperare ſe ab eo de ſua ac militum ſalute impetrari poſſe. Cotta ſe ad armatum hoſtem iturum negat, atque in eo perſeverat.

XXXVII. Sabinus, quos in præſentia tribunos militum circum ſe habebat & primorum ordinum centuriones, ſe ſequi jubet : & quum propius Ambiorigem acceſſiſſet, juſſus arma abjicere, imperatum facit ; ſuiſque ut idem faciant imperat. Interim dum de conditionibus inter ſe agunt, longiorque conſultò ab Ambiorige inſtituitur ſermo, paullatim circumventus interficitur. Tum verò ſuo more victoriam conclamant, atque ululatum tollunt ; impetuque in noſtros facto, ordines perturbant. Ibi L. Cotta pugnans interficitur cum maxima parte militum : reliqui ſe in caſtra recipiunt, unde erant egreſſi : ex quibus L. Petroſidius aquilifer, quum magna multitudine hoſtium premeretur, aquilam intra vallum projecit. Ipſe pro caſtris fortiſſimè pugnans
D occiditur : alii ægrè ad noctem oppugnationem ſuſtinent : noctu ad unum omnes, deſperata ſalute, ſeipſi interficiunt. Pauci ex prælio elapſi, incertis itineribus per ſilvas ad T. Labienum legatum in hiberna perveniunt, atque eum de rebus geſtis certiorem faciunt.

XXXVIII. Hac victoria ſublatus Ambiorix, ſtatim cum equitatu in Atuaticos, qui erant ejus regno finitimi, proficiſcitur : neque diem, neque noctem intermittit ; peditatumque ſe ſubſequi jubet. Re demonſtrata, Atuaticiſque concitatis, poſtero die in Nervios pervenit ; hortaturque, ne ſui in perpetuum liberandi, atque ulciſcendi Romanos, pro iis quas acceperint injuriis, occaſionem dimittant : interfectos eſſe legatos duos, magnamque partem exercitûs interiiſſe demonſtrat : nihil eſſe negotii, ſubitò oppreſſam legionem, quæ cum Cicerone hiemet, interfici : ſe ad eam rem profitetur adjutorem. Facilè hac oratione Nerviis perſuadet.

E XXXIX. Itaque confeſtim dimiſſis nunciis ad (a) Centrones, Grudios, Levacos, Pleumoſios, Gordunos, qui omnes ſub eorum imperio ſunt, quàm maximas manus poſſunt, cogunt ; & de improviſo ad Ciceronis hiberna advolant, nondum ad eum fama de Titurii morte perlata. Huic quoque accidit, quod fuit neceſſe, ut nonnulli milites, qui lignationis munitioniſque cauſſa in ſilvas diſceſſiſſent, repentino equitum adventu interciperentut. His circumventis, magna manu Eburones, Atuatici, Nervii, atque horum omnium ſocii & clientes legionem oppugnare incipiunt. Noſtri celeriter ad arma concurrunt, vallum conſcendunt. Ægrè is dies ſuſtentatur, quòd omnem ſpem hoſtes in celeritate ponebant, atque hanc adepti victo-

(a) Hæc ignobilia nomina apud nullum alium ſcriptorem reperiuntur : unde credendum eſt, ut obſervat Cellarius, hos populos vel in aliud nomen tranſiiſſe, vel generali Nerviorum appellatione compreheſos fuiſſe ab aliis.

Digitized by Google

An. U. C. 699. riam, in perpetuum se fore victores confidebant. A

XL. Mittuntur ad Cæsarem confestim à Cicerone literæ, magnis propositis præmiis, si pertulissent: obsessis omnibus viis, missi intercipiuntur. Noctu ex ea materia, quam munitionis caussa comportaverant, turres CXX excitantur incredibili celeritate: quæ deesse operi videbantur, perficiuntur. Hostes postero die multò majoribus copiis coactis castra oppugnant, fossam complent: à nostris eadem ratione, qua pridie, resistitur: hoc idem deinceps reliquis fit diebus. Nulla pars nocturni temporis ad laborem intermittitur: non ægris, non vulneratis facultas quietis datur: quæcumque ad proximi diei oppugnationem opus sunt, noctu comparantur: multæ præustæ sudes, magnus muralium pilorum numerus instituitur; turres contabulantur; pinnæ loricæque ex cratibus attexuntur. Ipse Cicero, quum tenuissima valetudine esset, ne nocturnum quidem sibi tempus ad quietem relinquebat, ut ultrò, militum concursu ac vocibus, sibi parcere cogeretur.

XLI. Tunc duces principesque Nerviorum, qui aliquem sermonis aditum caussamque amicitiæ cum Cicerone habebant, colloqui sese velle dicunt. Facta potestate, B eadem, quæ Ambiorix cum Titurio egerat, commemorant: omnem esse in armis Galliam: Germanos Rhenum transisse: Cæsaris reliquorumque hiberna oppugnari: addunt etiam de Sabini morte. Ambiorigem ostentant, fidei faciendæ caussa: errare eos dicunt, si quidquam ab iis præsidii sperent, qui suis rebus diffidant: sese tamen hoc esse in Ciceronem populumque R. animo, ut nihil nisi hiberna recusent, atque hanc inveterascere consuetudinem nolint: licere illis incolumibus per se ex hibernis discedere, & in quascumque partes velint, sine metu proficisci. Cicero ad hæc unum modò respondit; Non esse consuetudinem populi R. ullam accipere ab hoste armato conditionem: si ab armis discedere velint, se adjutore utantur, legatosque ad Cæsarem mittant; sperare se, pro ejus justitia, quæ petierint impetraturos. C

XLII. Ab hac spe repulsi Nervii, vallo pedum XI & fossa pedum XV hiberna cingunt. Hæc superiorum annorum consuetudine à nostris cognoverant; & quosdam de exercitu nacti captivos, ab his docebantur: sed nulla his ferramentorum copia, quæ esset ad hunc usum idonea; gladiis cespitem circumcidere, manibus sagulisque terram exhaurire cogebantur. Qua quidem ex re hominum multitudo cognosci potuit: nam minùs horis tribus, millium passuum XV in circuitu munitionem perfecerunt: reliquisque diebus turres ad altitudinem valli, falces testudinesque, quas iidem captivi docuerant, parare ac facere cœperunt.

XLIII. Septimo oppugnationis die, maximo coorto vento, ferventes fusili ex argilla glandes fundis, & fervefacta jacula in casas, quæ more Gallico stramentis erant tectæ, jacere cœperunt. Hæ celeriter ignem comprehenderunt, & venti magnitudine in omnem castrorum locum distulerunt. Hostes maximo clamore insecuti, D quasi parta jam atque explorata victoria, turres testudinesque agere, & scalis vallum adscendere cœperunt. At tanta militum virtus, atque ea præsentia animi fuit, ut quum undique flamma torrerentur, maximaque telorum multitudine premerentur, suaque omnia impedimenta atque omnes fortunas conflagrare intelligerent; non modò demigrandi caussa de vallo decederet nemo, sed pene ne respiceret quidem quisquam; ac tum omnes acerrimè fortissiméque pugnarent. Hic dies nostris longè gravissimus fuit: sed tamen hunc habuit eventum, ut eo die maximus numerus hostium vulneraretur atque interficeretur, ut se sub ipso vallo constipaverant, recessumque primis ultimi non dabant. Paullùm quidem intermissa flamma, & quodam loco turri adacta & contingente vallum, tertiæ cohortis centuriones ex eo, quo stabant, loco recesserunt, suosque omnes removerunt: nutu vocibusque hostes, si introire vellent, vocare cœperunt; quorum progredi ausus est nemo. Tum ex omni parte la- E pidibus conjectis deturbati, turrisque succensa est.

XLIV. Erant in ea legione fortissimi viri centuriones, qui jam primis ordinibus appropinquarent, T. Pulfio & L. Varenus. Ii perpetuas controversias inter se habebant, uter alteri anteferretur, omnibusque annis de loco summis simultatibus contendebant. Ex iis Pulfio, quum acerimè ad munitiones pugnaretur, *Quid dubitas*, inquit, *Varene? aut quem locum probandæ virtutis tuæ exspectas? hic dies, hic dies de nostris controversiis judicabit.* Hæc quum dixisset, procedit extra munitiones; & quæ pars hostium confertissima visa est, in eam irrumpit. Ne Varenus quidem tum vallo sese continet, sed omnium veritus existimationem subsequitur, mediocri spatio relicto. Pulfio pilum in hostes mittit, atque unum ex multitudine procurrentem transjicit; quo percusso & exanimato, hunc scutis protegunt hostes, & in illum universi

Digitized by Google

A versi tela conjiciunt; neque dant regrediendi facultatem : transfigitur scutum Pulfioni, & verutum in balteo defigitur. Avertit hic casus vaginam, & gladium educere conantis dextram moratur manum, impeditumque hostes circumsistunt. Succurrit inimicus illi Varenus, & laboranti subvenit. Ad hunc se confestim à Pulfione omnis multitudo convertit : illum veruto transfixum arbitrantur. Illic verò occurrat ociùs gladio, cominúsque rem gerit Varenus; atque uno interfecto reliquos paullùm propellit. Dum cupidiùs instat, in locum inferiorem dejectus concidit : huic rursus circumvento fert subsidium Pulfio; atque ambo incolumes, compluribus interfectis, summa cum laude sese intra munitiones recipiunt. Sic fortuna in contentione, & certamen utrumque versavit, ut alter alteri inimicus auxilio salutique esset; neque dijudicari posset, uter utri virtute anteferendus videretur. An. U. C. 699.

XLV. Quantò erat in dies gravior atque asperior oppugnatio, & maximè quòd, B magna parte militum confecta vulneribus, res ad paucitatem defensorum pervenerat; tantò crebriores literæ nunciique ad Cæsarem mittebantur; quorum pars deprehensa in conspectu nostrorum [militum] cum cruciatu necabatur. Erat unus intus Nervius, nomine Vertico, loco natus honesto, qui à prima obsidione ad Ciceronem profugerat, suamque ei fidem præstiterat. Hic servo spe libertatis, magnisque persuadet præmiis, ut literas ad Cæsarem deferat. Has ille in jaculo illigatas affert; & Gallus inter Gallos sine ulla suspicione versatus, ad Cæsarem pervenit : ab eo de periculo Ciceronis legionisque cognoscit.

XLVI. Cæsar, acceptis literis circiter hora XI diei, statim nuncium in Bellovacos ad M. Crassum quæstorem mittit, cujus hiberna aberant ab eo millia passuum XXV : jubet media nocte legionem proficisci, celeriterque ad se venire. Exiit cum nuncio Crassus. Alterum ad C. Fabium legatum mittit, ut in Atrebatium fines leC gionem adducat, quà sibi iter faciendum sciebat. Scribit Labieno, si Reip. commodo facere posset, cum legione ad fines Nerviorum veniat : reliquam partem exercitûs, quòd paullò aberat longiùs, non putat exspectandam : equites circiter CD ex proximis hibernis cogit. Hora circiter III ab antecursoribus de Crassi adventu certior est factus; eo die millia passuum XX progreditur. Crassum Samarobrivæ præficit, legionemque ei attribuit, quòd ibi impedimenta exercitûs, obsides civitatum, literas publicas, frumentumque omne, quod eò tolerandæ hiemis caussa devexerat, relinquebat.

XLVII. Fabius, ut imperatum erat, non ita multùm moratus, in itinere cum legione occurrit. Labienus interitu Sabini, & cæde cohortum cognita, quum omnes ad eum Trevirorum copiæ venissent, veritus, si ex hibernis fugæ similem profectionem feciisset, ut hostium impetum sustinere non posset, præsertim quos recenti D victoria efferri sciret, literas Cæsari dimittit; quanto cum periculo legionem ex hibernis educturus esset; rem gestam in Eburonibus perscribit : docet omnes peditatûs equitatûsque copias Trevirorum III millia passuum longè ab suis castris consediisse.

XLVIII. Cæsar, consilio ejus probato, etsi opinione III legionum dejectus, ad duas redierat, tamen unum communis salutis auxilium in celeritate ponebat. Venit magnis itineribus in Nerviorum fines : ibi ex captivis cognoscit, quæ apud Ciceronem gerantur, quantoque periculo res sit. Tum cuidam ex equitibus Gallis magnis præmiis persuadet, uti ad Ciceronem epistolam deferat. Hanc Græcis conscriptam literis mittit, ne, intercepta epistola, nostra ab hostibus consilia cognoscantur : si adire non possit, monet ut tragulam cum epistola ad amentum deligata, intra munitiones castrorum abjiciat. In literis scribit, se cum legionibus profectum celeriter affore : hortatur ut pristinam virtutem retineat. Gallus periculum veritus, ut erat præceptum, E tragulam mittit : hæc casu ad turrim adhæsit, neque ab nostris biduo animadversa : tertio die à quodam milite conspicitur, demta ad Ciceronem defertur. Ille perlectam in conventu militum recitat, maximaque omnes lætitia afficit. Tum fumi incendiorum procul videbantur : quæ res omnem dubitationem adventûs legionum expulit.

XLIX. Galli, re cognita per exploratores, obsidionem relinquunt, ad Cæsarem omnibus copiis contendunt : eæ erant armatorum circiter millia LX. Cicero, data facultate, Gallum ab eodem Verticone, quem suprà demonstravimus, repetit, qui literas ad Cæsarem deferat; hunc admonet iter cautè diligenterque faciat; perscribit in literis, hostes ab se discessisse, omnemque ad eum multitudinem convertisse. Quibus literis circiter media nocte, Cæsar, allatis, suos facit certiores, eosque ad dimicandum animo confirmat. Postero die luce primâ movet castra; & circiter

Digitized by Google

An. U. C. 699. millia paſſuum IV progreſſus trans vallem magnam & rivum, hoſtium multitudinem conſpicatur. Erat magni periculi res, cum tantis copiis iniquo loco dimicare: tamen quoniam liberatum obſidione Ciceronem ſciebat, eóque omnino remittendum de celeritate exiſtimabat, conſedit, & quàm æquiſſimo loco poteſt, caſtra communit: atque hæc, etſi erant exigua per ſe, vix hominum millium VII, præſertim nullis cum impedimentis, tamen anguſtiis viarum, quàm maximè poteſt, contrahit, eo conſilio, ut in ſummam contemtionem hoſtibus veniat. Interim ſpeculatoribus in omnes partes dimiſſis, explorat quo commodiſſimè itinere vallem tranſire poſſet. A

L. Eo die parvulis equeſtribus præliis ad aquam factis, utrique ſeſe ſuo loco continent: Galli, quòd ampliores copias, quæ nondum convenerant, exſpectabant; Cæſar, ſi fortè timoris ſimulatione hoſtes in ſuum locum elicere poſſet citra vallem, ut pro caſtris prælio contenderet; ſi id efficere non poſſet, ut exploratis itineribus, minore cum periculo vallem rivumque tranſiret. Prima luce hoſtium equitatus ad caſtra accedit, præliumque cum noſtris equitibus committit. Cæſar conſultò equites cedere, ſeque in caſtra recipere jubet; ſimul ex omnibus partibus caſtra altiore vallo muniri, portaſque obſtrui, atque in iis adminiſtrandis rebus quàm maximè concurſari, & cum ſimulatione agi timoris jubet. B

LI. Quibus omnibus rebus hoſtes invitati, copias tranſducunt, aciemque iniquo loco conſtituunt: noſtris verò etiam de vallo deductis, propiùs accedunt; & tela intra munitionem ex omnibus partibus conjiciunt; præconibuſque circummiſſis, pronunciari jubent, ſeu quis Gallus ſeu Romanus velit ante horam tertiam ad ſe tranſire, ſine periculo licere; poſt id tempus non fore poteſtatem. Ac ſic noſtros contemſerunt, ut obſtructis in ſpeciem portis ſingulis ordinibus ceſpitum, quòd eà non poſſe introrumpere videbantur, alii vallum manu ſcandere, alii foſſas complere inciperent. Tunc Cæſar, omnibus portis eruptione facta, equitatuque emiſſo, celeriter hoſtes dat in fugam, ſic ut omnino pugnandi cauſſa reſiſteret nemo: magnumque ex his numerum occidit, atque omnes armis exuit. C

LII. Longiùs proſequi veritus, quòd ſilvæ paludeſque intercedebant; neque etiam parvulo detrimento illorum, locum relinqui videbat; omnibus ſuis incolumibus copiis, eodem die ad Ciceronem pervenit. Inſtitutas turres, teſtudines munitioneſque hoſtium admiratur. Legione producta, cognoſcit non decimum quemque eſſe relictum militem ſine vulnere. Ex his omnibus judicat rebus, quanto cum periculo & quanta virtute ſint res adminiſtratæ: Ciceronem pro ejus merito legionemque collaudat: centuriones ſigillatim tribunoſque mil. appellat, quorum egregiam fuiſſe virtutem, teſtimonio Ciceronis cognoverat. De caſu Sabini & Cottæ certiùs ex captivis cognoſcit. Poſtero die, concione habita, rem geſtam proponit: milites conſolatur & confirmat: quod detrimentum culpa & temeritate legati ſit acceptum, hoc æquiore animo ferendum docet, quòd beneficio deorum immortalium, & virtute eorum expiato incommodo, neque hoſtibus diutina lætatio, neque ipſis longior dolor relinquatur. D

LIII. Interim ad Labienum per Rhemos incredibili celeritate de victoria Cæſaris fama perfertur; ut quum ab hibernis Ciceronis millia paſſuum L abeſſet, eóque poſt horam IX diei Cæſar perveniſſet, ante mediam noctem ad portas caſtrorum clamor oriretur; quo clamore ſignificatio victoriæ gratulatioque ab Rhemis Labieno fieret. Hac fama ad Treviros perlata, Indutiomarus, qui poſtero die caſtra Labieni oppugnare decreverat, noctu profugit, copiaſque omnes in Treviros reducit. Cæſar Fabium cum legione in ſua remittit hiberna: ipſe cum III legionibus circum Samarobrivam trinis hibernis hiemare conſtituit, & quòd tanti motus Galliæ exſtiterant, totam hiemem ipſe ad exercitum manere decrevit. Nam illo incommodo de Sabini morte perlato, omnes fere Galliæ civitates de bello conſultabant, nuncios legationeſque in omnes partes dimittebant, & quid reliqui conſilii caperent, atque unde initium belli fieret, explorabant; nocturnaque in locis deſertis concilia habebant: neque ullum totius hiemis tempus interceſſit ſine ſollicitudine Cæſaris, quin aliquem de conciliis & motu Gallorum nuncium acciperet. In his ab L. Roſcio legato, quem legioni XIII præfecerat, certior eſt factus, magnas Gallorum copias earum civitatum, quæ Armoricæ appellantur, oppugnandi ſui cauſſa, conveniſſe: neque longiùs millia paſſuum VIII ab hibernis ſuis abfuiſſe: ſed, nuncio allato de victoria Cæſaris, diſceſſiſſe, adeo ut fugæ ſimilis diſceſſus videretur. E

LIV. At Cæſar, principibus cujuſque civitatis ad ſe vocatis, aliàs territando, quum ſe ſcire quæ fierent denunciaret; aliàs cohortando, magnam partem Galliæ in officio tenuit: tamen Senones, quæ eſt civitas in primis firma, & magnæ inter

Digitized by Google

A Gallos auctoritatis, Cavarinum, quem Cæsar apud eos regem constituerat; cujus frater Moritasgus, adventu in Galliam Cæsaris, cujusque majores regnum obtinuerant, interficere publico consilio conati, quum ille præsensisset, ac profugisset, usque ad fines insecuti, regno domoque expulerunt; & missis ad Cæsarem satisfaciundi caussa legatis, quum is omnem ad se senatum venire jussisset, dicto audientes non fuerunt. Tantùm apud homines barbaros valuit, esse repertos aliquos principes belli inferendi, tantamque omnium voluntatis commutationem attulit, ut præter Æduos & Rhemos, quos præcipuo semper honore Cæsar habuit, alteros pro vetere ac perpetua erga populum R. fide, alteros pro recentibus belli Gallici officiis; nulla fere fuerit civitas non suspecta nobis. Idque adeo haud scio mirandumne sit: quum compluribus aliis de caussis, tum maximè quòd, qui virtute belli omnibus gentibus præferebantur, tantùm se ejus opinionis deperdidisse, ut populi R. imperia perferB rent, gravissimè dolebant. An. U. C. 699.

LV. Treviri verò atque Indutiomarus totius hiemis nullum tempus intermiserunt, quin trans Rhenum legatos mitterent, civitates sollicitarent, pecunias pollicerentur: magna parte exercitûs nostri interfecta, multò minorem superesse dicerent partem. Neque tamen ulli civitati Germanorum persuaderi potuit, ut Rhenum transiret, quum se bis expertos dicerent, Arioviști bello & Tenchtherorum transitu, non esse fortunam ampliùs tentaturos. Hac spe lapsus Indutiomarus, nihilo minùs copias cogere, exigere à finitimis, equos parare, exsules damnatosque è Gallia magnis præmiis ad se allicere cœpit; ac tantam sibi jam iis rebus in Gallia auctoritatem comparaverat, ut undique ad eum legationes concurrerent; gratiam atque amicitiam publicè privatimque peterent.

LVI. Ubi intellexit ultro ad se veniri; altera ex parte Senones Carnutesque conscienC tia facinoris instigari; altera Nervios Atuaticosque bellum Romanis parare; neque sibi voluntariorum copias defore, si ex finibus suis progredi cœpisset; armatum concilium indicit. Hoc more Gallorum est initium belli, quo, lege communi, omnes puberes armati convenire coguntur; & qui ex iis novissimus venit, in conspectu multitudinis omnibus cruciatibus affectus necatur. In eo concilio Cingetorigem, alterius principem factionis, generum suum, quem suprà demonstravimus Cæsaris secutum fidem ab eo non discessisse, hostem judicandum curat, bonaque ejus publicat. His rebus confectis, in concilio pronunciat, accersitum se à Senonibus & Carnutibus aliisque compluribus Galliæ civitatibus; huc iter facturum per fines Rhemorum, eorumque agros populaturum; ac priùs quàm id faciat, castra Labieni oppugnaturum: quæque fieri velit, præcipit.

LVII. Labienus, quum & loci natura & manu munitissimis castris sese continereD ret, de suo ac legionis periculo nihil timebat; sed ne quam occasionem rei bene gerendæ dimitteret, cogitabat. Itaque à Cingetorige atque ejus propinquis oratione Indutiomari cognita, quam in concilio habuerat, nuncios mittit ad finitimas civitates, equitesque undique convocat: iis certam diem conveniendi dicit. Interim prope quotidie cum omni equitatu Indutiomarus sub castris ejus vagabatur, aliàs ut situm castrorum cognosceret, aliàs colloquendi aut territandi caussa. Equites plerumque omnes tela intra vallum conjiciebant. Labienus suos intra munitiones continebat; timoriSque opinionem quibuscumque poterat rebus augebat.

LVIII. Quum majore in dies contemtione Indutiomarus ad castra accederet, nocte una intromissis equitibus omnium finitimarum civitatum, quos accersendos curaverat, tanta diligentia omnes suos custodiis intra castra continuit, ut nulla ratione ea res enunciari, aut ad Treviros perferri posset. Interim ex consuetudine quotidiana Indutiomarus ad castra accedit, atque ibi magnam partem diei consumit; equites tela conjiciunt, & E magna contumelia verborum nostros ad pugnam evocant. Nullo à nostris dato responso, ubi visum est, sub vesperum dispersi ac dissipati discedunt: subitò Labienus duabus portis omnem equitatum emittit; præcipit atque interdicit, perterritis hostibus atque in fugam conjectis (quod fore, sicut accidit, videbat) omnes unum peterent Indutiomarum, neu quis quemquam priùs vulneraret, quàm illum interfectum videret: quòd morâ reliquorum illum spatium nactum effugere nolebat: magna proponit iis, qui occiderint, præmia: summittit cohortes equitibus subsidio. Comprobat hominis consilium fortuna; & quum unum omnes peterent, in ipso fluminis vado deprehensus Indutiomarus interficitur; caputque ejus refertur in castra. Redeuntes equites, quos possunt, consectantur atque occidunt. Hac re cognita, omnes Eburonum & Nerviorum, quæ convenerant, copiæ discedunt; paullòque habuit post id factum Cæsar quietiorem Galliam.

Digitized by Google

LIBER VI.

An. U. C. 700.

I. MULTIS de cauſſis Cæſar majorem Galliæ motum exſpectans, per M. Silanum, C. Antiſtium Rheginum, T. Sextium legatos delectum habere inſtituit: ſimul ab Cn. Pompeio proconſule petit, quoniam ipſe ad urbem cum imperio Reip. cauſſa maneret, quos ex Ciſalpina Gallia Conſulis ſacramento rogaviſſet, ad ſigna convenire, & ad ſe proficiſci juberet: magni intereſſe etiam in reliquum tempus ad opinionem Galliæ exiſtimans, tantas videri Italiæ facultates, ut ſi quid eſſet in bello detrimenti acceptum, non modò in brevi tempore ſarciri, ſed etiam majoribus adaugeri copiis poſſet. Quod quum Pompeius & Reip. & amicitiæ tribuiſſet; celeriter confecto per ſuos delectu, tribus ante exactam hiemem & B conſtitutis & adductis legionibus, duplicatoque earum cohortium numero, quas cum Q. Titurio amiſerat, & celeritate & copiis docuit, quid populi Romani diſciplina atque opes poſſent.

II. Interfecto Indutiomaro, ut docuimus, ad ejus propinquos à Treviris imperium defertur. Illi finitimos Germanos ſollicitare, & pecuniam polliceri non deſiſtunt. Quum ab proximis impetrare non poſſent, ulteriores tentant: inventis nonnullis, civitates jurejurando inter ſe confirmant, obſidibuſque de pecunia cavent: Ambiorigem ſibi ſocietate & fœdere adjungunt. Quibus rebus cognitis, Cæſar, quum undique bellum parari videret, Nervios, Atuaticos ac Menapios, adjunctis ciſrhenanis omnibus Germanis, eſſe in armis; Senones ad imperatum non venire, & cum Carnutibus finitimiſque civitatibus conſilia communicare; à Treviris Germanos crebris legationibus ſollicitari; maturiùs ſibi de bello cogitandum putavit. C

III. Itaque nondum hieme confecta, proximis IV legionibus coactis, de improviſo in fines Nerviorum contendit; & priùs quàm illi aut convenire, aut profugere poſſent, magno pecoris atque hominum numero capto, atque ea præda militibus conceſſa, vaſtatiſque agris, in deditionem venire, atque obſides ſibi dare coëgit. Eo celeriter confecto negotio, rurſus legiones in hiberna reduxit. Concilio Galliæ primo vere, ut inſtituerat, indicto, quum reliqui præter Senones, Carnutes Treviroſque veniſſent; initium belli ac defectionis hoc eſſe arbitratus; ut omnia poſtponere videretur, concilium Lutetiam Pariſiorum transfert. Confines erant hi Senonibus, civitatemque patrum memoria conjunxerant: ſed ab hoc conſilio abfuiſſe exiſtimabantur. Hac re pro ſuggeſtu pronunciata, eodem die cum legionibus in Senones proficiſcitur, magniſque itineribus eò pervenit.

IV. Cognito ejus adventu, Acco, qui princeps hujus conſilii fuerat, jubet in opi- D da multitudinem convenire: conantibus, priùs quàm id effici poſſet, adeſſe Romanos nunciatur. Neceſſariò ſententia deſiſtunt, legatoſque deprecandi cauſſa ad Cæſarem mittunt; adeunt per Æduos, quorum antiquitus erat in fide civitas. Libenter Cæſar, petentibus Æduis, dat veniam; excuſationemque accipit, quòd æſtivum tempus inſtantis belli, non quæſtionis eſſe arbitrabatur. Obſidibus imperatis centum, hos Æduis cuſtodiendos tradit. Eodem Carnutes legatos obſideſque mittunt, uſi deprecatoribus Rhemis, quorum erant in clientela: eadem ferunt reſponſa. Peragit concilium Cæſar, equiteſque imperat civitatibus.

V. Hac parte Galliæ pacata, totus & mente & animo in bellum Trevirorum & Ambiorigis inſiſtit. Cavarinum cum equitatu Senonum ſecum proficiſci jubet, ne quis aut ex hujus iracundia, aut ex eo, quod meruerat, odio civitatis motus exſiſtat. His rebus conſtitutis, quòd pro explorato habebat, Ambiorigem prælio non eſſe certa- E turum, reliqua ejus conſilia animo circumſpiciebat. Erant Menapii propinqui Eburonum finibus, perpetuis paludibus ſilviſque muniti, qui uni ex Gallia de pace ad Cæſarem legatos numquam miſerant. Cum iis eſſe hoſpitium Ambiorigi ſciebat: item per Treviros veniſſe Germanis in amicitiam cognoverat. Hæc priùs illi detrahenda auxilia exiſtimabat, quàm ipſum bello laceſſendum; ne deſperata ſalute, aut ſe in Menapios abderet, aut cum transrhenanis congredi cogeretur. Hoc inito conſilio, totius exercitûs impedimenta ad Labienum in Treviros mittit, duaſque legiones ad eum proficiſci jubet: ipſe cum legionibus expeditis quinque in Menapios proficiſcitur. Illi nulla coacta manu, loci præſidio freti, in ſilvas paludeſque confugiunt, ſuaque eodem conferunt.

VI. Cæſar, partitis copiis cum C. Fabio legato & M. Craſſo quæſtore, celeriterque effectis pontibus, adiit tripartitò, ædificia vicoſque incendit, magno pecoris

Digitized by Google

A atque hominum numero potitur. Quibus rebus coacti Menapii, legatos ad eum pacis petendæ cauſſa mittunt. Ille, obſidibus acceptis, hoſtium ſe habiturum numero confirmat, ſi aut Ambiorigem, aut ejus legatos finibus ſuis recepiſſent. His confirmatis rebus, Comium Atrebatem cum equitatu, cuſtodis loco, in Menapiis relinquit; ipſe in Treviros proficiſcitur. Dum hæc à Cæſare geruntur, Treviri, magnis coactis peditatûs equitatûſque copiis, Labienum cum una legione, quæ in eorum finibus hiemaverat, adoriri parabant. Jamque ab eo non longiùs bidui via aberant, quum duas veniſſe legiones miſſu Cæſaris cognoſcunt: poſitis caſtris à millibus paſſum XV, auxilia Germanorum exſpectare conſtituunt. An. U. C. 700.

VII. Labienus, hoſtium cognito conſilio, ſperans temeritate eorum fore aliquam dimicandi facultatem, V cohortium præſidio impedimentis relicto, cum XXV cohor-
B tibus magnoque equitatu contra hoſtem proficiſcitur; & ∞ paſſuum intermiſſo ſpatio, caſtra communit. Erat inter Labienum, atque hoſtem difficili tranſitu flumen ripiſque præruptis. Hoc neque ipſe tranſire habebat in animo, neque hoſtes tranſituros exiſtimabat. Augebatur auxiliorum quotidie ſpes. Loquitur in conſilio palam; quoniam Germani appropinquare dicuntur, ſeſe ſuas exercitûſque fortunas in dubium non devocaturum, & poſtero die prima luce caſtra moturum. Celeriter hæc ad hoſtes deferuntur, ut ex magno Gallorum equitatûs numero nonnullos Gallicis rebus favere natura cogebat. Labienus, noctu tribunis mil. primiſque ordinibus convocatis, quid ſui conſilii ſit, proponit; & quò faciliùs hoſtibus timoris det ſuſpicionem, majore ſtrepitu & tumultu, quàm populi Romani fert conſuetudo, caſtra moveri jubet. His rebus fugæ ſimilem profectionem efficit. Hæc quoque per exploratores ante lucem, in tanta propinquitate caſtrorum, ad hoſtes deferuntur.

C VIII. Vix agmen noviſſimum extra munitiones proceſſerat, quum Galli cohortati inter ſe, ne ſperatam prædam ex manibus dimitterent; longum eſſe, perterritis Romanis, Germanorum auxilium exſpectare; neque ſuam pati dignitatem, ut tantis copiis tam exiguam manum præſertim fugientem atque impeditam adoriri non audeant; flumen tranſire, & iniquo loco prælium committere non dubitant. Quæ fore ſuſpicatus Labienus, ut omnes citra flumen eliceret, eadem uſus ſimulatione itineris, placidè progrediebatur. Tum præmiſſis paullùm impedimentis, atque in tumulo quodam collocatis; *Habetis*, inquit, *milites, quam petiſtis facultatem: hoſtem impedito atque iniquo loco tenetis: præſtate eamdem nobis ducibus virtutem, quam ſæpenumero imperatori præſtitiſtis: eum adeſſe, & hæc coram cernere exiſtimate.* Simul ſigna ad hoſtem converti, aciemque dirigi jubet: & paucis turmis præſidio ad impedimenta dimiſſis, reliquos equites ad latera diſponit. Celeriter noſtri,
D clamore ſublato, pila in hoſtes jaciunt. Illi, ubi præter ſpem, quos fugere credebant, infeſtis ſignis ad ſe ire viderunt, impetum modò ferre non potuerunt; ac primo concurſu in fugam conjecti, proximas ſilvas petiverunt: quos Labienus equitatu conſectatus, magno numero interfecto, compluribus captis, paucis pòſt diebus civitatem recipit. Nam Germani, qui auxilio veniebant, percepta Trevirorum fuga, ſeſe domum contulerunt. Cum iis propinqui Indutiomari, qui defectionis auctores fuerant, comitati eos, ex civitate exceſſere. Cingetorigi, quem ab initio permanſiſſe in officio demonſtravimus, principatus atque imperium eſt traditum.

IX. Cæſar poſtquam ex Menapiis in Treviros venit, duabus de cauſſis Rhenum tranſire conſtituit; quarum erat altera, quòd auxilia contra ſe Treviris miſerant; altera, ne Ambiorix receptum ad eos haberet. His conſtitutis rebus, paullùm ſupra eum locum, quò antea exercitum tranſduxerat, facere pontem inſtituit. Nota atque inſtituta ratione, magno militum ſtudio, paucis diebus opus efficitur: firmo in Treviris
E præſidio ad pontem relicto, ne quis ab iis ſubitò motus oriretur, reliquas copias equitatumque tranſducit. Ubii, qui antè obſides dederant, atque in deditionem venerant, purgandi ſui cauſſa ad eum legatos mittunt, qui doceant, neque ex ſua civitate auxilia in Treviros miſſa, neque ab ſe fidem læſam: petunt atque orant ut ſibi parcat, ne communi odio Germanorum, innocentes pro nocentibus pœnas pendant: ſi ampliùs obſidum velit, dare pollicentur. Cognita Cæſar cauſſa, reperit ab Suevis auxilia miſſa eſſe; Ubiorum ſatisfactionem accepit: aditus viaſque in Suevos perquirit.

X. Interim paucis pòſt diebus fit ab Ubiis certior, Suevos omnes in unum locum copias cogere, atque iis nationibus, quæ ſub eorum ſunt imperio, denunciare ut auxilia peditatûs equitatûſque mittant. His cognitis rebus, rem frumentariam providet, caſtris idoneum locum deligit: Ubiis imperat ut pecora deducant, ſuaque omnia ex agris in opida conferant; ſperans barbaros atque imperitos homines, inopia cibariorum adductos, ad iniquam pugnandi conditionem poſſe deduci: mandat ut crebros

Digitized by Google

An. U. C. 700.

exploratores in Suevos mittant, quæque apud eos gerantur, cognoſcant. Illi imperata faciunt; &, paucis diebus intermiſſis, referunt Suevos omnes, poſteaquam certiores nuncii de exercitu Romanorum venerant, cum omnibus ſuis ſociorumque copiis, quas coëgiſſent, penitus ad extremos fines ſeſe recepiſſe: ſilvam eſſe ibi infinitæ magnitudinis, quæ appellatur Bacenis: hanc longè introrſùs pertinere, & pro nativo muro objectam, Cheruſcos à Suevis, Suevoſque à Cheruſcis injuriis incurſionibuſque prohibere: ad ejus initium ſilvæ Suevos adventum Romanorum exſpectare conſtituiſſe. A

XI. Quoniam ad hunc locum perventum eſt, non alienum eſſe videtur de Galliæ Germaniæque moribus, & quo differant eæ nationes inter ſeſe, proponere. In Gallia non ſolùm in omnibus civitatibus atque pagis partibuſque, ſed pene etiam in ſingulis domibus factiones ſunt: earumque factionum ſunt principes, qui ſummam auctoritatem eorum judicio habere exiſtimantur: quorum ad arbitrium judiciumque ſumma omnium rerum conſiliorumque redeat. Idque ejus rei cauſſa antiquitus inſtitutum videtur, ne quis ex plebe contra potentiorem auxilii egeret. Suos enim opprimi quiſque & circumveniri non patitur; neque, aliter ſi faciat, ullam inter ſuos habeat auctoritatem. Hæc eadem ratio eſt in ſumma totius Galliæ. Namque omnes civitates in duas partes diviſæ ſunt. B

XII. Quum Cæſar in Galliam venit, alterius factionis principes erant Ædui, alterius Sequani. Ii quum per ſe minùs valerent, quòd ſumma auctoritas antiquitus erat in Æduis, magnæque eorum erant clientelæ, Germanos atque Arioviſtum ſibi adjunxerant; eoſque ad ſe magnis jacturis pollicitationibuſque perduxerant. Prœliis verò compluribus factis ſecundis, atque omni nobilitate Æduorum interfecta, tantùm potentia anteceſſerant, ut magnam partem clientium ab Æduis ad ſe tranſducerent; obſideſque ab iis principum filios acciperent; & publicè jurare cogerent, nihil ſe contra Sequanos conſilii inituros; & partem finitimi agri per vim occupatam poſſiderent; Galliæque totius principatum obtinerent. Qua neceſſitate adductus Divitiacus, auxilii petendi cauſſa Romam ad Senatum profectus, infecta re redierat. Adventu Cæſaris facta commutatione rerum, obſidibus Æduis redditis, veteribus clientelis reſtitutis, novis per Cæſarem comparatis; quòd ii, qui ſe ad eorum amicitiam aggregaverant, meliore conditione atque imperio æquiore ſe uti videbant, reliquis rebus eorum, gratia dignitateque amplificata, Sequani principatum dimiſerant. In eorum locum Rhemi ſucceſſerant, quos quòd adæquare apud Cæſarem gratia intelligebatur, ii, qui propter veteres inimicitias nullo modo cum Æduis conjungi poterant, ſe Rhemis in clientelam dicabant. Hos illi diligenter tuebantur: ita & novam & repente collectam auctoritatem tenebant. Eo tum ſtatu res erat, ut longè principes haberentur Ædui, ſecundum locum dignitatis Rhemi obtinerent. C D

XIII. In omni Gallia eorum hominum, qui aliquo ſunt numero atque honore, genera ſunt duo: nam plebs pene ſervorum habetur loco, quæ per ſe nihil audet, & nulli adhibetur conſilio. Plerique quum aut ære alieno, aut magnitudine tributorum, aut injuria potentiorum premuntur, ſeſe in ſervitutem dicant nobilibus: in hos eadem omnia ſunt jura, quæ dominis in ſervos. Sed de his duobus generibus alterum eſt Druidum, alterum equitum. Illi rebus divinis interſunt, ſacrificia publica ac privata procurant, religiones interpretantur: ad hos magnus adoleſcentium numerus diſciplinæ cauſſa concurrit; magnoque ii ſunt apud eos honore. Nam fere de omnibus controverſiis, publicis privatiſque, conſtituunt; & ſi quod eſt admiſſum facinus; ſi cædes facta; ſi de hereditate, de finibus controverſia eſt, iidem decernunt; præmia pœnaſque conſtituunt: ſi quis aut privatus, aut publicus eorum decreto non ſtetit, ſacrificiis interdicunt: hæc pœna apud eos eſt graviſſima. Quibus ita eſt interdictum, ii numero impiorum ac ſceleratorum habentur; iis omnes decedunt, aditum eorum ſermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant: neque iis petentibus jus redditur, neque honor ullus communicatur. His autem omnibus Druidibus præeſt unus, qui ſummam inter eos habet auctoritatem: hoc mortuo, ſi quis ex reliquis excellit dignitate, ſuccedit: at ſi ſunt plures pares, ſuffragio Druidum adlegitur; nonnumquam etiam de principatu armis contendunt. Ii certo anni tempore in finibus Carnutum, quæ regio totius Galliæ media habetur, conſidunt in loco conſecrato. Huc omnes undique, qui controverſias habent, conveniunt, eorumque judiciis decretiſque parent. Diſciplina in Britannia reperta, atque inde in Galliam tranſlata eſſe exiſtimatur: & nunc, qui diligentiùs eam rem cognoſcere volunt, plerumque illò diſcendi cauſſa proficiſcuntur. E

Digitized by Google

A XIV. Druides à bello abeſſe conſueverunt, neque tributa unà cum reliquis pendunt, militiæ vacationem, omniumque rerum habent immunitatem. Tantis excitati præmiis, & ſua ſponte multi in diſciplinam conveniunt, & à propinquis parentibuſque mittuntur: magnum ibi numerum verſuum ediſcere dicuntur. Itaque nonnulli annos vicenos in diſciplina permanent; neque fas eſſe exiſtimant ea literis mandare, quum in reliquis fere rebus, publicis privatiſque rationibus, [Græcis] literis utantur. Id mihi duabus de cauſſis inſtituiſſe videntur, quòd neque in vulgus diſciplinam efferri velint; neque eos, qui diſcunt, literis confiſos, minùs memoriæ ſtudere: quod fere pleriſque accidit, ut præſidio literarum, diligentiam in perdiſcendo ac memoriam remittant. In primis hoc volunt perſuadere, Non interire animas, ſed ab aliis poſt mortem tranſire ad alios; atque hoc maximè ad virtutem excitari putant, metu mortis neglecto. Multa præterea de ſideribus atque eorum motu, de mundi ac terrarum magnitudine, B de rerum natura, de deorum immortalium vi ac poteſtate diſputant, & juventuti tranſdunt. An. U. C. 700.

XV. Alterum genus eſt equitum. Ii, quum eſt uſus, atque aliquod bellum incidit, (quod ante Cæſaris adventum fere quotannis accidere ſolebat, uti aut ipſi injurias inferrent, aut illatas propulſarent) omnes in bello verſantur; atque eorum, ut quiſque eſt genere copiiſque ampliſſimus, ita plurimos circum ſe ambactos clienteſque habet. Hanc unam gratiam potentiamque noverunt.

XVI. Natio eſt omnis Gallorum admodùm dedita religionibus, atque ob eam cauſſam, qui ſunt affecti gravioribus morbis, quique in præliis periculiſque verſantur, aut pro victimis homines immolant, aut ſe immolaturos vovent, adminiſtriſque ad ea ſacrificia Druidibus utuntur; quòd pro vita hominis, niſi vita hominis reddatur, non poſſe aliter deorum immortalium numen placari arbitrantur: publicéque ejuſdem C generis habent inſtituta ſacrificia. Alii immani magnitudine ſimulacra habent; quorum contexta viminibus membra vivis hominibus complent; quibus ſuccenſis, circumventi flamma exanimantur homines. Supplicia eorum, qui in furto aut latrocinio, aut aliqua noxa ſint comprehenſi, gratiora diis immortalibus eſſe arbitrantur. Sed quum ejus generis copia deficit, etiam ad innocentium ſupplicia deſcendunt.

XVII. Deûm maximè Mercurium colunt: hujus ſunt plurima ſimulacra: hunc omnium inventorem artium ferunt; hunc viarum atque itinerum ducem; hunc ad queſtus pecuniæ mercaturaſque habere vim maximam arbitrantur. Poſt hunc, Apollinem & Martem & Jovem & Minervam. De his eamdem ferè, quam reliquæ gentes, habent opinionem: Apollinem morbos depellere; Minervam operum atque artificiorum initia tranſdere; Jovem imperium cœleſtium tenere; Martem bella regere. Huic, quum prælio dimicare conſtituerunt, ea, quæ bello ceperunt, plerumque de- D vovent: quæ ſuperaverint, animalia capta immolant; reliquas res in unum locum conferunt. Multis in civitatibus harum rerum exſtructos tumulos locis conſecratis conſpicari licet. Neque ſæpe accidit, ut neglecta quiſpiam religione, aut capta apud ſe occultare, aut poſita tollere auderet: graviſſimumque ei rei ſupplicium cum cruciatu conſtitutum eſt.

XVIII. Galli ſe omnes ab Dite patre prognatos prædicant; idque ab Druidibus proditum dicunt: ob eam cauſſam ſpatia omnis temporis, non numero dierum, ſed noctium finiunt; & dies natales, & menſium & annorum initia ſic obſervant, ut noctem dies ſubſequatur. In reliquis vitæ inſtitutis hoc ferè ab reliquis differunt, quòd ſuos liberos, niſi quum adoleverint, ut munus militiæ ſuſtinere poſſint, palam ad ſe adire non patiantur; filiumque in puerili ætate in publico, in conſpectu patris aſſiſtere, turpe ducunt. Viri quantas pecunias ab uxoribus dotis nomine acceperunt, tantas ex E ſuis bonis, æſtimatione facta, cum dotibus communicant. Hujus omnis pecuniæ conjunctim ratio habetur, fructuſque ſervantur. Uter eorum vita ſuperarit, ad eum pars utriuſque cum fructibus ſuperiorum temporum pervenit.

XIX. Viri in uxores, ſicuti in liberos, vitæ neciſque habent poteſtatem; & quum paterfamilias illuſtriore loco natus deceſſit, ejus propinqui conveniunt; & de morte, ſi res in ſuſpicionem venit, de uxoribus in ſervilem modum quæſtionem habent, & ſi compertum eſt, igni atque omnibus tormentis excruciatas interficiunt. Funera ſunt pro cultu Gallorum magnifica & ſumtuoſa; omniaque, quæ vivis cordi fuiſſe arbitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia; ac paullò ſupra hanc memoriam, ſervi & clientes, quos ab iis dilectos eſſe conſtabat, juſtis funebribus confectis, unà cremabantur.

XX. Quæ civitates commodiùs ſuam Remp. adminiſtrare exiſtimantur, habent

Digitized by Google

An. U. C. 700.

legibus ſanctum, ſi quis quid de Rep. à finitimis rumore aut fama acceperit, uti ad magiſtratum deferat, neve cum quo alio communicet; quòd ſæpe homines temerarios atque imperitos falſis rumoribus terreri, & ad facinus impelli, & de ſummis rebus conſilium capere cognitum eſt. Magiſtratus, quæ viſa ſunt, occultant; quæque eſſe ex uſu judicaverint, multitudini produnt. De Rep. niſi per concilium loqui non conceditur. A

XXI. GERMANI multùm ab hac conſuetudine differunt: nam neque Druides habent, qui rebus divinis præſint; neque ſacrificiis ſtudent. Deorum numero eos ſolos ducunt, quos cernunt, & quorum opibus apertè juvantur, Solem & Vulcanum & Lunam: reliquos ne fama quidem acceperunt. Vita omnis in venationibus atque in ſtudiis rei militaris conſiſtit: ab parvulis labori ac duritiei ſtudent. Qui diutiſſimè impuberes permanſerunt, maximam inter ſuos ferunt laudem: hoc ali ſtaturam, ali vires, nervoſque confirmari putant: intra annum verò viceſimum feminæ notitiam habuiſſe, in turpiſſimis habent rebus. Cujus rei nulla eſt occultatio; quòd & promiſcuè in fluminibus perluuntur, & pellibus aut parvis renonum tegumentis utuntur, magna B corporis parte nuda.

XXII. Agriculturæ non ſtudent; majorque pars victûs eorum lacte & caſeo & carne conſiſtit: neque quiſquam agri modum certum, aut fines proprios habet; ſed magiſtratus ac principes in annos ſingulos gentibus cognationibuſque hominum, qui unà coierunt, quantum eis, & quo loco viſum eſt, attribuunt agri; atque anno pòſt aliò tranſire cogunt. Ejus rei multas afferunt cauſſas, ne aſſidua conſuetudine capti, ſtudium belli gerendi agricultura commutent; ne latos fines parare ſtudeant, potentioreſque humiliores poſſeſſionibus expellant; ne accuratiùs ad frigora atque æſtus vitandos ædificent; ne qua oriatur pecuniæ cupiditas; qua ex re factiones diſſenſioneſque naſcuntur: ut animi æquitate plebem contineant, quum ſuas quiſque opes cum C potentiſſimis æquari videat.

XXIII. Civitatibus maxima laus eſt, quàm latiſſimas circum ſe vaſtatis finibus ſolitudines habere. Hoc proprium virtutis exiſtimant, expulſos agris finitimos cedere, neque quemquam prope ſe audere conſiſtere: ſimul hoc ſe fore tutiores arbitrantur, repentinæ incurſionis timore ſublato. Quum bellum civitas aut illatum defendit, aut infert; magiſtratus, qui ei bello præſint, ut vitæ neciſque habeant poteſtatem, deliguntur. In pace nullus communis eſt magiſtratus; ſed principes regionum atque pagorum inter ſuos jus dicunt, controverſiaſque minuunt. Latrocinia nullam habent infamiam, quæ extra fines cujuſque civitatis fiunt: atque ea juventutis exercendæ, ac deſidiæ minuendæ cauſſa fieri prædicant. Atque, ubi quis ex principibus in concilio ſe dixit ducem fore, ut qui ſequi velint, profiteantur; conſurgunt ii, qui & cauſſam & hominem probant, ſuumque auxilium pollicentur; atque ab multitudine collaudan- D tur: qui ex iis ſecuti non ſunt, in deſertorum ac proditorum numero ducuntur: omniumque rerum iis poſtea fides abrogatur. Hoſpites violare, fas non putant: qui quaque de cauſa ad eos venerunt, ab injuria prohibent, ſanctoſque habent: iis omnium domus patent, victuſque communicatur.

XXIV. Ac fuit antea tempus, quum Germanos Galli virtute ſuperarent, & ultro bella inferrent, ac propter hominum multitudinem agrique inopiam trans Rhenum colonias mitterent. Itaque ea, quæ fertiliſſima ſunt, Germaniæ loca circum Hercyniam ſilvam, quam Eratoſtheni & quibuſdam Græcis fama notam eſſe video, quam illi Orcyniam appellant, Volcæ Tectoſages occuparunt, atque ibi conſederunt. Quæ gens ad hoc tempus iis ſedibus ſe continet, ſummamque habet juſtitiæ & bellicæ laudis opinionem: nuncque in eadem inopia, egeſtate, patientia, qua Germani, permanent; eodem victu & cultu corporis utuntur. Gallis autem propinquitas, & tranſ- E marinarum rerum notitia, multa ad copiam atque uſus largitur. Paullatim aſſuefacti ſuperari, multiſque victi præliis, ne ſe quidem ipſi cum illis virtute comparant.

XXV. Hujus Hercyniæ ſilvæ, quæ ſuprà demonſtrata eſt, latitudo IX dierum iter expedito patet: non enim aliter finiri poteſt, neque menſuras itinerum noverunt. Oritur ab Helvetiorum & Nemetum & Rauracorum finibus, rectaque fluminis Danubii regione pertinet ad fines Dacorum & Anartium: hinc ſe flectit ſiniſtrorſùs, diverſis à flumine regionibus, multarumque gentium fines propter magnitudinem attingit. Neque quiſquam eſt hujus Germaniæ, qui ſe adiſſe ad initium ejus ſilvæ dicat, quum dierum iter LX. proceſſerit, aut quo ex loco oriatur, acceperit. Multa in ea genera ferarum naſci conſtat, quæ reliquis in locis viſa non ſint: ex quibus quæ maximè differant ab ceteris, & memoriæ prodenda videantur, hæc ſunt.

XXVI.

Digitized by Google

A XXVI. Eſt bos cervi figura; cujus à media fronte inter aures unum cornu exſiſtit excelſius, magiſque directum his, quæ nobis nota ſunt, cornibus. Ab ejus ſummo ſicut palmæ, rami quàm latè diffunduntur. Eadem eſt feminæ mariſque natura, eadem forma magnitudoque cornuum. An U. C. 700.

XXVII. Sunt item, quæ appellantur Alces: harum eſt conſimilis capris figura, & varietas pellium; ſed magnitudine paullò antecedunt, mutilæque ſunt cornibus, & crura ſine nodis articuliſque habent, neque quietis cauſſa procumbunt: neque ſi quo afflictæ caſu conciderunt, erigere ſeſe, aut ſublevare poſſunt. His ſunt arbores pro cubilibus: ad eas ſe applicant, atque ita paullùm modò reclinatæ quietem capiunt: quarum ex veſtigiis quum eſt animadverſum à venatoribus, quò ſe recipere conſueverint, omnes eo loco, aut à radicibus ſubruunt, aut accîdunt arbores tantùm, ut ſumma ſpecies earum ſtantium relinquatur. Huc quum ſe ex con-
B ſuetudine reclinaverint, infirmas arbores pondere affligunt, atque unà ipſæ concidunt.

XXVIII. Tertium eſt genus eorum, qui Uri appellantur: ii ſunt magnitudine paullò infra elephantos; ſpecie & colore & figura tauri. Magna vis eſt eorum & magna velocitas: neque homini, neque feræ, quam conſpexerint, parcunt: hos ſtudiosè foveis captos interficiunt. Hoc ſe labore durant adoleſcentes, atque hoc genere venationis exercent; & qui plurimos ex his interfecerunt, relatis in publicum cornibus, quæ ſint teſtimonio, magnam ferunt laudem. Sed aſſueſcere ad homines & manſuefieri, ne parvuli quidem excepti, poſſunt. Amplitudo cornuum & figura & ſpecies multùm à noſtrorum boum cornibus differt. Hæc ſtudiosè conquiſita ab labris argento circumcludunt, atque in ampliſſimis epulis pro poculis utuntur.

C XXIX. Cæſar, poſtquam per Ubios exploratores comperit, Suevos ſeſe in ſilvas recepiſſe; inopiam frumenti veritus, quòd, ut ſuprà demonſtravimus, minimè omnes Germani agriculturæ ſtudent, conſtituit non progredi longiùs: ſed, ne omnino metum reditûs ſui barbaris tolleret, atque ut eorum auxilia tardaret, reducto exercitu, partem ultimam pontis, quæ ripas Ubiorum contingebat, in longitudinem pedum CC reſcindit; atque in extremo ponte turrim tabulatorum IV conſtituit, præſidiumque cohortium XII pontis tuendi cauſſa ponit; magniſque eum locum munitionibus firmat. Ei loco præſidioque C. Volcatium Tullum adoleſcentem præfecit: ipſe, quum matureſcere frumenta inciperent, ad bellum Ambiorigis per Arduennam ſilvam, quæ eſt totius Galliæ maxima, atque ab ripis Rheni finibuſque Trevirorum ad Nervios pertinet, (*a*) millibuſque ampliùs D in longitudinem patet, L. Minutium Baſilum cum omni equitatu præmittit, ſi quid celeritate itineris atque opportunitate temporis proficere poſſit; monet ut ignes fieri in caſtris prohibeat, ne qua ejus adven-
D tûs procul ſignificatio fiat: ſeſe conſeſtim ſubſequi dicit.

XXX. Baſilus, ut imperatum eſt, facit; celeriter contraque omnium opinionem confecto itinere, multos in agris inopinantes deprehendit: eorum indicio ad ipſum Ambiorigem contendit, quo in loco cum paucis equitibus eſſe dicebatur. Multùm cùm in omnibus rebus, tum in re militari fortuna poteſt: nam ſicut magno accidit caſu, ut in ipſum incautum atque imparatum incideret; priúſque ejus adventus ab hominibus videretur, quàm fama ac nunciis afferretur: ſic magnæ fuit fortunæ, omni militari inſtrumento, quod circum ſe habebat, erepto, rhedis equiſque comprehenſis, ipſum effugere [mortem.] Sed hoc eò factum eſt, quòd ædificio circumdato ſilva (ut ſunt fere domicilia Gallorum, qui vitandi æſtûs cauſſa plerumque ſilvarum ac fluminum petunt propinquitates) comites familiareſque ejus anguſto in loco equitum noſtrorum vim paulliſper ſuſtinuerunt. Iis pugnantibus, illum in equum qui-
E dam ex ſuis intulit: fugientem ſilvæ texerunt: ſic ad ſubeundum periculum & ad vitandum multùm fortuna valuit.

XXXI. Ambiorix copias ſuas judicio-ne non conduxerit, quòd prælio dimicandum non exiſtimaverit: an tempore excluſus, & repentino equitum adventu prohibitus fuerit, quum reliquum exercitum ſubſequi crederet, dubium eſt. Sed certè clam dimiſſis per agros nunciis, ſibi quemque conſulere juſſit: quorum pars in Arduennam ſilvam, pars in continentes paludes profugit. Qui proximi Oceano fuerunt,

(a) Nimis largè ſilvam hoc loco definit Cæſar. Nam Rhemorum initium fuit ad Moſam amnem, qui & Rhemos & Nervios à Treviris diſtinxit. Qua ratione Arduenna intra Rhenum Moſamque concluditur, longitudine CXX. millium paſſuum. Quod ſpatium minimè convenit cum D. millibus, quæ ei Cæſar attribuit. *Cluverius.*

Digitized by Google

An. U. C. 700.

ii in insulis sese occultaverunt, quas æstus efficere consuerunt : multi ex suis finibus egressi, se suaque omnia alienissimis crediderunt. Cativulcus rex dimidiæ partis Eburonum, qui unà cum Ambiorige consilium inierat, ætate jam confectus, quum laborem aut belli aut fugæ ferre non posset, omnibus precibus detestatus Ambiorigem, qui ejus consilii auctor fuisset, taxo, cujus magna in Gallia Germaniaque copia est, se exanimavit. A

XXXII. Segni Condrusique, ex gente & numero Germanorum, qui sunt inter Eburones Treviросque, legatos ad Cæsarem miserunt, oratum ne se in hostium numero duceret, neve omnium Germanorum, qui essent citra Rhenum, causam esse unam judicaret : nihil se de bello cogitasse, nulla Ambiorigi auxilia misisse. Cæsar, explorata re quæstione captivorum, si qui ad eos Eburones ex fuga convenissent, ad se ut reducerentur, imperavit; si ita fecissent, fines eorum se violaturum negavit. Tum copiis in tres partes distributis, impedimenta omnium legionum Atuatucam B contulit : id castelli nomen est. Hoc fere est in mediis Eburonum finibus, ubi Titurius atque Aurunculeius hiemandi causa consederant. Hunc cùm reliquis rebus locum probabat Cæsar, tum quòd superioris anni munitiones integræ manebant, ut militum laborem sublevaret, præsidio impedimentis legionem XIV reliquit, unam ex iis tribus, quas proximè conscriptas ex Italia transduxerat. Ei legioni castrisque Q. Tullium Ciceronem præfecit, ducentosque equites attribuit.

XXXIII. Partito exercitu, T. Labienum cum legionibus tribus ad Oceanum versus in eas partes, quæ Menapios attingunt, proficisci jubet. C. Trebonium cum pari legionum numero ad eam regionem, quæ Atuaticis adjacet, depopulandam mittit : ipse cum reliquis tribus ad flumen Scaldim, (a) quod influit in Mosam, extremasque Arduennæ partes ire constituit, quò cum paucis equitibus profectum Ambiorigem audiebat. Discedens post diem VII sese reversurum confirmat : quam ad diem ei legioni, quæ in præsidio relinquebatur, deberi frumentum sciebat. La- C bienum Treboniumque hortatur, si Reip. commodo facere possint, ad eam diem revertantur; ut rursus communicato consilio, exploratisque hostium rationibus, aliud initium belli capere possint.

XXXIV. Erat, ut suprà demonstravimus, manus certa nulla, non præsidium, non opidum, quod se armis defenderet, sed in omnes partes dispersa multitudo. Ubi cuique aut vallis abdita, aut locus silvestris, aut palus impedita spem præsidii aut salutis aliquam offerebat, confederat. Hæc loca vicinitatibus erant nota, magnamque res diligentiam requirebat, non in summa exercitûs tuenda, (nullum enim poterat, universis perterritis ac dispersis, periculum accidere) sed in singulis militibus conservandis; quæ tamen ex parte res ad salutem exercitûs pertinebat. Nam & prædæ cupiditas multos longiùs evocabat; ac silvæ incertis occultisque itineribus, confertos adire prohibebant. Si negotium confici, stirpemque hominum sceleratorum interfici vellet, dimittendæ plures manus, diducendique erant milites : si D continere ad signa manipulos vellet, ut instituta ratio & consuetudo exercitûs R. postulabat, locus ipse erat præsidio barbaris; neque ex occulto insidiandi, & dispersos circumveniendi singulis deerat audacia. At in ejusmodi difficultatibus, quantùm diligentia provideri poterat, providebatur; ut potiùs in nocendo aliquid omitteretur, etsi omnium animi ad ulciscendum ardebant, quàm cum aliquo detrimento militum noceretur. Cæsar ad finitimas civitates nuncios dimittit : omnes evocat spe prædæ ad diripiendos Eburones; ut potiùs in silvis Gallorum vita, quàm legionariorum, periclitaretur; simul ut magna multitudine circumfusa, pro tali facinore stirps ac nomen civitatis tollatur : magnus undique numerus celeriter convenit.

XXXV. Hæc in omnibus Eburonum partibus gerebantur; diesque appetebat VII, quem ad diem Cæsar ad impedimenta legionemque reverti constituerat. Hîc quantùm in bello fortuna possit, & quantos afferat casus, cognosci potuit. Dissipatis E ac perterritis hostibus, ut demonstravimus, manus erat nulla, quæ parvam modò timoris causam afferret. Trans Rhenum ad Germanos pervenit fama, diripi Eburones, atque ultro omnes ad prædam evocari. Cogunt equitum II millia Sigambri, qui sunt proximi Rheno, à quibus receptos ex fuga Tenchtheros atque Usipetes suprà docuimus: transeuntes Rhenum navibus ratibusque, XXX millibus passuum infra eum locum, ubi pons erat imperfectus, præsidiumque ab Cæsare relictum, primos Eburonum fines adeunt; multos ex fuga dispersos excipiunt; magno pecoris numero,

(a) Cùm nunc Scaldis in Mosam non influat, vel erravit Cæsar, vel potiùs Scaldis cursum immutavit.

Digitized by Google

A cujus ſunt cupidiſſimi barbari, potiuntur. Invitati præda longiùs procedunt: non hos palus in bello latrociniiſque natos, non ſilvæ morantur: quibus in locis ſit Cæſar, ex captivis quærunt: profectum longiùs reperiunt, omnemque exercitum diſceſſiſſe cognoſcunt. Atque unus ex captivis: *Quid vos*, inquit, *hanc miſeram ac tenuem ſectamini prædam, quibus jam licet eſſe fortunatiſſimis? tribus horis Atuatucam venire poteſtis: huc omnes ſuas fortunas exercitus Romanorum contulit: præſidii tantùm eſt, ut ne murus quidem cingi poſſit, neque quiſquam egredi extra munitiones audeat.* Oblata ſpe, Germani, quam nacti erant prædam, in occulto relinquunt: ipſi Atuatucam contendunt, uſi eodem duce, cujus hæc indicio cognoverant. An. U. C. 700.

XXXVI. Cicero, qui per omnes ſuperiores dies præceptis Cæſaris ſumma diligentia milites in caſtris continuiſſet, ac ne calonem quidem quemquam extra munitionem egredi paſſus eſſet, VII die diffidens Cæſarem de numero dierum fidem
B ſervaturum, quòd longiùs eum progreſſum audiebat, neque ulla de ejus reditu fama afferebatur; ſimul eorum permotus vocibus, qui illius patientiam pene obſeſſionem appellabant; ſiquidem ex caſtris egredi non liceret; nullum hujuſmodi caſum exſpectans, quo IX oppoſitis legionibus, maximoque equitatu, diſperſis ac pene deletis hoſtibus, in millibus paſſuum III offendi poſſet, quinque cohortes frumentatum in proximas ſegetes miſit, quas inter & caſtra unus omnino collis intererat. Complures erant in caſtris ex legionibus ægri relicti; ex quibus qui hoc ſpatio dierum convaluerant, circiter CCC ſub vexillo unà mittuntur: magna præterea multitudo calonum, magna vis jumentorum, quæ in caſtris ſubſederat, facta poteſtate, ſequitur.

C XXXVII. Hoc ipſo tempore & caſu Germani equites interveniunt, protinuſque eodem illo, quo venerant, curſu ab Decumana porta in caſtra irrumpere conantur: nec priùs ſunt viſi, objectis ab ea parte ſilvis, quàm caſtris appropinquarent, uſque eò ut, qui ſub vallo tenderent mercatores, recipiendi ſui non haberent facultatem. Inopinantes noſtri re nova perturbantur: ac vix primum impetum cohors in ſtatione ſuſtinet. Circumfunduntur hoſtes ex reliquis partibus, ſi quem aditum reperire poſſent. Ægrè noſtri portas tuentur: reliquos aditus locus ipſe per ſe munitioque defendit. Totis trepidatur caſtris, atque alius ex alio cauſſam tumultûs quærit: neque quò ſigna ferantur, neque quam in partem quiſque conveniat, provident. Alius jam capta caſtra pronunciat: alius, deleto exercitu atque Imperatore, victores barbaros veniſſe contendit: plerique novas ſibi ex loco religiones fingunt: Cottæque & Titurii calamitatem, qui in eodem occiderint caſtello, ante oculos
D ponunt. Tali timore omnibus perterritis, confirmatur opinio barbaris, ut ex captivo audierant, nullum eſſe intus præſidium. Perrumpere nituntur, ſeque ipſi adhortantur, ne tantam fortunam ex manibus dimittant.

XXXVIII. Erat æger in præſidio relictus P. Sextius Baculus, qui primum pilum apud Cæſarem duxerat, cujus mentionem ſuperioribus præliis fecimus; ac diem jam quintum cibo caruerat. Hic diffiſus ſuæ ac omnium ſaluti, inermis ex tabernaculo prodit: videt imminere hoſtes, atque in ſummo eſſe rem diſcrimine: capit arma à proximis, atque in porta conſiſtit. Sequuntur hunc centuriones ejus cohortis, quæ in ſtatione erat: paulliſper prælium unà ſuſtinent. Relinquit animus Sextium, gravibus acceptis vulneribus: ægrè per manus tractus, ſervatur. Hoc ſpatio interpoſito, reliqui ſeſe confirmant, tantùm ut in munitionibus conſiſtere audeant, ſpeciemque defenſorum præbeant.

E XXXIX. Interim confecta frumentatione, milites noſtri clamorem exaudiunt; præcurrunt equites; quanto res ſit in periculo, cognoſcunt. Hîc verò nulla munitio eſt, quæ perterritos recipiat. Modò conſcripti, atque uſûs militaris imperiti, ad tribunum militum centurioneſque ora convertunt: quid ab his præcipiatur, exſpectant: nemo eſt tam fortis, quin rei novitate perturbetur. Barbari ſigna procul conſpicati, ab oppugnatione deſiſtunt; rediſſe primò legiones credunt, quas longiùs diſceſſiſſe, ex captivis cognoverant. Poſtea deſpecta paucitate, ex omnibus partibus impetum faciunt.

XL. Calones in proximum tumulum procurrunt: hinc celeriter dejecti ſe in ſigna manipuloſque conjiciunt: eò magis timidos perterrent milites. Alii, cuneo facto, ut celeriter perrumpant, cenſent, quoniam tam propinqua ſint caſtra; etſi pars aliqua circumventa ceciderit, at reliquos ſervari poſſe confidunt: alii, ut in jugo conſiſtant, atque eumdem omnes ferant caſum. Hoc veteres non probant milites, quos

Digitized by Google

An. U. C. 700. sub vexillo unà profectos docuimus. Itaque inter se cohortati, duce C. Trebonio A equite Romano qui eis erat præpositus, per medios hostes perrumpunt, incolumesque ad unum in castra perveniunt omnes. Hos subsecuti calones equitesque eodem impetu, militum virtute servantur. At ii, qui in jugo constiterant, nullo etiam nunc usu rei militaris [percepto], neque in eo, quod probaverant, consilio permanere, ut se loco superiore defenderent, neque eam, quam profuisse aliis vim celeritatemque viderant, imitari potuerunt; sed se in castra recipere conati, iniquum in locum demiserunt. Centuriones, quorum nonnulli ex inferioribus ordinibus reliquarum legionum, caussa virtutis, in superiores erant ordines hujus legionis transducti, ne antepartam rei militaris laudem amitterent, fortissimè pugnantes conciderunt. Militum pars, horum virtute summotis hostibus, præter spem incolumis in castra pervenit: pars à barbaris circumventa periit.

XLI. Germani, desperata expugnatione castrorum, quòd nostros jam constitisse B in munitionibus videbant, cum ea præda, quam in silvis depositam fuerant, trans Rhenum sese receperunt. Ac tantus fuit etiam post discessum hostium terror, ut ea nocte, quum C. Volusenus missus cum equitatu ad castra venisset, fidem non faceret, adesse cum incolumi Cæsarem exercitu. Sic omnium animos timor præoccupaverat, ut pene alienata mente, deletis omnibus copiis, equitatum tantùm se ex fuga recepisse dicerent; neque incolumi exercitu, Germanos castra oppugnaturos fuisse contenderent: quem timorem Cæsaris adventus sustulit.

XLII. Reversus ille, eventûs belli non ignarus, unum, quòd cohortes ex statione & præsidio essent emissæ, questus, ne minimo quidem casu locum relinqui debuisse, multùm fortunam in repentino hostium adventu potuisse judicavit; multò etiam ampliùs, quòd pene ab ipso vallo portisque castrorum barbaros avertissent. Quarum omnium rerum maximè admirandum videbatur, quòd Germani, qui eo C consilio Rhenum transierant, ut Ambiorigis fines depopularentur, ad castra Romanorum delati, optatissimum Ambiorigi beneficium obtulerant.

XLIII. Cæsar ad vexandos rursus hostes profectus, magno coacto numero ex finitimis civitatibus, in omnes partes dimittit. Omnes vici atque omnia ædificia, quæ quisque conspexerat, incendebantur; præda ex omnibus locis agebatur: frumenta non solùm à tanta multitudine jumentorum atque hominum consumebantur, sed etiam anni tempore atque imbribus procubuerant: ut si qui etiam in præsentia se occultassent, tamen iis, deducto exercitu, rerum omnium inopia pereundum videretur. Ac sæpe in eum locum ventum est, tanto in omnes partes diviso equitatu, ut non modò visum ab se Ambiorigem in fuga captivi, sed nec planè etiam abisse ex conspectu contenderent; ut spe consequendi illata, atque infinito labore susceptо, qui se summam à Cæsare gratiam inituros putarent, penè naturam studio vin- D cerent; semperque paullùm ad summam felicitatem defuisse videretur; atque ille latebris ac silvis aut saltibus se eriperet; & noctu occultatus, alias regiones partesque peteret, non majore equitum præsidio, quam IV, quibus solis vitam suam committere audebat.

XLIV. Tali modo vastatis regionibus, exercitum Cæsar, duarum cohortium damno, Durocortorum Rhemorum reducit; concilioque in eum locum Galliæ indicto, de conjuratione Senonum & Carnutum quæstionem habere instituit; & de Accone, qui princeps ejus consilii fuerat, graviore sententia pronunciata, more majorum supplicium sumsit. Nonnulli judicium veriti, profugerunt; quibus quum aqua atque igni interdixisset, duas legiones ad fines Trevirorum, duas in Lingonibus, VI reliquas in Senonum finibus Agendici in hibernis collocavit; frumentoque exercitui provisо, ut instituerat, in Italiam ad conventus agendos profectus est. E

LIBER VII.

I. QUIETA Gallia, Cæsar, ut constituerat, in Italiam ad conventus agendos proficiscitur: ubi cognoscit de P. Clodii cæde; de Senatûsque consulto certior factus, ut omnes Italiæ juniores conjurarent, delectum tota provincia habere instituit. Eæ res in Galliam Transalpinam celeriter perferuntur. Addunt ipsi & affingunt rumoribus Galli, quod res poscere videbatur, retineri urbano motu Cæsarem, neque in tantis dissensionibus ad exercitum venire posse. Hac impulsi occasione, qui jam antè se populi R. imperio subjectos dolerent, liberiùs atque audaciùs de bello consilia inire incipiunt. Indictis inter se principes Galliæ conciliis, silvestribus ac

Digitized by Google

A remotis locis, queruntur de Acconis morte : hunc casum ad ipsos recidere posse demonstrant : miserantur communem Galliæ fortunam : omnibus pollicitationibus ac præmiis deposcunt, qui belli initium faciant, & sui capitis periculo Galliam in libertatem vindicent. Ejus in primis rationem habendam esse dicunt, priùs quàm eorum clandestina consilia efferantur, ut Cæsar ab exercitu intercludatur : id esse facile, quòd neque legiones, absente Imperatore, audeant ex hibernis egredi ; neque Imperator sine præsidio ad legiones pervenire possit : postremò in acie præstare interfici, quàm non veterem belli gloriam libertatemque, quam à majoribus acceperint, recuperare. Au. U. C. 701.

II. His rebus agitatis, profitentur Carnutes, se nullum periculum communis salutis caussa recusare; principesque se ex omnibus bellum facturos pollicentur; & B quoniam in præsentia obsidibus cavere inter se non possent, ne res efferatur, ut jurejurando ac fide sanciatur, petunt, collatis militaribus signis (quo more eorum gravissimæ cærimoniæ continentur) ne facto initio belli, à reliquis deserantur. Tunc collaudatis Carnutibus, dato jurejurando ab omnibus qui aderant, tempore ejus rei constituto, ab concilio disceditur.

III. Ubi ea dies venit, Carnutes, Cotuato & Conetoduno ducibus, desperatis hominibus, Genabum (*a*) dato signo concurrunt, civesque Romanos, qui negotiandi caussa ibi constiterant, in iis C. Fusium Cottam, honestum equitem Romanum, qui rei frumentariæ jussu Cæsaris præerat, interficiunt : bonaque eorum diripiunt. Celeriter ad omnes Galliæ civitates fama perfertur : nam ubi major atque illustrior incidit res, clamore per agros regionesque significant; hunc alii deinceps excipiunt, & proximis tradunt, ut tunc accidit. Nam quæ Genabi oriente sole gesta C essent, ante primam confectam vigiliam in finibus Arvernorum audita sunt : quod spatium est millium passuum circiter CLX.

IV. Simili ratione ibi Vercingentorix (*b*) Celtilli filius, Arvernus, summæ potentiæ adolescens, cujus pater principatum Galliæ totius obtinuerat, & ob eam caussam, quòd regnum appetebat, ab civitate erat interfectus; convocatis suis clientibus, facilè eos incendit. Cognito ejus consilio, ad arma concurritur : ab Gobanitione patruo suo reliquisque principibus, qui hanc tentandam fortunam non existimabant, expellitur ex opido (*c*) Gergovia : non tamen desistit ; atque in agris habet delectum egentium ac perditorum. Hac coacta manu, quoscumque adit ex civitate, in suam sententiam perducit : hortatur ut communis libertatis caussa arma capiant : magnisque coactis copiis, adversarios suos, à quibus paullò antè erat ejectus, expellit ex civitate. Rex ab suis appellatur : dimittit quoquoversùs legationes : ob- D testatur ut in fide maneant. Celeriter sibi Senones, Parisios, Pictones, Cadurcos, Turones, Aulercos, Lemovices, Andes, reliquosque omnes, qui Oceanum attingunt, adjungit. Omnium consensu ad eum defertur imperium : qua oblata potestate, omnibus iis civitatibus obsides imperat, (*d*) certum numerum militum celeriter ad se adduci jubet : armorum quantùm quæque civitas domi, quodque ante tempus efficiat, constituit. In primis equitatui studet : summæ diligentiæ summam imperii severitatem addit : magnitudine supplicii dubitantes cogit. Nam, majore commisso delicto, igni atque omnibus tormentis necat : leviore de caussa auribus desectis, aut singulis defossis oculis, domum remittit, ut sint reliquis documento, & magnitudine pœnæ perterreant alios.

V. His suppliciis celeriter coacto exercitu, Lucterium Cadurcum summæ hominem audaciæ cum parte copiarum in Ruthenos mittit : ipse in Bituriges proficisci- E tur. Ejus adventu Bituriges ad Æduos, quorum erant in fide, legatos mittunt, subsidium rogatum, quò faciliùs hostium copias sustinere possint. Ædui de consilio

(a) *Genabum* jam suprà monuimus in Ptolemæo (pag. 74.) esse urbem Aurelianensem, *Orleans*.

(b) *Ver* Gallicè idem sonat ac *ingens*. Fortunatus lib. 1. cap. 9. loquens de Basilica S. Vincentii, hæc habet :

Nomine Vernemetis *voluit vocitare vetustas*
Quod quasi fanum ingens Gallica lingua refert.

Ver igitur *ingens* significat, & *Nemetis*, *templum*.

(c) Communis est sententia, ut suprà notavimus ad Strabonem (pag. 22.) urbis *Gergoviæ* cerni vestigia in Monte dicto *Gergoie*, qui una leuca ab Elaveri, nec multò longius à Claro-Monte distat. Argumenta, quibus hæc nititur sententia, accuratè perpendit vir Clarissimus D. Lancelotius in Disquisitionibus de Gergovia, eaque fluxa esse & caduca demonstrat. Mons ille, in quo dicuntur adhuc exstare vestigia antiquæ Gergoviæ, *Podium Merdoniæ* vocabatur tempore Gabrielis Simeonii qui primus huic monti nomen *Gergoie* indidisse creditur in opere à se edito an. 1560. sub hoc titulo, *Dialogo pio & speculativo*, &c. Inscriptionem, quam in Notis ad Strabonem retulimus post Reinesium, falsam putat idem Lancelotius, eamque à Simeonio confictam suspicatur. Observat idem Arvernorum urbem non Ligeri impositam, ut vult Strabo, sed potiùs prope Elaver sitam. Consulesis ejus eruditissimam de Gergovia dissertationem, editam in Commentariis Academiæ Inscriptionum Tomo 6. pagina 635.

(d) Strabo l. 4. Vercingentorigem hoc bello quadraginta hominum millia coëgisse scribit.

Digitized by Google

An. U. C. 701.

legatorum, quos Cæſar ad exercitum reliquerat, copias equitatûs peditatûſque ſubſidio Biturigibus mittunt: qui quum ad flumen Ligerim veniſſent, quod Bituriges ab Æduis dividit, paucos dies ibi morati, neque flumen tranſire auſi, domum revertunt; legatiſque noſtris renunciant, ſe Biturigum perfidiam veritos revertiſſe: quibus id conſilii fuiſſe cognoverint, ut, ſi flumen tranſiſſent, una ex parte ipſi, altera Arverni ſe circumſiſterent. Id ea-ne de cauſſa, quam legatis pronunciarunt, an perfidia adducti fecerint, quòd nihil nobis conſtat, non videtur pro certo eſſe ponendum. Bituriges eorum diſceſſu ſtatim ſe cum Arvernis conjungunt. A

VI. His rebus in Italiam Cæſari nunciatis, quum jam ille virtute Cn. Pompeii urbanas res commodiorem in ſtatum perveniſſe intelligeret, in Tranſalpinam Galliam profectus eſt. Eò quum veniſſet, magna difficultate afficiebatur, qua ratione ad exercitum pervenire poſſet. Nam ſi legiones in (*a*) provinciam accerſeret, ſe abſente in itinere prælio dimicaturas intelligebat: ſi ipſe ad exercitum contenderet, ne iis quidem, qui eo tempore pacati viderentur, ſuam ſalutem rectè committi videbat. B

VII. Interim Lucterius Cadurcus in Ruthenos miſſus, eam civitatem Arvernis conciliat: progreſſus in Nitiobriges & Gabalos, ab utriſque obſides accipit; & magna coacta manu, in provinciam Narbonem verſus eruptionem facere contendit. Qua re nunciata, Cæſar omnibus conſiliis antevertendum exiſtimavit, ut Narbonem proficiſceretur. Eò quum veniſſet, timentes confirmat; præſidia in (*b*) Ruthenis Provincialibus, Volcis Arecomicis, Toloſatibus, circumque Narbonem, quæ loca erant hoſtibus finitima, conſtituit: partem copiarum ex provincia ſupplementumque, quod ex Italia adduxerat, in Helvios, qui fines (*c*) Arvernorum contingunt, convenire jubet.

VIII. His rebus comparatis, repreſſo jam Lucterio & remoto, quòd intrare intra præſidia periculoſum putabat, in Helvios proficiſcitur: etſi mons Cebenna, qui Arvernos ab Helviis diſcludit, duriſſimo tempore anni, altiſſima nive iter impediebat: tamen diſcuſſa nive VI in altitudinem pedum, atque ita viis patefactis, ſummo militum labore ad fines Arvernorum pervenit. Quibus oppreſſis inopinantibus, quòd ſe Cebenna, ut muro, munitos exiſtimabant, ac ne ſingulari quidem homini unquam eo tempore anni ſemitæ patuerant; equitibus imperat, ut quàm latiſſimè poſſent vagentur, & quàm maximum hoſtibus terrorem inferant. Celeriter hæc famâ ac nunciis ad Vercingentorigem perferuntur: quem perterriti omnes Arverni circumſiſtunt, atque obſecrant ut ſuis fortunis conſulat, neu ſe ab hoſtibus diripi patiatur; præſertim quum videat omne ad ſe bellum tranſlatum: quorum ille precibus permotus, caſtra ex Biturigibus movet in Arvernos verſus. C

IX. At Cæſar biduum in iis locis moratus, quòd hæc de Vercingentorige uſuventura opinione præceperat, per cauſſam ſupplementi equitatûſque cogendi, ab exercitu diſcedit: Brutum adoleſcentem iis copiis præficit: hunc monet ut in omnes partes equites quàm latiſſimè pervagentur: daturum ſe operam ne longiùs triduo ab caſtris abſit. His conſtitutis rebus, ſuis inopinantibus, quàm maximis poteſt itineribus Viennam pervenit. Ibi nactus recentem equitatum, quem multis antè diebus eò præmiſerat, neque diurno, neque nocturno itinere intermiſſo, per fines Æduorum in Lingones contendit, ubi duæ legiones hiemabant: ut ſi quid etiam de ſua ſalute ab Æduis iniretur conſilii, celeritate præcurreret. Eò quum perveniſſet, ad reliquas legiones mittit, priúſque in unum locum omnes cogit, quàm de ejus adventu Arvernis nunciari poſſet. Hac re cognita, Vercingetorix rurſus in Bituriges exercitum reduxit, atque inde profectus (*d*) [Gergoviam] Boiorum opidum, D E

(a) *Provincia* à Romanis vocata eſt Gallia Narbonenſis, poſtquam eam in provinciæ formam redegerunt.

(b) Ex Ruthenis eos *provinciales* dictos, quorum pars ad provinciam vergebat, eratque ditionis Romanæ, putant nonnulli. Verùm novæ Hiſtoriæ Occitaniæ Auctores exiſtimant populos, quos Cæſar armis ſubegerat, provinciali jure adſtrictos fuiſſe, atque ideo *provinciales* dictos; eos verò, qui ſponte ſe dediderant, in ſua priſtina libertate relictos fuiſſe, atque *Eleutheros* ſeu liberos vocatos.

(c) Per Avernos intelligit Velavos & Gabalos, qui ſub imperio Arvernorum erant tunc temporis, ut ipſe ait paulò inferiùs.

(d) In editione Arnoldi Montani dicitur *Gergonia*; in quibuſdam libris *Gergobina* & *Gergobia;* in Vita Julii Cæſaris Julio Celſo adſcripta, *Gorgobia*. Hic auctor hanc Boiorum urbem ab ipſo Cæſare ædificatam cenſet: *Vercingetorix*, inquit, *audito Cæſaris digreſſu, retrò in Bituriges reverſus, atque hinc profectus in Boios Tranſalpinos, oppidum illorum ſub Helveticæ victoriæ tempus ædificatum à Cæſare, Æduiſque contraditum oppugnare diſpoſuit*, (*oppido nomen Gorgobia*) *glorioſum ſibi exiſtimans, ſi Æduorum receptaculum, ſimulque Cæſareum opus everteret.* Hanc urbem Maſſonus *Molinas* nunc eſſe cenſet, caput pagi Burbonenſis, *Moulins en Bourbonnois*: Samſon eam cum Gergovia Arvernorum perperam confundit, & ex duabus duarum gentium urbibus unam facit.

Digitized by Google

A quos ibi Helvetico prælio victos Cæsar collocaverat, Æduisque attribuerat, oppugnare instituit. An. U C. 701.

X. Magnam hæc res Cæsari difficultatem ad consilium capiendum afferebat, si reliquam partem hiemis uno in loco legiones contineret, ne stipendiariis Æduorum expugnatis, cuncta Gallia deficeret, quòd nullum in eo amicis præsidium videretur positum esse : sin maturiùs ex hibernis educeret, ne ab re frumentaria duris subvectionibus laboraret. Præstare visum est tamen omnes difficultates perpeti, quàm, tanta contumelia accepta, omnium suorum voluntates alienare. Itaque cohortatus Æduos de supportando commeatu, præmittit ad Boios, qui de suo adventu doceant, hortenturque ut in fide maneant, atque hostium impetum magno animo sustineant. Duabus Agendici legionibus atque impedimentis totius exercitûs relictis, ad Boios proficiscitur.

B XI. Altero die quum ad opidum Senonum (*a*) Vellaunodunum venisset, ne quem post se hostem relinqueret, quò expeditiore re frumentaria uteretur, oppugnare instituit, idque biduo circumvallavit : tertio die missis ex opido legatis de deditione, arma proferri, jumenta produci, DC obsides dari jubet. Ea qui conficeret, C. Trebonium legatum relinquit : ipse, ut quamprimùm iter faceret, Genabum Carnutum proficiscitur; qui tunc primùm, allato nuncio de oppugnatione Vellaunoduni, quum longiùs eam rem ductum iri existimarent, præsidium Genabi tuendi caussa, quod eò mitterent, comparabant. Huc biduo Cæsar pervenit, &, castris ante opidum positis, diei tempore excluſus, in posterum oppugnationem differt; quæque ad eam rem usui sint militibus, imperat; & quòd opidum Genabum pons fluminis Ligeris continebat, veritus ne noctu ex opido profugerent, duas legiones in armis excubare jubet. Genabenses paullò ante mediam noctem silentio ex opido egressi, flumen C transire cœperunt. Qua re per exploratores nunciata, Cæsar legiones, quas expeditas esse jusserat, portis incensis, intromittit; atque opido potitur, perpaucis ex hostium numero desideratis, quin cuncti caperentur, quòd pontis atque itinerum angustiæ multitudinis fugam intercluserant. Opidum diripit atque incendit, prædam militibus donat : exercitum Ligerim transducit, atque in Biturigum fines pervenit.

XII. Vercingetorix ubi de Cæsaris adventu cognovit, oppugnatione desistit, atque obviam Cæsari proficiscitur. Ille opidum Biturigum positum in via (*b*) Noviodunum oppugnare instituerat. Quo ex opido quum legati ad eum venissent oratum, ut sibi ignosceret, suæque vitæ consuleret; ut celeritate reliquas res conficeret, qua pleraque erat consecutus, arma proferri, equos produci, obsides dari jubet. Parte jam obsidum transdita, quum reliqua administrarentur, centurionibus & paucis militibus intromissis, qui arma jumentaque conquirerent, equitatus hostium pro-D cul visus est, qui agmen Vercingetorigis antecesserat : quem simul atque opidani conspexerunt, atque in spem auxilii venerunt, clamore sublato, arma capere, portas claudere, murum complere cœperunt. Centuriones in opido, quum ex significatione Gallorum novi aliquid ab iis iniri consilii intellexissent, gladiis districtis portas occupaverunt, suosque omnes incolumes receperunt.

XIII. Cæsar ex castris equitatum educi jubet, prœliumque equestre committit: laborantibus jam suis Germanos equites circiter CD submittit, quos ab initio secum habere instituerat. Eorum impetum Galli sustinere non potuerunt, atque in fugam conjecti, multis amissis, sese ad agmen receperunt : quibus profligatis, rursus opidani perterriti, comprehensos eos, quorum opera plebem concitatam existimabant, ad Cæsarem perduxerunt, seseque ei dediderunt. Quibus rebus confectis, Cæsar

(a) Vellaunodunum *Château-Landon* interpretatur Samson, aliqua nominum similitudine adductus. Verùm *Château-Landon* idem est ac *Castrum Nantonis*, de E quo in Vita B. Severini Abbatis Agaunensis, quodque situm est in pago Wastinensi. Vellaunoduni nomine hîc designari Montem-Argisi, *Montargis*, locum ad flumen Lupam à situ ita dictum, putat Valesius in Not. Gall. pag. 135. sed nullo fultus argumento.

(b) *Noviodunum* Biturigum oppidum nunc esse *Novum vicum*, vulgò dictum *Neuvy sur Barangeon*, putat Valesius in Not. Gall. pag. 385. Cùm autem omnia loca voce *Dunum* terminata in loco edito sita esse necesse sit, *Novus* verò *Vicus* in planitie positus sit, Valesii sententiam rejicit vir eruditissimus D. Lancelot suprà laudatus, suspicaturque *Noviodunum* idem esse ac vicum nuncupatum *Nouan le Fuzelier*, inter Aurelianensem & Bituricensem urbes situm, à prima novem, ab altera tredecim leucis distantem. In hunc vicum aptè quadrant omnia; loci positio, nominum similitudo. Eadem ductus ratione doctissimus Abbas le Beuf in sua de veterum Suessionum statu dissertatione, quæ præmium tulit ab Academia Suessionensi propositum, Suessionum *Noviodunum*, de quo Cæsar meminit lib. 2. (suprà pag. 222.) collocat in monte *Noyan* dicto, ab urbe Suessionensi semileuca dissito, in cujus vertice cernitur planities mille circiter passus longa. Idem Abbas *Bibrax* Remorum oppidum, quod à Belgis oppugnatum dicit Cæsar lib. 2. (suprà pag. 220.) situm fuisse existimat in vertice montis *Bievre* dicti, à monte *Noyan* septem leucis distantis. Mons ille *Bievre* octo millibus passuum abest à planitie Pontis-Varensis, *Pont-à-Vere*, ubi erant Cæsaris castra, ad ripam Axonæ Septentrionalem. Præterea magna est nominum vicinitas inter *Bibrax* & *Bievre*.

Digitized by Google

An. U. C. 701.

ad opidum Avaricum, quod erat maximum munitiſſimumque in finibus Biturigum, atque agri fertiliſſima regione, profectus eſt; quòd, eo opido recepto, civitatem Biturigum ſe in poteſtatem redacturum confidebat. A

XIV. Vercingetorix, tot continuis incommodis Vellaunoduni, Genabi, Novioduni acceptis, ſuos ad concilium convocat: docet longè alia ratione eſſe bellum gerendum atque antea ſit geſtum: omnibus modis huic rei ſtudendum, ut pabulatione & commeatu Romani prohibeantur: id eſſe facile, quòd equitatu ipſi abundent; & quòd anni tempore ſubleventur: pabulum ſecari non poſſe: neceſſariò diſperſos hoſtes ex ædificiis petere: hos omnes quotidie ab equitibus deleri poſſe: præterea ſalutis cauſſa rei familiaris commoda negligenda: vicos atque ædificia incendi oportere, hoc eſt ſpatio [à Boia] quoquoversùs, quò palubandi cauſſa adire poſſe videantur: harum ipſis rerum copiam ſuppetere, quòd quorum in finibus bellum geratur, eorum opibus ſubleventur: Romanos aut inopiam non laturos, aut magno periculo longiùs à caſtris progreſſuros: neque intereſſe, ipſos ne interficiant, B impedimentiſve exuant, quibus amiſſis, bellum geri non poſſit. Præterea opida incendi oportere, quæ non munitione & loci natura ab omni ſint periculo tuta: neu ſuis ſint ad detrectandam militiam receptacula, neu Romanis propoſita ad copiam commeatûs, prædamque tollendam. Hæc ſi gravia, aut acerba videantur, multò illa graviùs æſtimari debere, liberos, conjuges in ſervitutem abſtrahi, ipſos interfici; quæ ſit neceſſe accidere victis.

XV. Omnium conſenſu hac ſententia probata, uno die ampliùs xx urbes Biturigum incenduntur. Hoc idem fit in reliquis civitatibus: in omnibus partibus incendia conſpiciuntur; quæ etſi magno cum dolore omnes ferebant, tamen hoc ſibi ſolatii proponebant, quòd ſe, propè explorata victoria, celeriter amiſſa recuperaturos confidebant. Deliberatur de Avarico in communi concilio, incendi placeret, an defendi. Procumbunt Gallis omnibus ad pedes Bituriges, ne pulcherrimam propè totius Galliæ Urbem, quæ & præſidio & ornamento ſit civitati, ſuis manibus ſuccendere cogerentur: facilè ſe loci natura defenſuros dicunt, quòd propè ex omnibus partibus flumine & palude circumdata, unum habeat & peranguſtum aditum. Datur petentibus venia, diſſuadente primò Vercingetorige, pòſt concedente, & precibus ipſorum & miſericordia vulgi, defenſores idonei opido deliguntur. C

XVI. Vercingetorix minoribus Cæſarem itineribus ſubſequitur, & locum caſtris deligit, paludibus ſilviſque munitum, ab Avarico longè millia paſſuum xv. Ibi per certos exploratores in ſingula diei tempora, quæ ad Avaricum agerentur, cognoſcebat: & quid fieri vellet, imperabat: omnes noſtras pabulationes frumentationeſque obſervabat; diſperſoſque, quum longiùs neceſſariò procederent, adoriebatur, magnoque incommodo afficiebat: etſi quantùm ratione provideri poterat, ab noſtris occurrebatur, ut incertis temporibus, diverſiſque itineribus iretur.

XVII. Caſtris ad eam partem opidi poſitis, Cæſar, quæ intermiſſa à flumine & palude aditum, ut ſuprà diximus, anguſtum habebat, aggerem apparare, vineas D agere, turres duas conſtituere cœpit: nam circumvallare loci natura prohibebat. De re frumentaria Boios atque Æduos adhortari non deſtitit: quorum alteri, quòd nullo ſtudio agebant, non multùm adjuvabant; alteri non magnis facultatibus, quòd civitas erat exigua & infirma, celeriter, quod habuerunt, conſumſerunt. Summa difficultate rei frumentariæ affecto exercitu, tenuitate Boiorum, indiligentia Æduorum, incendiis ædificiorum, uſque eò ut complures dies milites frumento caruerint, & pecore è longinquioribus vicis adacto, extremam famem ſuſtentarent: nulla tamen vox eſt ab iis audita populi R. majeſtate & ſuperioribus victoriis indigna. Quin etiam Cæſar, quum in opere ſingulas legiones appellaret, & ſi acerbiùs inopiam ferrent, ſe dimiſſurum oppugnationem diceret; univerſi ab eo, ne id faceret, petebant: ſic ſe complures annos, illo imperante, meruiſſe, ut nullam ignominiam E acciperent, nunquam infecta re diſcederent: hoc ſe ignominiæ laturos loco, ſi incœptam oppugnationem reliquiſſent: præſtare omnes perferre acerbitates, quàm non civibus R. qui Genabi perfidia Gallorum interiſſent, parentarent. Hæc eadem centurionibus tribuniſque militum mandabant, ut per eos ad Cæſarem deferrentur.

XVIII. Quum jam muro appropinquaſſent turres, ex captivis Cæſar cognovit, Vercingetorigem conſumto pabulo caſtra moviſſe propius Avaricum, atque ipſum cum equitatu expeditiſque, qui inter equites præliari conſueſſent, inſidiarum cauſſa eò profectum, quò noſtros poſtero die pabulatum venturos arbitrabatur. Quibus rebus cognitis, media nocte ſilentio profectus, ad hoſtium caſtra mane pervenit.

Illi

Digitized by Google

A Illi celeriter per exploratores adventu Cæſaris cognito, carros impedimentaque ſua in arctiores ſilvas abdiderunt, copias omnes in loco edito atque aperto inſtruxerunt. Qua re nunciata, Cæſar celeriter ſarcinas conferri, arma expediri juſſit. An. U. C. 701.

XIX. Collis erat leniter ab infimo acclivis: hunc ex omnibus fere partibus palus difficilis atque impedita cingebat, non latior pedibus L. Hoc ſe colle, interruptis pontibus, Galli fiducia loci continebant, generatimque diſtributi in civitates, omnia vada ac ſaltus ejus paludis certis cuſtodiis obtinebant, ſic animo parati ut, ſi eam paludem Romani perrumpere conarentur, hæſitantes premerent ex loco ſuperiore: ut qui propinquitatem loci viderent, paratos propè æquo Marte ad dimicandum exiſtimarent: qui iniquitatem conditionis perſpicerent, inani ſimulatione ſeſe oſtentare cognoſcerent. Indignantes milites Cæſar, quòd conſpectum ſuum hoſtes ferre poſſent, tantulo ſpatio interjecto, & ſignum prælii expoſcentes edocet, quanto
B detrimento, & quot virorum fortium morte neceſſe eſſet conſtare victoriam: quos quum ſic animo paratos videret, ut nullum pro ſua laude periculum recuſarent, ſummæ ſe iniquitatis condemnari debere, niſi eorum vitam ſua ſalute habeat cariorem. Sic milites conſolatus, eodem die reducit in caſtra; reliquaque, quæ ad oppugnationem opidi pertinebant, adminiſtrare inſtituit.

XX. Vercingetorix, quum ad ſuos rediſſet, proditionis inſimulatus, quòd caſtra propius Romanos moviſſet, quòd cum omni equitatu diſceſſiſſet, quòd ſine imperio tantas copias reliquiſſet, quòd ejus diſceſſu Romani tanta opportunitate & celeritate veniſſent: non hæc omnia fortuitu, aut ſine conſilio accidere potuiſſe: regnum illum Galliæ malle Cæſaris conceſſu, quàm ipſorum habere beneficio. Tali modo accuſatus ad hæc reſpondit: Quòd caſtra moviſſet, factum inopia pabuli, etiam ipſis hortantibus: quòd propius Romanos acceſſiſſet, perſuaſum loci opportunitate,
C qui ſe ipſum munitione defenderet: equitum verò operam neque in loco paluſtri deſiderari debuiſſe, & illic fuiſſe utilem, quò ſint profecti: ſummam imperii ſe conſultò nulli diſcedentem tradidiſſe, ne is multitudinis ſtudio ad dimicandum impelleretur: cui rei propter animi mollitiem ſtudere omnes videret, quòd diutiùs laborem ferre non poſſent: Romani ſi caſu intervenerint, fortunæ; ſi alicujus indicio vocati, huic habendam gratiam, quòd & paucitatem eorum ex loco ſuperiore cognoſcere, & virtutem deſpicere potuerint; qui dimicare non auſi turpiter ſe in caſtra receperint. Imperium ſe à Cæſare per proditionem nullum deſiderare, quod habere victoria poſſet, quæ jam eſſet ſibi ac omnibus Gallis explorata: quin etiam ipſis remittere, ſi ſibi magis honorem tribuere, quàm ab ſe ſalutem accipere videantur: *Quod ut intelligatis*, inquit, *ſincerè à me pronunciari, audite Romanos milites.* Producit ſervos, quos in pabulatione paucis antè diebus exceperat, & fame vinculiſ-
D que excruciaverat. Ii jam antè edocti, quæ interrogati pronunciarent, milites ſe eſſe legionarios dicunt; fame & inopia adductos, clam ex caſtris exiſſe, ſi quid frumenti, aut pecoris in agris reperire poſſent: ſimili omnem exercitum inopia premi, nec jam vires ſufficere cujuſquam, nec ferre operis laborem poſſe: itaque ſtatuiſſe Imperatorem, ſi nihil in oppugnatione opidi profeciſſet, triduo exercitum deducere. *Hæc à me*, inquit Vercingetorix, *beneficia habetis, quem proditionis inſimulatis: cujus opera, ſine veſtro ſanguine, tantum exercitum victorem fame penè conſumtum videtis: quem turpiter ſe ex hac fuga recipientem, ne qua civitas ſuis finibus recipiat, à me proviſum eſt.*

XXI. Conclamat omnis multitudo, & ſuo more armis concrepat: quod facere in eo conſueverunt, cujus orationem approbant: ſummum eſſe Vercingetorigem ducem, nec de ejus fide dubitandum, nec majori ratione bellum adminiſtrari poſſe.
E Statuunt ut decem millia hominum delecta ex omnibus copiis in opidum ſubmittantur: nec ſolis Biturigibus communem ſalutem committendam cenſent; quòd penes eos, ſi opidum retinuiſſent, ſummam victoriæ conſtare intelligebant.

DESUNT.

XXII. Singulari militum noſtrorum virtuti conſilia cujuſquemodi Gallorum occurrebant, ut eſt ſummæ genus ſollertiæ, atque ad omnia imitanda atque efficienda, quæ ab quoque traduntur, aptiſſimum. Nam & laqueis falces avertebant, quas quum deſtinaverant, tormentis introsùs reducebant, & aggerem cuniculis ſubtrahebant, eò ſcientiùs, quòd apud eos magnæ ſunt ferrariæ, atque omne genus cuniculorum notum atque uſitatum eſt. Totum autem murum ex omni parte turribus contabulaverant, atque has coriis intexerant. Tum crebris diurnis nocturniſque

Digitized by Google

An. U. C. 701. eruptionibus, aut aggeri ignem inferebant, aut milites occupatos in opere adoriebantur; & noſtrarum turrium altitudinem, quantùm has quotidianus agger expreſſerat, commiſſis ſuarum turrium malis, adæquabant; & apertos cuniculos præuſta & præacuta materia, & pice fervefacta, & maximi ponderis ſaxis morabantur, mœnibuſque appropinquare prohibebant. A

XXIII. Muris autem omnibus Gallicis hæc fere forma eſt: Trabes directæ perpetuæ in longitudinem, paribus intervallis, diſtantes inter ſe binos pedes, in ſolo collocantur: hæ revinciuntur introrsùs, & multo aggere veſtiuntur. Ea autem, quæ diximus, intervalla grandibus in fronte ſaxis effarciuntur. Iis collocatis & coagmentatis, alius inſuper ordo adjicitur, ut idem illud intervallum ſervetur, neque inter ſe contingant trabes, ſed paribus intermiſſæ ſpatiis, ſingulæ ſingulis ſaxis interjectis, arte contineantur. Sic deinceps omne opus contexitur, dum juſta muri altitudo expleatur. Hoc cùm in ſpeciem varietatemque opus deforme non eſt, alternis trabibus, aut ſaxis, quæ rectis lineis ſuos ordines ſervant; tum ad utilitatem & defenſionem urbium ſummam habet opportunitatem, quòd & ab incendio lapis, & ab ariete materia defendit, quæ perpetuis trabibus pedes quadragenos plerumque introrsùs revincta, neque perrumpi, neque diſtrahi poteſt. B

XXIV. Iis tot rebus impedita oppugnatione, milites quum toto tempore luto, frigore & aſſiduis imbribus tardarentur, tamen continenti labore omnia hæc ſuperaverunt, & diebus XXV aggerem latum pedes CCCXXX, altum pedes LXXX exſtruxerunt. Quum is murum hoſtium penè contingeret, & Cæſar ad opus conſuetudine excubaret, militeſque cohortaretur ne quod omnino tempus ab opere intermitteretur, paullò ante tertiam vigiliam eſt animadverſum, fumare aggerem, quem cuniculo hoſtes ſuccenderant: eodemque tempore toto muro clamore ſublato, duabus portis ab utroque latere turrium eruptio fiebat. Alii faces atque aridam materiem de muro in aggerem eminus jaciebant; picem alii reliquaſque res, quibus ignis excitari poteſt, fundebant; ut quò primùm occurreretur, aut cui rei ferretur auxilium, vix ratio iniri poſſet. Tamen, quòd inſtituto Cæſaris duæ ſemper legiones pro caſtris excubabant, pluresque partitis temporibus in opere erant, celeriter factum eſt, ut alii eruptionibus reſiſterent, alii turres reducerent, aggeremque interſcinderent, omnis verò ex caſtris multitudo ad reſtinguendum concurreret. C

XXV. Quum in omnibus locis, conſumta jam reliqua parte noctis, pugnaretur, ſemperque hoſtibus ſpes victoriæ redintegraretur, eò magis, quòd deuſtos pluteos turrium videbant, nec facilè adire apertos ad auxiliandum animadvertebant, ſemperque ipſi recentes defeſſis ſuccederent, omnemque Galliæ ſalutem in illo veſtigio temporis poſitam arbitrarentur; accidit inſpectantibus nobis, quod dignum memoria viſum, prætermittendum non exiſtimavimus. Quidam ante portam opidi Gallus, qui per manus ſevi ac picis tranſditas glebas in ignem è regione turris projiciebat, ſcorpione ab latere dextro transjectus, exanimatuſque concidit: hunc ex proximis unus jacentem tranſgreſſus, eodem illo munere fungebatur: eadem ratione ictu ſcorpionis exanimato altero, ſucceſſit tertius, & tertio quartus: nec ille priùs eſt à propugnatoribus vacuus relictus locus, quàm reſtincto aggere, atque omni parte ſubmotis hoſtibus, finis eſt pugnandi factus. D

XXVI. Omnia experti Galli, quòd res nulla ſucceſſerat, poſtero die conſilium ceperunt ex opido profugere, hortante & jubente Vercingetorige. Id ſilentio noctis conati, non magna jactura ſuorum ſeſe effecturos ſperabant: propterea quòd neque longè ab opido caſtra Vercingetorigis aberant; & palus, quæ perpetua intercedebat, Romanos ad inſequendum tardabat. Jamque hoc facere noctu apparabant, quum matres-familias repente in publicum procurrerunt, flenteſque projectæ ad pedes ſuorum, omnibus precibus petierunt, ne ſe & communes liberos hoſtibus ad ſupplicium dederent: quos ad capiendam fugam natura & virium infirmitas impediret. Ubi eos perſtare in ſententia viderunt, quòd plerumque in ſummo periculo timor miſericordiam non recipit, conclamare, & ſignificare de fuga Romanis cœperunt. Quo timore perterriti Galli, ne ab equitatu Romanorum viæ præoccuparentur, conſilio deſtiterunt.

XXVII. Poſtero die Cæſar, promota turri, directiſque operibus, quæ facere inſtituerat; magno coorto imbri, non inutilem hanc ad capiendum conſilium tempeſtatem arbitratus eſt, quòd paullò incautiùs cuſtodias in muro diſpoſitas videbat: ſuoſque languidiùs in opere verſari juſſit, & quid fieri vellet, oſtendit. Legiones intra vineas in occulto expeditas cohortatus, ut aliquando pro tantis laboribus

Digitized by Google

A fructum victoriæ perciperent; iis, qui primi murum adscendissent, præmia proposuit, militibusque signum dedit. Illi subitò ex omnibus partibus evolaverunt, murumque celeriter complerunt. An. U. C. 701.

XXVIII. Hostes re nova perterriti, muro turribusque dejecti, in foro ac locis patentioribus cuneatim constiterunt, hoc animo ut, si qua ex parte obviam contrà veniretur, acie instructa, depugnarent. Ubi neminem in æquum locum sese demittere, sed toto undique muro circumfundi viderunt, veriti ne omnino spes fugæ tolleretur, abjectis armis, ultimas opidi partes continenti impetu petiverunt: parsque ibi, quum angusto exitu portarum se ipsi premerent, à militibus; pars jam egressa portis, ab equitibus est interfecta: nec fuit quisquam, qui prædæ studeret. Sic & Genabensi cæde, & labore operis incitati, non ætate confectis, non mulieribus, non infantibus pepercerunt. Denique ex omni eo numero, qui fuit circiter XL mil-
B lium, vix DCCC, qui primo clamore audito se ex opido ejecerant, incolumes ad Vercingetorigem pervenerunt. Quos ille multa jam nocte, silentio sic ex fuga excepit, (veritus ne qua in castris ex eorum concursu & misericordia vulgi seditio oriretur) ut procul in via dispositis familiaribus suis principibusque civitatum, disparandos deducendosque ad suos curaret; quæ cuique civitati pars castrorum ab initio obvenerat.

XXIX. Postero die concilio convocato, consolatus cohortatusque est, ne se admodùm animo demitterent, neve perturbarentur incommodo: non virtute, neque acie
C accipieretur: id tamen se celeriter majoribus commodis sanaturum. Nam quæ ab reliquis Gallis civitates dissentirent, has sua diligentia adjuncturum, atque unum consilium totius Galliæ effecturum; cujus consensu ne orbis quidem terrarum possit obsistere: idque se propè jam effectum habere. Interea æquum esse, ab iis communis salutis caussa impetrari, ut castra munire instituerent, quò faciliùs hostium repentinos impetus sustinere possent.

XXX. Fuit hæc oratio non ingrata Gallis, maximè quòd ipse animo non defecerat, tanto accepto incommodo, neque se in occultum abdiderat, neque conspectum multitudinis fugerat: plusque animo providere & præsentire existimabatur, quòd re integra primò incendendum Avaricum, pòst deserendum censuerat. Itaque ut reliquorum imperatorum res adversæ auctoritatem minuunt, sic hujus ex contrario dignitas, incommodo accepto, in dies augebatur: simul in spem veniebant,
D ejus affirmatione de reliquis adjungendis civitatibus; primúmque eo tempore Galli castra munire instituerunt; & sic sunt animo consternati homines insueti laboris, ut omnia, quæ imperarentur, sibi patienda existimarent.

XXXI. Nec minùs, quàm est pollicitus, Vercingetorix animo laborabat, ut reliquas civitates adjungeret; atque earum principes donis pollicitationibusque alliciebat. Huic rei idoneos homines deligebat, quorum quisque & oratione subdola, aut amicitia facillimè capi posset. Qui Avarico expugnato refugerant, armandos vestiendosque curat: simul ut deminutæ copiæ redintegrarentur, imperat certum numerum militum civitatibus; quem & quam ante diem in castra adduci velit; sagittariosque omnes, quorum erat permagnus numerus in Gallia, conquiri & ad se mitti jubet. His rebus celeriter id, quod Avarici deperierat, expletur. Interim Theuto-
E matus Olloviconis filius rex Nitiobrigum, cujus pater ab senatu nostro amicus erat appellatus, cum magno equitum suorum numero, & quos ex Aquitania conduxerat, ad eum pervenit.

XXXII. Cæsar Avarici complures dies commoratus, summamque ibi copiam frumenti & reliqui commeatûs nactus, exercitum ex labore atque inopia refecit. Jam prope hieme confecta, quum ipso anni tempore ad gerendum bellum vocaretur, & ad hostem proficiscì constituisset; sive eum ex paludibus silvisque elicere, sive obsidione premere posset; legati ad eum principes Æduorum veniunt, oratum ut maximè necessario tempore civitati subveniat; summo esse in periculo rem; quòd, quum singuli magistratus antiquitùs creari, atque regiam potestatem annum obtinere consuessent, duo magistratum gerant; & se uterque eorum legibus creatum esse dicat. Horum esse alterum Convictolitanem, florentem & illustrem adolescentem; alterum Cotum antiquissima familia natum, atque ipsum hominem summæ potentiæ

Digitized by Google

An. U. C. 701. & magnæ cognationis, cujus frater Vedeliacus proximo anno eumdem magiſtratum A geſſerit : civitatem omnem eſſe in armis : diviſum ſenatum, diviſum populum in ſuas cujuſque eorum clientelas : quòd ſi diutiùs alatur controverſia, fore uti pars cum civitatis parte confligat : id ne accidat, poſitum in ejus diligentia atque auctoritate.

XXXIII. Cæſar, etſi à bello atque hoſte diſcedere, detrimentoſum eſſe exiſtimabat ; tamen non ignorans, quanta ex diſſenſionibus incommoda oriri conſueſſent ; ne tanta & tam conjuncta populo R. civitas, quam ipſe ſemper aluiſſet, omnibuſque rebus ornaſſet, ad vim atque ad arma deſcenderet ; atque ea pars, quæ minùs ſibi confideret, auxilia à Vercingentorige accerſeret ; huic rei prævertendum exiſtimavit : & quòd legibus Æduorum, iis qui ſummum magiſtratum obtinerent, excedere ex finibus non liceret ; ne quid de jure, aut legibus eorum deminuiſſe videretur, ipſe in Æduos proficiſci ſtatuit, ſenatumque omnem, & quos inter controverſia eſſet, Decetiam ad ſe evocavit. Quum prope omnis civitas eò conveniſſet, docereturque, B paucis clam vocatis, alio loco, alio tempore atque oportuerit, fratrem à fratre renunciatum ; quum leges duos ex una familia, vivo utroque, non ſolùm magiſtratus creari vetarent, ſed etiam in ſenatu eſſe prohiberent, Cotum magiſtratum deponere coëgit ; Convictolitanem, qui per ſacerdotes, more civitatis, intermiſſis magiſtratibus, eſſet creatus, poteſtatem obtinere juſſit.

XXXIV. Hoc decreto interpoſito, cohortatus Æduos, ut controverſiarum ac diſſenſionum obliviſcerentur, atque omnibus omiſſis rebus, huic bello ſervirent, eaque, quæ meruiſſent, præmia ab ſe, devicta Gallia, exſpectarent, equitatumque omnem, & peditum millia x ſibi celeriter mitterent, quæ in præſidiis rei frumentariæ cauſſa diſponeret ; exercitum in duas partes diviſit : IV legiones in Senones Pariſioſque Labieno ducendas dedit : VI ipſe in Arvernos ad opidum Gergoviam ſecundùm flumen (*a*) Elaver duxit : equitatûs partem illi attribuit, partem ſibi reliquit. Qua re C cognita, Vercingetorix, omnibus interruptis ejus fluminis pontibus, ab altera Elaveris parte iter facere cœpit.

XXXV. Quum uterque utrique eſſet exercitus in conſpectu, feréque è regione caſtris caſtra poneret ; diſpoſitis exploratoribus, necubi effecto ponte Romani copias tranſducerent ; erat in magnis Cæſari difficultatibus res, ne majorem æſtatis partem flumine impediretur ; quòd non ferè ante autumnum Elaver vado tranſiri ſoleat. Itaque ne id accideret, ſilveſtri loco caſtris poſitis, è regione unius eorum pontium, quos Vercingetorix reſcindendos curaverat, poſtero die cum II legionibus in occulto reſtitit : reliquas copias cum omnibus impedimentis, ut conſueverat, miſit, demtis [quartis] quibuſque cohortibus, uti numerus legionum conſtare videretur. Iis quàm longiſſimè poſſent progredi juſſis, quum jam ex diei tempore conjecturam caperet, in caſtra perventum ; iiſdem ſublicis, quarum pars inferior integra D remanebat, pontem reficere cœpit. Celeriter effecto opere, legionibuſque tranſductis, & loco caſtris idoneo delecto, reliquas copias revocavit. Vercingetorix, re cognita, ne contra ſuam voluntatem dimicare cogeretur, magnis itineribus anteceſſit.

XXXVI. Cæſar ex eo loco quintis caſtris Gergoviam pervenit ; equeſtrique prælio eo die levi facto, perſpecto urbis ſitu, quæ poſita in altiſſimo monte omnes aditus difficiles habebat, de expugnatione deſperavit ; de obſeſſione non priùs agendum conſtituit, quàm rem frumentariam expediſſet. At Vercingetorix, caſtris prope opidum in monte poſitis, mediocribus circum ſe intervallis, ſeparatim ſingularum civitatum copias collocaverat ; atque omnibus ejus jugi collibus occupatis, quà deſpici poterat, horribilem ſpeciem præbebat ; principeſque earum civitatum, quos ſibi ad conſilium capiendum delegerat, prima luce ad ſe quotidie convenire jubebat ; ſeu quid communicandum, ſeu quid adminiſtrandum videretur : neque ullum ferè diem E intermittebat, quin equeſtri prælio interjectis ſagittariis, quid in quoque eſſet animi ac virtutis ſuorum periclitaretur. Erat è regione opidi collis ſub ipſis radicibus montis egregiè munitus, atque ex omni parte circumciſus ; quem ſi tenerent noſtri, & aquæ magna parte, & pabulatione libera prohibituri hoſtes videbantur : ſed is locus præſidio ab iis non nimis firmo tenebatur. Tamen ſilentio noctis Cæſar ex caſtris egreſſus, priùs quàm ſubſidium ex opido venire poſſet, dejecto præſidio, potitus loco, duas ibi legiones collocavit ; foſſamque duplicem duodenûm pedum à majoribus caſtris ad minora perduxit ; ut tutò ab repentino hoſtium incurſu etiam ſinguli commeare poſſent.

XXXVII. Dum hæc ad Gergoviam geruntur, Convictolitanis Æduus, cui ma-

(a) *Elaver* Arvernorum fluvius poſtea dictus eſt *Elaris* & *Elauris*, nunc *l'Allier*.

Digitized by Google

A giſtratum adjudicatum à Cæſare demonſtravimus, ſollicitatus ab Arvernis pecunia, cum quibuſdam adoleſcentibus colloquitur; quorum erat princeps Litavicus, atque ejus fratres, ampliſſima familia nati adoleſcentes. Cum iis præmium communicat, hortaturque eos ut ſe liberos, & imperio natos meminerint: unam eſſe Æduorum civitatem, quæ certiſſimam Galliæ victoriam diſtineat; ejus auctoritate reliquas contineri; qua tranſducta, locum conſiſtendi Romanis in Gallia non fore: eſſe nonnullo ſe Cæſaris beneficio affectum, ſic tamen, ut juſtiſſimam apud eum cauſſam obtinuerit; ſed plus communi libertati tribuere. Cur enim potiùs Ædui de ſuo jure & de legibus ad Cæſarem diſceptaturi, quàm Romani ad Æduos veniant? celeriter adoleſcentibus & ratione magiſtratûs & præmio deductis, quum ſe vel principes ejus conſilii fore profiterentur, ratio perficiendi quærebatur; quòd civitatem temerè ad ſuſcipiendum bellum adduci poſſe non confidebant. Placuit ut Litavicus decem illis B millibus, quæ Cæſari ad bellum mitterentur, præficeretur, atque ea ducenda curaret, fratreſque ejus ad Cæſarem præcurrerent: reliqua, qua ratione agi placeat, conſtituunt. An. U. C. 701.

XXXVIII. Litavicus, accepto exercitu, quum millia paſſuum circiter xxx ab Gergovia abeſſet, convocatis ſubitò militibus, lacrymans: *Quò proficiſcimur*, inquit, *milites? omnis noſter equitatus, nobilitas omnis interiit; principes civitatis Eporedorix & Virdumarus inſimulati proditionis ab Romanis, indicta cauſſa, interfecti ſunt. Hæc ab iis cognoſcite, qui ex ipſa cæde fugerunt: nam ego fratribus atque omnibus propinquis meis interfectis, dolore prohibeor, quæ geſta ſunt, pronunciare.* Producuntur ii, quos ille edocuerat, quæ [illegible]ci vellet; atque eadem quæ Litavicus pronunciaverat, multitudini exponunt: multos equites Æduorum interfectos, quòd collocuti cum Arvernis dicerentur; ipſos ſe inter multitudinem militum occultaſſe, atque ex media cæde C profugiſſe. Conclamant Ædui, & Litavicum obſecrant ut ſibi conſulat. *Quaſi verò*, inquit ille, *conſilii ſit res, ac non neceſſe ſit nobis Gergoviam contendere, & cum Arvernis noſmet conjungere, an dubitamus, quin nefario facinore admiſſo, Romani jam ad nos interficiendos concurrant? proinde ſi quid in nobis animi eſt, perſequamur eorum mortem, qui indigniſſimè interierunt; atque hos latrones interficiamus.* Oſtendit cives Romanos, qui ejus præſidii fiducia unà erant: continuò magnum numerum frumenti commeatûſque diripit; ipſos crudeliter excruciatos interficit: nuncios tota civitate Æduorum dimittit: eodem mendacio de cæde equitum & principum permovet: hortatur ut ſimili ratione, atque ipſe fecerit, ſuas injurias perſequantur.

XXXIX. Eporedorix Æduus ſummo loco natus adoleſcens, & ſummæ domi potentiæ, & unà Virdumarus, pari ætate & gratia, ſed genere diſpari, quem Cæſar ſibi ab Divitiaco tranſditum ex humili loco ad ſummam dignitatem perduxerat, in D equitum numero convenerant, nominatim ab eo evocati. His erat inter ſe de principatu contentio: & in illa magiſtratuum controverſia alter pro Convictolitane, alter pro Coto ſummis opibus pugnaverat. Ex iis Eporedorix, cognito Litavici conſilio, media ferè nocte rem ad Cæſarem defert; orat ne patiatur civitatem pravis adoleſcentium conſiliis ab amicitia populi R. deficere: quod futurum provideat, ſi ſe tot hominum millia cum hoſtibus conjunxerint, quorum ſalutem neque propinqui negligere, neque civitas levi momento æſtimare poſſet.

XL. Magna affectus ſollicitudine hoc nuncio Cæſar, quòd ſemper Æduorum civitati præcipuè indulſerat, nulla interpoſita dubitatione, legiones expeditas IV, equitatumque omnem ex caſtris educit. Nec fuit ſpatium tali tempore ad contrahenda caſtra; quòd res in celeritate poſita eſſe videbatur. C. Fabium legatum cum legionibus II caſtris præſidio relinquit: fratres Litavici, quum comprehendi juſſiſſet, paullò antè E reperit ad hoſtes profugiſſe. Adhortatus milites, ne neceſſario tempore itineris labore permoveantur; cupidiſſimis omnibus, progreſſus millia paſſuum XXV, agmen Æduorum conſpicatus, immiſſo equitatu, iter eorum moratur atque impedit: interdicitque omnibus ne quemquam interficiant. Eporedorigem & Viridumarum, quos illi interfectos exiſtimabant, inter equites verſari, ſuoſque appellare jubet. Iis cognitis, & Litavici fraude perſpecta, Ædui manus tendere, & deditionem ſignificare, & projectis armis mortem deprecari incipiunt. Litavicus cum ſuis clientibus, quibus nefas more Gallorum eſt etiam in extrema fortuna deſerere patronos, Gergoviam profugit.

XLI. Cæſar nunciis ad civitatem Æduorum miſſis, qui ſuo beneficio conſervatos docerent, quos jure belli interficere potuiſſet, tribuſque horis noctis exercitui ad quietem datis, caſtra ad Gergoviam movit. Medio ferè itinere equites à Fabio miſſi,

Digitized by Google

An. U. C. 701.

quanto res in periculo fuerit, exponunt: ſummis copiis caſtra oppugnata demonſtrant; A quum crebrò integri defeſſis ſuccederent, noſtroſque aſſiduo labore defatigarent, quibus propter magnitudinem caſtrorum perpetuò eſſet iiſdem in vallo permanendum: multitudine ſagittarum atque omnis generis telorum multos vulneratos: ad hæc ſuſtinenda magno uſui fuiſſe tormenta: Fabium diſceſſu eorum, duabus relictis portis, obſtruere ceteras, pluteoſque vallo addere, & ſe in poſterum diem ſimilem ad caſum parare. Iis rebus cognitis, Cæſar ſummo ſtudio militum ante ortum ſolis in caſtra pervenit.

XLII. Dum hæc ad Gergoviam geruntur, Ædui, primis nunciis à Litavico acceptis, nullum ſibi ad cognoſcendum ſpatium relinquunt. Impellit alios avaritia, alios iracundia & temeritas, quæ maximè illi hominum generi eſt innata, ut levem auditionem habeat pro re comperta. Bona civium Romanorum diripiunt, cædes faciunt, in ſervitutem abſtrahunt. Adjuvat rem proclinatam Convictolitanis, plebemB que ad furorem impellit, ut facinore admiſſo, ad ſanitatem reverti pudeat. M. Ariſtium tribunum mil. iter ad legionem facientem, fide data, ex opido Cabillono educunt: idem facere cogunt eos, qui negotiandi cauſſa ibi conſtiterant. Hos continuò in itinere adorti, omnibus impedimentis exuunt; repugnantes diem noctemque obſident: multis utrimque interfectis, majorem multitudinem ad arma concitant.

XLIII. Interim nuncio allato, omnes eorum milites in poteſtate Cæſaris teneri; concurrunt ad Ariſtium; nihil publico factum conſilio demonſtrant; quæſtionem de bonis direptis decernunt; Litavici fratrumque bona publicant; legatos ad Cæſarem ſui purgandi gratia mittunt: hæc faciunt, recuperandorum ſuorum cauſſa: ſed contaminati facinore, & capti compendio ex direptis bonis, quòd ea res ad multos pertinebat, & timore pœnæ exterriti, conſilia clam de bello inire incipiunt, civitateſque reliquas legationibus ſollicitant. Quæ tametſi Cæſar intelligebat, tamen, quàm miC tiſſimè poteſt, legatos appellat: nihil ſe propter inſcientiam levitatemque vulgi graviùs de civitate judicare, neque de ſua in Æduos benevolentia deminuere. Ipſe majorem Galliæ motum exſpectans, ne ab omnibus civitatibus circumſiſteretur, conſilia inibat, quemadmodum à Gergovia diſcederet, ac rurſus omnem exercitum contraheret, ne profectio nata à timore defectionis ſimilis fugæ videretur.

XLIV. Hæc cogitanti accidere viſa eſt facultas bene rei gerendæ: nam quum minora in caſtra, operis perſpiciendi cauſſa, veniſſet, animadvertit collem, qui ab hoſtibus tenebatur, nudatum hominibus, qui ſuperioribus diebus vix præ multitudine cerni poterat. Admiratus, quærit ex perfugis cauſſam, quorum magnus ad eum quotidie numerus confluebat. Conſtabat inter omnes, quod jam ipſe Cæſar per exploratores cognoverat, dorſum eſſe ejus jugi prope æquum, ſed ſilveſtre & anguſtum, quà eſſet aditus ad alteram partem opidi: vehementer huic illos loco timere, nec D jam aliter ſentire, uno colle ab Romanis occupato, ſi alterum amiſiſſent, quin pene circumvallati, atque omni exitu & pabulatione intercluſi viderentur: ad hunc muniendum locum omnes à Vercingetorige evocatos.

XLV. Hac re cognita, Cæſar mittit complures equitum turmas eò de media nocte: iis imperat ut paullò tumultuoſiùs omnibus in locis pervagarentur. Prima luce magnum numerum impedimentorum ex caſtris mulorumque produci, éque iis ſtramenta detrahi, mulioneſque cum caſſidibus, equitum ſpecie ac ſimulatione, collibus circumvehi jubet. His paucos addit equites, qui latiùs oſtentationis cauſſa vagarentur: longo circuitu eaſdem omnes jubet petere regiones. Hæc procul ex opido videbantur, ut erat à Gergovia deſpectus in caſtra: neque tanto ſpatio certi quid eſſet explorari poterat. Legionem unam eodem jugo mittit, & paullùm progreſſam inferiore loco conſtituit, ſilviſque occultat. Augetur Gallis ſuſpicio; atque omnes illò E munitionum copiæ tranſducuntur. Vacua caſtra hoſtium Cæſar conſpicatus, tectis inſignibus ſuorum, occultatiſque ſignis militaribus, raros milites, ne ex opido animadverterentur, ex majoribus caſtris in minora tranſducit: legatiſque, quos ſingulis legionibus præfecerat, quid fieri vellet, oſtendit: imprimis monet ut contineant milites, ne ſtudio pugnandi, aut ſpe prædæ longiùs progrediantur: quid iniquitas loci habeat incommodi, proponit: hoc una celeritate poſſe vitari: occaſionis eſſe rem, non prælii. His rebus expoſitis, ſignum dat, & ab dextera parte alio adſcenſu eodem tempore Æduos mittit.

XLVI. Opidi murus ab planicie, atque initio adſcenſûs, recta regione, ſi nullus anfractus intercederet, ∞ CC paſſus aberat. Quidquid huic circuitûs ad molliendum clivum acceſſerat, id ſpatium itineris augebat. A medio ferè colle in longitudine,

Digitized by Google

A ut natura montis ferebat, ex grandibus saxis VI pedum murum, qui nostrorum impetum tardaret, præduxerant Galli; atque inferiore omni spatio vacuo relicto, superiorem partem collis usque ad murum opidi densissimis castris compleverant. Milites, signo dato, celeriter ad munitionem perveniunt, eamque transgressi trinis castris potiuntur: ac tanta fuit in capiendis castris celeritas, ut Theutomatus rex Nitiobrigum subitò in tabernaculo oppressus, ut meridie conquieverat, superiore corporis parte nudata, vulnerato equo, vix se ex manibus prædantium militum eriperet. An. U. C. 701.

XLVII. Consecutus id, quod animo proposuerat, Cæsar receptui cani jussit: legionisque decimæ, quacum erat concionatus, signa constitere. At reliquarum milites legionum, non exaudito tubæ sono, quòd satis magna vallis intercedebat, tamen à tribunis militum legatisque, ut erat à Cæsare præceptum, retinebantur: sed elati spe celeris victoriæ, & hostium fuga, superiorumque temporum secundis præ-
B liis, nihil adeò arduum sibi existimabant, quod non virtute consequi possent; neque priùs finem sequendi fecerunt, quàm muro opidi portisque appropinquarunt. Tum verò ex omnibus urbis partibus, orto clamore, qui longiùs aberant, repentino tumultu perterriti, quum hostes intra portas esse existimarent, sese ex opido ejecerunt. Matres-familias de muro vestem argentumque jactabant, & pectore nudo prominentes, passis manibus obtestabantur Romanos, ut sibi parcerent; neu, sicut Avarici fecissent, ne mulieribus quidem atque infantibus abstinerent: nonnullæ de muris per manus demissæ, sese militibus transdebant. L. Fabius centurio legionis VIII, quem inter suos eo die dixisse constabat, excitari se Avaricensibus præmiis, neque commissurum ut priùs quisquam murum adscenderet, tres suos nactus manipulares, atque ab iis sublevatus, murum adscendit: eos ipse rursus singulos exceptans, in murum extulit.

C XLVIII. Interim ii, qui ad alteram partem opidi, ut suprà demonstravimus, munitionis caussa convenerant, primò exaudito clamore, inde etiam crebris nunciis incitati, opidum ab Romanis teneri, præmissis equitibus, magno concursu eò contenderunt. Eorum ut quisque primus venerat, sub muro consistebat, suorumque pugnantium numerum augebat: quorum quum magna multitudo convenisset, matres-familias, quæ paullò antè Romanis de muro manus tendebant, suos obtestari, & more Gallico passum capillum ostentare, liberosque in conspectum proferre cœperunt. Erat Romanis nec loco, nec numero æqua contentio: simul & cursu & spatio pugnæ defatigati, non facilè recentes atque integros sustinebant.

XLIX. Cæsar, quum iniquo loco pugnari, hostiumque augeri copias videret; præmetuens suis, ad T. Sextium legatum, quem minoribus castris præsidio reliquerat, mittit ut cohortes ex castris celeriter educeret, & sub infimo colle ab dextro
D latere hostium constitueret; ut, si nostros depulsos loco vidisset, quò minùs liberè hostes insequerentur, terreret. Ipse paullùm ex eo loco cum legione progressus, ubi constiterat, eventum pugnæ exspectabat.

L. Quum acerrimè cominùs pugnaretur; hostes loco & numero, nostri virtute confiderent: subitò sunt Ædui visi ab latere nostris aperto; quos Cæsar ab dextra parte alio adscensu, manûs distinendæ caussa miserat. Ii similitudine armorum vehementer nostros perterruerunt: ac tametsi dextris humeris exertis animadvertebantur, quod insigne pacatis esse consueverat, tamen id ipsum sui fallendi caussa milites ab hostibus factum existimabant. Eodem tempore L. Fabius centurio, quique unà murum adscenderant, circumventi atque interfecti, de muro præcipitantur. M. Pe-
E treius ejusdem legionis centurio, quum portas exscindere conatus esset, à multitudine oppressus, ac sibi desperans, multis jam vulneribus acceptis, manipularibus suis, qui illum secuti erant, *Quoniam*, inquit, *me unà vobiscum servare non possum, vestræ quidem certè saluti prospiciam, quos cupiditate gloriæ adductus in periculum deduxi. Vos datâ facultate, vobis consulite.* Simul irrupit in medios hostes; duobusque interfectis, reliquos à porta paullùm submovit. Conantibus auxiliari suis, *Frustra*, inquit, *meæ vitæ subvenire conamini, quem jam sanguis viresque deficiunt: proinde hinc abite, dum est facultas, vosque ad legionem recipite.* Ita pugnans pòst paullùm concidit, ac suis saluti fuit.

LI. Nostri quum undique premerentur, XLVI centurionibus amissis dejecti sunt loco; sed intolerantiùs Gallos insequentes legio X tardavit, quæ pro subsidio paullò æquiore loco constiterat. Hanc rursus XIII legionis cohortes exceperunt; quæ ex castris minoribus eductæ, cum T. Sextio legato ceperant locum superiorem. Legiones ubi primùm planiciem attigerunt, infestis contra hostes signis constiterunt.

Digitized by Google

An. U. C. 701.

Vercingetorix ab radicibus collis ſuos intra munitiones reduxit. Eo die milites ſunt A paullò minùs DCC deſiderati.

LII. Poſtero die Cæſar, concione advocata, temeritatem cupiditatemque militum reprehendit, quòd ſibi ipſi judicaviſſent, quò procedendum, aut quid agendum videretur, neque, ſigno recipiendi dato, conſtitiſſent, neque à tribunis mil. legatiſque retineri potuiſſent: expoſuit quid iniquitas loci poſſet, quid ipſe ad Avaricum ſenſiſſet, quum ſine duce & ſine equitatu deprehenſis hoſtibus, exploratam victoriam dimiſiſſet, ne parvum modò detrimentum in contentione propter iniquitatem loci acciperet. Quantopere eorum animi magnitudinem admiraretur, quos non caſtrorum munitiones, non altitudo montis, non murus opidi tardare potuiſſet: tantopere licentiam arrogantiamque reprehendere, quòd plus ſe, quàm imperatorem, de victoria atque exitu rerum ſentire exiſtimarent: nec minùs ſe in milite modeſtiam & continentiam, quàm virtutem atque animi magnitudinem deſiderare. B

LIII. Hac habita concione, & ad extremum oratione confirmatis militibus, ne ob hanc cauſſam animo permoverentur, neu quod iniquitas loci attuliſſet, id virtuti hoſtium tribuerent: eadem de profectione cogitans, quæ antè ſenſerat, legiones ex caſtris eduxit, aciemque idoneo loco conſtituit. Quum Vercingetorix nihilo magis in æquum locum deſcenderet, levi facto equeſtri prælio, atque eo ſecundo, in caſtra exercitum reduxit. Quum hoc idem poſtero die feciſſet, ſatis ad Gallicam oſtentationem minuendam, militumque animos confirmandos factum exiſtimans, in Æduos caſtra movit. Ne tum quidem inſecutis hoſtibus III die ad flumen Elaver pontem refecit, atque exercitum tranſduxit.

LIV. Ibi à Viridumaro atque Eporedorige Æduis appellatus, diſcit, cum omni equitatu Litavicum ad ſollicitandos Æduos profectum: opus eſſe & ipſos præcedere ad confirmandam civitatem. Etſi multis jam rebus perfidiam Æduorum Cæſar C perſpectam habebat, atque horum diſceſſu admaturari defectionem civitatis exiſtimabat; tamen retinendos eos non cenſuit; ne aut inferre injuriam videretur, aut dare timoris aliquam ſuſpicionem. Diſcedentibus his, breviter ſua in Æduos merita expoſuit; quos & quàm humiles accepiſſet: compulſos in opida, multatos agris, omnibus ereptis copiis, impoſito ſtipendio, obſidibus ſumma cum contumelia extortis, quam in fortunam, quamque in amplitudinem deduxiſſet; ut non ſolùm in priſtinum ſtatum rediſſent, ſed omnium temporum dignitatem & gratiam anteceſſiſſe viderentur. His datis mandatis, eos ab ſe dimiſit.

LV. Noviodunum erat (*a*) opidum Æduorum, ad ripas Ligeris opportuno loco poſitum. Huc Cæſar omnes obſides Galliæ, frumentum, pecuniam publicam, ſuorum atque exercitûs impedimentorum magnam partem contulerat: huc magnum numerum equorum hujus belli cauſſa in Italia atque Hiſpania coëmtorum miſerat. D Eò quum Eporedorix Virdumaruſque veniſſent, & de ſtatu civitatis cognoviſſent, Litavicum Bibracte ab Æduis receptum, quod eſt opidum apud eos maximæ auctoritatis, Convictolitanem magiſtratum, magnamque partem ſenatûs ad eum conveniſſe, legatos ad Vercingetorigem de pace & amicitia concilianda publicè miſſos: non prætermittendum tantum commodum exiſtimaverunt. Itaque interfectis Novioduni cuſtodibus, quique eò negotiandi aut itineris cauſſa convenerant, pecuniam atque equos inter ſe partiti ſunt; obſides civitatum Bibracte ad magiſtratum deducendos curaverunt; opidum, quod ab ſe teneri non poſſe judicabant, ne cui eſſet uſui Romanis, incenderunt; frumenti, quod ſubitò potuerunt, navibus avexerunt; reliquum flumine atque incendio corruperunt: ipſi ex finitimis regionibus copias cogere, præſidia cuſtodiaſque ad ripas Ligeris diſponere, equitatumque omnibus locis, injiciendi timoris cauſſa, oſtentare cœperunt; ſi aut re frumentaria Romanos E excludere, aut adductos inopia ex Provincia expellere poſſent. Quam ad ſpem multùm eos adjuvabat, quòd Liger ex nivibus creverat, ut omnino vado tranſiri non poſſe videretur.

LVI. Quibus rebus cognitis, Cæſar maturandum ſibi cenſuit, ſi eſſet in perficiendis pontibus periclitandum, ut priùs, quàm eſſent majores eò copiæ coactæ, dimicaret. Nam ut commutato conſilio iter in provinciam converteret, id ne tum quidem neceſſariò faciendum exiſtimabat, quum infamia atque indignitas rei, & oppoſitus mons Gebenna, viarumque difficultas impediebat; tum maximè quòd

(a) Hoc oppidum, depoſita veteri appellatione, poſtea à Nivere fluvio (*Nicure*) cognominatum fuiſſe Nivernum, (*Nevers*) quod poſitum eſt ad confluentes Niveris & Ligeris, cenſet Hadr. Valeſius in Not. Gall. pag. 383.

adjungi

Digitized by Google

A adjungi Labieno atque iis legionibus, quas unà miſerat, vehementer cupiebat. Itaque admodùm magnis diurnis atque nocturnis itineribus confectis, contra omnium opinionem, ad Ligerim pervenit: vadoque per equites invento, pro rei neceſſitate opportuno; ut brachia modò atque humeri ad ſuſtinenda arma liberi ab aqua eſſe poſſent, diſpoſito equitatu, qui vim fluminis refringeret, atque hoſtibus primo adſpectu perturbatis, incolumem exercitum tranſduxit; frumentumque in agris & copiam pecoris nactus, repleto iis rebus exercitu, iter in Senones facere inſtituit. An. U. C. 701.

LVII. Dum hæc apud Cæſarem geruntur, Labienus eo ſupplemento, quod nuper ex Italia venerat, relicto Agendici, ut eſſet impedimentis præſidio, cum IV legionibus Lutetiam proficiſcitur: id eſt opidum Pariſiorum, poſitum in inſula fluminis Sequanæ. Cujus adventu ab hoſtibus cognito, magnæ ex finitimis civitatibus copiæ convenerunt. Summa imperii tranſditur Camulogeno Aulerco; qui propè
B confectus ætate, tamen propter ſingularem ſcientiam rei militaris ad eum eſt honorem evocatus. Is, quum animadvertiſſet perpetuam eſſe paludem, quæ influeret in Sequanam, atque illum omnem locum magnopere impediret, hîc conſedit; noſtroſque tranſitu prohibere inſtituit.

LVIII. Labienus primò vineas agere, cratibus atque aggere paludem explere, atque iter munire conabatur. Poſtquam id difficiliùs confieri animadvertit, ſilentio è caſtris tertia vigilia egreſſus, eodem, quo venerat, itinere (a) Melodunum pervenit: id eſt opidum Senonum in inſula Sequanæ poſitum, ut paullò antè Lutetiam diximus. Deprehenſis navibus circiter L, celeriterque conjunctis, atque eò militibus impoſitis, & rei novitate perterritis opidanis, quorum magna pars erat ad bellum evocata, ſine contentione opido potitur. Refecto ponte, quem ſuperioribus diebus hoſtes reſciderant, exercitum tranſducit, & ſecundo flumine ad Lutetiam iter facere cœ-
C pit. Hoſtes re cognita ab iis, qui à Meloduno profugerant, Lutetiam incendi, ponteſque ejus opidi reſcindi jubent; ipſi profecti palude, in ripis Sequanæ, è regione Lutetiæ, contra Labieni caſtra conſidunt.

LIX. Jam Cæſar à Gergovia diſceſſiſſe audiebatur: jam de Æduorum defectione, & ſecundo Galliæ motu rumores afferebantur, Gallique in colloquiis, intercluſum itinere & Ligere Cæſarem, inopia frumenti coactum, in Provinciam contendiſſe confirmabant. Bellovaci autem, defectione Æduorum cognita, qui antè erant per ſe infideles, manus cogere, atque apertè bellum parare cœperunt. Tum Labienus, tanta rerum commutatione, longè aliud ſibi capiendum conſilium, atque antea ſenſerat, intelligebat: neque jam ut aliquid acquireret, prælioque hoſtes laceſſeret, ſed ut incolumem exercitum Agendicum reduceret, cogitabat. Namque altera ex parte Bellovaci, quæ civitas in Gallia maximam habet opinionem virtutis,
D inſtabant: alteram Camulogenus parato atque inſtructo exercitu tenebat. Tum legiones à præſidio atque impedimentis intercluſas maximum flumen diſtinebat: tantis ſubitò difficultatibus objectis, ab animi virtute auxilium petendum videbat.

LX. Itaque ſub veſperum concilio convocato, cohortatus ut ea, quæ imperaſſet, diligenter induſtriéque adminiſtrarent, naves quas à Meloduno deduxerat, ſingulas equitibus Romanis attribuit: & prima confecta vigilia, IV millia paſſuum ſecundo flumine progredi ſilentio, ibique ſe exſpectari jubet: quinque cohortes, quas minimè firmas ad dimicandum eſſe exiſtimabat, caſtris præſidio relinquit: quinque ejuſdem legionis reliquas de media nocte cum omnibus impedimentis adverſo flumine magno tumultu proficiſci imperat. Conquirit etiam lintres: has magno ſonitu remorum incitatas, in eamdem partem mittit: ipſe pòſt paullò ſilentio egreſſus cum III legionibus, eum locum petit, quò naves appelli juſſerat.

E LXI. Eò quum eſſet ventum, exploratores hoſtium, ut omni fluminis parte erant diſpoſiti, inopinantes, quòd magna ſubitò erat coorta tempeſtas, ab noſtris opprimuntur: exercitus equitatuſque, equitibus Romanis adminiſtrantibus, quos ei negotio præfecerat, celeriter tranſmittitur. Uno ferè tempore ſub lucem hoſtibus nunciatur, in caſtris Romanorum præter conſuetudinem tumultuari, & magnum ire agmen adverſo flumine, ſonitumque remorum in eadem parte exaudiri, & paullò infrà milites navibus tranſportari. Quibus rebus auditis, quòd exiſtimabant tribus locis tranſire legiones, atque omnes perturbatos defectione Æduorum fugam parare, ſuas

(a) *Melodunum* reſtituimus, quod nomen recentes Cæſaris editores ex tribus locis cap. 58. & 60. ejecerant, & contra veterum librorum fidem *Metioſedum* ſubſtituerant, inducti plerique auctoritate Scaligeri, qui urbs eadem *Metioſedum* & *Melodunum* eſt; quas tamen urbes ita Cæſar diſparatas eſſe ſcripſit, ut *Melodunum* ſit ſupra Lutetiam in Senonibus ſitum, *Metioſedum* IV. M. P. infra Lutetiam eamdem in Pariſiis. *Melodunum* nunc vulgò dicitur *Melun*. Vide Valeſium in Not. Gal. pag. 335.

Digitized by Google

An. U. C. 701. quoque copias in tres partes distribuerunt. Nam & præsidio è regione castrorum relicto, & parva manu Metiosedum (*a*) versùs missa, quæ tantùm progrederetur, quantùm naves processissent, reliquas copias contra Labienum duxerunt. A

LXII. Prima luce & nostri omnes erant transportati, & hostium acies cernebatur. Labienus milites cohortatus, ut suæ pristinæ virtutis & tot secundissimorum præliorum memoriam tenerent, atque ipsum Cæsarem, cujus ductu sæpenumerò hostes superassent, adesse existimarent; dat signum prælii. Primo concursu ab dextero cornu, ubi septima legio constiterat, hostes pelluntur, atque in fugam conjiciuntur: ab sinistro, quem locum XII legio tenebat, quum primi ordines hostium transfixi pilis concidissent; tamen acerrimè reliqui resistebant, nec dabat suspicionem fugæ quisquam: ipse dux hostium Camulogenus suis aderat, atque eos cohortabatur. At incerto etiam nunc exitu victoriæ, quum VII legionis Tribunis esset nunciatum, quæ in sinistro cornu gererentur, post tergum hostium legionem ostenderunt, signaque intulerunt. Ne eo quidem tempore quisquam loco cessit, sed circumventi omnes interfectique sunt: eamdem fortunam tulit Camulogenus. At ii, qui præsidio contra castra Labieni erant relicti, quum prælium commissum audissent, subsidio suis ierunt, collemque ceperunt, neque nostrorum militum victorum impetum sustinere potuerunt. Sic cum suis fugientibus permisti, quos non silvæ montesque texerunt, ab equitatu sunt interfecti. Hoc negotio confecto, Labienus revertitur Agendicum: ubi impedimenta totius exercitûs relicta erant: inde cum omnibus copiis ad Cæsarem pervenit. B

LXIII. Defectione Æduorum cognita, bellum augetur: legationes in omnes partes circummittuntur: quantùm gratia, auctoritate, pecunia valent, ad sollicitandas civitates nituntur. Nacti obsides, quos Cæsar apud eos depositerat, horum supplicio dubitantes territant. Petunt à Vercingetorige Ædui ut ad se veniat, rationesque belli gerendi communicet: re impetrata, contendunt ut ipsis summa imperii transdatur: & re in controversiam deducta, totius Galliæ concilium Bibracte indicitur. Eódem conveniunt undique frequentes: multitudinis suffragiis res permittitur: ad unum omnes Vercingetorigem probant Imperatorem. Ab hoc concilio Rhemi, Lingones, Treviri abfuerunt; illi, quòd amicitiam Romanorum sequebantur: Treviri, quòd aberant longiùs, & ab Germanis premebantur: quæ fuit caussa, quare toto abessent bello, & neutris auxilia mitterent. Magno dolore Ædui ferunt se dejectos principatu: queruntur fortunæ commutationem, & Cæsaris indulgentiam in se requirunt: neque tamen, susceptо bello, suum consilium ab reliquis separare audent. Inviti summæ spei adolescentes Eporedorix & Virdumarus Vercingetorigi parent. C

LXIV. Ille imperat reliquis civitatibus obsides: denique ei rei constituit diem: huc omnes equites XV millia numero celeriter convenire jubet. Peditatu, quem antè habuerit, se fore contentum dicit; neque fortunam tentaturum, neque acie dimicaturum; sed quoniam abundet equitatu, perfacile esse factu, frumentationibus pabulationibusque Romanos prohibere: æquo modò animo sua ipsi frumenta corrumpant, ædificiaque incendant; qua rei familiaris jactura perpetuum imperium libertatemque se consequi videant. His constitutis rebus, Æduis Segusianisque, qui sunt finitimi provinciæ, X millia peditum imperat: huc addit equites DCCC: his præficit fratrem Eporedorigis, bellumque inferre Allobrogibus jubet. Altera ex parte Gabalos proximosque pagos Arvernorum in Helvios, item Ruthenos Cadurcosque ad fines Volcarum Arecomicorum depopulandos mittit. Hic nihilo minùs clandestinis nunciis legationibusque Allobroges sollicitat, quorum mentes nondum à superiore bello resedisse sperabat: horum principibus pecunias, civitati autem imperium totius provinciæ pollicetur. D E

LXV. Ad hos omnes casus provisa erant præsidia cohortium duarum & viginti, quæ ex ipsa coacta provincia, ab L. Cæsare legato ad omnes partes opponebantur. Helvii sua sponte cum finitimis prælio congressi pelluntur, & C. Valerio Donotauro Caburi filio principe civitatis, compluribusque aliis interfectis, intra opida murosque compelluntur. Allobroges, crebris ad Rhodanum dispositis præsidiis, magna

(a) Plerique recentiores scriptores Marlianum secuti, *Metiosedum* interpretantur Corboilum, *Corbeil*, oppidum seu potiùs castrum Parisiorum inter Melodunum & Lutetiam situm. Verùm Cæsaris verba accuratè perpendenti patet, *Metiosedum* non supra, sed infra Lutetiam collocandum esse: nam locus ille, quò naves à Labieno IV. M. P. à Lutetia præmissæ secundo flumine fuerant, *Metiosedum* appellatur. Hinc Nicolaus Samson *Metiosedum* putat esse locum Lutetiæ propinquum, vulgò dictum *Meudon*; suamque opinionem Cæsariana relatione stratagematis Labieni confirmat, ac verisimillimam reddit, teste Hadr. Valesio in Not. Gall. p. 337.

Digitized by Google

A cùm cura & diligentia ſuos fines tuentur. Cæſar, quòd hoſtes equitatu ſuperiores eſſe intelligebat, & intercluſis omnibus itineribus, nulla re ex Provincia atque Italia ſublevari poterat, trans Rhenum in Germaniam mittit ad eas civitates, quas ſuperioribus annis pacaverat; equiteſque ab his accerſit, & levis armaturæ pedites, qui inter eos præliari conſueverant. Eorum adventu, quòd minùs idoneis equis utebantur, à tribunis mil. reliquiſque, ſed & equitibus Romanis atque evocatis equos ſumit, Germaniſque diſtribuit. An. U. C. 701.

LXVI. Interea dum hæc geruntur, hoſtium copiæ ex Arvernis, equiteſque, qui toti Galliæ erant imperati, conveniunt. Magno horum coacto numero, quum Cæſar in Sequanos per extremos Lingonum fines iter faceret, quò faciliùs ſubſidium Provinciæ ferri poſſet, circiter millia paſſum x ab Romanis trinis caſtris Vercingetorix conſedit; convocatiſque ad concilium præfectis equitum, veniſſe tempus victo-
B riæ demonſtrat: fugere in Provinciam Romanos, Galliaque excedere: id ſibi ad præſentem obtinendam libertatem ſatis eſſe; ad reliqui temporis pacem atque otium parum proficì: majoribus enim coactis copiis reverſuros, neque finem bellandi facturos: proinde agmine impetu tos adoriantur. Si pedites ſuis auxilium ferant, atque in eo morentur, iter confici non poſſe: ſin, id quod magis futurum confidat, relictis impedimentis, ſuæ ſaluti conſulant, & uſu rerum neceſſariarum, & dignitate ſpoliatum iri. Nam de equitibus hoſtium, quin nemo eorum progredi modò extra agmen audeat, ne ipſos quidem debere dubitare: id quò majore faciant animo, copias ſe omnes pro caſtris habiturum, & terrori hoſtibus futurum. Conclamant equites ſanctiſſimo jurejurando confirmari oportere, ne tecto recipiatur, ne ad liberos, ne ad parentes, ne ad uxorem aditum habeat, qui non bis per hoſtium agmen perequitaſſet.

C LXVII. Probata re, atque omnibus ad jusjurandum adactis, poſtero die in tres partes diſtributo equitatu, duæ ſe acies à duobus lateribus oſtendunt: una à primo agmine iter impedire cœpit. Qua re nunciata, Cæſar ſuum quoque equitatum tripartitò diviſum ire contra hoſtem jubet. Pugnatur unà omnibus in partibus: conſiſtit agmen: impedimenta inter legiones recipiuntur. Si qua in parte noſtri laborare, aut graviùs premi videbantur, eò ſigna inferri Cæſar, aciemque converti jubebat: quæ res & hoſtes ad inſequendum tardabat, & noſtros ſpe auxilii confirmabat. Tandem Germani ab dextro latere ſummum jugum nacti, hoſtes loco depellunt: fugientes uſque ad flumen, ubi Vercingetorix cum pedeſtribus copiis conſederat, perſequuntur, compluresque interficiunt. Qua re animadverſa, reliqui ne circumvenirentur veriti, ſe fugæ mandant. Omnibus locis fit cædes: tres nobiliſſimi Ædui capti ad Cæſarem perducuntur, Cotus præfectus equitum, qui controverſiam
D cum Convictolitane proximis comitiis habuerat; & Cavarillus, qui poſt defectionem Litavici pedeſtribus copiis præfuerat; & Eporedorix, quo duce ante adventum Cæſaris Ædui cum Sequanis bello contenderant.

LXVIII. Fugato omni equitatu, Vercingetorix copias ſuas, ut pro caſtris collocaverat, reduxit; protinuſque Aleſiam, quod eſt opidum Mandubiorum, iter facere cœpit; celeriterque impedimenta ex caſtris educi, & ſe ſubſequi juſſit. Cæſar, impedimentis in proximum collem deductis, duabuſque legionibus præſidio relictis, ſequutus, quantùm diei tempus eſt paſſum, circiter III millibus hoſtium ex noviſſimo agmine interfectis, altero die ad Aleſiam caſtra fecit. Perſpecto urbis ſitu, perterritiſque hoſtibus, quòd equitatu, qua maximè parte exercitûs confidebant, erant pulſi; adhortatus ad laborem milites, Aleſiam circumvallare inſtituit.

LXIX. Ipſum erat opidum in colle ſummo, admodùm edito loco, ut niſi obſi-
E dione expugnari non poſſe videretur: cujus collis radices duo duabus ex partibus flumina ſubluebant. Ante opidum planities circiter millia paſſuum III in longitudinem patebat: reliquis ex omnibus partibus colles, mediocri interjecto ſpatio, pari altitudinis faſtigio opidum cingebant. Sub muro, quæ pars collis ad orientem ſpectabat, hunc omnem locum copiæ Gallorum compleverant; foſſamque & maceriam ſex in altitudinem pedum præduxerant: ejus munitionis, quæ ab Romanis inſtituebatur, circuitus XI ∞ paſſuum tenebat. Caſtra opportunis locis erant poſita; ibique caſtella XXIII facta, in quibus interdiu ſtationes diſponebantur, ne qua ſubitò irruptio fieret: hæc eadem noctu excubitoribus ac firmis præſidiis tenebantur.

LXX. Opere inſtituto, fit equeſtre prælium in ea planitie, quam intermiſſam collibus III millium paſſuum in longitudinem patere ſuprà demonſtravimus. Summa vi ab utriſque contenditur: laborantibus noſtris Cæſar Germanos ſubmittit, legioneſque

Digitized by Google

An. U. C. 701.

pro caſtris conſtituit, ne qua ſubitò irruptio ab hoſtium peditatu fiat. Præſidio legionum addito, noſtris animus augetur: hoſtes in fugam conjecti ſe ipſi multitudine impediunt; atque anguſtioribus portis [relictis] coartantur. Germani acriùs uſque ad munitiones ſequuntur: fit magna cædes: nonnulli, relictis equis, foſſam tranſire, & maceriam tranſcendere conantur. Paullùm legiones Cæſar, quas pro vallo conſtituerat, promoveri jubet. Non minùs, qui intra munitiones erant, Galli perturbantur: veniri ad ſe confeſtim exiſtimantes, ad arma conclamant: nonnulli perterriti in opidum irrumpunt. A

LXXI. Vercingetorix jubet portas claudi, ne caſtra nudentur: multis interfectis, compluribus equis captis, Germani ſeſe recipiunt. Vercingetorix, priuſquàm munitiones ab Romanis perficiantur, conſilium capit, omnem à ſe equitatum noctu dimittere: diſcedentibus mandat ut ſuam quiſque eorum civitatem adeat, omneſque, qui per ætatem arma ferre poſſint, ad bellum cogant. Sua in illos merita proponit; obteſtaturque ut ſuæ ſalutis rationem habeant; neu ſe de communi libertate optimè meritum in cruciatum hoſtibus dedant: qui ſi indiligentiores fuerint, millia hominum LXXX delecta ſecum interitura demonſtrat. Ratione inita, frumentum ſe exiguè dierum XXX habere, ſed paullò etiam longiùs tolerare poſſe parcendo. His datis mandatis, quà erat noſtrum opus intermiſſum, ſecunda vigilia ſilentio equitatum dimittit; frumentum omne ad ſe ferri jubet: capitis pœnam iis, qui non paruerint, conſtituit: pecus, cujus magna erat ab Mandubiis compulſa copia, viritim diſtribuit: frumentum parcè & paullatim metiri inſtituit: copias omnes, quas pro opido collocaverat, in opidum recipit. His rationibus auxilia Galliæ exſpectare, & bellum adminiſtrare parat. B

LXXII. Quibus rebus cognitis ex perfugis & captivis, Cæſar hæc genera munitionis inſtituit: foſſam pedum XX directis lateribus duxit; ut ejus ſolum tantumdem pateret, quantùm ſumma labra diſtabant. Reliquas omnes munitiones ab ea foſſa pedibus CD reduxit: id hoc conſilio, quoniam tantum eſſet neceſſariò ſpatium complexus, nec facilè totum opus militum corona cingeretur; ne de improviſo, aut noctu ad munitiones hoſtium multitudo advolaret, aut interdiu tela in noſtros operi deſtinatos conjicere poſſent. Hoc intermiſſo ſpatio, duas foſſas XV pedes latas eadem altitudine perduxit: quarum interiorem campeſtribus ac demiſſis locis, aqua ex flumine derivata, complevit. Poſt eas aggerem & vallum XII pedum exſtruxit: huic loricam pinnaſque adjecit, grandibus cervis eminentibus ad commiſſuras pluteorum, atque aggeris, qui adſcenſum hoſtium tardarent: & turres toto opere circumdedit, quæ pedes LXXX inter ſe diſtarent. C

LXXIII. Erat uno tempore & materiari & frumentari & tantas munitiones fieri neceſſe, deminutis noſtris copiis, quæ longiùs ab caſtris progrediebantur: & nonnunquam opera noſtra Galli tentare, atque eruptionem ex opido pluribus portis facere ſumma vi conabantur. Quare ad hæc rurſus opera addendum Cæſar putavit, quò minore numero militum munitiones defendi poſſent. Itaque truncis arborum, aut admodùm firmis ramis abſciſis, atque horum dolabratis atque præacutis cacuminibus, perpetuæ foſſæ quinos pedes altæ ducebantur. Huc illi ſtipites demiſſi, & ab infimo revincti, ne revelli poſſent, ab ramis eminebant. Quini erant ordines conjuncti inter ſe atque implicati; quò qui intraverant, ſe ipſi acutiſſimis vallis induebant: hos Cippos appellabant. Ante hos, obliquis ordinibus in quincuncem diſpoſitis, ſcrobes trium in altitudinem pedum fodiebantur, paullatim anguſtiore ad ſummum faſtigio. Huc teretes ſtipites feminis craſſitudine, ab ſummo præacuti & præuſti, demittebantur; ita ut non ampliùs IV digitis ex terra minerent. Simul confirmandi & ſtabiliendi cauſſa ſinguli ab infimo ſolo pedes terra exculcabantur: reliqua pars ſcrobis ad occultandas inſidias viminibus ac virgultis integebatur. Hujus generis octoni ordines ducti, ternos inter ſe pedes diſtabant: id ex ſimilitudine floris Lilium appellabant. Ante hæc taleæ pedem longæ ferreis hamis infixis totæ in terram infodiebantur; mediocribuſque intermiſſis ſpatiis, omnibus locis diſſerebantur, quos Stimulos nominabant. D E

LXXIV. His rebus perfectis, regiones ſecutus quàm potuit æquiſſimas pro loci natura, XIV millia paſſuum complexus, pares ejuſdem generis munitiones diverſas ab his contra exteriorem hoſtem perfecit, ut ne magna quidem multitudine, ſi ita accidat, ejus diſceſſu, munitionum præſidia circumfundi poſſent: neu cum periculo ex caſtris egredi cogerentur, dierum XXX pabulum frumentumque habere omnes convectum jubet.

Digitized by Google

A LXXV. Dum hæc ad Aleſiam geruntur, Galli, concilio principum indicto, non omnes, qui arma ferre poſſent, ut cenſuit Vercingetorix, convocandos ſtatuunt; ſed certum numerum cuique civitati imperandum; ne tanta multitudine confuſa, nec moderari, nec diſcernere ſuos, nec frumentandi rationem habere poſſent. Imperant Æduis atque eorum clientibus, Seguſianis, (*a*) Ambivaretis, (*b*) Aulercis Brannovicibus, [Brannoviis] millia XXXV : parem numerum Arvernis, adjunctis Eleutheris Cadurcis, Gabalis, (*c*) Velaunis, qui ſub imperio Arvernorum eſſe conſueverunt : Senonibus, Sequanis, Biturigibus, Santonibus, Ruthenis, Carnutibus XII millia; Bellovacis X; totidem Lemovicibus; octona Pictonibus, & Turonis, & Pariſiis, & Eleutheris Sueſſionibus; Ambianis, Mediomatricis, Petrocoriis, Nerviis, Morinis, Nitiobrigibus quina millia; Aulercis Cenomanis totidem; Atrebatibus IV millia : (*d*) Bellocaſſis, Lexoviis, Aulercis (*e*) Eburonibus terna; Rauracis & B Boiis (*f*) XXX; univerſis civitatibus, quæ Oceanum attingunt, quæque eorum conſuetudine (*g*) Armoricæ appellantur, quo ſunt in numero Curioſolites, Rhedones, (*h*) Ambibari, Cadetes, Oſiſmii, (*i*) [Lemovices] Veneti, Unelli, ſena. Ex his Bellovaci ſuum numerum non contulerunt; quòd ſe ſuo nomine atque arbitrio cum Romanis bellum geſturos dicerent, nequè cujuſquam imperio obtemperaturos.

An. U. C. 701.

LXXVI. Rogati tamen à Comio, pro ejus hoſpitio II millia miſerunt. Hujus opera, Comii, ita ut anteà demonſtravimus, fideli atque utili ſuperioribus annis erat uſus in Britannia Cæſar : pro quibus meritis civitatem ejus immunem eſſe juſſerat; jura legeſque reddiderat : atque ipſi Morinos attribuerat. Tanta tamen univerſæ Galliæ conſenſio fuit libertatis vindicandæ, & priſtinæ belli laudis recuperandæ, ut neque beneficiis neque amicitiæ memoria moverentur; omneſque & animo & opiC bus in id bellum incumberent; coactis equitum IIX millibus, & peditum circiter CCXL. Hæc in Æduorum finibus recenſebantur; numeruſque inibatur : præfecti conſtituebantur : Comio Atrebati, Viridomaro & Eporedorigi Æduis, Vergaſillauno Arverno conſobrino Vercingetorigis ſumma imperii tranſditur. Iis delecti ex civitatibus attribuuntur, quorum conſilio bellum adminiſtraretur. Omnes alacres & fiduciæ pleni ad Aleſiam proficiſcuntur : nec erat omnium quiſquam, qui adſpectum modò tantæ multitudinis ſuſtineri poſſe arbitraretur, præſertim ancipiti prælio; quum ex opido eruptione pugnaretur, & foris tantæ copiæ equitatûs peditatûſque cernerentur.

LXXVII. At ii qui Aleſiæ obſidebantur, præterita die qua ſuorum auxilia exſpectaverant, conſumpto omni frumento, inſcii quid in Æduis gereretur, concilio coacto, de exitu fortunarum ſuarum conſultabant : ac variis dictis ſententiis, quaD rum pars deditionem, pars, dum vires ſuppeterent, eruptionem cenſebant; non prætereunda videtur oratio Critognati, propter ejus ſingularem ac nefariam credulitatem. Hic ſummo in Arvernis natus loco, & magnæ habitus auctoritatis, *Nihil*, inquit, *de eorum ſententia dicturus ſum, qui turpiſſimam ſervitutem deditionis nomine appellant; neque hos habendos civium loco, neque ad conſilium adhibendos cenſeo. Cum iis mihi res ſit, qui eruptionem probant : quorum in conſilio omnium veſtrûm conſenſu priſtinæ reſidere virtutis memoriâ videtur. Animi eſt iſta mollities, non virtus, inopiam paullìſper ferre non poſſe : qui ſe ultrò morti offerant, faciliùs reperiuntur, quàm qui dolorem patienter ferant. Atque ego hanc ſententiam probarem : nam apud me multùm dignitas poteſt; ſi nullam,*

(a) Qui ſint *Ambivareti*, incertum omnino eſt. Cæſar l. 4. c. 9. *Ambivaritorum* mentionem facit, in quorum fines equitatus Uſipetum & Tenchtherorum prædandi frumentandique cauſa miſſus fuerat. Sed E quidquid ſit de iſto Ambivaritorum nomine, quod nonnullis ſuſpectum eſt, iidem eſſe non poſſunt ac *Ambivareti* : tam longè enim ab Æduis diſſiti ſunt, ut Æduorum clientes fuiſſe credibile non ſit. Glareanus & Ciaconius pro *Ambivaretis* ſubſtituunt *Ambarros*, qui neceſſarii & conſanguinei Æduorum à Cæſare l. 1. vocantur, quique Ducatum Caroleſii, vulgò *le Charolois*, habitaſſe creduntur.

(b) Aulercos à Brannovicibus diſtinguit Græcus interpres, ὁ τῆς Αὐλέρκης, ἤτοι τῶν Βρεννοβίκων. De Brannovicibus Brannoviiſque nihil certi dici poteſt.

(c) *Velauni*, ſeu *Vellavi*, ut habent antiqui Cæſaris Codices, jam ſui juris erant tempore Strabonis, quem vide ſuprà, pag. 21.

(d) *Bellocaſſi* ii videntur eſſe qui l. 2. c. 4. *Velocaſſes*, & l. 8. c. 7. *Vellocaſſes* appellantur, quorum oppidum Rotomagus, *Rouen*.

(e) *Eburovicibus* legendum cenſet Cellarius. *Aulerci Eburovices* dicuntur ſuprà l. 3. c. 17. pag. 230.

(f) Multi delent *triginta*, & *bina* reſtituunt, quia neque harum civitatum tenuitas tantum recipit oneris, neque ordo à Cæſare inſtitutus à majoribus numeris ad minores, aut ſumma inferiùs ab ipſo collecta hunc numerum patitur.

(g) *Armoricæ* dicuntur quaſi *maritimæ*; nam *ar mœr* Celticâ linguâ *ad mare* eſt. Hæ civitates tractum incolebant Armoricum, qui peninſulam Britannicam cum reliquo litore uſque ad oſtium Sequanæ tenet.

(h) *Ambibari* & *Cadetes* ignorantur.

(i) Hæc vox ſuſpecta quibuſdam, quia jam ſuprà *Lemovices*, *les Limouſins*, memorantur, nec maritimi ſunt, ſed ab Oceano remotiſſimi. Had. Valeſius vulgatam lectionem retinet, quam antiquiſſimam eſſe probat, putatque *Lemovices* Armoricanos partem eſſe Oſiſmiorum, qui nunc *Leonenſes* vocantur, quorum oppidum S. Pauli Fanum, *S. Paul de Leon*.

Digitized by Google

An. U. C. 701.

præterquam vitæ noſtræ, jacturam fieri viderem: ſed in conſilio capiendo omnem Galliam reſpiciamus, quam ad noſtrum auxilium concitavimus. Quid, hominum millibus LXXX *uno loco interfectis, propinquis conſanguineiſque noſtris animi fore exiſtimatis, ſi pene in ipſis cadaveribus prælio decertare cogentur? nolite hos veſtro auxilio ſpoliare, qui veſtræ ſalutis cauſſa ſuum periculum neglexerint, nec ſtultitia ac temeritate veſtra, aut imbecillitate animi omnem Galliam proſternere, ac perpetuæ ſervituti addicere. An quod ad diem non venerint, de eorum fide conſtantiaque dubitatis? Quid ergo? Romanos in illis ulterioribus munitionibus animi-ne cauſſa quotidiè exerceri putatis? Si illorum nunciis confirmari non poteſtis, omni aditu præſepto, iis utimini teſtibus, appropinquare eorum adventum; cujus rei timore exterriti, diem noctemque in opere verſantur. Quid ergo mei conſilii eſt? facere quod noſtri majores nequaquam pari bello Cimbrorum Teutonumque fecerunt; qui in opida compulſi, ac ſimili inopia ſubacti, eorum corporibus, qui ætate inutiles ad bellum videbantur, vitam toleraverunt, neque ſe hoſtibus tranſdiderunt. Cujus rei exemplum ſi non haberemus, tamen libertatis cauſſa inſtitui, & poſteris prodi pulcherrimum judicarem. Nam quid huic ſimile bello fuit? Depopulata Gallia, magnaque illata calamitate, Cimbri finibus noſtris aliquando exceſſerunt, atque alias terras petierunt: jura, leges, agros, libertatem nobis reliquerunt. Romani verò quid petunt aliud, aut quid volunt, niſi invidia adducti, quos fama nobiles potenteſque bello cognoverunt, horum in agris civitatibuſque conſidere, atque his æternam injungere ſervitutem? neque enim umquam alia conditione bella geſſerunt. Quòd ſi ea, quæ in longinquis nationibus geruntur, ignoratis; reſpicite finitimam (a) Galliam, quæ in provinciam redacta, jure & legibus commutatis, ſecuribus ſubjecta, perpetua premitur ſervitute.*

LXXVIII. Sententiis dictis, conſtituunt, ut qui valetudine aut ætate inutiles ſunt bello, opido excedant; atque omnia priùs experiantur, quàm ad Critognati ſententiam deſcendant: illo tamen potiùs utendum conſilio, ſi res cogat, atque auxilia morentur, quàm deditionis aut pacis ſubeundam conditionem. Mandubii, qui eos opido receperant, cum liberis atque uxoribus exire coguntur. Ii, quum ad munitiones Romanorum acceſſiſſent, flentes omnibus precibus orabant, ut ſe in ſervitutem receptos cibo juvarent: hos Cæſar, diſpoſitis in vallo cuſtodiis, recipi prohibebat.

LXXIX. Intereà Comius & reliqui duces, quibus ſumma imperii permiſſa erat, cum omnibus copiis ad Aleſiam perveniunt, & colle exteriore occupato, non longiùs D paſſibus à noſtris munitionibus conſidunt. Poſtero die, equitatu ex caſtris educto, omnem eam planitiem, quam in longitudinem III millia paſſuum patere demonſtravimus, complent; pedeſtreſque copias, paullùm ab eo loco, abditas in locis ſuperioribus conſtituunt. Erat ex opido Aleſia deſpectus in campum. Concurritur, his auxiliis viſis; fit gratulatio inter eos, atque omnium animi ad lætitiam excitantur. Itaque, productis copiis, ante opidum conſidunt; & proximam foſſam cratibus integunt, atque aggere explent; ſeque ad eruptionem atque omnes caſus comparant.

LXXX. Cæſar omni exercitu ad utramque partem munitionum diſpoſito, ut ſi uſus veniat, ſuum quiſque locum teneat & noverit; equitatum ex caſtris educi, & prælium committi jubet. Erat ex omnibus caſtris, quæ ſummum undique jugum tenebant, deſpectus; atque omnium militum intenti animi pugnæ eventum exſpectabant. Galli inter equites raros ſagittarios expeditoſque levis armaturæ interjecerant, qui ſuis cedentibus auxilio ſuccurrerent; & noſtrorum equitum impetum ſuſtinerent: ab his complures de improviſo vulnerati, prælio excedebant. Quum ſuos pugna ſuperiores eſſe Galli confiderent, & noſtros premi multitudine viderent, ex omnibus partibus, & ii qui munitionibus continebantur, & ii qui ad auxilium convenerant, clamore & ululatu ſuorum animos confirmabant. Quòd in conſpectu omnium res gerebatur, neque rectè, aut turpiter factum celari poterat; utroſque & laudis cupiditas, & timor ignominiæ ad virtutem excitabat. Quum à meridie propè ad Solis occaſum dubia victoria pugnaretur, Germani una in parte confertis turmis in hoſtes impetum fecerunt, eoſque propulerunt: quibus in fugam conjectis, ſagittarii circumventi interfectique ſunt. Item ex reliquis partibus noſtri cedentes uſque ad caſtra inſecuti, ſui colligendi facultatem non dederunt. At ii, qui ab Aleſia proceſſerant, mæſti, propè victoria deſperata, ſe in opidum receperunt.

LXXXI. Uno die intermiſſo, Galli, atque hoc ſpatio, magno cratium, ſcalarum, harpagonum numero effecto, media nocte ſilentio ex caſtris egreſſi, ad cam-

(a) Narbonenſis Gallia in provinciam redacta eſt anno ab U. C. 632.

Digitized by Google

A pestres munitiones accedunt. Subitò clamore sublato, qua significatione, qui in opido obsidebantur, de suo adventu cognoscere possent, crates projicere, fundis, sagittis, lapidibus nostros de vallo deturbare, reliquaque, quæ ad oppugnationem pertinent, administrare. Eodem tempore, clamore exaudito, dat tuba signum suis Vercingetorix, atque ex opido educit. Nostri, ut superioribus diebus suus cuique erat locus attributus, ad munitiones accedunt; fundis, librilibus sudibusque, quas in opere disposuerant, ac glandibus Gallos perterrent. Prospectu tenebris ademto, multa utrimque vulnera accipiuntur, complura tormentis tela conjiciuntur. At M. Antonius & C. Trebonius legati, quibus eæ partes ad defendendum obvenerant, quæ ex parte premi nostros intellexerant, iis auxilio ex ulterioribus castellis deductos submittebant. An. U. C. 701.

LXXXII. Dum longiùs ab munitione aberant Galli, plus multitudine telo-
B rum proficiebant: postea quàm propiùs successerunt, aut se ipsi stimulis inopinantes induebant; aut in scrobes delapsi transfodiebantur; aut ex vallo & turribus transjecti pilis muralibus interibant. Multis undique vulneribus acceptis, nulla munitione perrupta, quum lux appeteret, veriti ne ab latere aperto ex superioribus castris eruptione circumvenirentur, se ad suos receperunt. At interiores, dum ea, quæ à Vercingetorige ad eruptionem præparata erant, proferunt, priores fossas explent: diutiùs in iis rebus administrandis morati, priùs suos discessisse cognoverunt, quàm munitionibus appropinquarent: ita re infecta in opidum reverterunt.

LXXXIII. Bis magno cum detrimento repulsi Galli, quid agant consulunt: locorum peritos adhibent: ab his superiorum castrorum situs munitionesque cognoscunt. Erat à Septemtrionibus collis, quem quia propter magnitudinem circuitûs opere circumplecti non potuerant; nostri necessariò penè iniquo loco & leniter de-
C clivi castra fecerunt. Hæc C. Antistius Rheginus, C. Caninius Rebilus legati cum duabus legionibus obtinebant. Cognitis per exploratores regionibus, duces hostium LV millia ex omni numero deligunt earum civitatum, quæ maximam virtutis opinionem habebant: quid quóque pacto agi placeat, occultè inter se constituunt: adeundi tempus definiunt, quum meridies esse videatur: iis copiis Vergasillaunum Arvernum, unum ex IV ducibus, propinquum Vercingetorigis, præficiunt. Ille ex castris prima vigilia egressus, propè confecto sub lucem itinere, post montem se occultavit, militesque ex nocturno labore sese reficere jussit: quum jam meridies appropinquare videretur, ad ea castra, quæ suprà demonstravimus, contendit; eodemque tempore equitatus ad campestres munitiones accedere, & reliquæ copiæ sese pro castris ostendere cœperunt.

LXXXIV. Vercingetorix ex arce Alesiæ suos conspicatus, ex opido egredi-
D tur, (a) è castris longurios, musculos, falces, reliquaque, quæ eruptionis caussa paraverat, profert. Pugnatur uno tempore omnibus locis, atque omnia tentantur: quæ minimè visa pars firma esse, huc concurritur. Romanorum manus tantis munitionibus distinetur, nec facilè pluribus locis occurrit. Multùm ad terrendos nostros valuit clamor, qui post tergum pugnantibus exstitit, quòd suum periculum in aliena vident virtute consistere: omnia enim plerumque quæ absunt, vehementiùs hominum mentes perturbant.

LXXXV. Cæsar idoneum locum nactus, quid quaque in parte geratur, cognoscit, laborantibus submittit: utrisque ad animum occurrit, unum illud esse tempus, quo maximè contendi conveniat. Galli, nisi perfregerint munitiones, de omni salute desperant: Romani, si rem obtinuerint, finem laborum omnium exspectant. Maximè ad superiores munitiones laboratur, quò Vergasillaunum missum demonstravi-
E mus: exiguum loci ad declivitatem fastigium, magnum habet momentum. Alii tela conjiciunt, alii testudine facta subeunt, defatigatis invicem integri succedunt: agger ab universis in munitionem conjectus, & adscensum dat Gallis, & quæ in terram occultaverant Romani, contegit: nec jam arma nostris, nec vires suppetunt.

LXXXVI. His rebus cognitis, Cæsar Labienum cum cohortibus sex subsidio laborantibus mittit: imperat, si sustinere non possit, deductis cohortibus eruptione pugnaret: id nisi necessariò non faciat. Ipse adit reliquos: cohortatur ne labori succumbant: omnium superiorum dimicationum fructum in eo die atque hora docet consistere. Interiores, desperatis campestribus locis propter magnitudinem munitionum,

(a) Lipsius monet, malè *è castris* scribi: quomodo enim, ait, & oppido egreditur, & profert instrumenta *è castris*? Hinc censet Montanus delendam voculam *è* quæ deest in libro scripto optimo, & pro *castris* legendum *Crates*. Interpres Græcus habet ἁρπαγῶνας.

Digitized by Google

An. U. C. 701. loca prærupta ex adſcenſu tentant: huc ea, quæ paraverant, conferunt: multitudine A telorum ex turribus propugnantes deturbant: aggere & cratibus aditus expediunt: falcibus vallum ac loricam reſcindunt.

LXXXVII. Cæſar mittit primò Brutum adoleſcentem cum cohortibus VI, pòſt cum aliis VII Fabium legatum: poſtremò ipſe, quum vehementiùs pugnaretur, integros ſubſidio adducit. Reſtituto prælio, ac repulſis hoſtibus, eò, quò Labienum miſerat, contendit: cohortes IV ex proximo caſtello educit: equitum ſe partem ſequi, partem circumire exteriores munitiones, & ab tergo hoſtes adoriri jubet. Labienus, poſtquàm neque aggeres, neque foſſæ vim hoſtium ſuſtinere poterant, coactis una de quadraginta cohortibus, quas ex proximis præſidiis deductas ſors obtulit, Cæſarem per nuncios facit certiorem, quid faciendum exiſtimet.

LXXXVIII. Accelerat Cæſar, ut prælio interſit. Ejus adventu ex colore veſtitûs cognito, quo inſigni in præliis uti conſueverat, turmiſque equitum & cohortibus B viſis, quas ſe ſequi juſſerat, ut de locis ſuperioribus hæc declivia, & devexa cernebantur, hoſtes committunt prælium. Utrimque clamore ſublato, excipit rurſus ex vallo atque omnibus munitionibus clamor. Noſtri, emiſſis pilis, gladiis rem gerunt: repentè poſt tergum equitatus cernitur; cohortes aliæ appropinquant: hoſtes terga vertunt: fugientibus equites occurrunt. Fit magna cædes: Sedulinus dux & princeps Lemovicum occiditur: Vergaſillaunus Arvernus vivus in fuga comprehenditur: ſigna militaria LXXIV ad Cæſarem referuntur: pauci ex tanto numero ſe incolumes in caſtra recipiunt. Conſpicati ex opido cædem & fugam ſuorum, deſperata ſalute, copias à munitionibus reducunt. Fit protinus, hac re audita, ex caſtris Gallorum fuga. Quòd niſi crebris ſubſidiis ac totius diei labore milites fuiſſent defeſſi, omnes hoſtium copiæ deleri potuiſſent. De media nocte miſſus equitatus noviſſimum agmen conſequitur: magnus numerus capitur atque interficitur: reliqui ex fuga in civitates C diſcedunt.

LXXXIX. Poſtero die Vercingetorix, concilio convocato, id ſe bellum ſuſcepiſſe non ſuarum neceſſitatum, ſed communis libertatis cauſſa demonſtrat; & quoniam ſit fortunæ cedendum, ad utramque rem ſe illis offerre, ſeu morte ſua Romanis ſatisfacere, ſeu vivum tranſdere velint. Mittuntur de his rebus ad Cæſarem legati. Jubet arma tranſdi, principes produci: ipſe in munitione pro caſtris conſedit: eò duces producuntur. Vercingetorix deditur: arma projiciuntur: reſervatis Æduis atque Arvernis, ſi per eos civitates recuperare poſſet, ex reliquis captivis toto exercitu capita ſingula prædæ nomine diſtribuit.

XC. His rebus confectis, in Æduos proficiſcitur; civitatem recipit: eò legati ab Arvernis miſſi, quæ imperaret ſe facturos pollicentur: imperat magnum numerum obſidum: legiones in hiberna mittit: captivorum circiter XX millia Æduis Ar- D verniſque reddit: T. Labienum cum duabus legionibus & equitatu in Sequanos proficiſci jubet: huic M. Sempronium Rutilum attribuit: C. Fabium & L. Minutium Baſilum cum II. legionibus in Rhemis collocat, ne quam à finitimis Bellovacis calamitatem accipiant: C. Antiſtium Rheginum in Ambivaretos, T. Sextium in Bituriges, C. Caninium Rebilum in Ruthenos cum ſingulis legionibus mittit: Q. Tullium Ciceronem & P. Sulpicium Cabiloni & (a) Matiſcone in Æduis ad Ararim, rei frumentariæ cauſſa, collocat: ipſe Bibracte hiemare conſtituit. His rebus Cæſaris literis cognitis, Romæ dierum XX ſupplicatio indicitur.

LIBER VIII.

Scriptore E

A. HIRTIO PANSA.

COactus aſſiduis tuis vocibus, Balbe, quum quotidiana mea recuſatio non difficultatis excuſationem, ſed inertiæ videretur deprecationem habere, difficillimam rem ſuſcepi. Cæſaris noſtri Commentarios rerum geſtarum Galliæ non comparandos ſuperioribus atque inſequentibus ejus ſcriptis contexui: noviſſiméque imperfecta ab rebus geſtis Alexandriæ confeci, uſque ad exitum non quidem civilis diſſenſionis, cujus finem nullum videmus: ſed vitæ Cæſaris. Quos utinam qui

(a) Mirandum ſanè, nullum ſcriptorem, præter Cæſarem, *Matiſconis* meminiſſe ante auctores Itinerarii & Tabulæ Peuting. Hodie *Mâcon* vocatur.

legent,

Digitized by Google

A legent, ſcire poſſent, quàm invitus ſuſceperim ſcribendos, quò faciliùs caream ſtultitiæ atque arrogantiæ crimine, qui me mediis interpoſuerim Cæſaris ſcriptis. Conſtat enim inter omnes, nihil tam operosè ab aliis eſſe perfectum, quod non horum elegantia Commentariorum ſuperetur: qui ſunt editi, ne ſcientia tantarum rerum ſcriptoribus deeſſet: adeóque probantur omnium judicio, ut prærepta, non præbita facultas ſcriptoribus videatur. Cujus tamen rei major noſtra, quàm reliquorum eſt admiratio: ceteri enim quàm benè atque emendatè; nos etiam quàm facilè atque celeriter eos confecerit, ſcimus. Erat autem in Cæſare cùm facultas atque elegantia ſumma ſcribendi, tum veriſſima ſuorum ſcientia conſiliorum explicandorum. Mihi ne illud quidem accidit, ut Alexandrino atque Africano bello intereſſem. Quæ bella quamquam ex parte nobis Cæſaris ſermone ſint nota; tamen aliter audivimus ea, quæ rerum novitate, aut admiratione nos capiunt; aliter, quæ pro teſti-
B monio ſumus dicturi. Sed ego nimirum dum omnes excuſationis cauſſas colligo, ne cum Cæſare conferar, hoc ipſum crimen arrogantiæ ſubeo, quòd me judicio cujuſquam exiſtimem poſſe cum Cæſare comparari. Vale.

I. OMNI Gallia devicta, Cæſar quum à ſuperiore æſtate nullum bellandi tempus intermiſiſſet, militeſque hibernorum quiete reficere à tantis laboribus vellet; complures eodem tempore civitates renovare belli conſilia nunciabantur, conjurationeſque facere. Cujus rei veriſimilis cauſſa afferebatur, quòd Gallis omnibus cognitum eſſet, neque ulla multitudine in unum locum coacta reſiſti poſſe Romanis; nec, ſi diverſa bella complures eodem tempore intuliſſent civitates, ſatis auxilii aut ſpatii aut copiarum habiturum exercitum populi R. ad omnia perſequenda: non eſſe autem alicui civitati ſortem incommodi recuſandam, ſi tali mora reliquæ
C poſſent ſe vindicare in libertatem. An. U. C. 702.

II. Quæ ne opinio Gallorum confirmaretur, Cæſar M. Antonium quæſtorem ſuis præfecit hibernis: ipſe equitatûs præſidio pridie KAL. Jannuarii ab opido Bibracte proficiſcitur ad legionem XII, quam non longè à finibus Æduorum collocaverat in finibus Biturigum, eique adjungit legionem XI, quæ proxima fuerat. Binis cohortibus ad impedimenta tuenda relictis, reliquum exercitum in copioſiſſimos agros Biturigum inducit: qui quum latos fines & complura opida haberent, unius legionis hibernis non potuerant contineri, quin bellum pararent, conjurationeſque facerent.

III. Repentino adventu Cæſaris accidit, quod imparatis disjectiſque fuit neceſſe, ut ſine timore ullo rura colentes priùs ab equitatu opprimerentur, quàm confugere in opida poſſent. Namque etiam illud vulgare incurſionis ſignum hoſtium, quod
D incendiis ædificiorum intelligi conſuevit, Cæſaris id erat interdicto ſublatum: ne aut copia pabuli frumentique, ſi longiùs progredi vellet, deficeret; aut hoſtes incendiis terrerentur. Multis hominum millibus captis, perterriti Bituriges, qui primum adventum effugere potuerant Romanorum, in finitimas civitates, aut privatis hoſpitiis confiſi, aut ſocietate conſiliorum, confugerant: fruſtra; nam Cæſar magnis itineribus omnibus locis occurrit; nec dat ulli civitati ſpatium de aliena potiùs, quàm de domeſtica ſalute cogitandi. Qua celeritate & fideles amicos retinebat, & dubitantes terrore ad conditiones pacis adducebat. Tali conditione propoſita, Bituriges, quum ſibi viderent clementia Cæſaris reditum patere in ejus amicitiam, finitimaſque civitates ſine ulla pœna dediſſe obſides, atque in fidem receptas eſſe, idem fecerunt.

E IV. Cæſar militibus pro tanto labore ac patientia, qui brumalibus diebus, itineribus difficillimis, frigoribus intolerandis ſtudioſiſſimè permanſerant in labore, ducenos ſeſtertios, centurionibus duo millia nummûm prædæ nomine condonanda pollicetur: legionibuſque in hiberna remiſſis, ipſe ſe recepit die XL Bibracte. Ibi quum jus diceret, Bituriges ad eum legatos mittunt, auxilium petitum contra Carnutes, quos intuliſſe bellum ſibi querebantur. Qua re cognita, quum non ampliùs X & IIX dies in hibernis eſſet commoratus, legiones XIV & V̄I ex hibernis ab Arare educit; quas ibi collocatas explicandæ rei frumentariæ cauſſa, ſuperiore Commentario demonſtratum eſt. Ita cum II legionibus ad perſequendos Carnutes proficiſcitur.

V. Quum fama exercitûs ad hoſtes eſſet perlata, calamitate ceterorum ducti Carnutes, deſertis vicis opidiſque, quæ tolerandæ hiemis cauſſa, conſtitutis repentè exiguis ad neceſſitatem ædificiis, incolebant (nuper enim devicti complura opida dimiſerant) diſperſi profugiunt. Cæſar erumpentes eo maximè tempore acerrimas

Digitized by Google

An. U. C. 702.

tempeſtates quum ſubire milites nollet, in opido Carnutum Genabo caſtra ponit, A atque in tecta partim Gallorum, partim quæ conjectis celeriter ſtramentis, tentoriorum integendorum gratia erant inædificata, milites contegit. Equites tamen & auxiliarios pedites in omnes partes mittit, quaſcumque petiſſe dicebantur hoſtes: nec fruſtra: nam plerumque magna præda potiti noſtri revertuntur. Oppreſſi Carnutes hiemis difficultate, terrore periculi, quum tectis expulſi nullo loco diutiùs conſiſtere auderent, nec ſilvarum præſidio tempeſtatibus duriſſimis tegi poſſent; diſperſi, magna parte amiſſa ſuorum, diſſipantur in finitimas civitates.

VI. Cæſar, tempore anni difficillimo, quum ſatis haberet convenientes manus diſſipare, ne quod initium belli naſceretur; quantúmque in ratione eſſet, exploratum haberet, ſub tempus æſtivorum nullum ſummum bellum poſſe conflari; C. Trebonium cum II legionibus, quas ſecum habebat, in hibernis Genabi collocavit. Ipſe quum crebris legationibus Rhemorum certior fieret, Bellovacos, qui belli gloria B Gallos omnes Belgaſque præſtabant, finitimaſque in civitates, duce Correo Bellovaco & Comio Atrebate, exercitum comparare, atque in unum locum cogere, ut omni multitudine in fines Sueſſionum, qui Rhemis erant attributi, facerent impreſſionem; pertinere autem non tantùm ad dignitatem, ſed etiam ad ſalutem ſuam judicaret, nullam calamitatem ſocios optimè de repub. meritos accipere; legionem ex hibernis evocat rurſus XI; literas autem ad C. Fabium mittit, ut in fines Sueſſionum legiones II, quas habebat, adduceret; alteramque ex duabus à T. Labieno accerſit. Ita quantùm hibernorum opportunitas bellique ratio poſtulabat, perpetuo ſuo labore, invicem legionibus expeditionum onus injungebat.

VII. His copiis coactis, ad Bellovacos proficiſcitur; caſtriſque in eorum finibus poſitis, equitum turmas dimittit in omnes partes ad aliquos excipiendos, ex quibus hoſtium conſilia cognoſceret. Equites officio functi renunciant paucos in C ædificiis eſſe inventos; atque hos, non qui agrorum incolendorum cauſſa remanſiſſent, (namque eſſe undique diligenter demigratum) ſed qui ſpeculandi gratia eſſent remiſſi. A quibus quum quæreret Cæſar, quo loco multitudo eſſet Bellovacorum, quodque eſſet conſilium eorum, inveniebat, Bellovacos omnes, qui arma ferre poſſent, in unum locum conveniſſe, itemque Ambianos, Aulercos, Caletes, Velocaſſes, Atrebates locum caſtris excelſum, impedita circumdatum palude, delegiſſe; omnia impedimenta in ulteriores ſilvas contuliſſe; complures eſſe principes belli auctores, ſed multitudinem maximè Correo obtemperare, quòd ei ſummo odio eſſe nomen populi R. intellexiſſent. Paucis antè diebus ex his caſtris Comium diſceſſiſſe ad auxilia Germanorum adducenda, quorum & vicinitas propinqua, & multitudo eſſet infinita: conſtituiſſe autem Bellovacos, omnium principum conſenſu, ſumma plebis cupiditate, ſi, ut diceretur, Cæſar cum III legionibus veniret, offerre D ſe ad dimicandum; ne miſeriore ac duriore poſtea conditione cum toto exercitu decertare cogerentur: ſin majores copias adduceret, in eo loco permanere, quem delegiſſent; pabulatione autem, quæ propter anni tempus cùm exigua, tùm disjecta eſſet, & frumentatione & reliquo commeatu ex inſidiis prohibere Romanos.

VIII. Quæ Cæſar quum, conſentientibus plurimis, cognoviſſet; atque ea, quæ proponerentur, conſilia plena prudentiæ, longéque à temeritate barbarorum remota eſſe judicaret; omnibus rebus inſerviendum ſtatuit, quò celeriùs hoſtes, contemtâ ſuorum paucitate, prodirent in aciem. Singularis enim virtutis veteranas legiones VII, IIX & IX habebat, ſummæ ſpei delectæque juventutis XI, quæ octavo jam ſtipendio functa, tamen, collatione reliquarum, nondum eamdem vetuſtatis & virtutis ceperat opinionem. Itaque concilio advocato, rebus iis, quæ ad ſe eſſent delatæ, omnibus expoſitis, animos multitudinis confirmat. Si fortè hoſtes III le- E gionum numero poſſet elicere ad dimicandum, agminis ordinem ita conſtituit; ut legio VII, IIX, IX ante omnia iret impedimenta; deinde omnium impedimentorum agmen (quod tamen erat mediocre, ut in expeditionibus eſſe conſuevit) cogeret XI; ne majoris multitudinis ſpecies accidere hoſtibus poſſet, quàm ipſi depoposciſſent. Hac ratione penè quadrato agmine inſtructo, in conſpectum hoſtium celeriùs opinione eorum exercitum adducit.

IX. Quum legiones repente inſtructas velut in acie certo gradu accedere Galli viderent, quorum erant ad Cæſarem plena fiduciæ conſilia perlata, ſive certaminis periculo, ſive ſubito adventu, ſeu exſpectatione noſtri conſilii, copias inſtruunt pro caſtris, nec loco ſuperiore decedunt. Cæſar, etſi dimicare optaverat, tamen admiratus tantam multitudinem hoſtium, valle intermiſſa, magis in altitudinem depreſſa,

Digitized by Google

A quàm latè patente, caſtra caſtris hoſtium confert. Hæc imperat vallo pedum XII muniri, coroniſque pro ratione ejus altitudinis inædificari; foſſam duplicem pedum quinûm denûm, lateribus directis, deprimi; turres crebras excitari, in altitudinem III tabulatorum; pontibus transjectis conſtratiſque conjungi, quorum frontes viminea loricula munirentur, ut hoſtis à duplici propugnatorum ordine depelleretur; quorum alter ex pontibus, quò tutior altitudine eſſet, hoc audaciùs longiúſque tela permitteret; alter, qui propior hoſtem in ipſo vallo collocatus eſſet, ponte ab incidentibus telis tegeretur: portis fores altioreſque turres impoſuit. An. U. C. 702.

X. Hujus munitionis duplex erat conſilium: namque & operum magnitudinem & timorem ſuum ſperabat fiduciam barbaris allaturum; & quum pabulatum frumentatumque longiùs eſſet proficiſcendum, parvis copiis caſtra munitione ipſa videbat poſſe defendi. Interim, crebrò paucis utrimque procurrentibus, inter bina caſtra palude
B interjecta, contendebatur: quam tamen paludem nonnumquam aut noſtra auxilia Gallorum Germanorumque tranſibant, acriúſque hoſtes inſequebantur, aut viciſſim hoſtes eamdem tranſgreſſi noſtros longiùs ſubmovebant. Accidebat autem quotidianis pabulationibus, (id quod accidere erat neceſſe, quum raris disjectiſque ex ædificiis pabulum conquireretur) ut impeditis locis diſperſi pabulatores circumvenirentur. Quæ res etſi mediocre detrimentum jumentorum ac ſervorum noſtris afferebat, tamen ſtultas cogitationes incitabat barbarorum: atque eò magis, quòd Comius, quem profectum ad auxilia Germanorum accerſenda dixeram, cum equitibus venerat: qui tametſi numero non ampliùs erant quingentis; tamen Germanorum adventu barbari inflabantur.

XI. Cæſar quum animadverteret, hoſtem complures dies caſtris palude & loci natura munitis ſe tenere; neque oppugnari caſtra eorum ſine dimicatione pernicioſa,
C nec locum munitionibus claudi, niſi à majore exercitu, poſſe; literas ad Trebonium mittit, ut quàm celerrimè poſſet, legionem XIII, quæ cum T. Sextio legato in Biturigibus hiemabat, accerſeret; atque ita cum III legionibus magnis itineribus ad ſe veniret. Ipſe equites invicem Rhemorum ac Lingonum reliquarumque civitatum, quorum magnum numerum evocaverat, præſidio pabulatoribus mittit, qui ſubitas hoſtium incurſiones ſuſtinerent.

XII. Quod quum quotidie fieret, ac jam conſuetudine diligentia minueretur, (quod plerumque accidit diuturnitate) Bellovaci delecta manu peditum, cognitis ſtationibus quotidianis equitum noſtrorum, ſilveſtribus locis inſidias diſponunt; eódemque equites poſtero die mittunt, qui primùm elicerent noſtros in inſidias, deinde circumventos aggrederentur. Cujus mali ſors incidit Rhemis, quibus illa dies fungendi muneris obvenerat: namque ii, quum repente hoſtium equites animadver-
D tiſſent, ac numero ſuperiores paucitatem contemſiſſent, cupidiùs inſecuti à peditibus undique ſunt circumdati. Quo facto pertubati celeriùs, quàm conſuetudo fert equeſtris prælii, ſe receperunt, amiſſo Vertiſco, principe civitatis, præfecto equitum: qui quum vix equo propter ætatem poſſet uti, tamen conſuetudine Gallorum, neque ætatis excuſatione in ſuſcipienda præfectura uſus erat, neque dimicari ſine ſe voluerat. Inflantur atque incitantur hoſtium animi ſecundo prælio, principe & præfecto Rhemorum interfecto: noſtri detrimento admonentur, diligentiùs exploratis locis ſtationes diſponere, ac moderatiùs cedentem inſequi hoſtem.

XIII. Non intermittuntur interim quotidiana prælia in conſpectu utrorumque caſtrorum, quæ ad vada tranſituſque fiebant paludis. Qua contentione Germani, quos propterea Cæſar tranſduxerat Rhenum, ut equitibus interpoſiti præliarentur, quum conſtantiùs univerſi paludem tranſiſſent, pauciſque reſiſtentibus interfectis, pertina-
E ciùs reliquam multitudinem eſſent inſecuti, perterriti non ſolùm ii, qui aut cominùs opprimebantur, aut eminùs vulnerabantur; ſed etiam qui longiùs ſubſidiari conſueverant, turpiter fugerunt; nec priùs finem fugæ fecerunt, ſæpè amiſſis ſuperioribus locis, quàm ſe aut in caſtra ſuorum reciperent, aut nonnulli pavore coacti longiùs profugerent. Quorum periculo ſic omnes copiæ ſunt perturbatæ, ut vix judicari poſſet, utrùm ſecundis nimiiſque rebus inſolentiores; an adverſis mediocribuſque timidiores eſſent.

XIV. Complurimis diebus iiſdem in caſtris conſumtis, quum propiùs acceſſiſſe legiones & C. Trebonium legatum cognoviſſent; duces Bellovacorum veriti ſimilem obſeſſionem Aleſiæ, noctu dimittunt eos, quos aut ætate, aut viribus inferiores, aut inermes habebant, unáque reliqua impedimenta: quorum perturbatum & confuſum dum explicant agmen, (magna enim multitudo carrorum etiam expeditos ſequi

Digitized by Google

An. U. C. 702. Gallos consuevit) oppressi luce copias armatorum pro suis instruunt castris; ne priùs A Romani persequi se inciperent, quàm longiùs agmen impedimentorum suorum processisset. At Cæsar neque resistentes tanto collis adscensu lacessendos judicabat; neque non usque eò legiones admovendas, ut discedere ex eo loco sine periculo barbari militibus instantibus non possent: ita quum paludem impeditam à castris castra dividere, quæ transeundi difficultas celeritatem insequendi tardare posset; atque id jugum, quod trans paludem penè ad hostium castra pertineret, mediocri valle à castris eorum interclusum animadverteret; pontibus palude constrata, legiones transducit, celeriterque in summam planiciem jugi pervenit; quæ declivi fastigio duobus ab lateribus muniebatur. Ibi legionibus instructis ad ultimum jugum pervenit; aciemque eo loco constituit, unde tormento missa tela in hostium cuneos conjici possent.

XV. Barbari confisi loci natura, quum dimicare non recusarent, si fortè Romani B subire collem conarentur, paullatimque copias distributas dimittere non auderent, ne dispersi perturbarentur, in acie permanserunt. Quorum pertinaciâ cognitâ, Cæsar XX cohortibus instructis, castrisque eo loco metatis, muniri jubet castra. Absolutis operibus, legiones pro vallo instructas collocat; equites frenatis equis in stationibus disponit. Bellovaci, quum Romanos ad insequendum paratos viderent, neque pernoctare, neque diutiùs permanere sine cibariis eodem loco possent, tale consilium sui recipiendi inierunt: Fasces, ubi confederant, (nam in acie fedère Gallos consuesse, superioribus (a) Commentariis declaratum est) stramentorum ac virgultorum, quorum summa erat in castris copia, per manus inter se transditos, ante aciem collocaverunt; extremoque tempore diei, signo pronunciato, uno tempore incenderunt: ita continens flamma copias omnes repente à conspectu texit Romanorum. Quod ubi accidit, barbari vehementissimo cursu fugerunt. C

XVI. Cæsar, etsi discessum hostium animadvertere non poterat incendiis oppositis; tamen id consilium quum fugæ caussa initum suspicaretur, legiones promovet; & turmas mittit ad insequendum: ipse veritus insidias, ne fortè in eodem loco subsistere hostis, atque elicere nostros in locum conaretur iniquum, tardiùs procedit. Equites, quum intrare fumum & flammam densissimam timerent; ac si qui cupidiùs intraverant, vix suorum ipsi priores partes animadverterent equorum; insidias veriti, liberam facultatem sui recipiendi Bellovacis dederunt. Ita fuga timoris simul calliditatisque plena, sine ullo detrimento, millia non amplius X progressi hostes, munitissimo loco castra posuerunt. Inde, quum sæpè in insidiis equites peditesque disponerent, magna detrimenta Romanis in pabulationibus inferebant.

XVII. Quod quum crebriùs accideret, ex captivo quodam comperit Cæsar, Correum Bellovacorum ducem fortissimorum millia VI peditum delegisse, equitesque ex omni numero ∞, quos in insidiis eo loco collocaret, quem in locum propter copiam frumenti ac pabuli Romanos pabulatum missuros suspicaretur. Quo cognito consilio, Cæsar legiones plures, quàm solebat, educit; equitatumque, qua consuetudine pabulatoribus mittere præsidio consueverat, præmittit: huic interponit præsidia levis armaturæ: ipse cum legionibus quàm potest maximè appropinquat. D

XVIII. Hostes in insidiis dispositi, quum sibi delegissent campum ad rem gerendam non amplius patentem in omnes partes passibus ∞, silvis undique impeditissimis; aut altissimo flumine, velut indagine munitum, hunc insidiis circumdederunt nostri. Explorato hostium consilio, ad præliandum animo atque armis parati, quum subsequentibus legionibus nullam dimicationem recusarent, turmatim in eum locum devenerunt. Quorum adventu quum sibi Correus oblatam occasionem rei gerendæ existimaret, primùm cum paucis se ostendit; atque in proximas turmas im- E petum facit. Nostri constanter impetum sustinent insidiatorum; neque plures in unum locum conveniunt; quod plerumque equestribus præliis cùm propter aliquem timorem accidit, tum multitudine ipsorum detrimentum accipitur.

XIX. Quum dispositis turmis invicem rari præliarentur; neque ab lateribus circumveniri suos paterentur; erumpunt ceteri, Correo præliante, ex silvis. Fit magna contentione diversum prælium: quod quum diutiùs pari Marte iniretur; paullatim ex silvis instructa multitudo procedit peditum, quæ nostros cogit cedere equites: quibus celeriter subveniunt levis armaturæ pedites, quos ante legiones missos docui; turmisque nostrorum interpositi, constanter præliantur. Pugnatur aliquandiu pari contentione: deinde, ut ratio postulabat prælii, qui sustinuerant primos impetus

(a) In superioribus Commentariis id nusquam exstat: locus hic fortasse injuria temporum deperiit.

Digitized by Google

A insidiarum, hoc ipso fiunt superiores quòd nullum ab insidiantibus imprudentes acceperant detrimentum. Accedunt propiùs interim legiones: crebrique eodem tempore & nostris & hostibus nuncii afferuntur, imperatorem instructis copiis adesse. Qua re cognita, præsidio cohortium confisi nostri, acerrimè præliantur: ne, si tardiùs rem gessissent, victoriæ gloriam communicasse cum legionibus viderentur. Hostes concidunt animis; atque itineribus diversis fugam quærunt: nequidquam; nam quibus difficultatibus locorum Romanos claudere voluerant, iis ipsi tenebantur. Victi tamen propulsique, majore parte amissa, consternati, quò fors tulerat, confugiunt: partim silvis petitis, partim flumine; qui tamen in fuga à nostris acriter insequentibus conficiuntur. Quum interim nulla calamitate victus Correus, excedere prælio, silvasque petere, aut invitantibus nostris ad deditionem, potuit adduci, quin fortissimè præliando, complureſque vulnerando, cogeret elatos iracundia victores in se tela conjicere. An. U. C. 702.

B XX. Tali modo re gesta, recentibus prælii vestigiis ingressus Cæsar, quum victos tanta calamitate existimaret hostes, nuncio accepto, locum castrorum relicturos, quæ non longiùs ab ea cæde abesse plus minùs IIX millibus passuum dicebantur, tametsi flumine impeditum transitum videbat; tamen exercitu transducto progreditur. At Bellovaci reliquæque civitates, repente ex fuga paucis, atque his vulneratis, receptis, qui silvarum beneficio casum evitaverant, omnibus adversis, cognita calamitate, interfecto Correo, amisso equitatu, & fortissimis peditibus, quum adventare Romanos existimarent, concilio repente cantu tubarum convocato, conclamant ut legati obsidesque ad Cæsarem mittantur.

XXI. Hoc omnibus probato consilio, Comius Atrebas ad eos profugit Germanos, à quibus ad id bellum auxilia mutuatus erat. Ceteri è vestigio mittunt ad Cæsarem legatos; petuntque, ut ea pœna sit contentus [hostium], quam si sine di-
C micatione inferre integris posset, pro sua clementia atque humanitate, numquam profectò esset illaturus: afflictas opes equestri prælio Bellovacorum esse; delectorum peditum multa millia interiisse: vix refugisse nuncios cædis: tamen magnum, ut in tanta calamitate, Bellovacos eo prælio commodum esse consecutos, quòd Correus auctor belli, concitator multitudinis esset interfectus: numquam enim senatum tantùm in civitate illo vivo, quantùm imperitam plebem potuisse.

XXII. Hæc orantibus legatis, commemorat Cæsar, eodem tempore superiore anno Bellovacos ceteraſque Galliæ civitates susceptisse bellum: pertinacissimè hos ex omnibus in sententia permansisse, neque ad sanitatem reliquorum deditione esse perductos: scire atque intelligere se, causam peccati facillimè mortuis delegari: neminem vero tantùm pollere, ut invitis principibus, resistente senatu, omnibus bonis repugnantibus, infirma manu plebis bellum concitare & gerere posset: sed ta-
D men se contentum fore ea pœna, quam sibi ipsi contraxissent.

XXIII. Nocte insequenti legati responsa ad suos referunt, obsides conficiunt. Concurrunt reliquarum civitatum legati, quæ Bellovacorum speculabantur eventum; obsides dant; imperata faciunt, excepto Comio, quem timor cohibebat cujusquam fidei suam committere salutem. Nam superiore anno T. Labienus, Cæsare in Gallia citeriore jus dicente, quum Comium reperisset sollicitare civitates, & conjurationem contra Cæsarem facere, infidelitatem ejus sine ulla perfidia judicavit comprimi posse: quem quia non arbitrabatur vocatum in castra venturum, ne tentando cautiorem faceret; C. Volusenum Quadratum misit, qui eum per simulationem colloquii curaret interficiendum. Ad eam rem delectos transdidit centuriones: quum in colloquium ventum esset, &, ut convenerat, manum Comii Volusenus arripuisset; centurio, velut insueta re permotus, vellet hominem conficere, celeriter à familiari-
E bus prohibitus Comii, non potuit: graviter tamen primo ictu gladio caput percussit. Quum utrimque gladii districti essent; non tam pugnandi, quàm diffugiendi fuit utrorumque consilium; nostrorum, quòd mortifero vulnere Comium credebant affectum; Gallorum, quòd insidiis cognitis, plura quàm videbant, extimescebant. Quo facto statuisse Comius dicebatur, numquam in conspectum cujusquam Romani venire.

XXIV. Bellicosissimis gentibus devictis, Cæsar quum videret nullam jam esse civitatem, quæ bellum pararet, quò sibi resisteret; sed nonnullos ex opidis demigrare, ex agris effugere, ad præsens imperium evitandum; plures in partes exercitum dimittere constituit. M. Antonium quæstorem cum legione XI sibi conjungit: C. Fabium legatum cum cohortibus XXV mittit in diversissimam partem Galliæ; quòd ibi quasdam civitates in armis esse audiebat, neque C. Caninium Rebilum legatum, qui illis legionibus præerat, satis firmas II legiones habere existimabat. T.

Digitized by Google

An. U. C. 702. Labienum ad se evocat; legionemque XII, quæ cum eo fuerat in hibernis, in Togatam Galliam mittit, ad Colonias civium Romanorum tuendas; ne quod simile incommodum accideret decursione barbarorum, ac superiore æstate Tergestinis accidisset; qui repentino latrocinio atque impetu eorum erant oppressi. Ipse ad devastandos depopulandosque fines Ambiorigis proficiscitur: quem perterritum atque fugientem quum redigi posse in suam potestatem desperasset; proximum [suæ dignitati] esse ducebat, adeò fines ejus vastare civibus, ædificiis, pecore, ut odio suorum Ambiorix, si quos fortuna fecisset reliquos, nullum reditum propter tantas calamitates haberet in civitatem. A

XXV. Quum in omnes partes finium Ambiorigis aut legiones, aut auxilia dimisisset, atque omnia cædibus, incendiis, rapinis vastasset; magno numero hominum interfecto aut capto, Labienum cum II legionibus in Treviros mittit; quorum civitas, propter Germaniæ vicinitatem, quotidianis exercitata bellis, cultu & feritate non multùm à Germanis differebat; neque imperata umquam, nisi exercitu coacta, faciebat. B

XXVI. Interim C. Caninius legatus, quum magnam multitudinem convenisse hostium in fines Pictonum, literis nunciisque Duracii cognovisset, qui perpetuò in amicitia Romanorum permanserat; quum pars quædam civitatis ejus defecisset, ad opidum (*a*) Limonum contendit: quò quum adventaret, atque ex captivis certiùs cognosceret, multis hominum millibus, Dumnaco duce Andium, Duracium clausum, Limonum oppugnari; neque infirmas legiones hostibus committere auderet; castra munito loco posuit. Dumnacus, quum appropinquare Caninium cognovisset, copiis omnibus ad legiones conversis, castra Romanorum oppugnare instituit. Quum complures dies in oppugnatione consumsisset, & magno suorum detrimento, nullam partem munitionum convellere potuisset, rursus ad obsidendum Limonum redit. C

XXVII. Eodem tempore C. Fabius legatus complures civitates in fidem recipit, obsidibus firmat, literisque C. Caninii certior fit, quæ in Pictonibus gerantur. Quibus rebus cognitis, proficiscitur ad auxilium Duracio ferendum. At Dumnacus, adventu Fabii cognito, desperata salute, si tempore eodem coactus esset & Romanum externum sustinere hostem, & respicere ac timere opidanos, repente eo ex loco cum copiis recedit: nec se satis tutum fore arbitratur, nisi flumen Ligerim, quod erat ponte propter magnitudinem transeundum, copias transduxisset. Fabius, etsi nondum in conspectum venerat hostibus, neque se cum Caninio conjunxerat, tamen doctus ab iis, qui locorum noverant naturam, potissimùm credidit, hostes perterritos eum locum, quem petebant, petituros. Itaque cum copiis ad eumdem pontem contendit, equitatumque tantùm procedere ante agmen imperat legionum, quantùm quum processisset, sine defatigatione equorum in eadem se reciperet castra. D Consequuntur equites nostri, ut erat præceptum, invaduntque Dumnaci agmen: & fugientes perterritosque sub sarcinis in itinere aggressi, magna præda, multis interfectis, potiuntur: itaque re benè gesta, se recipiunt in castra.

XXVIII. Insequenti nocte Fabius, equites præmittit, sic paratos, ut confligerent, atque omne agmen morarentur, dum consequeretur ipse: cujus præceptis, ut res gereretur, Q. Atius Varus, præfectus equitum, singularis & animi & prudentiæ vir, suos hortatur, agmenque hostium consecutus, turmas partim idoneis locis disponit, partim equitum prælium committit. Consistit audaciùs equitatus hostium, succedentibus sibi peditibus, qui toto agmine subsistentes, equitibus suis contra nostros ferunt auxilium. Fit prælium acri certamine: namque nostri, contemtis pridie superatis hostibus, quum subsequi legiones meminissent, & pudore cedendi, & cupiditate celeriùs per se conficiendi prælii, fortissimè contra pedites præliantur: hostesque nihil ampliùs copiarum accessurum credentes, ut pridie cognoverant, delendi equitatûs nostri nacti occasionem videbantur. E

XXIX. Quum aliquandiu summa contentione dimicaretur, Dumnacus instruit aciem, quæ suis esset equitibus invicem præsidio: tum repente confertæ legiones in conspectum hostium veniunt. Quibus visis, perculsæ barbarorum turmæ, ac perterritæ acies hostium, perturbato impedimentorum agmine, magno clamore discursuque passim fugæ se mandant. At nostri equites, qui paullò antè cum resistentibus fortissimè conflixerant, lætitia victoriæ elati, magno undique clamore sublato, cedentibus circumfusi, quantùm equorum vires ad persequendum, dextræque ad cædendum valent, tantùm eo prælio interficiunt. Itaque ampliùs millibus XII. aut

(a) *Limonum* urbs præcipua Pictonum, nunc *Poitiers*.

Digitized by Google

A armatorum, aut eorum qui timore arma projecerant, interfectis, omnis multitudo capitur impedimentorum. An. U C. 702.

XXX. Qua ex fuga, quum constaret Drapetem Senonem (qui, ut primùm defecerat Gallia, collectis undique perditis hominibus, servis ad libertatem vocatis, exsulibus omnium civitatum accitis, receptis latronibus, impedimenta & commeatus Romanorum interceperat) non ampliùs hominum v millibus ex fuga collectis, provinciam petere, unáque consilium cum eo (*a*) Luterium Cadurcum cepisse, quem in superiore Commentario, prima defectione Galliæ facere in provinciam impetum voluisse, cognitum est; Caninius legatus cum legionibus II ad eos persequendos contendit, ne de timore aut detrimento provinciæ magna infamia perditorum hominum latrociniis caperetur.

XXXI. C. Fabius cum reliquo exercitu in Carnutes reliquasque proficiscitur civitates, quarum eo prælio, quod cum Dumnaco fecerat, copias esse accitas sciebat: non enim dubitabat quin recenti calamitate submissiores essent futuræ; dato verò spatio ac tempore, eodem instante Dumnaco, possent concitari. Qua in re summa
B felicitas celeritasque in recipiendis civitatibus Fabium consequitur. Nam Carnutes, qui sæpe vexati numquam pacis fecerant mentionem, datis obsidibus, veniunt in deditionem; ceteræque civitates positæ in ultimis Galliæ finibus, Oceano conjunctæ, quæ Armoricæ appellantur, auctoritate adductæ Carnutum, adventu Fabii legionumque, imperata sine mora faciunt. Dumnacus suis finibus expulsus, errans latitansque, solus extremas Galliæ regiones petere coactus est.

XXXII. At Drapes, unáque Luterius, quum legiones Caniniumque adesse cognoscerent, nec se sine certa pernicie, persequente exercitu, putarent provinciæ fines intrare posse, nec jam liberam vagandi latrocinandique facultatem haberent,
C consistunt in agris Cadurcorum. Ibi quum Luterius apud suos cives quondam, integris rebus, multùm potuisset, semperque auctor novorum consiliorum magnam apud barbaros auctoritatem haberet; opidum (*b*) Uxellodunum, quod in clientela fuerat ejus, natura loci egregiè munitum, occupat suis & Drapetis copiis, opidanosque sibi conjungit.

XXXIII. Quò quum confestim C. Caninius venisset, animadverteretque omnes opidi partes præruptissimis saxis esse munitas, quò, defendente nullo, tamen armatis adscendere esset difficile; magna autem impedimenta opidanorum videret; quæ si clandestina fuga subtrahere conarentur, effugere non modò equitatum, sed ne legiones quidem possent: tripartitò cohortibus divisis, trina excelsissimo loco castra fecit, à quibus paullatim, quantùm copiæ patiebantur, vallum in opidi circuitu ducere instituit.

D XXXIV. Quod quum animadverterent opidani, miserrimaque Alesiæ memoria solliciti, similem casum obsessionis vererentur; maximéque ex omnibus Luterius, qui fortunæ illius periculum fecerat, moneret rationem frumenti esse habendam; constituunt omnium consensu, parte ibi relicta copiarum, ipsi cum expeditis ad importandum frumentum proficisci. Eo consilio probato, proxima nocte, II millibus armatorum relictis, reliquos ex opido Drapes & Luterius educunt: ii paucos dies morati, ex finibus Cadurcorum, qui partim re frumentaria sublevare eos cupiebant, partim prohibere quò minùs sumerent, non poterant; magnum numerum frumenti comparant. Nonnumquam autem expeditionibus nocturnis castella nostrorum adoriuntur. Quam ob causam C. Caninius toto opido munitiones circumdare moratur; ne aut opus effectum tueri non possit, aut plurimis in locis infirma disponat præsidia.

XXXV. Magna copia frumenti comparata, considunt Drapes & Luterius non
E longiùs ab opido x millibus passuum, unde paullatim frumentum in opidum supportarent: ipsi inter se provincias partiuntur. Drapes castris præsidio cum parte copiarum restitit: Luterius agmen jumentorum ad opidum adducit. Dispositis ibi præsidiis, horâ noctis circiter x, silvestribus angustisque itineribus frumentum importare in opidum instituit. Quorum strepitum vigiles castrorum quum sensissent; exploratoresque missi, quæ agerentur, renunciassent; Caninius celeriter cum cohortibus armatis ex proximis castellis, in frumentarios sub ipsam lucem impetum fecit. Ii repentino malo perterriti, diffugiunt ad sua præsidia; quæ nostri ut viderunt, acriùs contra armatos incitati, neminem ex eo numero vivum capi patiuntur: effugit inde cum paucis Luterius, nec se recipit in castra.

(a) *Lutterius* semper vocatur supra l. 7.
(b) Uxellodunum Cadurcorum oppidum, tribus leucis à Capdenaco, ad flumen Oldum, nunc vocatur *Puech d'Usselou*, vel *lo Puech d'Usoldun*.

Digitized by Google

An. U. C. 702.

XXXVI. Re bene geſta, Caninius ex captivis comperit, partem copiarum cum A Drapete eſſe in caſtris millibus non ampliùs x. Qua re ex compluribus cognita, quum intelligeret, fugato duce altero, perterritos reliquos facilè opprimi poſſe; magnæ felicitatis eſſe arbitrabatur, neminem ex cæde refugiſſe in caſtra, qui de accepta calamitate nuncium Drapeti perferret. Sed quum in experiundo periculum nullum videret, equitatum omnem Germanoſque pedites ſummæ velocitatis omnes ad caſtra hoſtium præmittit: ipſe legionem unam in trina caſtra diſtribuit; alteram ſecum expeditam ducit. Quum propius hoſtem acceſſiſſet, ab exploratoribus, quos præmiſerat, cognoſcit caſtra eorum, ut barbarorum fert conſuetudo, relictis locis ſuperioribus, ad ripas fluminis eſſe demiſſa; at Germanos equites imprudentibus omnibus de improviſo advolaſſe, & prælium commiſiſſe. Qua re cognita, legionem armatam inſtructamque adducit. Ita, repente omnibus ex partibus ſigno dato, loca ſuperiora capiuntur: quod ubi accidit, Germani equites, ſignis legionis viſis, B vehementiſſimè præliantur. Confeſtim omnes cohortes undique impetum faciunt: omnibus aut interfectis, aut captis, magna præda potiuntur: capitur ipſe eo prælio Drapes.

XXXVII. Caninius, feliciſſimè re geſta, ſine ullo pene militis vulnere, ad obſidendos opidanos revertitur; externoque hoſte deleto, cujus timore augere præſidia, & munitione opidanos circumdare prohibitus erat, opera undique imperat adminiſtrari. Venit eódem cum ſuis copiis poſtero die C. Fabius, partemque opidi ſumit ad obſidendum.

XXXVIII. Cæſar interim M. Antonium quæſtorem cum cohortibus xv in Bellovacis reliquit; ne qua rurſus novorum conſiliorum capiendorum Belgis facultas daretur: ipſe reliquas civitates adit: obſides plures imperat: timentes omnium animos conſolatione ſanat. Quum in Carnutes veniſſet, quorum conſilio in civitate C ſuperiore Commentario Cæſar expoſuit initium belli eſſe ortum, quòd præcipuè eos propter conſcientiam facti timere animadvertebat; quò celeriùs civitatem metu liberaret, principem ſceleris ipſius, & concitatorem belli Guturvatum ad ſupplicium depoſcit: qui etſi ne civibus quidem ſuis ſe committebat; tamen celeriter omnium cura quæſitus, in caſtra perducitur. Cogitur in ejus ſupplicium Cæſar contra naturam ſuam, maximo militum concurſu; qui omnia pericula & detrimenta belli à Guturvato accepta referebant; adeò ut verberibus exanimatum corpus ſecuri feriretur.

XXXIX. Ibi crebris literis Caninii fit certior, quæ de Drapete & Luterio geſta eſſent, quóque in conſilio permanerent opidani: quorum etſi paucitatem contemnebat, tamen pertinaciam magna pœna eſſe afficiendam judicabat; ne univerſa Gallia non vires ſibi defuiſſe ad reſiſtendum Romanis, ſed conſtantiam putaret; neve hoc exemplo ceteræ civitates, locorum opportunitate fretæ, ſe vindicarent in libertatem; D quum omnibus Gallis notum eſſe ſciret, reliquam eſſe unam æſtatem ſuæ provinciæ; quam ſi ſuſtinere potuiſſent, nullum ultra periculum vererentur. Itaque Q. Calenum legatum cum legionibus II relinquit, qui juſtis itineribus ſe ſubſequeretur: ipſe cum omni equitatu, quàm poteſt celerrimè, ad Caninium contendit.

XL. Quum contra exſpectationem omnium Cæſar Uxellodunum veniſſet, opidumque operibus clauſum animadverteret: neque ab oppugnatione recedi videret ulla conditione poſſe, magna autem copia frumenti abundare opidanos, ex perfugis cognoviſſet; aqua prohibere hoſtem tentare cœpit. Flumen infimam vallem dividebat, quæ penè totum montem cingebat, in quo poſitum erat præruptum undique opidum Uxellodunum. Hoc avertere loci natura prohibebat: ſic enim imis radicibus montis ferebatur, ut nullam in partem, depreſſis foſſis, derivari poſſet. Erat autem opidanis difficilis & præruptus eò deſcenſus; ut prohibentibus noſtris, ſine E vulneribus ac periculo vitæ, neque adire flumen, neque arduo ſe recipere poſſent adſcenſu. Qua difficultate eorum cognita, Cæſar, ſagittariis funditoribuſque diſpoſitis, tormentis etiam quibuſdam locis contra facillimos deſcenſus collocatis, aqua fluminis prohibebat opidanos: quorum omnis poſtea multitudo aquatum unum in locum conveniebat.

XLI. Sub ipſius opidi murum magnus fons prorumpebat ab ea parte, quæ ferè pedum CCC intervallo fluminis circuitu vacabat. Hoc fonte prohiberi poſſe opidanos quum optarent reliqui, Cæſar unus videret non ſine magno periculo; è regione ejus vineas agere adverſus montem, & aggeres ſtruere cœpit, magno cum labore & continua dimicatione. Opidani enim loco ſuperiore decurrentes ſine periculo præliabantur, multoſque pertinaciter ſuccedentes vulnerabant, ut tamen non deterrerentur milites

Digitized by Google

A milites noſtri vineas proferre, & labore atque operibus locorum vincere difficultates. Eodem tempore tectos cuniculos, crates & vineas agunt ad caput fontis: quod genus operis ſine ullo periculo & ſine ſuſpicione hoſtium facere licebat. Exſtruitur agger in altitudinem pedum LX: collocatur in eo turris X tabulatorum, non quidem quæ mœnibus æquaretur, (id enim nullis operibus effici poterat) ſed quæ ſuperaret fontis faſtigium. Ex ea quum tela tormentis jacerentur ad fontis aditus; nec ſine periculo poſſent adaquari opidani; non tantùm pecora atque jumenta, ſed etiam magna hominum multitudo ſiti conſumebatur. An. U. C. 702.

XLII. Quo malo perterriti opidani, cupas ſevo, pice, ſcandulis complent: eas ardentes in opera provolvunt. Eodem tempore acerrimè præliantur, ut ab incendio reſtinguendo dimicatione & periculo deterreant Romanos. Magna repente in ipſis operibus flamma exſiſtit: quæcumque enim per locum præcipitem miſſa erant,
B ea vineis & aggere ſuppreſſa comprehendebant id ipſum, quod morabatur. Milites contrà noſtri, quamquam periculoſo genere prælii locoque iniquo premebantur, tamen omnia paratiſſimo ſuſtinebant animo. Res enim gerebatur & excelſo loco, & in conſpectu exercitûs noſtri: magnuſque utrimque clamor oriebatur: ita quàm quiſque poterat maximè inſignis, quò notior teſtatiorque virtus ejus eſſet, telis hoſtium flammæque ſe offerebat.

XLIII. Cæſar, quum complures ſuos vulnerari videret, ex omnibus opidi partibus cohortes montem adſcendere, & ſimulatione mœnium occupandorum, clamorem undique jubet tollere. Quo facto perterriti opidani, quum quid ageretur in locis reliquis, eſſent ignari, revocant ab impugnandis operibus armatos, muriſque diſponunt. Ita noſtri * fine prælii facto, celeriter opera flammâ comprehenſa partim reſtinguunt, partim interſcindunt. Quum pertinaciter reſiſterent opidani, & jam
C magna parte ſuorum ſiti amiſſa, in ſententia permanerent; ad poſtremum cuniculis venæ fontis interciſæ ſunt atque averſæ. Quo facto repente fons perennis exhauſtus, tantam attulit opidanis ſalutis deſperationem, ut id non hominum conſilio, ſed Deorum voluntate factum putarent: itaque neceſſitate coacti ſe tranſdiderunt. * *Al.* ſine prælio facto.

XLIV. Cæſar, quum ſuam lenitatem cognitam omnibus ſciret, neque vereretur ne quid crudelitate naturæ videretur aſperiùs feciſſe, neque exitum conſiliorum ſuorum animadverteret, ſi tali ratione diverſis in locis plures rebellare cœpiſſent; exemplo ſupplicii deterrendos reliquos exiſtimavit. Itaque omnibus, qui arma tulerant, manus præcidit: vitam conceſſit, quò teſtatior eſſet pœna improborum. Drapes, quem captum eſſe à Caninio docui, ſive indignatione & dolore vinculorum, ſive timore gravioris ſupplicii, paucis diebus ſeſe cibo abſtinuit, atque ita interiit. Eodem tempore Luterius, quem profugiſſe ex prælio ſcripſi, quum in poteſtatem
D veniſſet Epaſnacti Arverni, (crebrò enim mutandis locis multorum fidei ſe committebat, quòd nuſquam diutiùs ſine periculo commoraturus videbatur, quum ſibi conſcius eſſet, quàm inimicum deberet Cæſarem habere) hunc Epaſnactus Arvernus, amiciſſimus populi R. ſine dubitatione ulla vinctum ad Cæſarem duxit.

XLV. Labienus interim in Treviris equeſtre prælium ſecundum facit; compluribuſque Treviris interfectis, & Germanis, qui nulli adverſus Romanos auxilia denegabant, principes eorum vivos in ſuam redegit poteſtatem, atque in iis Surum Æduum, qui & virtutis & generis ſummam nobilitatem habebat, ſoluſque ex Æduis ad id tempus permanſerat in armis.

XLVI. Ea re cognita, Cæſar, quum in omnibus partibus Galliæ bene res geſtas videret, judicaretque ſuperioribus æſtivis Galliam devictam & ſubactam eſſe, Aquitaniam numquam ipſe adiſſet, ſed per P. Craſſum quadam ex parte deviciſſet; cum
E II legionibus in eam partem eſt profectus, ubi extremum tempus conſumeret æſtivorum. Quam rem, ſicut cetera, celeriter feliciterque confecit: namque omnes Aquitaniæ civitates legatos ad eum miſerunt, obſideſque ei dederunt. Quibus rebus geſtis, ipſe cum equitum præſidio Narbonem profectus eſt: exercitum per legatos in hiberna deduxit: IV legiones in Belgio collocavit cum M. Antonio & C. Trebonio & P. Vatinio & Q. Tullio legatis: duas in Æduos miſit, quorum in omni Gallia ſummam eſſe auctoritatem ſciebat: duas in Turonis ad fines Carnutum poſuit, quæ omnem regionem conjunctam Oceano continerent: duas reliquas in Lemovicum fines non longè ab Arvernis, ne qua pars Galliæ vacua ab exercitu eſſet. Paucos dies ipſe in provincia moratus, quum celeriter omnes conventus percucurriſſet; publicas controverſias cognoviſſet; bene meritis præmia tribuiſſet: cognoſcendi enim maximam facultatem habebat, quali quiſque animo in Remp. fuiſſet totius Galliæ

Digitized by Google

An. U. C. 702. defectione, quam ſuſtinuerat fidelitate atque auxiliis provinciæ illius. A

XLVII. His rebus confectis, ad legionem in Belgium ſe recipit, hibernavitque (a) Nemetocennæ. Ibi cognoſcit Comium Atrebatem prælio cum equitatu ſuo contendiſſe : nam quum Antonius in hiberna veniſſet, civitaſque Atrebatum in officio maneret; Comius, qui poſt illam vulnerationem, quam ſuprà commemoravimus, ſemper ad omnes motus paratus ſuis civibus eſſe conſueſſet, ne conſilia belli quærentibus auctor armorum duxque deeſſet, parente Romanis civitate, cum ſuis equitibus ſe ſuoſque latrociniis alebat, infeſtiſque itineribus commeatus complures, qui comportabantur in hiberna Romanorum, intercipiebat.

XLVIII. Erat attributus Antonio præfectus equitum C. Voluſenus Quadratus, qui cum eo hiemaret: hunc Antonius ad perſequendum equitatum hoſtium mittit. Voluſenus autem ad eam virtutem, quæ ſingularis in eo erat, magnum odium Comii adjungebat, quò libentiùs id faceret, quod imperabatur. Itaque, diſpoſitis inſidiis, B ſæpius ejus equites aggreſſus, ſecunda prælia faciebat. Noviſſimè quum vehementiùs contenderetur, ac Voluſenus ipſius intercipiendi Comii cupiditate pertinaciùs eum cum paucis inſecutus eſſet; ille autem fuga vehementi Voluſenum longiùs produxiſſet, repente omnium ſuorum invocat fidem atque auxilium, ne ſua vulnera, perfidiâ interpoſitâ, paterentur inulta, converſoque equo, ſe à ceteris incautiùs permittit in præfectum. Faciunt idem omnes ejus equites, paucoſque noſtros convertunt atque inſequuntur. Comius incenſum calcaribus equum jungit equo Quadrati, lanceaque infeſta medium femur ejus magnis viribus transjicit. Præfecto vulnerato, non dubitant noſtri reſiſtere, & converſi hoſtem pellere. Quod ubi accidit, complures hoſtium magno noſtorum impetu pulſi vulnerantur, & partim in fuga proteruntur, partim intercipiuntur. Quod ubi malum dux equi velocitate evitavit; graviter vulneratus præfectus, ut vitæ periculum aditurus videretur, refertur in caſtra. C Comius autem ſive expiato ſuo dolore, ſive magna parte amiſſa ſuorum, legatos ad Antonium mittit, ſeque ibi futurum, ubi præſcripſerit, & ea facturum quæ imperaverit, obſidibus datis firmat : unum illud erat, ut timori ſuo concedatur, ne in conſpectum veniat cujuſquam Romani. Quam poſtulationem Antonius quum judicaret ab juſto naſci timore, veniam petenti dedit, obſides accepit.

Scio, Cæſarem ſingulorum annorum ſingulos Commentarios confeciſſe : quod ego non exiſtimavi mihi eſſe faciendum; propterea quòd inſequens annus L. Paullo, C. Marcello Coss. nullas habet Galliæ magnopere res geſtas. Ne quis tamen ignoraret, quibus in locis Cæſar exercituſque eo tempore fuiſſent, pauca ſcribenda conjungendaque huic Commentario ſtatui.

XLIX. Cæsar, quum in Belgio hiemaret, unum illud propoſitum habebat, continere in amicitia civitates, nulli ſpem aut cauſſam dare armorum : nihil enim D minùs volebat, quàm ſub diſceſſum ſuum neceſſitatem ſibi aliquam imponi belli gerendi, ne quum exercitum deducturus eſſet, bellum aliquod relinqueretur, quod omnis Gallia libenter ſine præſenti periculo ſuſciperet. Itaque honorificè civitates appellando, principes maximis præmiis afficiendo, nulla onera nova imponendo, defeſſam tot adverſis præliis Galliam, conditione parendi meliore, facilè in pace continuit.

An. U. C. 703. L. Ipſe, hibernis peractis, contra conſuetudinem in Italiam quàm maximis itineribus eſt profectus; ut municipia & colonias appellaret, quibus M. Antonii quæſtoris ſui commendaret ſacerdotii petitionem: Contendebat enim [gratia] cùm libenter pro homine ſibi conjunctiſſimo, quem paullò antè præmiſerat ad petitionem; tum acriter contra factionem & potentiam paucorum, qui M. Antonii repulſa, Cæſaris decedentis convellere gratiam cupiebant. Hunc etſi Augurem priùs factum, quàm E Italiam attingeret, in itinere audierat, tamen non minùs juſtam ſibi cauſſam municipia & colonias adeundi exiſtimavit, ut iis gratias ageret, quòd frequentiam atque officium ſuum Antonio præſtitiſſent : ſimulque ſe & honorem ſuum in ſequentis anni commendaret petitione, propterea quòd inſolenter adverſarii ſui gloriarentur, L. Lentulum & C. Marcellum Coss. creatos, qui omni honore & dignitate Cæſarem exſpoliarent, ereptum Ser. Galbæ conſulatum, quum is multò plus gratia ſuffragiiſque valuiſſet, quòd ſibi conjunctus & familiaritate & neceſſitudine legationis eſſet.

LI. Exceptus eſt Cæſaris adventus ab omnibus municipiis & coloniis incredibili

(a) *Nemetocenna* urbs Atrebatum primaria, quæ in Itinerario Antonini & Tabula Peuting. *Nemetacum* dicitur, nunc *Arras*.

Digitized by Google

A honore atque amore. Tum primùm enim veniebat ab illo universæ Galliæ bello. Nihil relinquebatur, quod ad ornatum portarum, itinerum locorumque omnium, quà Cæsar iturus erat, excogitari posset. Cum liberis omnis multitudo obviam procedebat : hostiæ omnibus locis immolabantur : tricliniis stratis fora templaque occupabantur, ut vel exspectatissimi triumphi lætitia præcipi posset. Tanta erat magnificentia apud opulentiores, cupiditas apud humiliores. An. U. C. 703.

LII. Quum omnes regiones Galliæ Togatæ Cæsar percucurrisset, summa celeritate ad exercitum Nemetocennam rediit; legionibusque ex omnibus hibernis ad fines Trevirorum evocatis, eò profectus est, ibique exercitum lustravit. T. Labienum Galliæ Togatæ præfecit, quò majore commendatione conciliaretur ad consulatûs petitionem : ipse tantùm itinerum faciebat, quantùm satis esse ad mutationem locorum, propter salubritatem existimabat. Ibi quamquam crebrò audiebat, Labie-
B num ab inimicis suis sollicitari; certiorque fiebat id agi paucorum consiliis, ut interposita senatûs auctoritate aliqua parte exercitûs spoliaretur : tamen neque de Labieno credidit quidquam, neque contra senatûs auctoritatem, ut aliquid faceret, potuit adduci. Judicabat enim, liberis sententiis Patrum Conscriptorum causam suam facilè obtineri : nam C. Curio tribunus plebis, quum Cæsaris causam dignitatemque defendendam suscepisset, sæpe erat senatui pollicitus, si quem timor armorum Cæsaris læderet; & quoniam Pompeii dominatio atque arma non minimum terrorem foro inferrent; discederet uterque ab armis, exercitusque dimitteret : fore eo pacto liberam & sui juris civitatem. Neque hoc tantùm pollicitus est; sed etiam per se senatûs discessionem facere cœpit : quod ne fieret, Consules amicique Pompeii intercesserunt, atque, ita rem moderando, discesserunt.

LIII. Magnum hoc testimonium senatûs erat universi, convenienque superiori
C facto. Nam Marcellus proximo anno quum impugnaret Cæsaris dignitatem, contra legem Pompeii & Crassi, retulerat ante tempus ad senatum de Cæsaris provinciis; sententiisque dictis, discessionem faciente Marcello, qui sibi omnem dignitatem ex Cæsaris invidia quærebat, senatus frequens in alia omnia transiit. Quibus non frangebantur animi inimicorum Cæsaris, sed admonebantur, quò majores pararent necessitudines, quibus cogi posset senatus id probare, quod ipsi constituissent.

LIV. Fit deinde SC. ut ad bellum Parthicum legio una à Cn. Pompeio, altera à C. Cæsare mitterentur : neque obscurè hæ duæ legiones uni Cæsari detrahuntur. Nam Cn. Pompeius legionem primam, quam ad Cæsarem miserat, confectam ex delectu provinciæ, Cæsari eam tamquam ex suo numero dedit. Cæsar tamen, quum de voluntate adversariorum nemini dubium esset, Cn. Pompeio legionem remisit, & ex suo numero XV, quam in Gallia citeriore habuerat, ex S C. jubet transdi : in ejus
D locum XIII legionem in Italiam mittit, quæ præsidia tueretur, ex quibus præsidiis XV deducebatur : ipse exercitum distribuit per hiberna; C. Trebonium cum legionibus IV in Belgio collocat; C. Fabium cum totidem in Æduos deducit. Sic enim existimabat tutissimam fore Galliam, si Belgæ, quorum maxima virtus; & Ædui, quorum auctoritas summa esset, exercitibus continerentur.

LV. Ipse in Italiam profectus est : quò quum venisset, cognoscit, per C. Marcellum Consulem legiones II ab se remissas, quæ ex S C. deberent ad Parthicum bellum duci, Cn. Pompeio transditas, atque in Italia retentas esse. Hoc facto, quamquam nulli erat dubium, quin arma contra Cæsarem pararentur; tamen Cæsar omnia patienda esse statuit, quoad sibi spes aliqua relinqueretur jure potiùs disceptandi, quam belli gerendi.

E

EX C. JUL. CÆSARIS COMMENTARIIS DE BELLO CIVILI EX LIBRO PRIMO.

VI. SCIPIONI obvenit Sytia, L. Domitio Gallia (*a*).

XVIII. Legio octava ad eum [Cæsarem] venit, cohortesque ex novis Galliæ delectibus XXII. An. U. C. 704.

XXXIII. Cæsar, frustra diebus aliquot consumtis, ne reliquum tempus omittat,

(a) *Ulterior* scilicet, seu Trans-alpina, ut scribit Cicero Lib. XVI. Epist. XI.

Digitized by Google

An. U. C. 704. infectis iis, quæ agere destinaverat, ab urbe proficiscitur, atque in ulteriorem Gal- A liam pervenit.

XXXIV. Quò quum venisset, cognoscit missum in Hispaniam à Pompeio Vibullium Rufum, quem paucis diebus antè Corfinio captum dimiserat : profectum item Domitium ad occupandum Massiliam navibus actuariis VII, quas Igili & in Cosano à privatis coactas, servis, libertis, colonis suis compleverat : præmissos etiam legatos Massilienses domi nobiles adolescentes; quos ab urbe discedens Pompeius erat adhortatus, ne nova Cæsaris officia veterem suorum beneficiorum in eos memoriam expellerent. Quibus mandatis acceptis, Massilienses portas Cæsari clauserant: (*a*) Albicos, barbaros homines, qui in eorum fide antiquitus erant, montesque supra Massiliam incolebant, ad se vocaverant: frumentum ex finitimis regionibus, atque ex omnibus castellis in urbem convexerant; armorum officinas in urbe instituerant : muros, classem portasque refecerant. B

XXXV. Evocat ad se Cæsar Massilienstum XV primos : cum his agit, ne initium inferendi belli à Massilienstibus oriatur : debere eos Italiæ totius auctoritatem sequi potiùs, quàm unius hominis voluntati obtemperare : reliqua, quæ ad eorum sanandas mentes pertinere arbitrabatur, commemorat. Cujus orationem domum legati referunt; atque ex (*b*) auctoritate hæc Cæsari renunciant: Intelligere se divisum esse populum R. in partes duas; neque sui judicii, neque suarum esse virium discernere, utra pars iustiorem habeat causam : principes verò esse earum partium Cn. Pompeium & C. Cæsarem patronos civitatis; quorum alter agros Volcarum (*c*) Arecomicorum & Helviorum publicè iis concesserit; alter bello victas (*d*) Gallias attribuerit, vectigaliaque auxerit : quare paribus eorum beneficiis parem se quoque voluntatem tribuere debere, & neutrum eorum contra alterum juvare, aut urbe aut portibus recipere.

XXXVI. Hæc dum inter eos aguntur, Domitius navibus Massiliam perve- C nit; atque ab iis receptus urbi præficitur. Summa ei belli administrandi permittitur. Ejus imperio classem quoquoversùs dimittunt: onerarias naves, quas ubique possunt, deprehendunt, atque in portum deducunt: earum clavis, aut materia, atque armamentis instructis ad reliquas armandas reficiendasque utuntur : frumenti quod inventum est, in publicum conferunt : reliquas merces commeatusque ad obsidionem urbis, si accidat, reservant. Quibus injuriis permotus Cæsar, legiones tres Massiliam adducit : turres vineasque ad oppugnationem urbis agere, naves longas Arelate numero XII facere instituit. Quibus effectis armatisque diebus XXX, à qua die materia cæsa est, adductisque Massiliam, his D. Brutum præfecit : C. Trebonium legatum ad oppugnationem Massiliæ relinquit.

XXXVII. Dum hæc parat atque administrat, C. Fabium legatum cum legionibus tribus, quas Narbone, circumque ea loca, hiemandi causa, dispostuerat, in D Hispaniam præmittit, celeriterque Pyrenæos saltus occupari jubet; qui eo tempore ab L. Afranio legato præsidiis tenebantur : legiones reliquas, quæ longiùs hiemabant, subsequi jubet. Fabius, ut erat imperatum, adhibita celeritate, præsidium ex saltu dejecit, magnisque itineribus ad exercitum Afranii contendit.

XXXVIII. Adventu Vibullii Rufi, quem à Pompeio missum in Hispaniam demonstratum est, Afranius & Petreius & Varro legati Pompeii, quorum unus tribus legionibus Hispaniam citeriorem, alter à saltu Castulonensi ad Anam duabus legionibus, tertius ab Ana Vettonum agrum Lusitaniamque pari numero legionum obtinebat, officia inter se partiuntur; ut Petreius ex Lusitania per Vettones cum omnibus copiis ad Afranium proficiscatur; Varro cum iis, quas habebat, legionibus omnem ulteriorem Hispaniam tueatur. His rebus constitutis, equites auxiliaque toti Lusitaniæ à Petreio, Celtiberis, Cantabris, barbarisque omnibus, qui ad Oceanum E pertinent, ab Afranio imperantur. Quibus coactis, celeriter Petreius per Vettones ad Afranium pervenit. Constituunt communi consilio, bellum ad Ilerdam propter ipsius loci opportunitatem gerere.

(a) *Albici* vocantur à Strabone nunc Ἀλβιῆς, nunc Ἀλβιστῆρι, & post Salyas collocantur. Dicti quoque sunt *Reii*, & à cultu Apollinis *Apollinares*. Eorum caput Plinio dicitur *Alebece* Reiorum Apollinarium, haud dubiè ab Albicis deducto vocabulo.

(b) Deesse videtur cujus auctoritate, populine an Senatûs. Senatum verò Massilienstem *Sexcentos* vocatum tradit Valerius Max. l. 2. c. 1. ut fortasse legi debeat, *ex auctoritate DC, aut SEXC. Cæsari renuntiant.*

(c) Volcæ Arecomici & Helvii videntur semper fuisse liberi, nec unquam Massilienstibus subditi : à Pompeio quibusdam tantùm agris ad lævam Rhodani ripam sitis mulctati sunt.

(d) Constat bello victas Gallias à Cæsare Massilienstibus non fuisse attributas, ut hic locus innuere videtur. Hinc nonnulli legunt, *bello victis Gallis*, voluntque hujus obscuri locihunc esse sensum, Massilienses in agrorum sibi à Pompeio concessorum possessione confirmatos fuisse à Cæsare.

Digitized by Google

A XXXIX. Erant, ut ſuprà demonſtratum eſt, legiones Afranii III, Petreii II: prætereà ſcutati citerioris provinciæ, & cetratæ ulterioris Hiſpaniæ cohortes circiter XXC, equitum utriuſque provinciæ circiter V millia. Cæſar legiones in Hiſpaniam præmiſerat, ad VI millia auxilia peditum, equitum III. millia, quæ omnibus ſuperioribus bellis habuerat, & parem ex Gallia numerum, quem ipſe paraverat, nominatim ex omnibus civitatibus, nobiliſſimo & fortiſſimo quoque evocato. Hinc optimi generis hominum ex Aquitanis montaniſque, qui Galliam provinciam attingunt. An. U. C. 704.

LI. Nunciatur Afranio, magnos comitatus, qui iter habebant ad Cæſarem, ad flumen * conſtitiſſe. Venerant eò ſagittarii ex Ruthenis; equites ex Gallia cum multis carris magniſque impedimentis, ut fert Gallica conſuetudo. Erant prætereà cujuſque generis hominum millia circiter VI cum ſervis liberiſque: ſed nullus ordo, nul- * Sicorem.
B lum imperium certum, quum ſuo quiſque conſilio uteretur, atque omnes ſine timore iter facerent, uſi ſuperiorum temporum atque itinerum licentia. Erant complures honeſti adoleſcentes, ſenatorum filii, & equeſtris ordinis: erant legationes civitatum: erant legati Cæſaris. Hos omnes (*a*) flumina continebant. Ad hos opprimendos cum omni equitatu, tribuſque legionibus Afranius de nocte proficiſcitur, imprudenteſque antemiſſis equitibus aggreditur. Celeriter tamen ſeſe Galli equites expediunt, præliumque committunt. Hi, dum pari certamine res geri potuit, magnum hoſtium numerum pauci ſuſtinuere; ſed ubi ſigna legionum appropinquare cœperunt, paucis amiſſis, ſeſe in montes proximos conferunt. Hoc pugnæ tempus magnum attulit noſtris ad ſalutem momentum: nacti enim ſpatium, ſe in loca ſuperiora receperunt. Deſiderati ſunt eo die ſagittarii circiter CC, equites pauci; calonum atque impedimentorum non magnus numerus.

C LVI. Dum hæc ad Ilerdam geruntur, Maſſilienſes uſi L. Domitii conſilio, naves longas expediunt, numero XVII, quarum erant XI tectæ. Multà huc minora navigia addunt; ut ipſa multitudine noſtra claſſis terreatur: magnum numerum ſagittariorum, magnum Albicorum, de quibus ſuprà demonſtratum eſt, imponunt: atque hos præmiis pollicitationibuſque incitant. Certas ſibi depoſcit naves Domitius, atque has colonis paſtoribuſque, quos ſecum adduxerat, complet. Sic omnibus rebus inſtructa claſſe, magna fiducia ad noſtras naves procedunt, quibus præerat D. Brutus. Hæ ad inſulam, quæ eſt contra Maſſiliam, ſtationes obtinebant.

LVII. Erat multò inferior numero navium Brutus: ſed delectos ex omnibus legionibus fortiſſimos viros anteſignanos, centuriones Cæſar ei claſſi attribuerat, qui ſibi id muneris depopoſcerant. Ii manus ferreas atque harpagones paraverant, magnoque numero pilorum, tragularum reliquorumque telorum ſe inſtruxerant. Ita, co-
D gnito hoſtium adventu, ſuas naves ex portu educunt, cum Maſſilienſibus confligunt. Pugnatum utrimque eſt fortiſſimè atque acerrimè: neque multùm Albici noſtris virtute cedebant, homines aſperi & montani, exercitati in armis: atque ii modò digreſſi à Maſſilienſibus, recentem eorum pollicitationem animis continebant; paſtoreſque indomiti, ſpe libertatis excitati, ſub oculis domini ſuam probare operam ſtudebant.

LVIII. Ipſi Maſſilienſes, & celeritate navium & ſcientia gubernatorum confiſi, noſtros eludebant, impetuſque eorum excipiebant: & quoad licebat latiore ſpatio, producta longiùs acie, circumvenire noſtros, aut pluribus navibus adoriri ſingulas, aut remos tranſcurrentes detergere, ſi poſſent, contendebant: quum propiùs erat neceſſariò ventum, ab ſcientia gubernatorum atque artificiis ad virtutem montanorum confugiebant. Noſtri, quod minùs exercitatis remigibus, minúſque peritis gubernatoribus utebantur; qui repente ex onerariis navibus erant producti; nequedum etiam
E vocabulis armamentorum cognitis, tum etiam gravitate & tarditate navium impediebantur. Factæ enim ſubitò ex humida materia, non eumdem uſum celeritatis habebant. Itaque dum locus cominùs pugnandi daretur, æquo animo ſingulas binis navibus objiciebant: atque injecta manu ferrea, & retenta utraque nave, diverſi pugnabant, atque in hoſtium naves tranſcendebant; & magno numero Albicorum & paſtorum interfecto, partem navium deprimunt; nonnullas cum hominibus capiunt, reliquas in portum compellunt. Eo die naves Maſſilienſium cum iis, quæ ſunt captæ, intereunt IX.

(a) Sicoris & Cinga, quorum fluminum inter brachia *Ilerda*, vulgò *Lerida*, proxima tamen Sicori, ſita eſt.

Digitized by Google

An. U. C. 704.

EX LIBRO II.

I. Dum hæc in Hiſpania geruntur, C. Trebonius legatus, qui ad oppugnationem Maſſiliæ relictus erat, duabus ex partibus aggerem, vineas turreſque ad opidum agere inſtituit. Una erat proxima portui navalibuſque; altera ad partem, quà eſt aditus [ex Gallia atque Hiſpania ad id mare, quod adigit] ad oſtium Rhodani. Maſſilia enim fere ex tribus opidi partibus mari alluitur: reliqua quarta eſt, quæ aditum habet à terra. Hujus quoque ſpatii pars ea, quæ ad arcem pertinet, loci natura & valle altiſſimâ munita longam & difficilem habet oppugnationem. Ad ea perficienda opera C. Trebonius magnam jumentorum atque hominum multitudinem ex omni provincia vocat; vimina materiamque comportari jubet: quibus comparatis rebus, aggerem in altitudinem pedum LXXX exſtruit.

II. Sed tanti erant antiquitus in opido omnium rerum ad bellum apparatus, tantaque multitudo tormentorum, ut eorum vim nullæ contextæ viminibus vineæ ſuſtinere poſſent. Aſſeres enim pedum XII cuſpidibus præfixi, atque hi maximis baliſtis miſſi per IV ordines cratium [in terra] defigebantur. Itaque pedalibus lignis conjunctis inter ſe porticus integebatur: atque hac agger inter manus proferebatur. Antecedebat teſtudo pedum LX æquandi loci cauſsâ [facta; item] ex fortiſſimis lignis, involuta omnibus rebus, quibus ignis jactus & lapides defendi poſſent. Sed magnitudo operum, altitudo muri atque turrium, multitudo tormentorum omnem adminiſtrationem tardabat. Tum crebræ per Albicos eruptiones fiebant ex opido, igneſque aggeri & turribus inferebantur: quæ facilè noſtri repellebant milites; magniſque ultrò illatis detrimentis, eos, qui eruptionem fecerant, in opidum rejiciebant.

III. Interim L. Naſidius ab Cn. Pompeio cum claſſe navium XVI, in quibus paucæ erant æratæ, L. Domitio Maſſilienſibuſque ſubſidio miſſus, freto Siciliæ, imprudente atque inopinante Curione, provehitur: appulſiſque Meſſanam navibus, atque inde propter repentinum terrorem, principum ac Senatûs fuga facta, ex navalibus eorum unam deducit. Hac adjuncta ad reliquas naves, curſum Maſſiliam verſùs perficit; præmiſſaque clam navicula, Domitium Maſſilienſeſque de ſuo adventu certiores facit: eoſque magnoperè hortatur, ut rurſus cum Bruti claſſe, additis ſuis auxiliis, confligant.

IV. Maſſilienſes poſt ſuperius incommodum veteres ad eumdem numerum ex navalibus productas naves refecerant, ſummaque induſtria armaverant; remigum gubernatorumque magna copia [ſuppetebat,] piſcatoriaſque adjecerant atque contexerant, ut eſſent ab ictu telorum remiges tuti: has ſagittariis tormentiſque compleverant. Tali modo inſtructa claſſe, omnium ſeniorum, matrum-familiæ, virginum precibus & fletu excitati, ut extremo tempore civitati ſubvenirent, non minore animo ac fiducia, quàm antè dimicaverant, naves conſcendunt. Communi enim fit vitio naturæ, ut inviſis, latitantibus atque incognitis rebus magis confidamus, vehementiúſque exterreamur, ut tum accidit. Adventus enim L. Naſidii ſumma ſpe & voluntate civitatem compleverat. Nacti idoneum ventum ex portu exeunt, & Tauroenta, quod eſt caſtellum Maſſilienſium, ad Naſidium perveniunt; ibique naves expediunt: rurſuſque ſe ad confligendum animo confirmant, & conſilia communicant. Dextra pars Maſſilienſibus attribuitur, ſiniſtra Naſidio.

V. Eódem Brutus contendit, aucto navium numero: nam ad eas, quæ factæ fuerant Arelate per Cæſarem, captivæ Maſſilienſium acceſſerant VI. Has ſuperioribus refecerat diebus, atque omnibus rebus inſtruxerat. Itaque ſuos cohortatus, quos integros ſuperaviſſent, ut victos contemnerent, plenus ſpei bonæ atque animi adverſus eos proficiſcitur. Facile erat ex caſtris C. Trebonii, atque omnibus ſuperioribus locis proſpicere in urbem, ut omnis juventus, quæ in opido remanſerat, omneſque ſuperioris ætatis cum liberis atque uxoribus publiciſque cuſtodiis, aut ex muro ad cælum manus tenderent, aut templa Deorum immortalium adirent, & ante ſimulacra projecti victoriam ab Diis expoſcerent. Neque erat quiſquam omnium, qui non in ejus diei caſu ſuarum omnium fortunarum eventum conſiſtere exiſtimaret. Nam & honeſti ex juventute, & cujuſque ætatis ampliſſimi, nominatim evocati atque obſecrati, naves conſcenderant; ut ſi quid adverſi accidiſſet, ne ad conandum quidem ſibi quidquam reliqui fore viderent: ſi ſuperaviſſent vel domeſticis opibus, vel externis auxiliis, de ſalute urbis confiderent.

Digitized by Google

A VI. Commisso prælio, Massilienses res nulla ad virtutem defuit: sed memores eorum præceptorum, quæ paullò antè ab suis acceperant, hoc animo decertabant, ut nullum aliud tempus ad conandum habituri viderentur, & quibus in pugna vitæ periculum accideret, non ita multò se reliquorum civium fatum antecedere existimarent, quibus urbe capta eadem esset belli fortuna patienda. Deductisque nostris paullatim navibus, & artificio gubernatorum mobilitati navium locus dabatur; &, si quando nostri facultatem nacti, ferreis injectis manibus navem religaverant, undique suis laborantibus succurrebant. Neque verò conjuncti Albicis cominùs pugnando deficiebant: neque multùm cedebant virtute nostris. Simul ex minoribus navibus magna vis eminus missa telorum multa nostris de improviso imprudentibus atque impeditis vulnera inferebant; conspicatæque naves triremes II navem D. Bruti, quæ ex insigni facilè agnosci poterat, duabus ex partibus sese in eam incitaverant: sed tantùm B re provisa Brutus celeritate navis enisus est, ut parvo momento antecederet. Illæ adeò graviter inter se incitatæ conflixerunt, ut vehementissimè utræque ex concursu laborarent; altera verò, perfracto rostro, tota collabefieret. Qua re animadversa, quæ proximæ ei loco ex Bruti classe naves erant, in eas impeditas impetum faciunt, celeriterque ambas deprimunt. An. U. C. 704.

VII. Sed Nasidianæ naves nullo usui fuerunt, celeriterque pugna excesserunt: non enim has aut conspectus patriæ, aut propinquorum præcepta ad extremum vitæ periculum adire cogebant. Itaque ex eo numero navium nulla desiderata est: ex Massilienssium classe V sunt depressæ, IV captæ, una cum Nasidianis profugit: quæ omnes citeriorem Hispaniam petiverunt: at ex reliquis una præmissa Massiliam, hujus nuncii perferendi gratiâ, quum jam appropinquaret urbi, omnis sese multitudo ad cognoscendum effudit: ac, re cognita, tantus luctus excepit, ut urbs ab hostibus ca- C pta eodem vestigio videretur. Massilienses tamen nihilo sequiùs ad defensionem urbis reliqua apparare cœperunt.

VIII. Est animadversum ab legionariis, qui dexteram partem operis administrabant, ex crebris hostium eruptionibus, magno sibi esse præsidio posse, si pro castello ac receptaculo turrim ex latere sub muro feciissent: quam primò ad repentinos incursus humilem parvamque fecerant. Huc se referebant: hinc, si qua major oppresserat vis, propugnabant: hinc ad repellendum & prosequendum hostem procurrebant. Patebat hæc quoquoversus pedes XXX, sed parietum crassitudo pedes V. Posteà verò, ut est rerum omnium magister usus, hominum adhibita solertia inventum est, magno esse usui posse, si hæc esset in altitudinem turris elata. Id hac ratione perfectum est.

IX. Ubi turris altitudo perducta est ad contabulationem; eam in parietes instruxerunt ita, ut capita tignorum extrema parietum structura tegerentur; ne quid emi- D neret, ubi ignis hostium adhæresceret. Hanc insuper contignationem, quantùm tectum plutei ac vinearum passum est, laterculo adstruxerunt; supraque eum locum duo tigna transversa injecerunt non longè ab extremis parietibus, quibus suspenderent eam contignationem, quæ turri tegumento esset futura: supraque ea tigna directò transversas trabes injecerunt, easque axibus religaverunt. Has trabes paullò longiores atque eminentiores, quàm extremi parietes erant, effecerunt; ut esset ubi tegumenta præpendere possent, ad defendendos ictus ac repellendos, dum inter eam contignationem parietes exstruerentur: eamque contabulationem summam lateribus lutoque constraverunt, ne quid ignis hostium nocere posset: centonesque insuper injecerunt; ne aut tela tormentis missa tabulationem perfringerent, aut saxa ex catapultis lateritium discuterent. Storias autem ex funibus anchorariis tres in longitudinem parietum turris latas IV pedes fecerunt: easque ex III partibus, quæ E ad hostes vergebant, eminentibus trabibus circum turrem præpendentes religaverunt: quod unum genus tegumenti aliis locis erant experti nullo telo neque tormento transjici posse. Ubi verò ea pars turris, quæ erat perfecta, tecta atque munita est ab omni ictu hostium; pluteos ad alia opera abduxerunt: turris tectum per se ipsum prehensionibus ex contignatione prima suspendere ac tollere cœperunt; ubi, quantùm storiarum demissio patiebatur, tantùm elevabant. Intra hæc tegumenta abditi atque muniti parietes lateribus exstruebant: rursusque alia prehensione ad ædificandum sibi locum expediebant. Ubi tempus alterius contabulationis videbatur, tigna item ut primò tecta extremis lateribus exstruebant, exque ea contignatione rursus summam contabulationem storiasque elevabant. Ita tutò ac sine ullo vulnere ac periculo sex tabulata exstruxerunt: fenestrasque, quibus in locis visum est, ad tormenta mittenda in struendo reliquerunt.

Digitized by Google

An. U. C. 704.

X. Ubi ex ea turri, quæ circum eſſent, opera tueri ſe poſſe confiſi ſunt; muſculum pedum LX longum ex materia bipedali, quem à turri lateritia ad hoſtium turrem murumque perducerent, facere inſtituerunt: cujus muſculi hæc erat forma. Duæ primùm trabes in ſolo æquè longæ, diſtantes inter ſe pedes IV collocantur: inque eis columnellæ pedum in altitudinem V defiguntur. Has inter ſe capreolis molli faſtigio conjungunt, ubi tigna, quæ muſculi tegendi cauſſa ponant, collocentur: eò ſuper tigna bipedalia injiciunt; eaque laminis claviſque religant. Ad extremum muſculi tectum, trabeſque extremas, quadratas regulas IV patentes digitos defigunt; quæ lateres, qui ſuper muſculo ſtruantur, contineant. Ita faſtigiato atque ordinatim ſtructo, ut trabes erant in capreolis collocatæ, lateribus lutoque muſculus, ut ab igne, qui ex muro jaceretur, tutus eſſet, contegitur. Supra lateres coria inducuntur; ne canalibus aqua immiſſa lateres diluere poſſet. Coria autem, ne rurſus igni ac lapidibus corrumpantur, centonibus conteguntur. Hoc opus omne tectum vineis ad ipſam turrim perficiunt, ſubitóque, inopinantibus hoſtibus, machinatione navali, palangis ſubjectis, ad turrim hoſtium admovent, ut ædificio jungatur.

XI. Quo malo perterriti ſubitò opidani, ſaxa quàm maxima poſſunt vectibus promovent, præcipitataque muro in muſculum devolvunt. Ictum firmitas materiæ ſuſtinet, & quidquid incidit, faſtigio muſculi elabitur. Id ubi vident, mutant conſilium: cupas tæda ac pice refertas incendunt; eaſque de muro in muſculum devolvunt. Involutæ labuntur; delapſæ ab lateribus, longuriis furciſque ab opere removentur. Interim ſub muſculo milites vectibus infima ſaxa turris hoſtium, quibus fundamenta continebantur, convellunt. Muſculus ex turri lateritia à noſtris telis tormentiſque defenditur: hoſteſque ex muro ac turribus ſubmoventur. Non datur libera muri defendendi facultas. Compluribus jam lapidibus ex ea, quæ ſuberat, turri ſubductis, repentina ruina pars ejus turris concidit: pars reliqua conſequens procumbebat.

XII. Tum hoſtes turris repentina ruina commoti, inopinato malo turbati, Deorum ira perculſi, urbis direptione perterriti, inermes cum infulis ſeſe porta foras univerſi proripiunt; ad legatos atque exercitum ſupplices manus tendunt. Qua nova re oblata, omnis adminiſtratio belli conſiſtit: militeſque averſi à prælio ad ſtudium audiendi & cognoſcendi feruntur. Ubi hoſtes ad legatos exercitumque pervenerunt, univerſi ſe ad pedes projiciunt: orant ut adventus Cæſaris exſpectetur; captam ſuam urbem videre, opera perfecta, turrem ſubrutam; itaque à defenſione deſiſtere: nullam exoriri moram poſſe, quominùs quum veniſſet, ſi imperata non facerent, ad nutum è veſtigio diriperentur. Docent, ſi omnino turris concidiſſet, non poſſe milites contineri, quin ſpe prædæ in urbem irrumperent, urbemque delerent. Hæc atque ejuſdem generis complura, ut ab hominibus doctis, magna cum miſericordia fletuque pronunciantur.

XIII. Quibus rebus commoti legati, milites ex opere deducunt, oppugnatione deſiſtunt, operibus cuſtodias relinquunt. Induciarum quodam genere miſericordia facto, adventus Cæſaris exſpectatur. Nullum ex muro, nullum à noſtris mittitur telum: ut re confecta, omnes curam & diligentiam remittunt. Cæſar enim per literas Trebonio magnopere mandaverat, ne per vim opidum expugnari pateretur; ne graviùs permoti milites, & defectionis odio, & contemtione ſui, & diutino labore, omnes puberes interficerent: quod ſe facturos minabantur: ægréque tunc ſunt retenti, quin opidum irrumperent: graviterque eam rem tulerunt, quòd ſtetiſſe per Trebonium, quominùs opido potirentur, videbatur.

XIV. At hoſtes ſine fide tempus atque occaſionem fraudis ac doli quærunt. Interjectiſque aliquot diebus, noſtris languentibus atque animo remiſſis, ſubitò meridiano tempore, quum alius diſceſſiſſet, alius ex diutino labore in ipſis operibus quieti ſe dediſſet; arma verò omnia repoſita contectaque eſſent: portis ſe foras erumpunt; ſecundo magnoque vento ignem operibus inferunt. Hunc ſic diſtulit ventus, uti uno tempore agger, plutei, teſtudo, turris, tormentaque flammam conciperent, & priùs hæc omnia conſumerentur, quàm quemadmodum accidiſſet, animadverti poſſet. Noſtri repentina fortuna permoti, arma, quæ poſſunt, arripiunt: alii ex caſtris ſeſe incitant. Fit in hoſtes impetus: ſed è muro ſagittis tormentiſque fugientes perſequi prohibentur. Illi ſub murum ſe recipiunt; ibique muſculum turrimque lateritiam liberè incendunt. Ita multorum menſium labor, hoſtium perfidia & vi tempeſtatis, puncto temporis interiit. Tentaverunt hoc idem Maſſilienſes poſtero die, eamdem nacti tempeſtatem; majori cum fiducia ad alteram turrem aggeremque eruptione

Digitized by Google

A eruptione pugnaverunt; multumque ignem intulerunt: sed ut superioris temporis contentionem nostri omnem remiserant; ita proximi diei casu admoniti, omnia ad defensionem paraverant. Itaque multis interfectis, reliquos infecta re in opidum repulerunt. An. U. C. 704.

XV. Trebonius ea, quæ sunt amissa, multò majore studio militum administrare & reficere instituit. Nam ubi tantos suos labores & apparatus male cecidisse viderunt; induciisque per scelus violatis suam virtutem irrisui fore perdoluerunt; quòd unde agger omnino comportari posset, nihil erat reliquum, omnibus arboribus longè latéque in finibus Massilienſium excisis & convectis; aggerem novi generis atque inauditum ex lateritiis duobus muris, senûm pedum crassitudine, atque eorum murorum contignationem facere instituerunt, æqua ferè latitudine, atque ille congestus ex materia fuerat agger. Ubi autem spatium inter muros, aut imbecillitas ma-
B teriæ postulare videretur, pilæ interponuntur, transversaria tigna injiciuntur, quæ firmamento esse possent: & quidquid est contignatum, cratibus consternitur, crates-que luto integuntur. Sub tecto miles dextera ac siniſtra muro tectus, adversus plutei objecta, operi quæcumque usui sunt, sine periculo supportat. Celeriter res administratur: diuturni laboris detrimentum solertia & virtute militum brevi reconcinnatur. Portæ, quibus locis videtur, eruptionis causſa in muro relinquuntur.

XVI. Quod ubi hostes viderunt, ea, quæ diu longoque spatio refici non posse speraſſent, paucorum dierum opera & labore ita refecta, ut nullus perfidiæ neque eruptioni locus esset; neque quidquam omnino relinqueretur, quo aut vi militibus, aut igni operibus noceri posset; eodemque exemplo sentiunt totam urbem, quà sit aditus, ab terra muro turribusque circumiri posse; sic, ut ipsis consistendi in suis munitionibus locus non esset, quum penè inædificata in muris ab exercitu nostro
C mœnia viderentur, ac tela manu conjicerentur; suorumque tormentorûm usum, quibus ipsi magna speraviſſent, spatio propinquitatis interire; parique conditione è muro ac turribus bellandi data, virtute se nostris adæquare non posse intelligunt, ad easdem deditionis conditiones recurrunt.

XXII. Eadem ratione [Cæsar] privatim ac publicè quibusdam civitatibus habitis honoribus, Tarracone discedit, pedibusque Narbonem, atque inde Massiliam pervenit. Ibi legem de Dictatore latam, seseque Dictatorem dictum à M. Lepido prætore cognoscit. Massilienses omnibus defessi malis, rei frumentariæ ad summam inopiam adducti, bis prælio navali superati, crebris eruptionibus fusi, gravi etiam pestilentia conflictati, ex diutina conclusione & mutatione victûs, (panico enim vetere, atque hordeo corrupto omnes alebantur: quod ad hujusmodi casus antiquitus paratum in publicum contulerant) dejecta turri, labefacta magna parte muri, au-
D xiliis provinciarum & exercituum desperatis, quos in Cæsaris potestatem veniſſe cognoverant, sese dedere sine fraude constituunt. Sed paucis antè diebus L. Domitius, cognita Massilienſium voluntate, navibus III comparatis, ex quibus duas familiaribus suis attribuerat, unam ipse conscenderat, nactus turbidam tempestatem, est profectus. Hunc conspicatæ naves, quæ jussu Bruti consuetudine quotidiana ad portum excubabant, sublatis anchoris sequi cœperunt. Ex iis unum ipsius navigium contendit, & fugere perseveravit, auxilioque tempestatis ex conspectu abiit; duo perterrita concursu nostrarum navium sese in portum receperunt. Massilienses arma tormentaque ex opido, ut est imperatum, proferunt: naves ex portu navalibusque educunt: pecuniam ex publico transdunt. Quibus rebus confectis, Cæsar magis eos pro nomine & vetustate quàm pro meritis in se civitatis conservans, duas ibi legiones præsidio relinquit; ceteras in Italiam mittit: ipse ad urbem proficiscitur.

E XL. Juba certior factus à Sabura de nocturno prælio, duo millia Hispanorum & Gallorum equitum, quos suæ custodiæ causſa circum se habere consueverat, & peditum eam partem, cui maximè confidebat, Saburæ submittit.

EX LIBRO III.

IV. Exspectabat [Pompeius] cum Scipione ex Syria legiones duas; sagittarios ex Creta, Lacedæmone, Ponto atque Syria reliquisque civitatibus tria millia numero habebat; funditorum cohortes sex, mercenarias duas; equites septem millia, ex quibus DC (*a*) Gallos Dejotarus adduxerat, D Ariobarzanes ex Cappadocia: ad eumdem numerum Cotus ex Thracia dederat, & Sadalem filium miserat. Ex An. U. C. 705.

(a) Galatas, seu Gallogræcos intellige, quorum rex Dejotarus.

Digitized by Google

An. U. C. 705. Macedonia CC erant, quibus Raſcipolis præerat, excellenti virtute : D ex Gabinianis Alexandriâ, Gallos Germanoſque, quos ibi A. Gabinius præſidii cauſſa apud regem Ptolemæum reliquerat, Pompeius filius cum claſſe adduxerat : DCCC, quos ex ſervis ſuis paſtorumque ſuorum coëgerat : CCC Tarcundarius Caſtor & Donilaus ex Gallogræcia dederant : horum alter unà venerat, alter filium miſerat. A

XXII. Cœlius profectus, ut dictitabat, ad Cæſarem pervenit Thurios : ubi, quum quoſdam ejus municipii ſollicitaret, equitibuſque Cæſaris Gallis atque Hiſpanis, qui eò præſidii cauſſa miſſi erant, pecuniam polliceretur, ab iis eſt interfectus.

XXIX. [Antonius] pontones, quod eſt genus navium Gallicarum, Liſſi reliquit.

LIX. Erant apud Cæſarem ex equitum numero Allobroges duo fratres, Roſcillus & Ægus Adbucilli filii, qui principatum in civitate multis annis obtinuerat, ſingulari virtute homines, quorum opera Cæſar omnibus Gallicis bellis optima fortiſſimaque erat uſus. His domi ob has cauſſas ampliſſimos magiſtratus mandaverat, B atque eos extra ordinem in ſenatum legendos curaverat; agroſque in Gallia ex hoſtibus captos, præmiaque rei pecuniariæ magna tribuerat; locupleteſque ex egentibus effecerat. Hi propter virtutem non ſolùm apud Cæſarem in honore erant, ſed etiam apud exercitum cari habebantur : ſed freti amicitia Cæſaris, & ſtulta ac barbara arrogantia elati deſpiciebant ſuos, ſtipendiumque equitum fraudabant, & prædam omnem domum avertebant. Quibus illi rebus permoti univerſi Cæſarem adierunt, palamque de eorum injuriis ſunt queſti; & ad cetera addiderunt falſum ab his equitum numerum deferri, quorum ſtipendium averterent.

LX. Cæſar neque tempus illud animadverſionis eſſe exiſtimans, & multa virtuti eorum concedens, rem diſtulit totam; illos ſecretò caſtigavit, quòd quæſtui equites haberent; monuitque ut ex ſua amicitia omnia exſpectarent, & ex præteritis ſuis officiis [reliqua ſperarent.] Magnam tamen hæc res illis offenſionem & contemtio- C nem ad omnes attulit : idque ita eſſe cùm ex aliorum objectationibus, tum etiam ex domeſtico judicio, atque animi conſcientia intelligebant. Quo pudore adducti, & fortaſſe ſe non liberari, ſed in aliud tempus reſervari arbitrati, diſcedere à nobis, & novam tentare fortunam, novaſque experiri amicitias conſtituerunt : & cum paucis collocuti clientibus ſuis, quibus tantum facinus committere audebant, primùm conati ſunt præfectum equitum C. Voluſenum interficere, ut poſteà, bello confecto, cognitum eſt; ut cum munere aliquo perfugiſſe ad Pompeium viderentur. Poſtquam id difficilius viſum eſt, neque facultas perficiendi dabatur, quàm maximas potuerunt pecunias mutuati, perinde ac ſatisfacere, & fraudata reſtituere vellent, multis coëmtis equis, ad Pompeium tranſierunt cum iis quos ſui conſilii participes habebant.

LXI. Quos Pompeius, quòd erant honeſto loco nati, & inſtructi liberaliter, magnoque comitatu & multis jumentis venerant, virique fortes habebantur, & in D honore apud Cæſarem fuerant, quódque novum & præter conſuetudinem acciderat, omnia ſua præſidia circumduxit, atque oſtentavit. Nam ante id tempus nemo aut miles, aut eques à Cæſare ad Pompeium tranſierat; quum penè quotidie à Pompeio ad Cæſarem perfugerent, vulgò verò in Epiro, atque Ætolia conſcripti milites, earumque regionum omnium, quæ à Cæſare tenebantur. Sed hi cognitis omnibus rebus, ſeu quid in munitionibus perfectum non erat, ſeu quid à peritioribus rei militaris deſiderari videbatur, temporibuſque rerum, & ſpatiis locorum, & cuſtodiarum varia diligentia animadverſa, prout cujuſque eorum, qui negotiis præerant, aut natura, aut ſtudium ferebat, hæc ad Pompeium omnia detulerunt.

LXXIX. Quibus accidit rebus, ut pluribus dimiſſi itineribus à Cæſare ad Domitium, & ab Domitio ad Cæſarem, nulla ratione iter conficere poſſent. Sed Allobroges Roſcilli atque Ægi familiares, quos perfugiſſe ad Pompeium demonſtravi- E mus, conſpicati in itinere exploratores Domitii, ſeu priſtina ſua conſuetudine, quòd unà in Gallia bella geſſerant; ſeu gloria elati, cuncta, ut erant acta, expoſuerunt, & Cæſaris profectionem, & adventum Pompeii docuerunt.

EX A. HIRTII PANSÆ COMMENTARIIS

DE BELLO ALEXANDRINO.

An. U. C. 706. XVII. Omni ratione Cæſar contendendum exiſtimavit, ut inſulam [Pharon] molemque ad inſulam pertinentem in ſuam redigeret poteſtatem..... Quo capto conſilio, cohortes decem, & levis armaturæ electos, quos idoneos ex equitibus Gallis arbitrabatur, in navigia minora ſcaphaſque imponit.

Digitized by Google

A XXXIV. Dum hæc in Ægypto geruntur, Rex Dejotarus ad Domitium Calvinum, cui Cæsar Asiam finitimasque provincias administrandas transdiderat, venit oratum, ne Armeniam minorem, regnum suum, neve Cappadociam, regnum Ariobarzanis, possideri vastarique pateretur à Pharnace: quo malo nisi liberarentur, imperata sibi facere, pecuniamque promissam Cæsari non posse se persolvere..... Adjungit Cn. Domitius legioni XXXVI duas à Dejotaro, quas ille disciplina atque armatura nostra complures annos constitutas habebat. An. U. C. 706.

LXVII. Quum propiùs Pontum finesque Gallograeciæ [Cæsar] accessisset, Dejotarus tetrarches Gallograeciæ tunc quidem penè totius, quod ei neque legibus, neque moribus concessum esse ceteri tetrarchæ contendebant, sine dubio autem rex Armeniæ minoris ab Senatu appellatus, depositis regiis insignibus, neque tantùm privato vestitu, sed etiam reorum habitu, supplex ad Cæsarem venit oratum, ut sibi ignoB sceret, quòd in ea parte positus terrarum, quæ nulla præsidia Cæsaris habuisset, exercitibus imperiisque in Cn. Pompeii castris fuisset: neque enim se judicem debuisse esse controversiarum populi Romani, sed parere præsentibus imperiis.

LXVIII. Contra quem Cæsar quum plurima commemorasset officia, quæ Consul ei decretis publicis tribuisset; quúmque defensionem ejus nullam posse excusationem ejus imprudentiæ recipere coarguisset; quòd homo tantæ prudentiæ ac diligentiæ scire potuisset, quis urbem Italiamque teneret; ubi Senatus Populusque Romanus, ubi Resp. esset; quis deinde post L. Lentulum, C. Marcellum Consul esset; sed tamen se concedere id factum superioribus suis beneficiis, veteri hospitio, atque amicitiæ, dignitati ætatique hominis, precibus eorum, qui frequentes concucurrissent hospites atque amici Dejotari ad deprecandum: de controversiis tetrarcharum posteà se cogniturum esse dixit: regium vestitum ei restituit. Legionem auC tem, quam ex genere civium suorum Dejotarus armatura disciplinaque nostra constitutam habebat, equitatumque omnem ad bellum gerendum adducere jussit.

LXXVIII. Eidem [Mithridati Pergameno] tetrarchiam [legibus] Gallogræcorum, jure gentis & cognationis adjudicavit, occupatam & possessam paucis antè annis à Dejotaro.

EX A. HIRTII PANSÆ DE BELLO AFRICANO COMMENTARIIS.

XIX. Præterea [Labienus] ex fuga prælioque Pompeiano, quos secum à Brundisio transportaverat, equites Germanos Gallosque, ibique postea ex hibridis libertinis servisque conscripserat, armaverat, equoque frenato uti condocuerat..... Hac spe atque ea audacia inflammatus Labienus, cum equitibus Gallis Germanisque MDC, D Numidarum sine frenis VIII millibus, &c. An. U. C. 707.

XX. [Cæsar] tela tormentaque ex navibus in castra comportare, remigum partem ex classe, Gallorum Rhodiorumque Epibatarumque armare, & in castra evocare.

XXIX. Nonnunquam etiam Germani Gallique Labieniani cum Cæsaris equitibus, fide data, inter se colloquebantur.

XXXIV. Allienus interim proconsul è Lilybæo in naves onerarias imponit legiones XIII & XIV, & equites Gallos DCCC.

XL. Itaque [Labienus] non priùs vidit turmas Julianas, quàm suos cædi à tergo sensit. Ex qua re subitò in terrorem converso equitatu Numidarum, rectà in castra fugere contendit. Galli Germanique, qui restiterant, ex superiore loco & post tergum circumventi, fortiterque resistentes conciduntur universi..... Quum receptui Cæsar cani jussisset, equitatumque omnem intra suas munitiones recepisset, campo E purgato, animadvertit mirifica corpora Gallorum Germanorumque, qui partim ejus auctoritatem erant ex Gallia secuti, partim pretio pollicitationibusque adducti ad eum se contulerant: nonnulli qui ex Curionis prælio capti conservatique, parem gratiam in fide partienda præstare voluerant. Horum corpora mirifica specie amplitudineque cæsa toto campo, ac prostrata diversè jacebant.

LXXIII. Copias [Cæsar] habebat in Gallia bellare consuetas locis campestribus, & contra Gallos, homines apertos miniméque insidiosos, qui per virtutem, non per dolum, dimicare consueverunt.

Digitized by Google

A

EX SALLUSTIO CRISPO DE GALLIS

Edit. Amſtelodami in 12. 1641.

IN BELLO CATILINARIO.

An. U. C. 690. Pag. 25. IISDEM temporibus Romæ Lentulus, ſicuti Catilina præceperat, quoſcumque moribus aut fortuna novis rebus idoneos credebat, aut per ſe aut per alios ſolicitabat; neque ſolùm cives, ſed cujuſcumque modi genus hominum, quod modò uſui bello foret. Igitur P. Umbreno cuidam negotium dat uti legatos Allobrogum requirat, eoſque, ſi poſſit, impellat ad ſocietatem belli, exiſtumans publicè privatimque ære alieno oppreſſos, præterea quòd natura gens Gallica bellicoſa eſſet, B facilè ad tale conſilium adduci poſſe. Umbrenus, quòd in Gallia negotiatus erat, pleriſque principibus civitatum notus erat, atque eos noverat: itaque ſine mora, ubi primùm legatos in foro conſpexit, percunctatus pauca de ſtatu civitatis, & quaſi dolens ejus caſum, requirere cœpit, quem exitum tantis malis ſperarent. Poſtquam illos videt queri de avaritia magiſtratuum, accuſare Senatum, quòd in eo auxilii nihil eſſet; miſeriis ſuis remedium mortem exſpectare: *At ego*, inquit, *vobis, ſi modò viri eſſe vultis, rationem oſtendam, quâ tanta mala iſta effugiatis.* Hæc ubi dixit, Allobroges in ſpem maxumam adducti, Umbrenum orare, uti ſui miſereretur: nihil tam aſperum, neque tam difficile eſſe, quod non cupidiſſumè facturi eſſent, dum ea res civitatem ære alieno liberaret. Ille eos in domum D. Bruti perducit; quòd foro propinqua erat, neque aliena conſilii, propter Semproniam. Nam tum Brutus ab Roma aberat. Præterea Gabinium accerſit, quò major auctoritas ſermoni C ineſſet. Eo præſente conjurationem aperit: nominat ſocios, præterea multos cujuſque generis innoxios; quò legatis animus amplior eſſet: dein eos, pollicitos operam ſuam, domum dimittit. Sed Allobroges diu in incertum habuere, quidnam conſilii caperent. In altera parte erat æs alienum, ſtudium belli, magna merces in ſpe victoriæ: at in altera majores opes, tuta conſilia, pro incerta ſpe certa præmia. Hæc illis volventibus, tandem vicit fortuna Reipublicæ. Itaque Q. Fabio Sangæ, cujus patrocinio civitas plurimùm utebatur, rem omnem, uti cognoverant, aperiunt. Cicero, per Sangam conſilio cognito, legatis præcipit ut ſtudium conjurationis vehementer ſimulent, ceteros adeant, bene polliceantur; dentque operam, ut eos quàm maxumè manifeſtos habeant. Iiſdem fere temporibus in Gallia citeriore atque ulteriore, item in agro Piceno, Bruttio, Apulia motus erat. Namque illi, quos antè Catilina dimiſerat, inconſultè ac veluti per dementiam cuncta ſimul agere: D nocturnis conſiliis, armorum atque telorum portationibus, feſtinando, agitando omnia, plus timoris quàm periculi effecerant. Ex eo numero complures (*a*) Q. Metellus Celer prætor, ex ſociis cauſſa cognita, in vincula conjecerat; item in citeriore Gallia C. Murena, qui ei provinciæ legatus præerat..... Sed Allobroges ex præcepto Ciceronis per Gabinium ceteros conveniunt: ab Lentulo, Cethego, Statilio, item Caſſio poſtulant jusjurandum, quod ſignatum ad cives perferant: aliter haud facilè eos ad tantum negotium impelli poſſe. Ceteri nihil ſuſpicantes dant. Caſſius ſemet eò brevi venturum pollicetur, ac paulò ante legatos ex urbe proficiſcitur. Lentulus cum his T. Volturtium quemdam Crotonienſem mittit; ut Allobroges, priuſquàm domum pergerent cum Catilina, data atque accepta fide, ſocietatem confirmarent..... His rebus ita actis, conſtituta nocte, qua proficiſcerentur, Cicero per Legatos cuncta edoctus, L. Valerio Flacco & C. Pomptino præ- E toribus imperat, ut in ponte Milvio per inſidias Allobrogum comitatus deprehendant: rem omnem aperit, cujus gratia mittebantur: cetera, uti facto opus ſit, ita agant. Homines militares, ſine tumultu præſidiis collocatis, ſicuti præceptum erat, occultè pontem obſident. Poſtquam ad id loci legati cum Volturtio venere, ſimul utrimque clamor exortus eſt: Galli, citò conſilio cognito, ſine mora prætoribus ſe tradunt. Volturtius primò, cohortatus ceteros, gladio ſe à multitudine defendit; dein, ubi à legatis deſertus eſt, multa priùs de ſalute ſua Pomptinum obteſtatus, quòd ei notus erat, poſtremò timidus, ac vitæ diffidens, velut hoſtibus, ſeſe prætoribus dedit. Quibus rebus confectis, omnia properè per nuncios Conſuli declarantur.

(a) Secundùm Ciceronem Caius Murena Galliæ Narbonenſi, Q. Metellus citeriori præerat.

Digitized by Google

A *In Oratione Porcii Catonis.*

Conjuravere cives nobilissumi patriam incendere. Gallorum gentem infestissumam nomini Romano ad bellum arcessunt. Pag. 38.

Cognoveram.... facundia Græcos, gloria belli Gallos ante Romanos fuisse. Pag. 40.

IN BELLO JUGURTHINO.

Per idem tempus advorsùm Gallos ab Ducibus nostris (*a*) Q. Scipione & M. Manlio malè pugnatum. Quo metu Italia omnis contremuerat. Illique & usque ad nostram memoriam Romani sic habuere, alia omnia virtuti suæ prona esse; cum Gallis pro salute, non pro gloria certari. Sed postquam bellum in Numidia confectum, & Jugurtham Romam vinctum adduci nunciatum est; Marius Consul absens factus est; & ei decreta provincia Gallia. Pag. 137. An. U. C. 648. B An. U. C. 649.

IN FRAGMENTIS HISTORIARUM.

Res Romana plurimùm imperio valuit Ser. Sulpitio & M. Marcello Coss. omni Gallia cis Rhenum atque inter mare nostrum atque Oceanum, nisi quæ à paludibus invia fuit, perdomita. *Victorinus & Augustinus.* Lib. I. p. 138. An. U. C. 702.

Ex Epist. Cn. Pompeii ad Senatum.

Fateor me ad hoc bellum majore studio quàm consilio profectum: quippe qui C nomine modò imperii à vobis accepto, diebus quadraginta exercitum paravi; hostisque in cervicibus jam Italiæ agentis ab Alpibus in Hispaniam summovi. Per eas iter aliud atque Hannibal, nobis opportunius patefeci. Recepi Galliam, Pyrenæum, Lacetaniam, Ilergetum..... præter maritumas civitates, quæ ultrò nobis sumtui onerique, Gallia superiore anno Metelli exercitum stipendio frumentoque aluit: & nunc malis fructibus ipsa vix agitat. *Nonius.* Lib. 3. pag. 157. An. U. C. 677.

In Fragmentis Librorum incertorum.

In Flaminia est civitas quæ Cale dicitur, & in hac Gallia hoc nomine, quam Sallustius à Perpenna captam commemorat. *Servius* Pag. 183.

D

EX DIODORI SICULI BIBLIOTHECA HISTORICA DE GALLIS.

Edit. Hanoviæ in fol. 1604.

EX LIBRO I.

EN δὲ ταῖς ἑξῆς εἴκοσι καὶ τρισὶ βίβλοις τὰς λοιπὰς ἁπάσας κατετάξαμεν, μέχρι τῆς ἀρχῆς τοῦ συστάντος πολέμου Ρωμαίοις πρὸς Κελτούς· καθ' ὃν ἡγούμενος Γάϊος Ιούλιος Καῖσαρ, ὁ διὰ τὰς πράξεις προσαγορευθεὶς θεὸς, κατεπολέμησε μὲν τὰ πλεῖστα καὶ μαχιμώτατα τῶν Κελτῶν ἔθνη, προεβίβασε δὲ τὴν ἡγεμονίαν τῆς Ρώμης μέχρι τῶν Βρεττανικῶν νῆσον.

E IN tribus tandem & viginti libris reliquas res omnes digessimus, usque ad initium belli à Romanis adversus Celtas excitati, quo Imperator C. Julius Cæsar, cui res gestæ divi nomen adscivere, plurimis & pugnacissimis Celtarum gentibus debellatis, Imperium Romanum ad Britannicam usque Insulam prolatavit. Tom. I. Pag. 5.

(a) Leg. *Q. Cæpione & Cn. Manlio.*
(b) Hanc Epistolam scripsit Pompeius sub finem anni U. C. 679. cùm ageret in Gallia, quam petere coactus est, à Sertorio expulsus ab Hispania.

Digitized by Google

EX LIBRO IV.

Pag. 226. Cæterùm Hercules Iberiæ regno viris inter populares optimis tradito, cum exercitu in Celticam perrexit, totamque peragrans, usitatam morum improbitatem & advenarum mactationes abrogavit. Cúmque ingens hominum multitudo ex omni gente sponte ad militiam ejus se aggregasset, præclaræ urbem magnitudinis exstruxit, quam à militiæ suæ errore Alesiam nuncupavit. Quia verò multi è vicinis locis barbari civibus admixti erant, accidit ut & cæteri urbis incolæ, qui numero superabantur, mores barbaros induerent. Hæc urbs nunc quoque in præcipuo Celtis est honore; quippe primaria totius Celticæ sedes, urbiumque mater. Et per omnes ab Hercule ætates libertatem defendit, nec unquam capta est, ad hoc usque tempus: tandem à Cæsare, qui
An. U. C. 701. ob rerum gestarum magnitudinem Divus appellatus est, vi expugnata, in Romanorum cum aliis Celtis potestatem venit. Hercules porro è Celtica in Italiam contendens, dum per Alpium montes iter facit, asperas transituque difficiles vias stravit & aperuit, ut militaribus copiis cum impedimentis transitus per illos pateret. Barbari, qui montana hæc insederant, exercitus fortè transeuntes occidere ac latrociniis infestare in locorum angustiis & aspretis solebant: verùm his subactis, ducibusque sceleratè factorum supplicio affectis, tutum illac iter posteris effecit. Jamque Alpes egressus, per hujus regionis, quæ nunc Gallia vocatur, planitiem itinere continuato, in Liguriam pervenit.

Pag. 259. Ad id probandum his utuntur argumentis; quòd Celtæ Oceani accolæ inter Deos maximè Dioscuros venerentur: apud quos à priscis inde temporibus traditum, ex Oceano Deos hosce quondam ad ipsos delatos esse.

A Ὁ δ' οὖν Ἡρακλῆς τὴν μὲ Ἰβήρων παρέδωκε
τ Βασιλείαν τοῖς ἀρίστοις τῶν ἐγχωρίων, αὐτὸς δ'
ἀναλαβὼν τ δύναμιν, κ) καταντήσας εἰς τὴν
Κελτικὴν, κ) πᾶσαν ἐπελθὼν, κατέλυσε μὲν τὰς
συνήθεις ἀθεμίτους ἐ ξενοκτονίας. πολλῶ δὲ
πλήθος ἀνθρώπων ἐκ παντὸς ἔθνους ἑκουσίως (a)
συστρατευόντος, ἔκτισε πόλιν εὐμεγέθη, τ ὀνο-
μαζομένην ἀπὸ τ κ) τ σεμνείαν ἄλης, Ἀλη-
σίαν. πολλοὺς δ' ἐ τῶν ἐγχωρίων ἀνέμιξεν εἰς τὴν
πόλιν, ὧν ὑπερφατησάντων τῷ πλήθει, πάντας
τοὺς καθεστῶτας ἐκβαρβαρῶσαι συνέβη. οἱ Κῆ-
τοὶ μέχρι τῶνδε τῶν καιρῶν ἐπίμονοι ταύτην τὴν
πόλιν, ὡς ἀπάσης τ Κελτικῆς ὄσων ἑστίαν κ) μη-
τρόπολιν. διέμεινε δ' αὕτη πάντα τὸν ἀφ' Ἡρα-
κλέους χρόνον ἐλευθέρα ἐ ὑπόσπονδος μέχρι τ
καθ' ἡμᾶς χρόνων· τὸ δ' τελευταῖον ὑπὸ Γαΐου Καί-
σαρος, τῷ λαβὰ τὸ μέγεθος τ ἀρετῶν θεῷ
προσαγορευθέντος, ἐκ βίας ἁλῶσα, συνε-
καλήφθη μετὰ τῶν ἄλλων Κελτῶν ὑποταγῆναι
Ρωμαίοις. ὁ δ' Ἡρακλῆς τὴν ἐκ τῆς Κελτικῆς
πορείαν ὅλην τὴν Ἰταλίαν ποιούμενος, κ) διεξιὼν
τ ὀρεινὴν τ κ) τὰς Ἄλπεις, ὡδοποίησε τ ῥᾳ-
χύτητα τῆς ὁδῶ ἐ τὸ δύσβατον, ὥστε δυνάσθαι
στρατοπέδοις ἐ ταῖς τῶν ὑποζυγίων ὑποσκευ-
αῖς βάσιμον εἶν. τῶν δ τ ὀρεινὴν ταύτην κα-
τοικούντων Βαρβάρων εἰωθότων τὰ διεξιόντα τ
στρατοπέδων ἀφικόμενα ἐ λῃστεύειν ἐν τ δυχω-
ρίαις, χειροσάμενος ἅπαντας, ἐ τοὺς ἡγεμό-
νας τ ὠμότητος ἀνελὼν, ἐποίησεν ἀσφαλῆ τοῖς
D μεταγωγεῦσιν τ ὁδοιπορίαν. λέγεται δ τὰς Ἄλ-
πεις, καὶ τ νῦν καλουμένης Γαλατίας τὴν πε-
διάδα διεξιὼν, ἐποιήσατο τ πορείαν διὰ τ Λι-
γυστικῆς.

Ἀποδείξεις δ τούτων φέρουσι, δεικνύοντες τοὺς
παρὰ τ ὠκεανὸν κατοικοῦντας Κελτοὺς σεβομέ-
νους μάλιστα τ θεῶν τοὺς Διοσκούρους. ὑπάρχον
γὰρ ἔχειν αὐτοὺς ἐκ παλαιῶν χρόνων τ τού-
των τῶν θεῶν παρουσίαν ἐκ τοῦ ὠκεανοῦ γεγονέ-
E ναι.

EX LIBRO V.

Pag. 302. Inde [è Britannia] stannum ab incolis emtum in Galliam mercatores transferunt. Et xxx dierum itinere per Galliam pedestri sarcinas equis impo-

Ἐντεῦθεν δ' οἱ ἔμποροι παρὰ τ ἐγχωρίων ὠνοῦν-
ται, κ) διακομίζουσιν εἰς τ Γαλατίαν. τὸ δ τελευ-
ταῖον πεζῇ διὰ τ Γαλατίας πορευθέντες ἡμέρας
ὡς τριάκοντα, καταγουσιν ὅλην τῶν ἵππων τὰ

(a) Henr. Stephanus ad marginem, συστρατευόντος.

Digitized by Google

φορτία φερὸς τὴ ἑσπολλὼ τῦ (a) Ηεισθνῦ πο- A ſitas, ad Rhodani tandem oſtia deportant.
ταμοῦ.

Τῆς Κελτικῆς τοίνυν τὸ παλαιὸν, ὡς φασιν, ἐδυνάσευσεν ἐπιφανὴς ἀνὴρ, ᾧ θυγάτηρ ἐγίνετο τῷ μεγέθει τῦ σώματος ὑπερφυὴς, τῇ δ' ἐυπρεπείᾳ πολὺ φερέχουσα τὰ ἄλλων. αὕτη ἢ ἀφ' ἁ τε τὰ τῦ σώματος ῥώμῃ ἔτι τῷ θαυμαζομένην ἐυπρέπειαν περφηνμαπισμένη, παντὸς τῦ μνηςεύοντος τὰ γάμον ἀπηρνεῖτο, νομίζουσα μηδένα τύτων ἄξιον ἑαυτῆς εἶναι. κατὰ ἢ τὸν Ηεακλέους ὅτε Γηρυόνῃ στρατείαν καταςησάμενος εἰς τὴν Κελτικὴν αὐτὸς, ἔτι πόλιν Αλησίαν ἐν ταύτῃ κτίσαντος, θεασαμένη τὸν Ηεακλέα, καὶ θαυμάσασα τῷ τε ἀρετῷ αὐτὸ καὶ τῷ τῦ σώματος ὑπεροχῇ, περσεδέξατο τὰ ὁπλοτέρᾳ μὴ πάσης περθυμίας, συγκαταθεμένων καὶ τῶν αὐτῆς γονέων· μιχθεῖσα ἢ τῷ Ηεακλεῖ, ἐγέννησεν υἱὸν ὄνομα Γαλάτην, πολὺ περέχοντα τῶν ὁμοεθνῶν ἀρετῇ τε ψυχῆς καὶ ῥώμῃ σώματος. ἀνδρωθεὶς ἢ τὰ ἡλικίαν, τὴ δυναστείαν τὴν πατρῴαν βασιλείαν, πολλὴν μὲν περσειζάσης χώρας κατεκτήσατο, μεγάλας ἢ περάξεις πολεμικὰς συνετέλεσε. φειδόμενος ἢ ῥώμῃ ἐπ' ἀνδρείᾳ, τὰς ὑπ' αὐτὸν τεταγμένους ὠνόμασεν ἀφ' ἑαυτῦ Γαλάτας· ἀφ' ὧν ἡ σύμπασα Γαλατία περσηγορεύθη.

Επεὶ ἢ δεῖ δ' τὰ Γαλατῶν περσηγορείας διηλθομεν, καὶ δεῖ δ' χώρας αὐτῶν δέον ὄντιν εἰπεῖν. ἡ τοίνυν Γαλατία κατοικεῖτο μὲν ὑπὸ πολλῶν ἐθνῶν διαφόρων τοῖς μεγέθεσι. τὰ μέγιστα γὰ αὐτῶν κατὰ εἴκοσι μυριάδας ἀνδρῶν ἔχει, τὰ δ' ἐλάχιστα πέντε μυριάδας· ὧν ὅτιν ἓν περὸς Ρωμαίους ἔχον συγγένειαν παλαιὰν καὶ φιλίαν, τῷ μέχρι τὰ καθ' ἡμᾶς χρόνων διαμένουσαν. κειμένη ἢ κὰ τὸ πλεῖσον ὑπὸ τὰς ἄρκτους, χειμερινός ὅτι κὰ ψυχρὰ διαφερόντως. κὰ γὰ τῷ χειμερινῷ ὥραν ἐν τὰ συνεφέσιν ἡμέραις, ἀντὶ μὲν τὰ ὄμβρων χόνι πολλῇ νίφει· κὰ ἢ τὰς αἰθερίας κρυστάλλῳ καὶ πάγοις ἐξαισίοις πληθύει, δι' ὧν οἱ ποταμοὶ πληνύμενοι διὰ τὴ ἰδίας φύσεως διαφορῦνται. οὐ μόνον γὰ οἱ τυχόντες ὁδῖται κατ' ὀλίγους κὰ τῶν

Cap. 40. Hæc inter ſeniores morti deſtinatos jactata ſolatia : verſæ inde adhortationes ad agmen juvenum; quos in Capitolium atque in arcem proſequebantur, commendantes virtuti eorum juventæque urbis per trecentos ſexaginta annos omnibus bellis victricis, quæcumque reliqua eſſet, fortunam. Digredientibus qui ſpem omnem atque E
opem ſecum ferebant, ab iis, qui captæ urbis non ſupereſſe ſtatuerant exitio; quum ipſa res ſpecieſque miſerabilis erat, tum muliebris fletus & concurſatio incerta, nunc hos nunc illos ſequentium, rogitantiumque viros natoſque, cui ſe fato darent : nihil, quod humanis ſupereſſet malis, relinquebant. Magna pars tamen earum in arcem ſuos proſecutæ ſunt, nec prohibente ullo, nec vocante : quia quod utile obſeſſis ad minuendam imbellem multitudinem, id parum humanum erat. Alia maximè plebis turba, quam nec capere tam exiguus collis, nec alere in tanta inopia frumenti poterat, ex urbe effuſa, velut agmine jam uno, petiit Janiculum. Inde pars per agros dilapſi, pars urbes petunt finitimas; ſine ullo duce, aut conſenſu, ſuam quiſque ſpem, ſua conſilia, communibus deploratis, exſequentes. Flamen interim Quirinalis, virgineſque Veſtales, omiſſa rerum ſuarum cura, quæ ſacrorum ſecum

Digitized by Google

A ferenda; quæ (quia vires ad omnia ferenda deerant) relinquenda eſſent; conſultantes, quiſve ea locus fideli aſſervaturus cuſtodia eſſet; optimum ducunt, condita in doliolis ſacello proximo ædibus Flaminis Quirinalis, ubi nunc deſpui religio eſt, defodere: cætera inter ſe onere partito ferunt, via quæ ſublicio ponte ducit ad Janiculum. In eo clivo eas quum L. Albinius de plebe Romana homo conſpexiſſet, plauſtro conjugem ac liberos vehens inter cæteram turbam, quæ inutilis bello urbe excedebat; ſalvo etiam tum diſcrimine divinarum humanarumque rerum, irreligioſum ratus ſacerdotes publicos ſacraque populi Romani pedibus ire, ferrique ſe ac ſuos in vehiculo conſpici; deſcendere uxorem ac pueros juſſit, virgines ſacraque in plauſtrum impoſuit: & Cære, quò iter ſacerdotibus erat, pervexit. An. U. C. 363.

Romæ interim, ſatis jam omnibus, ut in tali re, ad tuendam arcem compoſitis, turba ſeniorum domos regreſſa, adventum hoſtium obſtinato ad mortem animo exB ſpectabat. Qui eorum curules geſſerant magiſtratus, ut in fortunæ priſtinæ honorumque aut virtutis inſignibus morerentur, quæ auguſtiſſima veſtis eſt, thenſas ducentibus, triumphantibuſve, ea veſtiti medio ædium eburneis ſellis ſedere. Sunt qui, M. Fabio pontifice maximo præfante carmen, devoviſſe eos ſe pro patria, Quiritibuſque Romanis tradant. Galli, & quia interpoſita nocte à contentione pugnæ remiſerant animos, & quòd nec in acie ancipiti uſquam certaverant prælio, nec tum impetu aut vi capiebant urbem, ſine ira, ſine ardore animorum ingreſſi poſtero die urbem, patente Collina porta in forum perveniunt; circumferentes oculos ad templa Deûm, arcemque ſolam belli ſpeciem tenentem. Inde modico relicto præſidio (ne quis in diſſipatos ex arce aut Capitolio impetus fieret) dilapſi ad prædam vacuis occurſu hominum viis, pars in proxima quæque tectorum agmine ruunt: pars, ultima, velut ea demum intacta & rêferta prædâ, petunt. Inde rurſus ipſa ſolitudine C abſterriti, nequa fraus hoſtilis vagos exciperet, in forum ac propinqua foro loca conglobati redibant: ubi eos, plebis ædificiis obſeratis, patentibus atriis principum, major propè cunctatio tenebat, aperta quàm clauſa invadendi: adeò haud ſecus quàm venerabundi intuebantur in ædium veſtibulis ſedentes viros, præter ornatum habitumque humano auguſtiorem, majeſtate etiam, quam vultus gravitaſque oris præ ſe ferebat, ſimillimos Diis. Ad eos velut ſimulacra verſi quum ſtarent, M. Papirius unus ex his dicitur Gallo barbam ſuam, ut tum omnibus promiſſa erat, permulcenti, ſcipione eburneo in caput incuſſo iram moviſſe: atque ab eo initium cædis ortum, cæteros in ſedibus ſuis trucidatos. Poſt principum cædem, nulli deinde mortalium parci, diripi tecta, exhauſtis injici ignes. Cap. 41.

Cæterùm, ſeu non omnibus delendæ urbis libido erat, ſeu ita placuerat princi- Cap. 42.
pibus Gallorum, & oſtentari quædam incendia terroris cauſa, ſi compelli ad dediD tionem caritate ſedium ſuarum obſeſſi poſſent, & non omnia concremari tecta, ut quodcumque ſupereſſet urbis, id pignus ad flectendos hoſtium animos haberent; nequaquam perinde atque in capta urbe prima die aut paſſim aut latè vagatus eſt ignis. Romani ex arce plenam hoſtium urbem cernentes, vagoſque per vias omnes curſus, quum alia atque alia parte nova aliqua clades oriretur, non mentibus ſolùm conſipere, ſed ne auribus quidem atque oculis ſatis conſtare poterant. Quocumque clamor hoſtium, mulierum puerorumque ploratus, ſonitus flammæ, & fragor ruentium tectorum avertiſſet, paventes ad omnia, animos oraque & oculos flectebant; velut ad ſpectaculum à fortuna poſiti occidentis patriæ: nec ullius rerum ſuarum relicti, præterquam corporum, vindices: tantò ante alios miſerandi magis qui umquam obſeſſi ſunt, quòd intercluſi à patria obſidebantur; omnia ſua cernentes in hoſtium poteſtate. Nec tranquillior nox diem tam fœdè actum excepit: lux E deinde noctem inquietam inſecuta eſt, nec ullum erat tempus, quod à novæ ſemper cladis alicujus ſpectaculo ceſſaret. Nihil tamen tot onerati atque obruti malis flexerunt animos, quin, etſi omnia flammis ac ruinis æquata vidiſſent, quamvis inopem parvumque quem tenebant collem, libertati relictum, virtute defenderent: & jam quum eadem quotidie acciderent, velut aſſueti malis, abalienaverant ab ſenſu rerum ſuarum animos; arma tantùm ferrumque in dextris velut ſolas reliquias ſpei ſuæ intuentes.

Galli quoque per aliquot dies in tecta modò urbis nequicquam bello geſto, quum Cap. 43.
inter incendia ac ruinas captæ urbis nihil ſupereſſe præter armatos hoſtes viderent, nec quicquam tot cladibus territos, nec flexuros ad deditionem animos, ni vis adhiberetur; experiri ultima & impetum facere in arcem ſtatuunt. Prima luce ſigno dato, multitudo omnis in foro inſtruitur: inde clamore ſublato, ac teſtudine facta ſubeunt: adverſus quos Romani nihil temerè nec trepidè, ad omnes aditus ſtationibus firmatis, quà ſigna ferri

Digitized by Google

An. U. C. 363. videbant, eà robore virorum oppoſito, ſcandere hoſtem ſinunt: quò ſucceſſerit magis in arduum, eò pelli poſſe per proclive facilius rati. Medio fere clivo reſtitere: atque inde ex loco ſuperiore, qui propè ſua ſponte in hoſtem inferebat, impetu facto, ſtrage ac ruina fudere Gallos: ut nuſquam poſtea, nec pars, nec univerſi tentaverint tale pugnæ genus. Omiſſa itaque ſpe per vim atque arma ſubeundi, obſidionem parant: cujus ad id tempus immemores, & quod in urbe fuerat frumentum, incendiis urbis abſumpſerant; & ex agris per ipſos dies raptum omne Veios erat. Igitur exercitu diviſo, partim per finitimos populos prædari placüit, partim obſideri arcem; ut obſidentibus frumentum populatores agrorum præberent. Proficiſcentes Gallos ab urbe ad Romanam experiendam virtutem, fortuna ipſa Ardeam, ubi Camillus exſulabat, duxit: qui mœſtior ibi fortuna publica quàm ſua, quum Diis hominibuſque accuſandis ſeneſceret, indignando mirandoque ubi illi viri eſſent, qui ſecum Veios Falerioſque cepiſſent, qui alia bella fortiùs ſemper quàm feliciùs geſſiſſent; repentè audit Gallorum exercitum adventare, atque de eo pavidos Ardeates conſultare. Nec ſecus quàm divino ſpiritu tactus, quum ſe in mediam concionem intuliſſet, abſtinere ſuetus antè talibus conciliis; *Ardeates*, inquit, *veteres amici, novi etiam cives mei, quando & veſtrum beneficium ita tulit, & fortuna hoc egit mea; nemo veſtrûm conditionis meæ oblitum huc proceſſiſſe putet: ſed res ac periculum commune cogit, quod quiſque poſſit in re trepida præſidii, in medium conferre. Et quando ego vobis pro tantis veſtris in me meritis gratiam referam, ſi nunc ceſſavero? Aut ubi uſus erit mei vobis, ſi in bello non fuerit? Hac arte in patria ſteti: & invictus bello, in pace ab ingratis civibus pulſus ſum. Vobis autem, Ardeates, fortuna oblata eſt, & pro tantis priſtinis populi Romani beneficiis, quanta ipſi meminiſtis (nec enim exprobanda apud memores ſunt) gratiæ referendæ, & huic urbi decus ingens belli ex hoſte communi pariendi. Quæ effuſo agmine adventat, gens eſt, cui natura corpora animoſque magna magis quàm firma dederit: eò in certamen omne plus terroris quàm virium ferunt. Argumento ſit clades Romana: patentem cepere urbem: ex arce Capitolioque his exigua reſiſtitur manu. Jam obſidionis tædio victi abſcedunt, vagique per agros palantur, cibo vinoque raptim hauſto repleti. Ubi nox appetit, prope rivos aquarum, ſine munimento, ſine ſtationibus ac cuſtodiis, paſſim ferarum ritu ſternuntur: nunc ab ſecundis rebus magis etiam ſolito incauti. Si vobis in animo eſt tueri mœnia veſtra, nec pati hæc omnia Galliam fieri; prima vigilia capite arma frequentes: me ſequimini ad cædem, non ad pugnam: niſi victos ſomno, veluti pecudes trucidandos tradidero, non recuſo eumdem Ardeæ rerum mearum exitum, quem Romæ habui.*

Cap. 44.

Cap. 45. Æquis iniquiſque perſuaſum erat, tantum bello virum neminem uſquam ea tempeſtate eſſe. Concione dimiſſa, corpora curant, intenti quàm mox ſignum daretur: quo dato, primæ noctis ſilentio ad portas cum Camillo præſtò fuere. Egreſſi haud procul urbe, ſicuti prædictum erat, caſtra Gallorum intuta neglectaque ab omni parte nacti, clamore invadunt. Nuſquam prælium, omnibus locis cædes eſt: nuda corpora, & ſoluta ſomno trucidantur: extremos tamen pavor cubilibus ſuis excitos, quæ aut unde vis eſſet, ignaros, in fugam, & quoſdam in hoſtem ipſum improvidos tulit. Magna pars in agrum Antiatem delati, incurſione ab oppidanis in palatos facta, circumveniuntur.....

Cap. 46. Romæ interim plerumque obſidio ſegnis, & utrimque ſilentium eſſe; ad id tantùm intentis Gallis, ne quis hoſtium evadere inter ſtationes poſſet: quum repentè juvenis Romanus admiratione in ſe cives hoſteſque convertit. Sacrificium erat ſtatum in Quirinali colle genti Fabiæ: ad id faciendum C. Fabius Dorſo, Gabino cinctu, ſacra manibus gerens, quum de Capitolio deſcendiſſet, per medias hoſtium ſtationes egreſſus, nihil ad vocem cujuſquam terroremve motus, in Quirinalem collem pervenit: ibique omnibus ſolemniter peractis, eádem revertens ſimiliter conſtanti vultu graduque, ſatis ſperans propitios eſſe Deos, quorum cultum ne mortis quidem metu prohibitus deſeruiſſet, in Capitolium ad ſuos rediit: ſeu attonitis Gallis miraculo audaciæ, ſeu religione etiam motis, cujus haudquaquam negligens eſt gens. Veiis interim non animi tantùm in dies, ſed etiam vires creſcebant: nec Romanis ſolùm eò convenientibus ex agris, qui aut prælio adverſo aut clade captæ urbis palati fuerant, ſed etiam ex Latio voluntariis confluentibus, ut in parte prædæ eſſent. Maturum jam videbatur repeti patriam, eripique ex hoſtium manibus: ſed corpori valido caput deerat. Locus ipſe admonebat Camilli, & magna pars militum erat, qui ductu auſpicioque ejus res proſperè geſſerant: & Cæditius negare ſe commiſſurum, cur ſibi aut Deorum aut hominum quiſquam imperium finiret potiùs, quàm ipſe memor ordinis ſui poſceret

Digitized by Google

A imperatorem. Conſenſu omnium placuit, ab Ardea Camillum acciri; ſed antea conſulto Senatu, qui Romæ eſſet, adeò regebat omnia pudor, diſcriminaque rerum propè perditis rebus ſervabant. Ingenti periculo tranſeundum per hoſtium cuſtodias erat. Ad eam rem Pontius Cominius, impiger juvenis, operam pollicitus, incubans cortici, ſecundo Tiberi ad urbem defertur: inde quà proximum fuit à ripa, per præruptum eòque neglectum hoſtium cuſtodiæ ſaxum, in Capitolium evadit: & ad magiſtratus ductus, mandata exercitûs edit. Accepto inde Senatûs decreto, ut & comitiis curiatis revocatus de exſilio, juſſu populi Camillus Dictator extemplò diceretur, militeſque haberent imperatorem quem vellent; eádem degreſſus, nuncius Veios contendit: miſſique legati Ardeam ad Camillum, Veios eum perduxere: ſeu, (quod magis credere libet, non priùs profectum ab Ardea, quàm comperit legem latam: quòd nec injuſſu populi mutari finibus poſſet, nec niſi Dictator dictus auſpicia in exercitu B habere); lex curiata lata eſt, Dictatorque abſens dictus. An. U. C. 363.

Dum hæc Veiis agebantur, interim arx Romæ Capitoliumque in ingenti periculo fuit. Namque Galli, ſeu veſtigio notato humano, quà nuncius à Veiis pervenerat; ſeu ſua ſponte animadverſo ad Carmentis ſaxum aſcenſu æquo; nocte ſubluſtri, quum primò inermem, qui tentaret viam, præmiſiſſent, tradentes inde arma, ubi quid iniqui eſſet, alterni innixi, ſublevanteſque invicem & trahentes alii alios, prout poſtularet locus; tanto ſilentio in ſummum evaſere, ut non cuſtodes ſolùm fallerent; ſed ne canes quidem, ſollicitum animal ad nocturnos ſtrepitus, excitarent. Anſeres non fefellere, quibus ſacris Junoni, in ſumma inopia cibi, tamen abſtinebatur: quæ res ſaluti fuit. Namque clangore eorum, alarumque crepitu excitus M. Manlius, qui triennio antè Conſul fuerat, vir bello egregius, armis arreptis, ſimul ad arma cæteros ciens vadit: & dum cæteri trepidant, Gallum, qui jam in ſummo conſtiterat, um- C bone ictum deturbat. Cujus caſus prolapſi quum proximos ſterneret; trepidantes alios, armiſque omiſſis, ſaxa, quibus adhærebant, manibus amplexos trucidat. Jamque & alii congregati telis miſſilibuſque ſaxis proturbare hoſtes, ruinaque tota prolapſa acies in præceps deferri. Sedato deinde tumultu, reliquum noctis (quantùm in turbatis mentibus poterat, quum præteritum quoque periculum ſollicitaret), quieti datum eſt. Cap. 47.

Sed ante omnia obſidionis bellique mala, fames utrimque exercitum urgebat: Gallos peſtilentia etiam, quum loco jacente inter tumulos caſtra habentes, tum ab incendiis torrido & vaporis pleno, cineremque, non pulverem modò ferente, quum quid venti motum eſſet: quorum intolerantiſſima gens humorique ac frigori aſſueta; quum æſtu & angore vexati, vulgatis velut in pecua morbis, morerentur; jam pigritia ſingulos ſepeliendi, promiſcuè acervatos cumulos hominum urebant: buſtorum- D que inde Gallicorum nomine inſignem locum fecere. Induciæ deinde cum Romanis factæ, & colloquia permiſſu imperatorum habita, in quibus quum identidem Galli famem objicerent; eaque neceſſitate ad deditionem vocarent; dicitur avertendæ ejus opinionis cauſa multis locis panis de Capitolio jactatus eſſe in hoſtium ſtationes. Sed jam neque diſſimulari, neque ferri ultrà fames poterat: itaque dum Dictator delectum per ſe Ardeæ habet, Magiſtrum equitum L. Valerium à Veiis abducere exercitum jubet, parat inſtruitque quibus haud impar adoriatur hoſtes. Interim Capitolinus exercitus ſtationibus vigiliiſque feſſus, ſuperatis tamen humanis omnibus malis; quum famem unam natura vinci non ſineret; diem de die proſpectans, ecquod auxilium ab Dictatore appareret; poſtremò ſpe quoque jam, non ſolùm cibo deficiente; & quum ſtationes procederent, propè obruentibus infirmum corpus armis; vel dedi, vel redimi ſe, quacumque pactione poſſent, juſſit: jactantibus non obſcurè Gallis, haud ma- E gna mercede ſe adduci poſſe, ut obſidionem relinquant. Tum Senatus habitus, tribuniſque militum negotium datum, ut paciſcerentur. Inde inter Q. Sulpicium tribunum militum, & Brennum regulum Gallorum colloquio tranſacta res eſt, & mille pondo auri pretium populi gentibus mox imperaturi factum. Rei fœdiſſimæ per ſe adjecta indignitas eſt: pondera ab Gallis allata iniqua; & tribuno recuſante, additus ab inſolente Gallo ponderi gladius; auditaque intoleranda Romanis vox, *væ victis* eſſe. Cap. 48.

Sed Diique & homines prohibuere redemtos vivere Romanos: nam forte quadam, priùs quàm infanda merces perficeretur, per altercationem nondum omni auro appenſo, Dictator intervenit, auferrique (a) aurum de medio, & Gallos ſubmoveri jubet. Cap. 49.

(a) Gallis infenſior eſt Livius, quàm ut ei fides habeatur narranti ablatum eis à Camillo aurum, eoſque duobus præliis internecione deletos. Polybius refert Gallos revocatos in patriam, eò quòd Veneti ipſorum fines ineurſarent, pacem cum Romanis feciſſe, eiſque urbem reddidiſſe. Præterea Boios inducit

Digitized by Google

An. U. C. 363. Quum illi renitentes, pactos dicerent sese, negat eam pactionem ratam esse, quæ A postquàm ipse Dictator creatus esset, injussu suo ab inferioris juris magistratu facta esset: denunciatque Gallis, ut se ad prælium expediant. Suos in acervum conjicere sarcinas, & arma aptare, ferroque non auro recuperare patriam jubet, in conspectu habentes fana Deûm, & conjuges & liberos, & solum patriæ deforme belli malis, & omnia quæ defendi repetique & ulcisci fas sit. Instruit deinde aciem, ut loci natura patiebatur, in semirutæ solo urbis, & natura inæquali: & omnia quæ arte belli secunda suis eligi præpararive poterant, providit. Galli nova re trepidi arma capiunt, iraque magis quàm consilio in Romanos incurrunt. Jam verterat fortuna, jam Deorum opes humanaque consilia rem Romanam adjuvabant. Igitur primo concursu haud majore momento fusi Galli sunt, quàm ad Alliam vicerant. Justiore altero deinde prælio ad octavum lapidem Gabinâ via, quò se ex fuga contulerant, ejusdem ductu auspicioque Camilli vincuntur. Ibi cædes omnia obtinuit: castra capiuntur, & ne nun- B cius quidem cladis relictus. Dictator, recuperata ex hostibus patria, triumphans in urbem redit: interque jocos militares, quos inconditos jaciunt, Romulus ac parens patriæ conditorque alter urbis haud vanis laudibus appellatur.

EX LIBRO VI.

Cap. 42. An. U. C. 386. QUUM præter Velitrarum obsidionem, tardi magis rerum exitus quàm dubii, quietæ externæ res Romanis essent, fama repens belli Gallici allata perpulit civitatem, ut M. Furius Dictator quintùm diceretur. Is T. Quintium Pennum Magistrum equitum dixit. Bellatum cum Gallis eo anno circa Anienem flumen, auctor est Claudius: inclytamque in ponte pugnam, qua T. Manlius Gallum, cum quo provocatus manus conseruit, in conspectu duorum exercituum cæsum torque spoliavit, tum pugnatam. C Pluribus auctoribus magis adducor, ut credam decem haud minùs post annos ea acta: hoc autem anno in Albano agro cum Gallis Dictatore M. Furio signa collata. Nec dubia, nec difficilis Romanis (quamquam ingentem Galli terrorem memoria pristinæ cladis attulerant) victoria fuit: multa millia Barbarorum in acie, multa captis castris cæsa: palati alii Apuliam maximè petentes, quum fuga se longinqua, tum quòd passim eos simul pavor terrorque distulerant, ab hoste sese tutati sunt.

EX LIBRO VII.

Cap. 1. An. U. C. 387. PRINCIPIO anni & de Gallis, quos primò palatos per Apuliam congregari jam fama erat, & de Hernicorum defectione agitata mentio.

Cap. 9. An. U. C. 392. Eo certè anno Galli ad tertium lapidem Salaria via trans pontem Anienis castra ha- D buere. Dictator, quum tumultûs Gallici causa justitium edixisset, omnes juniores sacramento adegit, ingentique exercitu ab urbe profectus, in citeriore ripa Anienis castra posuit. Pons in medio erat: neutris eum rumpentibus, ne timoris indicium esset; prælia de occupando ponte crebra erant, nec qui potirentur, incertis viribus, satis discerni poterat. Tum eximia corporis magnitudine in vacuum pontem Gallus processit: & quantùm maxima voce potuit, *Quem nunc*, inquit, *Roma fortissimum virum habet, procedat agedum ad pugnam, ut noster duorum eventus ostendat utra gens bello sit melior.*

Cap. 10. Diu inter primores juvenum Romanorum silentium fuit, quum & abnuere certamen vererentur, & præcipuam sortem periculi petere nollent. Tum T. Manlius L. filius, qui patrem à vexatione tribunitia vindicaverat, ex statione ad Dictatorem pergit: *Injussu tuo*, inquit, *imperator, extra ordinem nunquam pugnaverim, non si certam* E *victoriam videam. Si tu permittis, volo ego illi belluæ ostendere, quando adeò ferox præsultat hostium signis, me ex ea familia ortum, quæ Gallorum agmen ex rupe Tarpeia dejecit.* Tum Dictator, *Macte virtute*, inquit, *hac pietate in patrem patriamque, T. Manli, esto. Perge, & nomen Romanum invictum, juvantibus Diis, præsta.* Armant inde juvenem æquales: pedestre scutum capit, Hispano cingitur gladio, ad propiorem habili pugnam. Armatum adornatumque adversus Gallum stolidè lætum, & (quoniam id quoque memoria dignum antiquis visum est) linguam etiam ab irrisu exerentem producunt. Recipiunt inde se ad stationem, & duo in medio armati, spectaculi

Gæsatis dicentes, majores suos Urbem per menses septem in potestate sua detentam, sponte sua & beneficii loco Romanis tradidisse, atque illæsos & incolumes in patriam cum omni præda revertisse. Livio quoque contrarii sunt Suetonius & Justinus.

magis

A magis more quàm lege belli, deſtituuntur, nequaquam viſu ac ſpecie æſtimantibus pares. Corpus alteri magnitudine eximium, verſicolori veſte, pictiſque & auro cælatis refulgens armis: media in altero militaris ſtatura, modicaque in armis habilibus magis quàm decoris ſpecies; non cantus, non exſultatio, armorumque agitatio vana, ſed pectus animorum iræque tacitæ plenum, omnem ferociam in diſcrimen ipſum certaminis diſtulerat. Ubi conſtitere inter duas acies, tot circà mortalium animis ſpe metuque pendentibus; Gallus, velut moles ſupernæ imminens, projecto læva ſcuto in advenientis arma hoſtis, vanum cæſim cum ingenti ſonitu enſem dejecit. Romanus, mucrone ſurrecto, quum ſcutum ſcuto imum perculiſſet, totoque corpore interior periculo vulneris factus, inſinuaſſet ſe inter corpus armaque, uno alteroque ſubinde ictu ventrem atque inguina hauſit, & in ſpatium ingens ruentem porrexit hoſtem. Jacentis inde corpus, ab omni alia vexatione intactum, B uno torque ſpoliavit: quem reſperſum cruore collo circumdedit ſuo. Defixerat pavor cum admiratione Gallos. Romani alacres ab ſtatione obviam militi ſuo progreſſi, laudantes gratulanteſque ad Dictatorem perducunt. Inter, carminum prope modum, incondita quædam militariter joculantes, *Torquati* cognomen auditum; celebratum deinde poſteris etiam, familiæque honori fuit. Dictator coronam auream addidit donum, miriſque pro concione eam pugnam laudibus tulit. An. U. C. 392.

Et, Hercle, tanti ea ad univerſi belli eventum momenti dimicatio fuit, ut Gallorum exercitus proxima nocte, relictis trepidè caſtris, in Tiburtem agrum, atque inde ſocietate belli facta, commeatuque benigno ab Tiburtibus adjutus, mox in Campaniam tranſierit. Ea fuit cauſa, cur proximo anno C. Pœtelius Balbus Conſul, quum Collegæ ejus M. Fabio Ambuſto Hernici provincia eveniſſet, adverſus Tiburtes juſſu populi exercitum duceret: ad quorum auxilium quum Galli ex Cam- C pania rediſſent, fœdæ populationes in Lavicano Tuſculanoque & Albano agro, haud dubiè Tiburtibus ducibus, ſunt factæ. Et quum adverſus Tiburtem hoſtem duce Conſule contenta reſpublica eſſet, Gallicus tumultus Dictatorem creari coegit. Creatus Q. Servilius Ahala T. Quintium Magiſtrum equitum dixit: & ex auctoritate Patrum, ſi proſperè id bellum eveniſſet, ludos magnos vovit. Dictator ad continendos proprio bello Tiburtes, conſulari exercitu juſſo manere, omnes juniores, nullo detrectante militiam, ſacramento adegit. Pugnatum haud procul porta Collina eſt totius viribus urbis, in conſpectu parentum conjugumque ac liberorum: quæ magna, etiam abſentibus, hortamenta animi, tum ſubjecta oculis, ſimul verecundia miſericordiaque militem accendebant. Magna utrimque edita cæde, avertitur tandem acies Gallorum. Fuga Tibur, ſicut arcem belli Gallici, petunt: palati à Conſule Pœtelio haud procul Tibure excepti, egreſſis ad opem ferendam Tibur- D tibus, ſimul cum his intra portas compelluntur..... Pœtelius de Gallis Tiburtibuſque geminum triumphum egit. Cap. 11. An. U. C. 393.

Gallici quoque belli fama increbreſcebat. Sed inter multos terrores ſolatio fuit pax Latinis petentibus data, & magna vis militum ab iis fœdere vetuſto, quod multis intermiſerant annis, accepta. Quo præſidio, quum fulta res Romana eſſet, levius fuit quod Gallos mox Prænеſte veniſſe, atque inde circa Pedum conſediſſe auditum eſt. Dictatorem dici C. Sulpicium placuit: Conſul ad id accitus C. Plautius dixit. Magiſter equitum Dictatori additus M. Valerius. Hi robora militum, ex duobus conſularibus exercitibus electa, adverſus Gallos duxerunt. Lentius id aliquantò bellum, quàm parti utrique placebat, fuit. Quum primò Galli tantùm avidi certaminis fuiſſent, deinde Romanus miles ruendo in arma ac dimicationem, aliquantùm Gallicam ferociam vinceret; Dictatori neutiquam placebat, quando nulla E cogeret res, fortunæ ſe committere adverſus hoſtem, quem tempus deteriorem in dies & locus alienus faceret, ſine præparato commeatu, ſine firmo munimento morantem: ad hoc iis animis corporibuſque, quorum omnis in impetu vis eſſet, parvâ eadem langueſceret morâ. His conſiliis Dictator bellum trahebat, gravemque edixerat pœnam, ſi quis injuſſu in hoſtem pugnaſſet. Milites ægrè id patientes, primò in ſtationibus vigiliiſque inter ſe Dictatorem ſermonibus carpere, interdum Patres communiter increpare, quòd non juſſiſſent per Conſules geri bellum..... Cap. 12. An. U. C. 395.

Dum hæc loquuntur, jumenta fortè paſcentia extra vallum Gallo abigenti duo milites Romani ademerunt. In eos ſaxa conjecta à Gallis: deinde ab Romana ſtatione clamor ortus, ac procurſum utrimque eſt. Jamque haud procul juſto prælio res erant, ni celeriter diremptum certamen per centuriones eſſet. Affirmata certè eo caſu Tullii apud Dictatorem fides eſt: nec recipiente jam dilationem re, in poſterum Cap. 14.

Digitized by Google

An. U. C. 395. diem edicitur, acie pugnaturos. Dictator tamen, ut qui magis animis quàm viribus fretus ad certamen descenderet, omnia circumspicere atque agitare cœpit, ut arte aliqua terrorem hostibus incuteret; solerti animo rem novam excogitat, qua deinde multi nostri atque externi imperatores, nostra quoque quidam ætate usi sunt. Mulis strata detrahi jubet: binisque tantùm centunculis relictis, agasones partim captivis, partim ægrorum armis ornatos imponit. His fere mille effectis, centum admiscet equites: & nocte super castra in montes evadere, ac silvis se occultare jubet; neque inde antè moveri, quàm ab se acciperent signum. Ipse ubi illuxit, in radicibus montium extendere aciem cœpit sedulò, ut adversus montes consisteret hostis. Instructo jam vani terroris apparatu, qui quidem terror plus penè veris viribus profuit; primò credere duces Gallorum, non descensuros in æquum Romanos; deinde ubi degressos repentè viderunt, & ipsi avidi certaminis in prælium ruunt: priúsque pugna cœpit, quàm signum ab ducibus daretur. A B

Cap. 15. Acriùs invasere Galli dextrum cornu: neque sustineri potuissent, ni fortè eo loco Dictator fuisset, Sex. Tullium nomine increpans, rogitansque: *Siccine pugnaturos milites spopondisset? Ubi illi clamores sint arma poscentium? Ubi minæ injussu imperatoris prælium inituros? En ipsum imperatorem clara voce vocare ad prælium, & ire armatum ante prima signa. Ecquis sequeretur eorum, qui modò ducturi fuerint, in castris feroces, in acie pavidi?* Vera audiebant: itaque tantos pudor stimulos admovit, ut ruerent in hostium tela, alienatis à memoria periculi animis. Hic primò impetus propè vecors turbavit hostes: eques deinde emissus turbatos avertit. Ipse Dictator, postquàm labantem una parte vidit aciem, signa in lævum cornu confert, quò turbam hostium congregari cernebat, & iis, qui in monte erant, signum quod convenerat, dedit. Ubi inde quoque novus clamor ortus, & tendere obliquo monte ad castra Gallorum visi sunt; tum metu, ne excluderentur, omissa pugna est, cursuque effuso ad castra ferebantur. Ubi quum occurrisset eis M. Valerius Magister equitum, qui profligato dextro cornu obæquitabat hostium munimentis, ad montes silvasque vertunt fugam: plurimique ibi à fallaci equitum specie, agasonibusque excepti sunt: & eorum quos pavor pertulerat in silvas, atrox cædes post sedatum prælium fuit. Nec alius post M. Furium, quàm C. Sulpicius, justiorem de Gallis egit triumphum: auri quoque ex Gallicis spoliis satis magnum pondus saxo quadrato septum in Capitolio sacravit. C

Cap. 23. M. Popillius Lænas, à plebe Consul, à Patribus L. Cornelius Scipio datus.
An. U. C. 403. Fortuna quoque illustriorem plebeium Consulem fecit. Nam quum ingentem Gallorum exercitum in agro Latino castra posstuisse nunciatum esset; Scipione gravi morbo implicito, Gallicum bellum Popillio extra ordinem datum. Is impigrè exercitu scripto, quum omnes extra portam Capenam ad Martis ædem convenire armatos juniores jussisset, signaque eódem quæstores ex ærario deferre; quatuor expletis legionibus, quod superfuit militum, P. Valerio Poplicolæ prætori tradidit: auctor Patribus scribendi alterius exercitûs, quod ad incertos belli eventus subsidium reipublicæ esset. Ipse jam satis omnibùs instructis comparatisque, ad hostem pergit: cujus ut priùs noscèret vires, quàm periculo ultimo tentaret; in tumulo, quem proximum castris Gallorum capere potuit, vallum ducere cœpit. Gens ferox & ingenii avidi ad pugnam, quum procul visis Romanorum signis, extemplò prælium initura explicuisset aciem; postquàm neque in æquum dimitti agmen vidit, & quum loci altitudine, tum vallo etiam tegi Romanos: perculsos pavore rata, simul opportuniores, quòd intenti tum maximè operi essent, truci clamore aggreditur. Ab Romanis nec opus intermissum, (triarii erant qui muniebant) & ab hastatis principibusque, qui pro munitoribus intenti armatique steterant, prælium initum. Præter virtutem locus quoque superior adjuvit, ut pila omnia hastæque, non tamquam ex æquo missa vana (quod plerumque fit) caderent; sed omnia librata ponderibus figerentur, oneratique telis Galli, quibus aut corpora transfixa, aut prægravata inhærentibus gerebant scuta, quum cursu penè in adversum subissent, primò incerti restitere: dein quum ipsa cunctatio & his animos minuisset, & auxisset hosti, impulsi retrò ruere alii super alios, stragemque inter se cæde ipsa fœdiorem dare: adeò præcipiti turba obtriti plures, quàm ferro necati. D E

Cap. 24. Necdum certa Romanis victoria erat: alia in campum degressis supererat moles. Namque multitudo Gallorum sensum omnem talis damni exsuperans, velut nova rursus exoriente acie, integrum militem adversus victorem hostem ciebat: stetitque suppresso impetu Romanus; & quia iterum fessis subeunda dimicatio

Digitized by Google

A erat, & quòd Conſul, dum inter primores incautus agitat, lævo humero (a) matari propè trajecto, ceſſerat parumper ex acie. Jamque omiſſa cunctando victoria erat, quum Conſul vulnere alligato revectus ad prima ſigna: *Quid ſtas miles?* inquit. *Non cum Latino Sabinoque hoſte res eſt, quem victum armis, ſocium ex hoſte facias. In belluas ſtrinximus ferrum: hauriendus aut dandus eſt ſanguis. Pepuliſtis à caſtris; ſupina valle præcipites egiſtis, ſtratis corporibus hoſtium ſuperſtatis. Complete eadem ſtrage campos, qua montes repleſtis. Nolite exſpectare dum ſtantes vos fugiant: inferenda ſunt ſigna, & vadendum in hoſtem.* His adhortationibus iterum coorti, pellunt loco primos manipulos Gallorum: cuneis deinde in medium agmen perrumpunt. Inde barbari diſſipati, quibus nec certa imperia, nec duces eſſent, vertunt impetum in ſuos: fuſique per campos, & præter caſtra etiam ſua fuga prælati, quod editiſſimum inter æquales tumulos occurrebat oculis, arcem Albanam petunt. Conſul non ultra ca-
B ſtra inſecutus, quia & vulnus degravabat, & ſubjicere exercitum pugna feſſum novo labori nolebat, à perſequendo hoſte continuit, tumulis ab hoſte occupatis. Præda omni caſtrorum militi data, victorem exercitum, opulentumque Gallicis ſpoliis Romam reduxit..... An. U. C. 403.

Priuſquàm inirent novi Conſules Magiſtratum, triumphus à Popillio de Gallis actus magno favore plebis..... Annus multis variiſque motibus fuit inſignis. Galli ex Albanis montibus, quia hiemis vim pati nequiverant, per campos maritimaque loca vagi populabantur. Mare infeſtum claſſibus Græcorum erat; oraque littoris Antiatis, Laurenſque tractus, & Tiberis oſtia: ut prædones maritimi cum terreſtribus congreſſi, ancipiti ſemel prælio decertarint, dubiique diſceſſerint in caſtra Galli, Græci retrò ad naves, victos ſe an victores putarent..... Inter cætera triſtia ejus anni, Conſul alter Ap. Claudius in ipſo belli apparatu moritur: redierantque res
C ad Camillum, cui unico Conſuli, vel ob aliam dignationem haud ſubjiciendam Dictaturæ, vel ob omen fauſtum ad Gallicum tumultum cognominis, Dictatorem arrogari haud ſatis decorum viſum eſt Patribus. Conſul duabus legionibus urbi præpoſitis, octo cum L. Pinario prætore diviſis, memor paternæ virtutis, Gallicum ſibi bellum extra ſortem ſumit: prætorem maritimam oram tutari, Græcoſque arcere littoribus juſſit: & quum in agrum Pomptinum deſcendiſſet, quia neque in campis congredi nulla cogente re volebat, & prohibendo populationibus, quos rapto vivere neceſſitas cogeret, ſatis domari credebat hoſtem; locum idoneum ſtativis delegit. Cap. 25. An. U. C. 404.

Ubi quum ſtationibus quieti tempus tererent, Gallus proceſſit magnitudine atque armis inſignis; quatienſque ſcutum haſta, quum ſilentium feciſſet, provocat per interpretem, unum ex Romanis, qui ſecum ferro decernat. M. erat Valerius Tribu-
D nus militum, adoleſcens, qui haud indigniorem eo decore ſe quàm T. Manlium ratus, priùs ſciſcitatus Conſulis voluntatem, in medium armatus proceſſit. Minùs inſigne certamen humanum, numine interpoſito Deorum, factum. Namque conſerenti jam manum Romano corvus repente in galea conſedit, in hoſtem verſus: quod primò ut augurium cælo miſſum, lætus accepit tribunus: precatus deinde, ſi divus, ſi diva eſſet, qui ſibi præpetem miſiſſet, volens propitius adeſſet. Dictu mirabile, tenuit non ſolùm ales captam ſemel ſedem, ſed quotieſcumque certamen initum eſt, levans ſe alis, os oculoſque hoſtis roſtro & unguibus appetiit; donec territum prodigii talis viſu, oculiſque ſimul ac mente turbatum, Valerius obtruncat. Corvus è conſpectu elatus orientem petit. Hactenus quietæ utrimque ſtationes fuere. Poſtquàm ſpoliare corpus cæſi hoſtis Tribunus cœpit; nec Galli ſe ſtatione tenuerunt, & Romanorum curſus ad victorem etiam ocior fuit. Ibi circa ja-
E centis Galli corpus contracto certamine, pugna atrox concitatur. Jam non manipulis proximarum ſtationum, ſed legionibus utrimque effuſis res geritur. Camillus lætum militem victoria Tribuni, lætum tam præſentibus ac ſecundis Diis, ire in prælium jubet: oſtentanſque inſignem ſpoliis Tribunum, *Hunc imitare miles*, aiebat, *& circa jacentem ducem ſterne Gallorum catervas.* Dii homineſque illi affuere pugnæ; depugnatumque haudquaquam certamine ambiguo cum Gallis eſt: adeò duorum militum eventum, inter quos pugnatum erat, utraque acies animis præceperat. Inter primos, quorum concurſus alios exciverat, atrox prælium fuit: alia multitudo, priuſquàm ad conjectum teli veniret, terga vertit. Primò per Volſcos Falernumque agrum diſſipati ſunt: inde Apuliam ac mare ſuperum petierunt. Cap. 26.

(a) *Mataris* teli Gallici genus eſt: hinc *materis tranſalpina* dicitur Ciceroni lib. 4. Rhetor.

Digitized by Google

A

EX LIBRO VIII.

Cap. 14. An. U. C. 415. TIBURTES Præneſtinique agro mulctati: neque ob recens tantùm rebellionis, commune cum aliis Latinis, crimen; ſed quòd, tædio imperii Romani, cum Gallis, gente efferata, arma quondam conſociaſſent.

Cap. 20. An. U. C. 424. Nondum perfunctos cura Privernatis belli, tumultûs Gallici fama atrox invaſit; haud fermè unquam neglecta Patribus. Extemplò igitur Conſules novi, L. Æmilius Mamercinus, & C. Plautius, eo ipſo die, Calendis Quintilibus, quo magiſtratus inierunt, comparare inter ſe provincias juſſi: & Mamercinus, cui Gallicum bellum evenerat, ſcribere exercitum ſine ulla vacationis venia: quin opificum quoque vulgus, & ſellularii, minimè militiæ idoneum genus, exciti dicuntur. Veioſque ingens exercitus contractus, ut inde obviam Gallis iretur. Longiùs diſcedi, B ne alio itinere hoſtis falleret ad urbem incedens, non placuit. Paucos deinde poſt dies ſatis explorata temporis ejus quiete à Gallis, Privernum omnis converſa vis.

EX LIBRO IX.

Cap. 29. An. U. C. 441. PROFLIGATO ferè Samnitium bello priuſquàm ea cura decederet Patribus Romanis, Etruſci belli fama exorta eſt: nec erat ea tempeſtate gens alia, cujus ſecundùm Gallicos tumultus arma terribiliora eſſent.

EX LIBRO X.

C

Cap. 2. An. U. C. 451. HÆC ubi Patavium ſunt nunciata (ſemper autem eos in armis accolæ Galli habebant) in duas partes juventutem dividunt [Patavini].

Cap. 10. An. U. C. 454. Eodem anno ab Etruſcis adverſus inducias paratum bellum. Sed eos alia molientes Gallorum ingens exercitus fines ingreſſus, pauliſper à propoſito avertit. Pecunia deinde, qua multùm poterant, freti, ſocios ex hoſtibus facere Gallos conantur; ut eo adjuncto exercitu cum Romanis bellarent. De ſocietate haud abnuunt barbari: de mercede agitur; qua pacta acceptaque, quum parata cætera ad bellum eſſent, ſequique Etruſcus juberet, inficias eunt mercedem ſe belli Romanis inferendi pactos: quicquid acceperint, accepiſſe ne agrum Etruſcum vaſtarent, armiſque laceſſerent cultores: militaturos tamen ſe, ſi utique Etruſci velint, ſed nulla alia mercede, quàm ut in partem agri accipiantur, tandemque aliqua ſede certa conſiſtant. Multa de eo concilia populorum Etruriæ habita: nec perfici quicquam D potuit, non tam quia imminui agrum, quàm quia accolas ſibi quiſque adjungere tam efferatæ gentis homines horrebat. Ita dimiſſi Galli, pecuniam ingentem ſine labore ac periculo partam retulerunt. Romæ terrorem præbuit fama Gallici tumultûs ad bellum Etruſcum adjecti: eò minùs cunctanter fœdus ictum cum Picenti populo eſt.

Cap. 16. An. U. C. 457. Quo coacto [principum Etruriæ concilio, Samnites] exponunt..... unam ſibi ſpem reliquam in Etruſcis reſtare: ſcire gentem Italiæ opulentiſſimam armis, viris & pecunia eſſe: habere accolas Gallos inter ferrum & arma natos, feroces quum ſuopte ingenio, tum adverſus Romanum populum, quem captum à ſe auroque redemptum, haud vana jactantes memorent.

Cap. 18. Tuſci ferè omnes conſciverant bellum: traxerat contagio proximos Umbriæ populos: & Gallica auxilia mercede ſollicitabantur. E

Cap. 21. Per eos fortè dies ex Etruria allatum erat, poſt deductum inde Volumnianum exercitum, Etruriam concitam in arma, & Gellium Egnatium Samnitium ducem, & Umbros ad defectionem vocari, & Gallos pretio ingenti ſollicitari..... Avertit ab eis curis Senatum Etruriæ ingraveſcens bellum, & crebræ literæ Appii monentis ne regionis ejus motum negligerent: quatuor gentes conferre arma, Etruſcos, Samnites, Umbros, Gallos: jam caſtra bifariàm facta eſſe, quia unus locus capere tantam multitudinem non poſſit.

Cap. 26. An. U. C. 458. Cæterùm, antequàm Conſules in Etruriam pervenirent, Senones Galli multitudine ingenti ad Cluſium venerunt; legionem Romanam caſtraque oppugnaturi. Scipio qui caſtris præerat, loco adjuvandam paucitatem ſuorum militum ratus; in colle, qui inter urbem & caſtra erat, aciem erexit. Sed, ut in re ſubita, parum explorato

Digitized by Google

A itinere ad jugum perrexit, quod hostes ceperant, parte alia egressi: ita cæsa ab tergo legio; atque in medio, quum hostis undique urgeret, circumventa. Deletam quoque ibi legionem, ita ut nuncius non supereſſet, quidam auctores sunt; nec antè ad Consules, qui jam haud procul à Clusio aberant, famam ejus cladis perlatam, quàm in conspectu fuere Gallorum equites, pectoribus equorum suspensa gestantes capita, & lanceis infixa, ovantesque moris sui carmine. Sunt qui Umbros fuisse, non Gallos tradant: nec tantùm cladis acceptum: & circumventis pabulatoribus cum L. Manlio Torquato legato, Scipionem proprætorem subsidium è castris tulisse; victoresque Umbros, redintegrato prælio, victos esse; captivosque eis ac prædam ademptam. Similius vero est, à Gallo hoste quàm Umbro eam cladem acceptam, quòd, quum sæpe aliàs, tum eo anno, Gallici tumultûs præcipuus terror civitatem tenuit. Itaque præterquàm quòd ambo Consules profecti ad bellum
B erant cum quatuor legionibus, & magno equitatu Romano, Campanisque mille equitibus delectis ad id bellum missis, & sociorum nominisque Latini majore exercitu, quàm Romani, alii duo exercitus haud procul urbe, Etruriæ oppositi; unus in Falisco, alter in Vaticano agro. Cn. Fulvius, & L. Postumius Megellus, prætores ambo, stativa in eis locis habere jussi. An. U. C. 458.

Consules ad hostes, transgresso Apennino, in agrum Sentinatem pervenerunt. Cap. 27.
Ibi quatuor millium fermè intervallo castra posita. Inter hostes deinde consultationes habitæ: atque ita convenit, ut ne unis castris miscerentur omnes, neve in aciem descenderent simul. Samnitibus Galli, Etruscis Umbri adjecti. Dies indicta pugnæ. Samnitibus Gallisque delegata pugna: inter ipsum certamen Etrusci Umbrique jussi castra Romana oppugnare. Hæc consilia turbarunt transfugæ Clusini tres, clam nocte ad Fabium Consulem transgressi: qui editis hostium consiliis dimissi cum
C donis, ut subinde, ut quæque res nova decreta esset, exploratam perferrent. Consules Fulvio, ut ex Falisco, Postumio, ut ex Vaticano exercitum ad Clusium admoveant, summaque vi fines hostium depopulentur, scribunt. Hujus populationis fama
* Etruscos ex agro Sentinate ad suos fines tuendos movit. Instare inde Consules, ut absentibus iis pugnaretur: per biduum lacessiere prælio hostem: biduo nihil dignum dictu actum. Pauci utrimque cecidere: magisque irritati sunt ad justum certamen animi, quàm ad discrimen summa rerum adducta: tertio die descensum in campum omnibus copiis est. Quum instructæ acies starent, cerva fugiens lupum, è montibus exacta, per campos inter duas acies decurrit: inde diversæ feræ, cerva ad Gallos, lupus ad Romanos cursum deflexit. Lupo data inter ordines via, cervam Galli confixere. Tum ex antesignanis Romanus miles, *Illac fuga*, inquit, *& cædes vertit, ubi sacram Dianæ feram jacentem videtis. Hinc victor Martius lupus,*
D *integer & intactus, gentis nos Martiæ & conditoris nostri admonuit.* Dextro cornu Galli, siniſtro Samnites constiterunt. Adversus Samnites Fabius primam ac tertiam legiones pro dextro cornu: adversus Gallos pro siniſtro Decius quintam & sextam instruit: secunda & quarta cum L. Volumnio proconsule in Samnio gerebant bellum. Primo concursu adeò æquis viribus gesta res est, ut, si affuissent Etrusci & Umbri, aut in acie, aut in castris, quocumque se inclinassent, accipienda clades fuerit.

Cæterùm, quamquam communis adhuc Mars belli erat, necdum discrimen fortuna Cap. 28.
fecerat, quà datura vires esset; haudquaquam similis pugna in dextro lævoque cornu erat. Romani apud Fabium arcebant magis quàm inferebant pugnam; extrahebaturque in quàm maximè serum diei certamen: quia ita persuasum erat Duci, & Samnites & Gallos primo impetu feroces esse, quos sustineri satis sit: longiore certamine
E sensim residere Samnitium animos: Gallorum quidem etiam corpora intolerantissima laboris atque æstûs fluere, primaque eorum prælia plusquam virorum, postrema minùs quàm fœminarum esse. In id tempus igitur, quo vinci solebat hostis, quàm integerrimas vires militi servabat. Ferocior Decius & ætate & vigore animi, quantumcumque virium habuit, certamine primo effudit: & quia lentior videbatur pedestris pugna, equitatum in pugnam concitat: & ipse fortissimæ juvenum turmæ immissus, orat proceres juventutis, ut secum in hostem impetum faciant: duplicem illorum gloriam fore, si ab lævo cornu & ab equite victoria incipiat. Bis avertere Gallicum equitatum: iterum longiùs evectos, & jam inter media equitum agmina prælium cientes, novum pugnæ conterruit genus: essedis carrisque superstans armatus hostis, ingenti sonitu equorum rotarumque advenit, & insolitos ejus tumultus Romanorum conterruit equos. Ita victorem equitatum velut lymphaticus pavor dissipat: sternit inde

Digitized by Google

An. U. C. 458. ruentes equos viroſque improvida fuga. Turbata hinc etiam ſigna legionum : multique impetu equorum ac vehiculorum raptorum per agmen obtriti anteſignani : & inſecuta, ſimul territos hoſtes vidit, Gallica acies nullum ſpatium reſpirandi recipiendique ſe dedit. Vociferari Decius, quo fugerent? quamve in fuga ſpem haberent? obſiſtere cedentibus, ac revocare fuſos. Deinde ut nulla vi perculſos ſuſtinere poterat, patrem P. Decium nomine compellans, *Quid ultra moror*, inquit, *familiare fatum? Datum hoc noſtro generi eſt, ut luendis periculis publicis piacula ſimus.* Jam ego mecum legiones hoſtium mactandas Telluri ac Diis manibus dabo. Hæc locutus, M. Livium pontificem, quem deſcendens in aciem digredi vetuerat ab ſe, præire juſſit verba, quibus ſe legioneſque hoſtium pro exercitu populi Romani Quiritium devoveret. Devotus inde eadem precatione, eodemque habitu, quo pater P. Decius ad Veſerim bello (a) Latino ſe jufſerat devoveri. Quum ſecundum ſolemnes precationes adjeciſſet, præ ſe agere ſeſe formidinem ac fugam, cædemque ac cruorem, cæleſtium, inferorum iras : contacturum funebribus diris ſigna, tela, arma hoſtium; locumque eumdem ſuæ peſtis & Gallorum ac Samnitium fore. Hæc execratus in ſe hoſteſque, quà confertiſſimam cernebat Gallorum aciem, concitat equum : inferenſque ſe ipſe infeſtis telis interfectus eſt. A B

Cap. 29. Vix humanæ inde opis videri pugna potuit. Romani, duce amiſſo, quæ res terrori aliàs eſſe ſolet, ſiſtere fugam, ac novam de integro velle inſtaurare pugnam. Galli, & maximè globus circumſtans Conſulis corpus, velut alienata mente vana incaſſum jactare tela : torpere quidam & nec pugnæ meminiſſe, nec fugæ. At ex parte altera pontifex Livius, cui lictores Decius tradiderat, jufſeratque proprætorem eſſe, vociferari, Viciſſe Romanos, defunctos Conſulis fato : Gallos Samniteſque Telluris matris ac Deorum Manium eſſe : rapere ad ſe ac vocare Decium devotam ſecum aciem; furiarumque ac formidinis plena omnia ad hoſtes eſſe. Superveniunt deinde his reſtituentibus pugnam L. Cornelius Scipio & C. Marcius cum ſubſidiis ex noviſſima acie; juſſu Q. Fabii Conſulis ad præſidium collegæ miſſi. Ibi auditur P. Decii eventus; ingens hortamen ad omnia pro republica audenda. Itaque quum Galli ſtructis ante ſe ſcutis conferti ſtarent, nec facilis pede collato videretur pugna; juſſu legatorum collecta humi pila, quæ ſtrata inter duas acies jacebant, atque in teſtudinem hoſtium conjecta : quibus pleriſque in ſcuta, verutis in corpora ipſa fixis, ſternitur cuneus : ita ut magna pars integris corporibus attoniti conciderent. Hæc in ſiniſtro cornu Romanorum fortuna variaverat. Fabius in dextro cornu primò, ut antè dictum eſt, cunctando extraxerat diem : deinde, poſtquàm nec clamor hoſtium, nec impetus, nec tela miſſa, eamdem vim habere viſa; præfectis equitum juſſis ad latus Samnitium circumducere alas, ut ſigno dato in tranſverſos quanto maximo poſſent impetu incurrerent; ſenſim ſuos ſigna inferre juſſit, & commovere hoſtem. Poſtquàm non reſiſti vidit, & haud dubiam laſſitudinem eſſe; tum collectis omnibus ſubſidiis, quæ ad id tempus reſervaverat; & legiones concitavit, & ſignum ad invadendos hoſtes equitibus dedit. Nec ſuſtinuerunt Samnites impetum, præterque aciem ipſam Gallorum, relictis in dimicatione ſociis, ad caſtra effuſo curſu ferebantur. Galli teſtudine facta conferti ſtabant. Tum Fabius, audita morte collegæ, Campanorum alam, quingentos ferè equites, excedere acie jubet; & circumvectos ab tergo Gallicam invadere aciem : tertiæ deinde legionis ſubſequi principes, & quà turbatum agmen hoſtium viderent impetu equitum, inſtare ac territos cædere. Ipſe ædem Jovi Victori ſpoliaque hoſtium quum voviſſet; ad caſtra Samnitium perrexit, quò multitudo omnis conſternata agebatur. Sub ipſo vallo, quia tantam multitudinem portæ non recepere, tentata ab excluſis turbâ ſuorum pugna eſt. Ibi Gellius Egnatius imperator Samnitium cecidit : compulſi deinde intra vallum Samnites; parvoque certamine capta caſtra, & Galli ab tergo circumventi. Cæſa eo die hoſtium viginti quinque millia, octo capta : nec incruenta victoria fuit. Nam ex P. Decii exercitu cæſa ſeptem millia; ex Fabii, mille ac ducenti. Fabius, dimiſſis ad quærendum collegæ corpus, ſpolia hoſtium conjecta in acervum Jovi Victori cremavit. Conſulis corpus eo die, quia obrutum ſuperſtratis Gallorum cumulis erat, inveniri non potuit : poſtero die inventum, relatumque eſt cum multis militum lacrymis..... C D E

Cap. 30. Q. Fabius, Deciano exercitu relicto in Etruria, ſuis legionibus deductis ad Urbem, de Gallis Etruſciſque ac Samnitibus triumphavit.

(a) Cicero lib. 1. Tuſcul. narrat patrem Decium bello Gallico, filium Etruſco Diis manibus ſeſe devoviſſe. Quod igitur ad bellum Latinum Livius, illud refert Cicero ad bellum Gallicum.

Digitized by Google

EX EPITOME LIB. XI.

A Coloniæ deductæ sunt, Castrum, Sena, Adria. An. U. C. 470.

EX EPITOME LIB. XII.

Quum Legati Romanorum à Gallis Senonibus interfecti essent, bello ob id Gallis indicto, L. Cæcilius (a) prætor cum legionibus ab iis cæsus est. An. U. C. 469.

EX EPITOME LIB. XX.

B Adversus Ligures tunc primùm exercitus promotus est..... Galli transalpini qui in Italiam irruperant cæsi sunt. An. 515.
Eo bello populus Romanus sui Latinique nominis trecenta millia armatorum habuisse dicitur. An. 518.
Exercitibus Romanis tum primùm trans Padum ductis, Galli Insubres aliquot præliis fusi, in deditionem venerunt. An. 530.
M. Claudius Marcellus Consul, occiso Insubrium Gallorum duce Viridomaro, optima An. 531.
spolia retulit..... Coloniæ deductæ in agro de Gallis capto, Placentia & Cremona. An. 535.

EX LIBRO XXI.

[Romani Legati dicebant] Sardos, Corsosque & Istros atque Illyrios lacessisse magis quàm exercuisse Romana arma: & cum Gallis tumultuatum veriùs quàm belligeratum. Pœnum hostem..... trahere secum tot excitos Hispanorum populos; concic Cap. 16. An. U. C. 535. turum avidas semper armorum Gallicas gentes: cum orbe terrarum bellum gerendum in Italia, ac pro mœnibus Romanis esse.

Cornelio minùs copiarum datum, quia L. Manlius prætor & ipse cum haud invalido præsidio in Galliam * mittebatur.... Duas legiones & quatuordecim millia sociorum peditum, mille equites socios, sexcentos Romanos Gallia provincia eodem (b) anno versa in Punicum bellum habuit. Cap. 17. * Cispadanam.

Itaque nequicquam peragrata Hispania [Legati Romani] in * Galliam transeunt (c). In his nova terribilisque species visa est: quòd armati (ita mos gentis erat) in concilium venerunt. Quum verbis extollentes virtutem gloriamque populi Romani ac magnitudinem imperii, petissent, ne Pœno bellum Italiæ inferenti, per agros urbesque suas transitum darent; tantus cum fremitu risus dicitur ortus, ut vix à magistratibus majoribusque natu juventus sedaretur. Adeò stolida impudensque poD stulatio visa est, censere, ne in Italiam transmittant Galli bellum, ipsos id avertere in se, agrosque suos pro alienis populandos objicere. Sedato tandem fremitu, responsum legatis est, Neque Romanorum in se meritum esse, neque Carthaginiensium injuriam, ob quæ aut pro Romanis, aut adversus Pœnos sumant arma: contra ea audire sese, gentis suæ homines agris finibusque Italiæ pelli à populo Romano, stipendiumque pendere, & cætera indigna pati. Eadem fermè in cæteris Galliæ conciliis dicta auditaque: nec hospitale quicquam pacatumve satis priùs auditum quàm Massiliam venerunt. Ibi omnia ab sociis inquisita cum cura ac fide, cognita, præoccupatos jam ab Annibale Gallorum animos esse: sed ne illi quidem ipsi satis mitem gentem fore (adeò ferocia atque indomita ingenia esse) ni subinde auro, cujus avidissima gens est, principum animi concilientur. Ita peragratis Hispaniæ & Galliæ populis, Legati Romam redeunt. Cap. 20. * Transalpinam.

E Hoc visu lætus [Annibal] tripartitò Iberum copias trajecit, præmissis, qui Gallorum animos, quà traducendus exercitus erat, donis conciliarent, Alpiumque transitus specularentur: nonaginta millia peditum; duodecim millia equitum Iberum traduxit. Cap. 23.

Inde ne mora atque otium animos sollicitarent, cum reliquis copiis Pyrenæum transgreditur; & ad oppidum (d) Illiberim castra locat. Galli, quamquam Italiæ Cap. 24.

(a) Narrat Polybius antè Cæcilium cæsum, quàm Legati Romanorum à Senonibus sunt interfecti: Coloniamque Senam deductam post devictos Senones, quod vero propius videtur.

(b) Notat Gronovius in omnibus scriptis deesse *anno*, & pro *eodem* corrigendum *nondum*, ideoque legendum: *Gallia Provincia nondum versa in Punicum bellum*: hoc est, priusquàm eò adducerent ambo Consules copias suas Annibali opponendas: priusquàm ea sedes & campus belli Punici fieret.

(c) Putat Sigonius hoc loco excidisse nomen ejus populi, quem primum in Gallia Transalpina Legati Romani adierunt.

(d) Hinc invictè demonstrari putat Petrus de Marca,

Digitized by Google

An. U. C. 535. bellum inferri audiebant, tamen quia vi ſubactos trans Pyrenæum Hiſpanos fama erat, præſidiaque valida impoſita, metu ſervitutis ad arma conſternati, Ruſcinonem aliquot populi conveniunt. Quod ubi Annibali nunciatum eſt, moram magis quàm bellum metuens, oratores ad regulos eorum miſit, colloqui ſemet ipſum velle cum his; & vel illi propius Illiberim accederent, vel ſe Ruſcinonem proceſſurum, ut ex propinquo congreſſus facilior eſſet: nam & accepturum eos in caſtra ſua ſe lætum, nec cunctanter ſeipſum ad eos venturum. Hoſpitem enim ſe Galliæ, non hoſtem adveniſſe: nec ſtricturum antè gladium, ſi per Gallos liceat, quàm in Italiam veniſſet: & per nuncios quidem hæc. Ut verò reguli Gallorum, caſtris ad Illiberim extemplò motis, haud gravatè ad Pœnum venerunt; capti donis, cum bona pace exercitum per fines ſuos præter Ruſcinonem oppidum tranſmiſerunt. A

Cap. 25. In Italiam interim nihil ultra quàm Iberum tranſiſſe Annibalem, à Maſſilienſium Legatis Romam perlatum erat: quum perinde ac ſi Alpes jam tranſiſſet, Boii ſollicitatis Inſubribus defecerunt: nec tam ob veteres in populum Romanum iras, quàm quòd nuper circa Padum Placentiam Cremonamque colonias in agrum Gallicum deductas ægrè patiebantur. Itaque armis repentè arreptis, in eum ipſum agrum impetu facto, tantùm terroris ac tumultûs fecerunt, ut non agreſtis modò multitudo, ſed ipſi Triumviri Romani, qui ad agrum venerant aſſignandum, diffiſi Placentiæ mœnibus, Mutinam confugerint, C. Lutatius, C. Servilius, T. Annius. Lutatii nomen haud dubium eſt: pro C. Servilio & T. Annio, Q. Acilium, & C. Herennium habent quidam Annales: alii P. Cornelium Aſinam, & C. Papirium Maſonem. Id quoque dubium eſt, Legati ad expoſtulandum ad Boios miſſi, violati ſint, an in Triumviros agrum metantes impetus ſit factus. Mutinæ quum obſiderentur, & gens ad oppugnandarum urbium artes rudis, pigerrima eadem ad militaria opera, ſegnis intactis aſſideret muris; ſimulari cœptum de pace agi: evocatique ab Gallorum principibus Legati ad colloquium, non contra jus modò gentium, ſed violata etiam, quæ data in id tempus erat, fide, comprehenduntur; negantibus Gallis, niſi obſides ſibi rederentur, eos dimiſſuros. Quum hæc de Legatis nunciata eſſent, & Mutina præſidiumque in periculo eſſet; L. Manlius prætor ira accenſus, effuſum agmen ad Mutinam ducit. Silvæ tunc circa viam erant, pleriſque incultis: ibi inexploratò profectus, in inſidias præcipitatus, multaque cum cæde ſuorum ægrè in apertos campos emerſit. Ibi caſtra communita, & quia Gallis ad tentanda ea defuit ſpes, refecti ſunt militum animi, quamquam acciſas res ſatis conſtabat. Iter deinde de integro cœptum, nec, dum per patentia loca ducebatur agmen, apparuit hoſtis: ubi rurſus ſilvæ intratæ, tum poſtremos adorti, cum magna trepidatione ac pavore omnium, octingentos milites occiderunt, ſex ſigna ademere. Finis & Gallis territandi, & pavendi Romanis fuit, ut ex ſaltu invio atque impedito evaſere. Inde apertis locis facilè tutantes agmen Romani, Tanetum, vicum propinquum Pado, contendere: ibi ſe munimento ad tempus, commeatibuſque fluminis, & Brixianorum Gallorum auxilio adverſus creſcentem in dies multitudinem hoſtium tutabantur. B C D

Cap. 26. Qui tumultus repens poſtquàm eſt Romam perlatus, & Punicum inſuper Gallico bello auctum Patres acceperunt; C. Atilium prætorem cum una legione Romana, & quinque millibus ſociorum delectu novo à Conſule conſcriptis, auxilium ferre Manlio jubent: qui ſine ullo certamine (abſceſſerant enim metu hoſtes) Tanetum pervenit. Et P. Cornelius in locum ejus, quæ miſſa cum prætore fuerat, tranſcripta legione nova, profectus ab urbe ſexaginta longis navibus præter oram Etruriæ Ligurumque, & inde Salyum montes, pervenit Maſſiliam, & ad proximum oſtium Rhodani (pluribus enim diviſus amnis in mare decurrit) caſtra locat. Vixdum ſatis credens Annibalem ſuperaſſe Pyrenæos montes: quem ut de Rhodani quoque tranſitu agitare animadvertit; incertus quonam ei loco occurreret, necdum ſatis refectis ab jactatione maritima militibus; trecentos interim delectos equites, ducibus Maſſilienſibus & auxiliaribus Gallis, ad exploranda omnia, viſendoſque ex tuto hoſtes præmittit. Annibal, cæteris metu aut pretio pacatis, jam in Volcarum pervenerat agrum, gentis validæ. Colunt autem circa (a) utramque ripam Rhodani: ſed diffiſi citeriore E

Illiberim oppidum fuiſſe diverſum à *Caucolibero*, vulgò *Colioure*. Satinne, inquit, ſanæ mentis hominem putaremus, qui tot peditum & equitum millia alibi ſua caſtra habuiſſe crederet quàm in loco ſaltem aquationi equorum commodo? Ea ut facilis erat atque expedita in vaſto illo campo qui ab oppido *Helena* per Teci ripas promittitur, ita in aridiſſimo *Caucoliberi* ſolo & in prærupto montis jugo ne mente quidem concipi poteſt.

(a) Volcæ Arecomici Strabonis ætate ad alteram tantùm fluminis ripam incolebant, ut clarè ipſe docet, ἐκ̀ θάτερα μέρη τοῦ ποταμοῦ. Videntur tamen tempore, quo Annibal Rhodanum tranſmiſit, utramque hujus fluminis ripam occupaſſe.

agro

Digitized by Google

A agro arceri Pœnum posse; ut flumen pro munimento haberent; omnibus fermè suis trans Rhodanum trajectis, ulteriorem ripam amnis obtinebant. Cæteros accolas fluminis Annibal, & eorum ipsorum, quos sedes suæ tenuerant, simul perlicit donis ad naves undique contrahendas fabricandasque; simul & ipsi trajici exercitum, levarique quamprimùm regionem suam, tanta urgente hominum turba, cupiebant. Itaque ingens coacta vis navium est, lintriumque temerè ad vicinalem usum paratarum: novasque alias primùm Galli inchoantes cavabant ex singulis arboribus: deinde & ipsi milites, simul copia materiæ, simul facilitate operis inducti, alveos informes (nihil, dummodò innare aquæ & capere onera possent, curantes) raptim faciebant, quibus se suaque transveherent. An. U. C. 535.

Jamque omnibus satis comparatis ad trajiciendum, terrebant ex adverso hostes, omnem ripam equites virique obtinentes; quos ut averteret, Hannonem Bomilca- Cap. 27.
B ris filium vigilia prima noctis cum parte copiarum, maximè Hispanis, adverso flumine ire iter unius diei jubet: & ubi primò posset, quàm occultissimè trajecto amni, circumducere agmen, ut quum facto opus sit, adoriatur ab tergo hostem. Ad id dati duces Galli educunt inde millia quinque & viginti fermè, supra parvæ insulæ circumfusum amnem; latiorem ubi dividebatur, eóque minùs alto alveo, transitum ostendêre: ibi raptim cæsa materia, ratesque fabricatæ, in quibus equi virique & alia onera trajicerentur. Hispani, sine ulla mole in utres vestimentis conjectis, ipsi cetris suppositis incubantes, flumen transnatavere. Et alius exercitus ratibus junctis trajectus, castris prope flumen positis, nocturno itinere atque operis labore fessus, quiete unius diei reficitur, intento duce ad consilium opportunè exsequendum. Postero die profecti ex loco, prodito fumo significant se transisse, & haud procul abesse. Quod ubi accepit Annibal, ne tempori deesset, dat signum ad trajiciendum. Jam paratas apta-
C tasque habebat pedes lintres; equites ferè propter equos nantes navium agmen ad excipiendum adversi impetum fluminis parte superiore transmittens, tranquillitatem infrà trajicientibus lintribus præbebat. Equorum pars magna nantes loris à puppibus trahebantur, præter eos, quos instratos frenatosque, ut extemplò egresso in ripam equiti usui essent, imposuerant in naves.

Galli occursant in ripam cum variis ululatibus cantuque moris sui; quatientes scuta Cap. 28.
supra capita, vibrantesque dextris tela: quamquam & ex adverso terrebat tanta vis navium cum ingenti sono fluminis, & clamore vario nautarum & militum, qui nitebantur perrumpere impetum fluminis, & qui ex altera ripa trajicientes suos hortabantur. Jam satis paventes adverso tumultu, terribilior ab tergo adortus clamor, castris ab Hannone captis. Mox & ipse aderat, ancepsque terror circumstabat: & è navibus tanta vis armatorum in terram evadens, & à tergo improvisa premebat acies. Galli, post-
D quàm vim facere conati, ultrò pellebantur; quà patere visum maximè iter, perrumpunt, trepidique in vicos passim suos diffugiunt. Annibal cæteris copiis per otium trajectis, spernens jam Gallicos tumultus, castra locat. Elephantorum trajiciendorum varia consilia fuisse credo: certè variata memoria actæ rei. Quidam, congregatis ad ripam elephantis, tradunt ferocissimum ex iis irritatum ab rectore suo, quum refugientem in aquam, nantem sequeretur, traxisse gregem; ut quemque timentem altitudinem destituerat vadum, impetu ipso fluminis in alteram ripam rapiente. Cæterùm magis constat, ratibus trajectos: id, ut tutius consilium ante rem foret, ita acta re ad fidem pronius est. Ratem unam ducentos longam pedes, quinquaginta latam à terra in amnem porrexerunt: quam, ne secundâ aquâ deferretur, pluribus retinaculis validis parte superiore ripæ religatam, pontis in modum humo injecta constraverunt, ut belluæ audacter velut per solum ingrederentur. Altera ratis æquè lata, longa
E pedes centum, ad trajiciendum flumen apta, huic copulata est. Et quum elephanti per stabilem ratem, tamquam viam, prægredientibus feminis acti, in minorem applicatam transgressi sunt; ea extemplò resolutis quibus leviter annexa erat vinculis, ab actuariis aliquot navibus ad alteram ripam pertrahitur: ita primis expositis, alii deinde repetiti ac trajecti sunt. Nihil sanè trepidabant, donec continenti velut ponte agerentur: primus erat pavor, quum soluta ab cæteris rate in altum raperentur. Ibi urgentes inter se, cedentibus extremis ab aqua, trepidationis aliquantùm edebant; donec quietem ipse timor circumspicientibus aquam fecisset. Excidere etiam sævientes quidam in flumen, sed pondere ipso stabiles, dejectis rectoribus, quærendis pedetentim vadis in terram evasere.

Dum elephanti trajiciuntur, interim Annibal Numidas equites quingentos ad ca- Cap. 29.
stra Romana miserat speculatum, ubi & quantæ copiæ essent, & quid pararent. Huic

Digitized by Google

An. U. C. 535. alæ equitum miſſi; ut antè dictum eſt, ab oſtio Rhodani trecenti Romanorum equites occurrunt: prælium atrocius quàm pro numero pugnantium editur. Nam præter multa vulnera, cædes etiam propè par utrimque fuit: fugaque & pavor Numidarum Romanis jam admodùm feſſis victoriam dedit: victores ad centum ſexaginta; nec omnes Romani, ſed pars Gallorum; victi ampliùs ducenti ceciderunt. Hoc principium, ſimulque omen belli, ut ſummæ rerum proſperum eventum, ita haud ſanè incruentam ancipitiſque certaminis victoriam Romanis portendit. Re ita geſta, ad utrumque ducem ſui redierunt. Nec Scipioni ſtare ſententia poterat; niſi ut ex conſiliis cœptiſque hoſtis & ipſe conatus caperet: & Annibalem incertum, utrùm cœptum in Italiam intenderet iter, an cum eo, qui primus ſe obtuliſſet Romanus exercitus, manus conſereret; avertit à præſenti certamine Boiorum legatorum regulique (a) Magali adventus, qui ſe duces itinerum, ſocios periculi fore affirmantes, integro bello, nuſquam antè libatis viribus, Italiam aggrediendam cenſent. A B

Cap. 31. Poſtero die profectus [Annibal] adverſa ripa Rhodani, mediterranea Galliæ petit, non quia rectior ad Alpes via eſſet; ſed quantùm à mari receſſiſſet, minùs obvium fore Romanum credens, cum quo priuſquàm in Italiam ventum foret, non erat in animo manus conſerere. Quartis caſtris ad Inſulam pervenit: ibi Arar (b) Rhodanuſque amnes (c) diverſis ex Alpibus decurrentes, agri aliquantulùm amplexi, confluunt in unum. Mediis campis Inſulæ nomen inditum. Incolunt propè Allobroges, gens jam inde nulla Gallica gente opibus aut fama inferior: tum diſcors erat. (d) Regni certamine ambigebant fratres; major, & qui priùs imperitarat, Brancus nomine, minore à fratre & cœtu juniorum, qui jure minùs, vi plus poterat, pellebatur. Hujus ſeditionis peropportuna diſceptatio quum ad Annibalem rejecta eſſet, arbiter regni factus, quod erat ſenatûs principumque ſententiâ futurum, imperium majori reſtituit: ob id meritum, commeatu copiaque rerum omnium, maximè veſtis, eſt C adjutus, quæ infames frigoribus Alpes præparare cogebant. Sedatis certaminibus Allobrogum, quum jam Alpes peteret, non recta regione iter inſtituit; ſed ad lævam in Tricaſtinos flexit: inde per extremam oram Vocontiorum agri tetendit in Tricorios: haud uſquam impedita via, priuſquàm ad Druentiam flumen pervenit. Is & ipſe Alpinus amnis, longè omnium Galliæ fluminum difficillimus tranſitu eſt: nam quum aquæ vim vehat ingentem; non tamen navium (e) patiens eſt: quia nullis coërcitus ripis; pluribus ſimul, neque iiſdem alveis fluens, nova ſemper vada novoſque gurgites faciens; & ob eadem pediti quoque incerta via eſt: ad hæc ſaxa glareoſa volvens, nihil ſtabile, nec tutum ingredienti præbet; & tum fortè imbribus auctus, ingentem tranſgredientibus tumultum fecit, quum ſuper cætera, trepidatione ipſi ſua atque incertis clamoribus turbarentur.

Cap. 32. Annibal ab Druentia campeſtri maximè itinere cum bona pace ad Alpes incolen- D tium ea loca Gallorum pervenit. Tum, quamquam famâ priùs, quæ incerta in majus vero ferre ſolet, præcepta res erat; tamen ex propinquo viſa montium altitudo, niveſque cælo propè immiſtæ, tecta informia impoſita rupibus, pecora jumentaque torrida frigore, homines intonſi & inculti, animalia inanimataque omnia rigentia gelu, cætera viſu quàm dictu fœdiora, terrorem renovavere. Erigentibus in primos agmen clivos, apparuerunt imminentes, tumulos inſidentes, (f) Montani: qui ſi valles occultiores inſediſſent, coorti in pugnam repentè, ingentem fugam ſtragemque dediſſent. Annibal conſiſtere ſigna jubet: Galliſque ad viſenda loca præmiſſis, poſtquàm comperit tranſitum eà non eſſe, caſtra inter confragoſa omnia præruptaque, quàm extenſiſſima poteſt valle, locat. Tum per eoſdem Gallos, haud ſanè multùm

(a) Hunc Magilum vocat Polybius.

(b) *Iſar* corrigendum, ut cuilibet patet iter Annibalis obſervanti. Si enim Annibal poſt Rhodani tranſitum uſque ad inſulam aſcendiſſet, quam Arar & Rodanus efficiunt, ipſi idem iter remetiendum fuiſſet, ut per Tricaſtinos, Vocontios, Tricorios & Druentiam ad Alpes perveniret.

(c) Fortè leg. *amnes diverſi.* Arar non ex Alpibus, ſed ex Vogeſo monte oritur. Iſara & Rhodanus ex Alpibus decurrunt.

(d) Apud Polybium non de Allobrogum regno ambigebant hi fratres. Imò major, cui Annibal regnum reſtituerat, illum per fines Allobrogum comitatus eſt, ab eiſque tutum præſtitit. Præterea iſti fratres non prope inſulam incolebant, ſed ipſam inſulam, cujus accolas barbaros vocabant Allobroges. Manifeſtè igitur apparet ex Polybio diverſum fuiſſe ab Allobrogum regione Branci regnum, quem Viennenſibus imperitaſſe putat Petrus de Marca in Diſſertat. de Primatu Lugdun. pag. 262. E

(e) Eadem habet Silius Italicus de ipſo fluvio. Navigabilis tamen poſtea factus eſt, fortè à Romanis.

(f) Montanos, qui in Alpibus cum Annibale dimicarunt, Allobroges fuiſſe diſſimulat egregiè Livius, etſi hoc diſertè ſcripſerit Polybius. Pugnare enim illi videbantur ſtudia Regis Allobrogum, ut ipſe poſuerat, erga Annibalem, & ſeditio in illis partibus ſopita, cum eorumdem Allobrogum certamine in Alpibus adverſus ipſum Annibalem. Maluit itaque Montanorum impetum deſcribere, non adjecto Allobrogum nomine. Quæ dixi eò pertinent, ut ſciatur Annibalis ætate, id eſt anno ante Chriſtum 218. Allobroges nondum tenuiſſe eam partem regionis, quæ prætenditur inferiori ripæ Rhodani uſque ad Iſaram. *Ita Petrus de Marca loco citato.*

Digitized by Google

A lingua moribusque abhorrentes, quùm se immiscuissent colloquiis Montanorum, edoctus interdiu tantùm obsideri saltum, nocte in sua quemque dilabi tecta; luce prima subiit tumulos, ut ex aperto atque interdiu vim per anguslias facturus. Die deinde, simulando aliud quàm quod parabatur, consumpto, quum eodem quo constituerant loco castra communissent; ubi primùm degressos tumulis Montanos, laxatasque sensit custodias, pluribus ignibus quàm pro numero manentium in speciem factis, impedimentisque cum equite relictis, & maxima parte peditum; ipse cum expeditis, acerrimo quoque viro, raptim anguslias evadit: iisque ipsis tumulis, quos hostes tenuerant, consedit. An. U. C. 535.

Prima deinde luce castra mota, & agmen reliquum incedere cœpit. Jam Montani signo dato ex castellis ad stationem solitam conveniebant, quum repentè conspiciunt alios, arce occupata sua, super caput imminentes, alios via transire hostes. Cap. 33.

B Utraque simul objecta res oculis, animis immobiles parumper eos defixit: deinde ut trepidationem in anguslis, suoque ipsum tumultu misceri agmen vidêre, equis maximè consternatis; quidquid adjecissent ipsi terroris, satis ad perniciem fore rati, perversis rupibus, juxta invia ac devia assueti discurrunt. Tum verò simul ab hostibus, simul ab iniquitate locorum Pœni oppugnabantur; plusque inter ipsos (sibi quoque tendente ut periculo priùs evaderet) quàm cum hostibus certaminis erat. Equi maximè infestum agmen faciebant, qui & clamoribus dissonis, quos nemora etiam repercussæque valles augebant, territi trepidabant; & icti fortè aut vulnerati adeò consternati sunt, ut stragem ingentem simul hominum ac sarcinarum omnis generis facerent: multosque turba, quum præcipites deruptæque utrimque anguslia essent, in immensum altitudinis dejecit; quosdam & armatos. Inde ruinæ maximæ modo, jumenta cum oneribus devolvebantur. Quæ quamquam fœda visu erant, stetit parumper ta-

C men Annibal, ac suos continuit, ne tumultum ac trepidationem augeret: deinde postquàm interrumpi agmen vidit, periculumque esse ne exutum impedimentis exercitum nequicquam incolumem traduxisset, decurrit ex superiore loco; & quum impetu ipso fudisset hostem, suis quoque tumultum auxit. Sed is tumultus momento temporis, postquàm liberata itinera fugâ Montanorum erant, sedatur: nec per otium modò, sed propè silentio mox omnes traducti. Castellum (a) inde, quod caput ejus regionis erat, vicosque circumjectos capit; & captivorum pecoribus per triduum exercitum aluit; & quia nec Montanis primò perculsis, nec loco magnopere impediebantur, aliquantùm eo triduo viæ confecit.

Perventum inde ad frequentem cultoribus alium, ut inter montana, (b) populum: ibi non bello aperto, sed suis artibus, fraude, deinde insidiis est propè circumventus. Cap. 34.

Magno natu principes castellorum oratores ad Pœnum veniunt, alienis malis,

D utili exemplo doctos memorantes, amicitiam malle, quàm vim experiri Pœnorum: itaque obedienter imperata facturos; commeatum itinerisque duces, & ad fidem promissorum obsides acciperet. Annibal nec temerè credendo, nec aspernando, ne repudiati apertè hostes fierent, benignè quum respondisset, obsidibus quos dabant acceptis, & commeatu, quem in viam ipsi detulerant, usus; nequaquam ut inter pacatos, incomposito agmine, duces eorum sequitur. Primum agmen elephanti & equites erant: ipse pòst cum robore peditum, circumspectans sollicitus omnia, incedebat. Ubi in angusliorem viam ex parte altera subjectam jugo insuper imminenti ventum est, undique ex insidiis barbari à fronte & à tergo coorti, cominùs eminúsque petunt; saxa ingentia in agmen devolvunt. Maxima ab tergo vis hominum urgebat: in eos versa peditum acies haud dubium fecit, quin nisi firmata extrema agminis fuissent, ingens in eo saltu accipienda clades fuerit. Tunc quoque

E ad extremum periculi, ac prope perniciem ventum est: nam quum cunctaretur Annibal demittere in anguslias agmen; quia non, ut ipse equitibus præsidio erat, ita peditibus quicquam ab tergo auxilii reliquerat; occursantes per obliqua Montani, perrupto medio agmine viam insedere: noxque una Annibali sine equitibus ac impedimentis acta est.

Postero die jam segniùs intercursantibus barbaris, junctæ copiæ, saltusque haud sine clade, majore tamen jumentorum quàm hominum pernicie, superatus. Inde Montani, pauciores jam, & latrocinii magis quàm belli more concursabant; modò in primum, modò in novissimum agmen, ut cuique aut locus opportunitatem daret, Cap. 35.

(a) Doujatius in Notis ad Livium hoc castellum suspicatur esse oppidum Brigantionem, vulgò *Briançon en Dauphiné.*

(b) Eidem Doujatio hi videntur fuisse Garocelli, quorum sedes in superioribus vel Brigantionensium, vel Maurienncnsium locis,

Digitized by Google

An. U. C. 535. aut progreſſi morative aliquam occaſionem feciſſent. Elephanti, ſicut præcipites per arctas vias magna mora agebantur, ita tutum ab hoſtibus quacumque incederent (quia inſuetis adeundi propiùs metus erat) agmen præbebant. Nono die in jugum Alpium perventum eſt per invia pleraque & errores, quos aut ducentium fraus, aut ubi fides iis non eſſet, temerè initæ valles à conjectantibus iter, faciebant. A

Cap. 38. Id quum inter omnes conſtet, eò magis miror ambigi, quánam Alpes [Annibal] tranſierit: & vulgò * credere, Pennino, atque inde nomen & jugo Alpium inditum, tranſgreſſum. Cælius per (a) Cremonis jugum dicit tranſiſſe: qui ambo ſaltus eum, non in Taurinos, ſed per Salaſſos montanos ad (b) Libuos Gallos deduxiſſent. Nec veriſimile eſt ea tum ad Galliam patuiſſe itinera; utique quæ ad Penninum ferunt, obſepta gentibus ſemi-Germanis fuiſſent. Neque hercule montibus his (ſi quem fortè id movet) ab tranſitu Pœnorum ullo Veragri, incolæ jugi ejus, norunt nomen inditum; ſed ab eo, quem in ſummo ſacratum vertice *Penninum* Montani appellant. B

* credi.

Cap. 39. Peropportunè ad principia rerum Taurinis proximæ genti adverſus Inſubres motum bellum erat: ſed armare exercitum Annibal, ut parti alteri auxilio eſſet (in reficiendo maximè ſentientem contracta antè mala) non poterat: otium etenim ex labore, copia ex inopia, cultus ex illuvie tabeque, ſqualida & propè efferata corpora variè movebant. Ea P. Cornelio Conſuli cauſa fuit, quum Piſas navibus veniſſet, exercitu à Manlio Atilioque accepto tirone, & in novis ignominiis trepido, ad Padum feſtinandi; ut cum hoſte nondum refecto manum conſereret. Sed quum Placentiam Conſul venit, jam ex ſtativis moverat Annibal: Taurinorumque unam urbem caput gentis ejus, quia volentis in amicitiam non veniebat, vi expugnarat: junxiſſetque ſibi non metu ſolùm, ſed etiam voluntate Gallos accolas Padi; ni eos, circumſpectantes defectionis tempus, ſubitò adventus Conſulis oppreſſiſſet. Et Annibal movit ex Taurinis, incertos quæ pars ſequenda eſſet Gallos præſentem ſe ſecuturos ratus. C

Cap. 42. Annibal rebus priùs, quàm verbis adhortandos milites ratus, circumdato ad ſpectaculum exercitu, captivos Montanos vinctos in medio ſtatuit; armiſque Gallicis ante eorum pedes projectis, interrogare interpretem juſſit, *Ecquis, ſi vinculis levaretur, armaque & equum victor acciperet, decertare ferro vellet?* Quum ad unum omnes ferrum pugnamque poſcerent, & dejecta in id ſors eſſet; ſe quiſque eum optabat, quem fortuna in id certamen legeret. Ut cujuſque ſors exciderat, alacer, inter gratulantes gaudio exſultans, cum ſui moris tripudiis arma raptim capiebat: ubi verò dimicarent, is habitus animorum non inter ejuſdem modò conditionis homines erat, ſed etiam inter ſpectantes vulgò, ut non vincentium magis, quàm bene morientium fortuna laudaretur.

Cap. 45. Pœnus, opere occupatis hoſtibus, Maharbalem cum ala Numidarum, equitibus quingentis, ad depopulandos ſociorum populi Romani agros mittit. Gallis parci quàm maximè jubet, principumque animos ſollicitari ad defectionem. D

Cap. 46. Scipio jaculatores & Gallos equites in fronte locat, Romanos, ſociorumque quod roboris fuit, in ſubſidiis.

Cap. 47. Dum Annibal citra flumen [Padum] legationibus Gallorum audiendis moratus, trajicit gravius peditum agmen, interim Mago equiteſque ab tranſitu fluminis diei unius itinere Placentiam ad hoſtes contendunt. Annibal paucis pòſt diebus ſex millia à Placentia caſtra communivit: & poſtero die in conſpectu hoſtium acie directa, poteſtatem pugnæ fecit. Inſequenti nocte cædes in caſtris Romanis, tumultu tamen quàm re major, ab auxiliaribus Gallis facta eſt. Ad duo millia peditum, & ducenti equites, vigilibus ad portas trucidatis, ad Annibalem transfugiunt: quos Pœnus benignè allocutus, & ſpe ingentium donorum accenſos, in civitates quemque ſuas, ad ſollicitandos popularium animos dimiſit. Scipio cædem eam ſignum defectionis omniúm Gallorum eſſe ratus, contactoſque eo ſcelere, velut injecta rabie ad arma ituros; quamquam gravis adhuc vulnere erat, tamen quarta vigilia noctis inſequentis tacito agmine profectus ad Trebiam fluvium, in loca altiora colleſque impeditiores equiti caſtra movet. E

Cap. 48.

Cap. 52. Quod inter Trebiam Padumque agri eſt, Galli tum incolebant; in duorum præpotentium populorum certamine, per ambiguum favorem haud dubiè gratiam victoris ſpectantes. Id Romani, ne quid modò moverent, æquo ſatis, Pœnus perìniquo animo ferebat; à Gallis (a) accitum ſe veniſſe ad liberandos eos, dictitans.

(a) Idem Doujatius conjicit, *Cremonis jugum* fuiſſe ubi nunc *Cramoyeu*, inter majorem & minorem S. Bernardi montes.

(b) Suprà Livius *l. 5. c. 35.* ait Libuos illos *tenuiſſe locos ubi nunc Brixia ac Verona.* Ab aliis *Libici* vocantur.

(c) Boii quidem Galliæ Italicæ populi legatos ad eum

Digitized by Google

A Ob eam iram, ſimul ut præda militem aleret, duo millia peditum & mille equites, Numidas pleroſque, miſtos quoſdam & Gallos, populari omnem deinceps agrum uſque ad Padi ripas juſſit. Egentes ope Galli, quum ad id dubios ſervaſſent animos, coacti ab auctoribus injuriæ, ad vindices futuros declinant: legatiſque ad Conſulem miſſis, auxilium Romanorum terræ ob nimiam cultorum fidem in Romanos laboranti orant. Cornelio nec cauſa, nec tempus agendæ rei placebat: ſuſpectaque ei gens erat, tum ob infida multa facinora, tum, ut alia vetuſtate obſoleviſſent, ob recentem Boiorum perfidiam. Sempronius contrà, continendis in fide ſociis maximum vinculum eſſe primos, qui equiſſent ope, defenſos cenſebat. Tum Collega cunctante, equitatum ſuum, mille peditum, jaculatoribus ferme, admiſtis, ad defendendum Gallicum agrum trans Trebiam mittit. An. U. C. 535.

Adeſſe gerendæ rei fortunam haud diffidebat [Annibal], cujus ne quod præ- Cap. 53.
B termitteret tempus, ſollicitus intentuſque erat, dum tiro hoſtium eſſet miles, dum meliorem ex ducibus inutilem vulnus faceret, dum Gallorum animi vigerent; quorum ingentem multitudinem ſciebat ſegniùs ſecuturam, quantò longiùs ab domo traherentur. Quum ob hæc taliaque ſperaret propinquum certamen, & facere, ſi ceſſaretur, cuperet; ſpeculatoreſque Galli ad ea exploranda quæ vellet tutiores, quia in utriſque caſtris militabant, paratos pugnæ eſſe Romanos retuliſſent, locum inſidiis circumſpectare Pœnus cœpit.

Duodeviginti millia (a) Romani erant, ſociûm nominiſque Latini viginti, au- Cap. 55.
xilia præterea Cenomanorum: ea ſola in fide manſerat Gallica gens: his copiis concurſum eſt..... Trepidantes [elephantos] propéque jam in ſuos conſternatos me- Cap. 50.
dia acie, in extremam, ad ſiniſtrum cornu, adverſus Gallos auxiliares agi juſſit Annibal. Extemplò haud dubiam fecere fugam. Additus quoque novus terror Ro-
C manis, ut fuſa auxilia ſua viderunt. Itaque quum jam in orbem utrimque pugnarent, decem millia fermè hominum, quum alià evadere nequiſſent, media Afrorum acie, quæ Gallicis auxiliis firmata erat, cum ingenti cæde hoſtium perrupere.

EX LIBRO XXII.

Jam vet appetebat, quum Annibal ex hibernis movit, & nequicquam antè Cap. 1.
conatus tranſcendere Apenninum, intolerandis frigoribus; & cum ingenti periculo An. U. C.
moratus ac metu. Galli, quos prædæ populationumque conciverat ſpes, poſtquàm 536.
pro eo ut ipſi ex alieno agro raperent agerentque, ſuas terras ſedem belli eſſe, premique utriuſque partis exercituum viderunt hibernis; verterunt retrò ad Annibalem ab Romanis odia: petituſque ſæpè principum inſidiis; ipſorumque inter ſe
D fraude, eadem levitate qua conſenſerant, conſènſum indicantium, ſervatus erat; & mutando nunc veſtem, nunc tegumenta capitis, errore etiam ſeſe ab inſidiis munierat. Cæterùm hic quoque ei timor cauſa fuit maturiùs movendi ex hibernis.

Hiſpanos & Afros (id omne veterani erat robur exercitûs,) admiſtis ipſorum Cap. 2.
impedimentis, necubi conſiſtere coactis neceſſaria ad uſus deeſſent, primos ire [Annibal] juſſit; ſequi Gallos, ut id agminis medium eſſet; noviſſimos ire equites: Magonem inde cum expeditis Numidis cogere agmen; maximè Gallos, ſi tædio laboris longæque viæ (ut eſt mollis ad (b) talia gens) dilaberentur aut ſubſiſterent, cohibentem. Primi, quà modò præirent duces, per prælatas fluvii [Arni] ac profundas voragines hauſti penè limo immergenteſque ſe, tamen ſigna ſequebantur. Galli qui neque ſuſtinere ſe prolapſi, neque aſſurgere ex voraginibus poterant, aut corpora animis, aut animos ſpe ſuſtinebant; alii feſſa ægrè trahentes membra, alii, ubi
E ſemel victis tædio animis procubuiſſent, inter jumenta, & ipſa jacentia paſſim, morientes: maximéque omnium vigiliæ conficiebant, per quatriduum jam & tres noctes toleratæ.

Inſuber (c) eques (Ducario nomen erat) facie quoque [Conſulem Flaminium] Cap. 6.
noſcitans, *Conſul en*, inquit, *hic eſt*, popularibus ſuis, *qui legiones noſtras cecidit, agroſque & urbem eſt depopulatus. Jam ego hanc victimam manibus peremptorum fœdè civium dabo.* Subditiſque calcaribus equo per confertiſſimam hoſtium turbam impetum facit; obtruncatoque priùs armigero, qui ſe infeſto venienti obviàm objecerat,

miſerant, antequàm Alpes tranſcendiſſet, ſuprà cap. 25. & 29. Sed à reliquis Ciſalpinorum Gallorum eum vocatum Livius non affirmat.

(a In pugna ad Trebiam.

(b) Gallico nomini labis aſpergendæ nullam Livius occaſionem omittit.

(c) In pugna ad Thraſymenum lacum, in qua cæſi Romani.

Digitized by Google

An. U. C. 536. Cap. 9. Conſulem lancea transfixit: ſpoliare cupientem, triarii objectis ſcutis arcuere. A

Cn. Servilius Conſul, levibus præliis cum Gallis actis, & uno oppido ignobili expugnato, ... ad Urbem iter intendit.

Cap. 19. Inde duæ Maſſilienſium ſpeculatoriæ præmiſſæ, retulerunt claſſem Punicam ſtare in oſtio fluminis [Iberi].

Cap. 33. An. U. C. 537. Alii [legati miſſi] in Ligures, ad expoſtulandum, quòd Pœnum opibus auxiliiſque ſuis juviſſent: ſimul ad viſendum ex propinquo quæ in Boiis atque Inſubribus gererentur.

Cap. 46. Gallos Hiſpanoſque equites (a) prope ripam [Aufidi] lævo in cornu adverſus Romanum equitatum [locavit Annibal:] dextrum cornu Numidis equitibus datum; media acie peditibus firmata; ita ut Afrorum utraque cornua eſſent, interponerentur his medii Galli atque Hiſpani. Afros Romanam magna ex parte crederes aciem: ita armati erant, armis & ad Trebiam, cæterùm magna ex parte ad Thraſymenum captis. Gallis Hiſpaniſque ſcuta ejuſdem formæ ferè erant: diſpares ac diſſimiles gladii: Gallis prælongi ac ſine mucronibus; Hiſpano punctim magis quàm cæſim aſſueto petere hoſtem, brevitate habiles, & cum mucronibus. Ante alia habitus gentium harum tum magnitudine corporum, tum ſpecie terribilis erat. Galli ſuper umbilicum erant nudi. B

Cap. 47. Equitum Gallorum Hiſpanorumque lævum cornu cum dextro Romano concurrit, minimè equeſtris more pugnæ: frontibus enim adverſis concurrendum erat: quia nullo circà ad evagandum relicto ſpatio, hinc amnis, hinc peditum acies claudebant, in directum utrimque nitentes. Stantibus ac confertis poſtremò turba equis, vir virum amplexus detrahebat equo. Pedeſtre magna jam ex parte certamen factum erat: acriùs tamen quàm diutiùs pugnatum eſt; pulſique Romani equites terga vertunt. Sub equeſtris finem certaminis coorta eſt peditum pugna. Primò & viribus & animis pares conſtabant ordines Gallis Hiſpaniſque: tandem Romani diu ac ſæpe conniſi, æqua fronte acieque denſa impulere hoſtium cuneum nimis tenuem, eóque parum validum, à cætera prominentem acie. Impulſis deinde ac trepidè referentibus pedem inſiſtere: ac tenore uno per præceps pavore fugientium agmen in mediam primùm aciem illati, poſtremò nullo reſiſtente ad ſubſidia Afrorum pervenerunt; qui utrimque reductis alis conſtiterant, media, qua Galli Hiſpanique ſteterunt, aliquantùm prominente acie: qui cuneus, ut pulſus æquavit frontem primùm, deinde nitendo etiam ſinum in medio dedit, Afri circà jam cornua fecerant, irruentibuſque incautè in medium Romanis, circumdedere alas: mox cornua extendendo, clauſere & ab tergo hoſtes. Hinc Romani defuncti nequicquam prælio uno, omiſſis Gallis Hiſpaniſque, quorum terga ceciderant, etiam adverſus Afros integram pugnam ineunt, non tantùm eò iniquam, quòd incluſi adverſus circumfuſos, ſed etiam quòd feſſi cum recentibus ac vegetis pugnabant. C D

Cap. 57. Interim ex fatalibus libris ſacrificia extraordinaria facta: inter quæ Gallus & Galla, Græcus & Græca, in foro Boario ſub terra vivi demiſſi ſunt in locum ſaxo conſeptum.

Cap. 61. Defecere autem ad Pœnos hi populi; Atellani, Calatini..... & Ciſalpini omnes Galli.

EX LIBRO XXIII.

Cap. 14. DICTATOR M. Junius Pera..... præter duas urbanas legiones, quæ principio annī à Conſulibus conſcriptæ fuerant, & ſervorum delectum, cohorteſque ex agro Piceno & Gallico collectas; ad ultimum propè deſperatæ reipublicæ auxilium, quum honeſta utilibus cedunt, deſcendit, edixitque: *Qui capitalem fraudem auſi, quique pecuniæ judicati in vinculis eſſent; qui eorum apud ſe milites fierent; eos noxa pecuniaque ſeſe exſolvi juſſurum.* Ea ſex millia hominum Gallicis ſpoliis, quæ triumpho C. Flaminii tranſlata erant, armavit. E

Cap. 24. An. U. C. 538. [M. Junius] comitia edixit, quibus L. Poſtumius tertiùm abſens, qui tum Galliam * provinciam obtinebat, & Tib. Sempronius Gracchus, qui tum Magiſter equitum eò accurrerat, Conſules crearentur..... Quum eæ res maximè agerentur, nova clades nunciata; aliam ſuper aliam cumulante in eum annum fortuna; L. Poſtumium Conſulem deſignatum, in Gallia ipſum atque exercitum deletos. Silva (b) erat vaſta (Litanam Galli vocant) quà exercitum traducturus erat: ejus ſilvæ

* Ciſalpinam.

(a) In pugna Cannenſi, in qua Romanorum maxima clades.

(b) Conjiciunt nonnulli ſilvam hanc fuiſſe ſupra fontes Sculennæ in jugo Apennini inter Cerſinianum & Mutinam.

Digitized by Google

A dextra lævaque circa viam Galli arbores ita inciderant, ut immotæ ſtarent, momento levi impulſæ, occiderent. Legiones duas Romanas habebat Poſtumius, ſociûmque ab ſupero mari tantùm conſcripſerat, ut viginti quinque millia armatorum in agros hoſtium induxerit. Galli oras extremæ ſilvæ quum circumſediſſent, ubi intravit agmen ſaltum, tum extremas arborum ſucciſarum impellunt: quæ alia in aliam inſtabilem per ſe ac malè hærentem incidentes, ancipiti ſtrage arma, viros, equos obruerunt, ut vix decem homines effugerent. Nam quum exanimati plerique eſſent arborum truncis fragmentiſque ramorum, cæteram quoque multitudinem inopinato malo trepidam, Galli ſaltum omnem armati circumſidentes interfecerunt; paucis è tanto numero captis, qui pontem fluminis petentes, obſeſſo antè ab hoſtibus ponte, intercluſi ſunt. Ibi Poſtumius, omni vi ne caperetur dimicans, occubuit. Spolia corporis caputque ducis præciſum Boii ovantes templo, quod ſanctiſſi- B mum eſt apud eos, intulere: purgato inde capite, ut mos iis eſt, calvam auro cælavere: idque ſacrum vas iis erat, quo ſolennibus libarent: poculumque idem ſacerdoti eſſe, ac templi antiſtitibus. Præda quoque haud minor Gallis quàm victoria fuit: nam etſi magna pars animalium ſtrage ſilvæ oppreſſa erat, tamen cæteræ res, quia nihil diſſipatum fuga eſt, ſtratæ per omnem jacentis agminis ordinem inventæ ſunt. An. U. C. 538.

Itaque Galliam, quamquam ſtimulabat juſta ira, omitti eo anno placuit. Cap. 25.

Satis gnarus [Aſdrubal] Annibalem tranſitus quoſdam pretio mercatum, nec auxilia Gallia aliter quàm conducta habuiſſe. Cap. 28.

EX LIBRO XXIV.

C C. Terentius Varro in agro Piceno; Manius Pomponius in Gallico [juſſi manere.] Cap. 10.

(a) Plus octo millia hominum cæſa; haud multò minùs quàm mille capta, & ſpolia plurima Gallica fuere: annuli aurei, torques armillæque, magnus numerus. Duo etiam inſignes reguli Gallorum (Mœnicapto & Civiſmaro nomina erant,) eo prælio ceciderunt. An. 539. Cap. 42.

EX LIBRO XXV.

Tib. Sempronio Graccho & P. Sempronio Tuditano imperium provinciæque Lucani & Galliæ cum ſuis exercitibus prorogatæ. Cap. 3. An. U. C. 541.

Cum duobus millibus Gallorum Pœnus in tres diviſis partes per urbem (b) dimittit Tarentinos, & itinera quàm maximè frequentia occupare jubet; tumultu orto, D Romanos paſſim cædi, oppidanis parci. Sed ut fieri id poſſet, præcipit juvenibus Tarentinis, ut ubi quem ſuorum procul vidiſſent, quieſcere & ſilere, ac bono animo eſſe juberent. Jam tumultus erat clamorque, qualis eſſe in capta urbe ſolet: ſed quid rei eſſet nemo ſatis pro certo ſcire. Tarentini Romanos ad diripiendam urbem credere coortos: Romanis ſeditio aliqua cum fraude videri ab oppidanis mota. Præfectus primo excitatus tumultu, in portum effugit: inde acceptus ſcapha, in arcem circumvehitur. Terrorem & tuba audita ex theatro faciebat: nam & Romana erat à proditoribus ad hoc ipſum præparata: & inſcienter à Græco inflata, quis aut quibus ſignum daret, incertum efficiebat. Ubi illuxit, & Romanis Punica & Gallica arma cognita, tum dubitationem exemerunt; & Græci Romanos paſſim cæde ſtratos cernentes, ab Annibale captam urbem ſenſerunt. Cap. 9. Cap. 10.

E EX LIBRO XXVI.

Prætoribus prioris anni, M. Junio in Etruria, P. Sempronio in Gallia, cum binis legionibus, quas habuerant, prorogatum eſt imperium. Cap. 1. An. U. C. 542.

[P. Cornelius Scipio] oſtiis Tiberinis profectus, præter oram Tuſci maris, Alpes atque Gallicum (c) ſinum, & deinde Pyrenes (d) circumvectus promontorium, Emporiis urbe Græca (oriundi & ipſi à Phocæa ſunt) copias expoſuit: inde ſequi Cap. 19.

(a) In pugna ad Mundam, ubi Pœni victi à Scipione.

(b) Tarentum ſcilicet, quæ Annibali prodita fuerat.

(c) Gallicus ſinus eſt mare quod Narbonenſem provinciam, hoc eſt Gothiam vel Septimaniam, atque Provinciam à Pyrenæo ad Varum flumen alluit. Hic eſt ille ſinus à nautis *Golfe de Leon* vulgò dictus ob procellas quibus naves affligere & quandoque abſorbere ſolet.

(d) Pyrenes promontorium *Aphrodiſium* à veteribus dictum à Veneris templo quod habebat, nunc Crucianum, ſive *Cap de Creus*.

Digitized by Google

An. U. C. 542. navibus jussis, Tarraconem pedibus profectus, conventum omnium sociorum.... A habuit. Naves ibi subduci jussit, remissis quatuor triremibus Massilienſium, quæ officii causa ab domo prosecutæ fuerant.

EX LIBRO XXVII.

Cap. 7. An. U. C. 544. PRÆTORES sortiti provincias, C. Hostilius Tubulus urbanam; L. Veturius Philo peregrinam cum Gallia.

Cap. 22. An. U. C. 545. Prorogatum & L. Veturio Philoni est [imperium,] ut proprætor Galliam eamdem provinciam cum iisdem duabus legionibus obtineret, quibus prætor obtinuisset.

Cap. 35. An. U. C. 546. Alteri (a) [Consulum] adversus Annibalem Bruttii, Lucani; alteri Gallia adversus Asdrubalem, quem jam Alpibus appropinquare fama erat, decreta. Exercitum ex duobus qui in Gallia, quique in Etruria essent, addito urbano, eligeret quem B mallet, qui Galliam esset sortitus.

Cap. 36. Massilienſium primùm legati nunciaverant, eum [Asdrubalem] in Galliam transgressum; erectosque adventu ejus, quia magnum pondus auri attulisse diceretur, ad mercede auxilia conducenda, Gallorum animos. Missi deinde cum iis legati ab Roma Sex. Antistius & M. Retius ad rem inspiciendam, retulerant mississe se cum Massilienſibus ducibus, qui per hospites eorum principes Gallorum omnia explorata referrent: pro comperto habere, Asdrubalem ingenti jam coacto exercitu, proximo vere Alpes trajecturum: nec tum eum quicquam aliud morari, nisi quòd clausæ hieme Alpes essent..... A. Hostilio Sardinia, C. Mamilio Sicilia, L. Porcio Gallia evenit.

Cap. 38. Magni roboris auxilia ex Hispania quoque à P. Scipione M. Livio missa, quidam ad id bellum auctores sunt; octo millia Hispanorum Gallorumque. C

Cap. 39. Cæterùm Asdrubali & sua & aliorum spe omnia celeriora atque expeditiora fuere: non enim receperunt modò Arverni eum, deincepsque aliæ Gallicæ atque Alpinæ gentes; sed etiam secutæ sunt ad bellum. Et quum per munita pleraque transitu fratris, quæ anteà invia fuerant, ducebat, tum etiam duodecim annorum assuetudine perviis Alpibus factis, inter mitiora jam hominum transibat ingenia. Invisitati namque antea alienigenis, nec videre ipsi advenam in sua terra assueti, omni generi humano insociabiles erant: & primò ignari quò Pœnus pergeret, suas rupes suaque castella, & pecorum hominumque prædam peti crediderant: fama deinde Punici belli, quo duodecimum annum Italia urebatur, satis edocuerat viam tantùm Alpes esse: duas prævalidas urbes, magno inter se maris terrarumque spatio discretas, de imperio & opibus certare. Hæ causæ aperuerant Alpes Asdrubali. Cæterùm quod celeritate itineris profectum erat, id mora ad Placentiam, dum frustra obsidet magis D quàm oppugnat, corrupit.

Cap. 48. Claudius (b) dextro in cornu, Livius ab siniſtro pugnam instruit: media acies prætori tuenda datur. Asdrubal, omissa munitione castrorum; postquàm pugnandum vidit, in prima acie ante signa elephantos conlocat: circa eos lævo in cornu adversus Claudium Gallos opponit, haud tantùm eis fidens, quantùm ab hoste timeri eos credebat. Ipse dextrum cornu adversus M. Livium sibi atque Hispanis (& ibi maximè in vetere milite spem habebat) sumpsit. Ligures in medio post elephantos positi: sed longior quàm latior acies erat. Gallos prominens collis tegebat..... Ita ex omnibus partibus, ab fronte, ab latere, ab tergo trucidantur Hispani Ligures que: & ad Gallos jam cædes pervenerat. Ibi minimùm certaminis fuit: nam & pars magna ab signis aberant, nocte dilapsi, stratique somno passim per agros: & qui aderant, itinere ac vigiliis fessi, intolerantissima laboris corpora, vix arma E humeris gestabant. Et jam diei medium erat, sitisque & calor hiantes, cædendos capiendosque affatim præbebat.....

Cap. 49. Adeoque etiam victores sanguinis cædisque ceperat satietas, ut postero die, quum esset nunciatum Livio Consuli, Gallos Cisalpinos Ligures que, qui antè prælio non affuissent, aut inter cædem effugissent, uno agmine abire sine certo duce, sine signis, sine ordine ullo aut imperio: posse, si una equitum ala mittatur, omnes deleri; *Supersint*, inquit, *aliqui nuncii, & hostium cladis, & nostræ virtutis.*

(a) Consules hujus anni C. Claudius Nero & M. Livius Salinator.

(b) In prælio ad Metaurum Umbriæ fluvium, in quo à Claudio & Livio Consulibus victus cæsusque est Asdrubal.

EX

Digitized by Google

EX LIBRO XXVIII.

A Q. Mamilio, ut collegæ jurisdictione tradita, Galliam cum exercitu, cui L. Porcius proprætor præfuerat, obtineret, decretum est: jussusque populari agros Gallorum, qui ad Pœnos sub adventum Asdrubalis defeciissent — An. U. C. 547. Cap. 10.

Moverant autem hujusce rei mentionem Placentinorum & Cremonensium legati, querentes agrum suum ab accolis Gallis incursari ac vastari. — Cap. 11.

(a) Ariminum (ita Galliam appellabant) Sp. Lucretio [obtigit.] — An. 548.

Crescébat exercitus [Magonis] in dies, ad famam nominis ejus Gallis undique confluentibus. — Cap. 38. Cap. 46.

EX LIBRO XXIX.

B Eisdem fermè diebus naves, quæ ab Carthagine ad Magonem missæ erant, inter Albingaunos Ligures Genuamque accesserunt. In iis locis tum fortè Mago tenebat classem, qui legatorum auditis verbis, jubentium exercitus quammaximos comparare; extemplò Gallorum & Ligurum (namque utriusque gentis ingens ibi multitudo erat) concilium habuit: & missum se ad eos vindicandos in libertatem ait; &, ut ipsi cernant, mitti sibi ab domo præsidia: sed quantis viribus, quanto exercitu id bellum geratur, in eorum potestate esse: duos exercitus Romanos, unum in Gallia, alterum in Etruria esse: satis scire, Sp. Lucretium se cum M. Livio junctum: multa millia ipsis etiam armanda esse, ut duobus ducibus, duobus exercitibus Romanis resistatur. Galli, summam ad id suam voluntatem esse, dicere; sed quum una castra — Cap. 51.
C Romana intra fines; altera in finitima terra Etruria propè in conspectu habeant; si palam fiat auxiliis adjutum ab sese Pœnum, extemplò infestos utrimque exercitus in agrum suum incursuros: ea ab Gallis desideraret, quibus occultè adjuvari posset: Liguribus quòd procul agro urbibusque eorum castra Romana sint, libera consilia esse: illos armare juventutem, & capessere pro parte bellum æquum esse. Ligures haud abnuere; tempus modò duorum mensium petere ad delectus habendos. Interim Mago milites, Gallis dimissis, clam per agros eorum mercede conducere: commeatus quoque omnis generis occultè ad eum à Gallicis populis mittebantur. M. Livius exercitum volonum ex Etruria in Galliam traducit: junctusque Lucretio, si se Mago ex Liguribus propius urbem moveat, obviam ire parat; si Pœnus sub angulo Alpium quietus se contineat, & ipse in eadem regione circa Ariminum Italiæ præsidio futurus.

D Prætoribus, M. Marcio Urbana [provincia evenit,] L. Scribonio Liboni peregrina, & eidem Gallia..... M. Livio & Sp. Lucretio cum binis legionibus, quibus adversus Magonem Galliæ præsidio fuissent, prorogatum imperium est..... — Cap. 13. An. U. C. 549.

EX LIBRO XXX.

Ipse [M. Cornelius] prorogato imperio Galliam provinciam obtinet cum legionibus iis, quas prætor L. Scribonius priore anno habuisset..... Ariminum cum duabus legionibus (sub Lucretio Spurio eæ fuerant) Quintilius Varus est sortitus. — Cap. 1. An. U. C. 550.

P. Quintilius Varus prætor & M. Cornelius Proconsul in agro Insubrium Gallorum cum Magone Pœno signis collatis pugnarunt..... (b) Mago quoque ex subsidiis Gallos integræ legioni [tertiæ decimæ] oppositit: quibus haud magno — Cap. 18.
E certamine fusis, hastati legionis undecimæ conglobant sese.

M. Sextius Galliam est sortitus, ut duas legiones provinciamque traderet ei P. Quintilius Varus. — Cap. 27. An. U. C. 551.

Annibal (c) ad terrorem primùm elephantos (octoginta autem erant, quot nulla unquam in acie antè habuerat) instruxit; deinde auxilia Ligurum Gallorumque..... *Galli proprio atque insito in Romanos odio incenduntur.* — Cap. 33.

(a) Ariminum Gallia provincia dicebatur, quòd hanc in urbem Galliæ Cispadanæ proximam prætores mitterentur ad visendos & compescendos Gallorum motus.

(b) Sic legit Gronovius. Edit. *Magoque oppositisset.*

(c) Hoc ultimo prælio in Africa facto Annibal à Scipione victus est.

Digitized by Google

EX LIBRO XXXI.

Cap. 2. An. U. C. 552.

CONSULTATIO de Macedonico bello integra ad Conſules qui tunc in prælio (a) cum Boiis erant, rejecta eſt..... Eodem ferè tempore P. Ælius Conſul in Gallia, quum audiſſet à Boiis ante ſuum adventum incurſiones in agros ſociorum factas, duabus legionibus ſubitariis tumultûs ejus cauſa ſcriptis, additiſque ad eas quatuor cohortibus de exercitu ſuo, C. Oppium præfectum ſociûm hac tumultuaria manu per Umbriam (quam Tribum Sappiniam vocant) agrum Boiorum invadere juſſit. Ipſe eódem, aperto itinere, per medios montes duxit. Oppius ingreſſus hoſtium fines, primò populationes ſatis proſperè ac tutò fecit. Delecto deinde ad caſtrum Mutilum ſatis idoneo loco, ad demetenda frumenta (jam enim maturæ erant ſegetes) profectus, neque explorato circà, nec ſtationibus ſatis firmis, quæ armatæ inermes atque operi intentos tutarentur, poſitis, improviſo impetu Gallorum cum frumentatoribus eſt circumventus. Inde pavor fugaque etiam armatos cepit. Ad ſeptem millia hominum palata per ſegetes ſunt cæſa: inter quos ipſe C. Oppius præfectus: cæteri in caſtra metu compulſi, inde ſine certo duce conſenſu militari proxima nocte, relicta magna parte rerum ſuarum, ad Conſulem per ſaltus propè invios pervenere. Qui, niſi quòd populatus eſt Boiorum fines, & cum Ingaunis Liguribus fœdus icit, nihil, quod eſſet memorabile, aliud in provincia quum geſſiſſet, Romam rediit.

Cap. 6. An. 553.

L. Furius Purpureo Galliam [ſortitus eſt.]

Cap. 10.

Omnium animis in bellum Macedonicum verſis, repentè nihil minùs eo tempore timentibus, Gallici tumultûs fama exorta eſt. Inſubres Cenomanique & Boii, excitis Statiellis Iriatibuſque, & cæteris Liguſtinis populis, Amilcare Pœno duce, qui in iis locis de Aſdrubalis exercitu ſubſtiterat, Placentiam invaſerant: & direpta urbe, ac per iram magna ex parte incenſa, vix duobus millibus hominum inter incendia ruinaſque relictis, trajecto Pado ad Cremonam diripiendam pergunt. Vicinæ urbis audita clades ſpatium colonis dedit ad claudendas portas, præſidiaque per muros diſponenda: ut obſiderentur tamen priùs quàm expugnarentur; nuncioſque mitterent ad Prætorem Romanum. L. Furius Purpureo, qui tum provinciæ præerat, cætero ex Senatûſconſulto exercitu dimiſſo, præter quinque millia ſociûm ac Latini nominis, cum iis copiis in proxima regione provinciæ circa Ariminum ſubſtiterat. Is tum Senatui ſcripſit, quo in tumultu provincia eſſet. Duarum coloniarum, quæ ingentem illam tempeſtatem Punici belli ſubterfugiſſent, alteram captam ac direptam ab hoſtibus, alteram oppugnari: nec in exercitu ſuo ſatis præſidii colonis laborantibus fore, niſi quinque millia ſociûm quadraginta millibus hoſtium (tot enim in armis eſſe) trucidanda objicere velit, & tanta ſua clade, jam inflatos excidio coloniæ Romanæ, augere hoſtium animos.

Cap. 11.

His litteris recitatis decreverunt, ut C. Aurelius Conſul exercitum, cui in Etruriam ad conveniendum diem edixerat, Arimini eadem die adeſſe juberet; & aut ipſe, ſi per commodum reipublicæ poſſet, ad opprimendum Gallicum tumultum proficiſceretur; aut L. Furio prætori ſcriberet, ut quum ad eum legiones ex Etruria veniſſent, miſſis in vicem earum quinque millibus ſociorum, qui interim Etruriæ præſidio eſſent, proficiſceretur ipſe ad coloniam liberandam obſidione.

Cap. 21.

Jam exercitus Conſularis ab Aretio Ariminum traductus erat, & quinque millia ſociûm Latini nominis ex Gallia in Etruriam tranſierant. Itaque L. Furius magnis itineribus ab Arimino adverſus Gallos Cremonam tum obſidentes profectus, caſtra mille quingentorum paſſuum intervallo ab hoſte poſuit. Occaſio egregiè rei gerendæ fuit, ſi protinus de via ad caſtra oppugnanda duxiſſet. Palati paſſim vagabantur per agros, nullo ſatis firmo relicto præſidio. Laſſitudini militum timuit, quòd raptim ductum agmen erat. Galli clamore ſuorum ex agris revocati, omiſſa præda, quæ in manibus erat, caſtra repetivere, & poſtero die in aciem progreſſi: nec Romanus moram pugnandi fecit. Sed vix ſpatium inſtruendi fuit; eo curſu hoſtes in prælium venerunt. Dextra ala (in alas diviſum ſocialem exercitum habebat) in prima acie locata eſt: in ſubſidiis duæ Romanæ legiones. M. Furius dextræ alæ, legionibus M. Cæcilius, equitibus L. Valerius Flaccus (legati omnes erant) præpoſiti. Prætor ſecum duos legatos, Cn. Lætorium, & P. Titinnium habebat: cum quibus circumſpicere, & obire ad omnes hoſtium ſubitos conatus poſſet. Primò Galli omni

(a) Albertus Rubenius corrigit: *qui tunc in provinciis erant.*

Digitized by Google

A multitudine in unum locum adnixi obruere atque obterere ſeſe dextram alam, quæ prima erat, ſperarunt poſſe. Ubi id parum procedebat, circumvenire à cornibus, & amplecti hoſtium aciem (quod multitudini adverſus paucos facile videbatur) conati ſunt. Id ubi vidit prætor, ut & ipſe dilataret aciem, duas legiones ex ſubſidiis, à dextra lævaque, alæ quæ in prima acie pugnabat, circumdat; ædemque Deo Jovi vovit, ſi eo die hoſtes fudiſſet. L. Valerio imperat ut parte altera duarum legionum equites, altera ſociorum equitatum in cornua hoſtium emittat, nec circumvenire eos aciem patiatur: ſimul & ipſe, ut extenuatam mediam diductis cornibus aciem Gallorum vidit, ſigna inferre confertos milites, & perrumpere ordines jubet. Et cornua ab equitibus, & medii à pedite pulſi: ac repentè, quum omni parte cæde ingenti ſternerentur, Galli terga vertunt, fugaque effuſa repetunt caſtra. Fugientes perſecutus eques: mox & legiones inſecutæ in caſtra impetum fecerunt. Mi- An. U. C. 553.
B nùs ſex millia hominum inde effugerunt: cæſa & capta ſupra quinque & triginta millia cum ſignis militaribus octoginta, carpentis Gallicis, multa præda oneratis, plus ducentis. Amilcar dux Pœnus eo prælio cecidit, & tres imperatores nobiles Gallorum. Placentini captivi ad duo millia liberorum capitum redditi colonis.

Conſul alter C. Aurelius ad confectum bellum quum in provinciam veniſſet, haud Cap. 47.
clam tulit iram adverſus prætorem, quòd abſente ſe rem geſſiſſet. Miſſo igitur eo in Etruriam, ipſe in agrum hoſtium legiones induxit: populandoque cum præda majore quàm gloria bellum geſſit. L. Furius, ſimul quòd in Etruria nihil erat rei quod gereret, ſimul Gallico triumpho imminens, quem abſente Conſule irato atque invidente faciliùs impetrari poſſe ratus, Romam inopinatò quum veniſſet, ſenatum in æde Bellonæ habuit: expoſitiſque rebus geſtis, ut triumphanti ſibi in Urbem invehi liceret, petit.

C Hujus generis orationibus ipſius amicorumque victa eſt, præſentis gratiâ prætoris, abſentis Conſulis majeſtas: triumphumque frequentes L. Furio decreverunt. Triumphavit de Gallis in magiſtratu L. Furius prætor. In ærarium tulit trecenta viginti millia æris, argenti centum ſeptuaginta millia pondo; neque captivi ulli ante currum ducti, neque ſpolia prælata, neque milites ſecuti; omnia præter victoriam penes Conſulem eſſe apparebat. Cap. 49.

EX LIBRO XXXII.

Prætori Bæbio legiones, quas C. Aurelius Conſul habuiſſet, ita decretæ, ut retineret eas, donec Conſul novo cum exercitu ſuccederet: in Galliam ubi is veniſ- Cap. 1. An. U. C. 554.
D ſet, omnes milites exauctorati domum dimitterentur, præter quinque millia ſociûm: his obtineri circa Ariminum provinciam ſatis eſſe.

Eodem anno Cn. Bæbius Tamphilus, qui ab C. Aurelio Conſule anni prioris Cap. 7.
provinciam Galliam acceperat, temerè ingreſſus Gallorum Inſubrium fines, propè cum toto exercitu eſt circumventus; ſupra ſex millia & ſexcentos milites amiſit: tanta ex eo bello, quod jam deſierat timeri, clades accepta eſt. Ea res L. Lentulum Conſulem ab Urbe excivit: qui ut in provinciam venit plenam tumultûs, trepido exercitu accepto, prætorem multis probris increpitum provincia decedere, atque abire Romam juſſit.

C. Helvius Galliam eſt ſortitus. Cap. 8.

Conſules..... profecti in provincias ſunt; Ælius cum C. Helvio prætore in Gal- An. 555. Cap. 9.
liam: exercitumque ab L. Lentulo acceptum, quem dimittere debebat, prætori tra-
E didit.

In Gallia nihil ſanè memorabile ab Sext. Ælio Conſule geſtum: quum duos exer- Cap. 25.
citus in provincia habuiſſet; unum retentum, quem dimitti oportebat, cui L. Cornelius Proconſul præfuerat (ipſe ei C. Ælium prætorem præfecit) alterum quem in provinciam adduxit. Totum propè annum Cremonenſibus Placentiniſque cogendis redire in colonias, unde belli caſibus diſſipati erant, conſumpſit. Quemadmodum Gallia præter ſpem quieta eo anno fuit, ita circa Urbem ſervilis propè tumultus excitatus eſt.

Conſulibus binæ legiones decretæ: & ut bellum cum Gallis Ciſalpinis, qui defe- Cap. 28. Au. 556.
ciſſent à populo Romano, gererent.

Conſules ambo in Galliam profecti. Cornelius recta ad Inſubres via, qui tum in Cap. 29.
armis erant, Cenomanis aſſumptis; Q. Minucius in læva Italiæ ad inferum mare

Digitized by Google

An. U. C. 556. flexit iter: Genuamque exercitu abducto, ab Liguribus orsus est bellum. Oppida (a) A
Clastidium & Litubium, utraque Ligurum, & duæ gentis ejusdem civitates, Celelates Cerdiciatesque sese dediderunt. Et jam omnia cis Padum præter Gallorum Boios, Iluates Ligurum, sub ditione erant: quindecim oppida, hominum viginti millia esse dicebantur, quæ se dediderant.

Cap. 30. Inde in agrum Boiorum legiones duxit: Boiorum exercitus haud ita multò antè trajecerat Padum, junxeratque se Insubribus & Cenomanis: quòd ita acceperant, conjunctis legionibus Consules rem gesturos, ut & ipsi collatas in unum vires firmarent. Posteaquàm fama accidit, alterum Consulem Boiorum urere agros, seditio extemplò orta est. Postulare Boii, ut laborantibus opem universi ferrent: Insubres negare se sua deserturos. Ita divisæ copiæ, Boiisque in agrum suum tutandum profectis, Insubres cum Cenomanis super amnis Mincii ripas consederunt. Infra eum locum quinque millia passuum & Consul Cornelius eidem flumini castra applicuit. Inde B
mittendo in vicos Cenomanorum Brixiamque, quod caput gentis erat; ut satis comperit, non ex auctoritate seniorum juventutem in armis esse, nec publico consilio Insubrium defectioni Cenomanos se adjunxisse, excitis ad se principibus, ibi agere ac moliri cœpit, ut desciscerent ab Insubribus Cenomani, & signis sublatis aut domos redirent, aut ad Romanos transirent. Et id quidem impetrari nequiit. In id data fides Consuli est, ut in acie aut quiescerent, aut si qua etiam occasio fuisset, adjuvarent Romanos. Hæc ita convenisse Insubres ignorabant: suberat tamen quædam suspicio animis labare fidem sociorum. Itaque quum in aciem eduxissent, neutrum iis cornu committere ausi, ne si dolo cessissent, rem totam inclinarent, post signa in subsidiis eos locaverunt. Consul principio pugnæ vovit ædem Sospitæ Junoni, si eo die hostes fusi fugatique essent. A militibus clamor sublatus, compotem voti Consulem se facturos; & impetus in hostes est factus. Non tulerunt Insubres primum concursum: C
quidam & à Cenomanis terga repentè in ipso certamine aggressis, tumultum ancipitem injectum auctores sunt, cæsaque in medio quinque & triginta millia hostium, quinque millia & septingentos vivos captos; in iis Amilcarem Pœnorum imperatorem, qui belli causa fuisset: signa militaria centum triginta, & carpenta supra ducenta. Oppida, quæ defectionem secuta erant, dediderunt se Romanis.

Cap. 31. Minucius Consul primò effusis populationibus peragraverat fines Boiorum: deinde, ut relictis Insubribus ad sua tuenda receperant sese, castris se tenuit, acie dimicandum cum hoste ratus. Nec Boii detrectassent pugnam, nisi fama victos Insubres allata animos fregisset. Itaque relicto duce castrisque, dissipati per vicos, sua ut quisque defenderent, rationem gerendi belli hosti mutarunt. Omissa enim spe per unam dimicationem rei decernendæ, rursus populari agros, & urere tecta, vicosque expugnare cœpit. Per eosdem dies Clastidium incensum: inde in Liguslinos Iluates, D
qui soli non parebant, legiones ductæ. Ea quoque gens, ut Insubres acie victos, Boios, ita ut tentare spem certaminis metuerent, territos audivit, in ditionem venit. Litteræ Consulum è Gallia de gestis prosperè sub idem tempus Romam allatæ. M. Sergius prætor urbanus in Senatu eas, deinde ex autoritate Patrum ad populum recitavit: supplicatio in quatriduum decreta.

EX LIBRO XXXIII.

Cap. 21. Victis deinde uno (b) prælio Gallis, quæ tum gens recens adventu terribilior Asiæ erat, [Attalus] regium ascivit nomen, cujus magnitudini semper animum æquavit.

Cap. 23. Cn. Cornelius de Insubribus Cenomanisque in magistratu triumphavit; multa signa militaria tulit, multa Gallica spolia captivis carpentis transvexit: multi nobiles Galli ante E
currum traducti; inter quos quidam Amilcarem ducem Pœnorum fuisse, auctores sunt. Cæterùm magis in se convertit oculos Cremonensium Placentinorumque colonorum turba pileatorum, currum sequentium. Tulit in triumpho ducenta triginta septem millia quingentos æris, argenti bigati septuaginta novem millia: septuagenos æris militibus divisit, duplex equiti, triplex centurioni. Q. Minucius Consul de Liguribus Boiisque Gallis in monte Albano triumphavit. Is triumphus, ut loco & fama rerum gestarum, & quòd sumptum non erogatum ex ærario omnes sciebant, inhonoratior

(a) Sigonius suspicatur fortè legendum, *Caristum*, nam Clastidium, quod nunc dicitur Ligurum oppidum, Livius ipse infrà in hoc ipso libro cap. 31. videtur Gallico solo tribuere, & à Liguria separare. Quin immò suprà lib. 29. cap. 11. illud in Gallia esse dixit: *Ædem Virtutis M. Marcellus dedicavit septimo decimo anno postquàm à patre ejus vota in Gallia ad Clastidium fuerat.* Plutarchus quoque in vita Marcelli Clastidium vocat *Gallicum vicum*, Γαλατικὴν κώμην.

(b) Hæc ad annum U. C. 512. referenda.

Digitized by Google

A fuit: ita ſignis carpentiſque & ſpoliis fermè æquabat. Pecuniæ etiam propè par ſumma fuit: æris tranſlata ducenta & quinquaginta quatuor millia; argenti bigati quinquaginta tria millia, & ducenti. Militibus centurionibuſque & equitibus item in ſingulos datum, quod dederat collega. An. U. C. 556.

Conſules in provincias profecti ſunt. Marcellum Boiorum ingreſſum fines, fatigato per diem totum milite viâ faciendâ, caſtra in tumulo quodam ponentem, Corolamus regulus Boiorum cum magna manu adortus, ad tria millia hominum occidit, & illuſtres viri aliquot in illo tumultuario prælio ceciderunt; inter quos præfecti ſociûm, T. Sempronius Gracchus, M. Junius Silanus; & tribuni militum de legione ſecunda, A. Ogulnius & P. Claudius. Caſtra tamen ab Romanis impigrè permunita retentaque, quum hoſtes à proſpera pugna nequicquam oppugnaſſent. Stativis deinde eiſdem per dies aliquot ſeſe tenuit, dum & ſaucios curaret, & à tanto ter- Cap. 36. An. U. C. 557.
B rore animos militum reficeret. Boii, ut eſt gens minimè ad moræ tædium patiens, in caſtella ſua vicoſque dilapſi ſunt. Marcellus Pado confeſtim trajecto in agrum Comenſem, ubi Inſubres Comenſibus ad arma excitis caſtra habebant, ducit legiones: in ipſo itinere prælium committunt: & primò adeò acriter invaſerunt, ut anteſignanos impulerint. Quod ubi animadvertit, veritus ne moti ſemel pellerentur, cohortem Marſorum oppoſuit; & equitum Latinorum omnes turmas in hoſtem emiſit. Quorum quum primus ſecunduſque impetus retudiſſet inferentem ſe ferociter hoſtem, confirmata & reliqua acies Romana reſtitit primò, deinde ſigna acriter intulit. Nec ultrà ſuſtinuerunt certamen Galli, quin terga verterent, atque effuſè fugerent. In eo prælio ſupra quadraginta millia hominum cæſa, Valerius Antias ſcribit; & quingenta
C septem ſigna militaria capta, & carpenta quadringenta triginta duo, & aureos torques multos, ex quibus unum magni ponderis Claudius in Capitolio Jovi donum in æde poſitum ſcribit. Caſtra eo die Gallorum expugnata direptaque; & Comum oppidum intra dies paucos captum. Caſtella inde duodetriginta ad Conſulem defecerunt. Id quoque inter ſcriptores ambigitur, utrùm in Boios priùs, an in Inſubres Conſul exercitum induxerit, adverſamque proſpera pugna obliteraverit: an victoria ad Comum parta, deformata clade in Boiis acceptâ ſit.

Sub hæc tam variâ fortunâ geſta, L. Furius Purpureo alter Conſul per tribum Sappiniam in Boios venit. Jam Caſtro (a) Mutilo appropinquabat, quum veritus ne intercluderetur ſimulà Boiis Liguribuſque; eadem via, qua adduxerat, reduxit, & magno circuitu per aperta, eóque tuta loca, ad collegam pervenit. Dein junctis exercitibus primùm Boiorum agrum uſque ad (b) Felſinam oppidum populantes peragraverunt. Ea urbs cæteraque caſtella, & Boii ferè omnes, præter juventutem, quæ prædandi cauſa in armis erat, (tunc in devias ſilvas receſſerat) in ditionem venerunt. In Li- Cap. 37.
D gures deinde traductus exercitus. Boii negligentiùs coactum agmen Romanorum, quia ipſi procul abeſſe viderentur, improviſò aggreſſuros ſe rati, per occultos ſaltus ſecuti ſunt: quos non adepti, Pado repentè navibus trajecto (c) Lævos Libuoſque quum pervaſtaſſent, redeuntes inde Ligurum extremo fine cum agreſti præda in agmen incidunt Romanum. Celeriùs prælium acriúſque commiſſum, quàm ſi tempore locoque ad certamen deſtinatis, præparatis animis concurriſſent. Ibi quantam vim ad ſtimulandos animos ira haberet, apparuit: nam ita cædis magis quàm victoriæ avidi pugnarunt Romani, ut vix nuncium cladis hoſti relinquerent. Ob eas res geſtas, Conſulum litteris Romam allatis, ſupplicatio in triduum decreta eſt. Brevi pòſt Marcellus Romam venit: triumphuſque ei magno conſenſu Patrum eſt decretus. Triumphavit in magiſtratu de Inſubribus Comenſibuſque. Boiorum triumphi ſpem collegæ reliquit; quia ipſi propriè adverſa pugna in ea gente evenerat, collegæ ſecunda. Mul-
E ta ſpolia hoſtium captivis carpentis traducta: multa militaria ſigna lata, æris trecenta viginti millia, argenti bigati ducenta triginta quatuor millia: in pedites ſingulos dati octingenti æris; triplex equiti, centurionique.

L. Valerius Flaccus & M. Porcius, quo die magiſtratum inierunt, de provinciis quum ad ſenatum retuliſſent, Patres cenſuerunt.... alter Conſul duas legiones ſcriberet: his Galliam provinciam obtineri ſatis eſſe, fractis proximo anno Inſubrum & Boiorum animis. Cato Hiſpaniam, Valerius Italiam (d) eſt ſortitus. Cap. 43. An. U. C. 558.

(a) Hodie *Medolo*, ſitumque eſt ſupra Mutinam in radicibus Apennini.
(b) Bononia poſtea vocata fuit.
(c) Straboni dicuntur Lai & Lebecii, Λαοὶ καὶ Λιβέκιοι.
(d) Italia provincia eadem eſt, quæ dicitur Gallia provincia.

Digitized by Google

An. U. C. 558. A

EX LIBRO XXXIV.

Cap. 9. JAM tunc Emporiæ duo (e) oppida erant muro divisa : unum Græci habebant à Phocæa, unde & Massilienses oriundi; alterum Hispani.

Cap. 21. Eadem æstate alter Consul L. Valerius Flaccus in Gallia cum Boiorum manu propter Litanam silvam signis collatis secundo prælio conflixit. Octo millia Gallorum cæsa traduntur : cæteri omisso bello in vicos suos atque agros dilapsi. Consul reliquum æstatis circa Padum Placentiæ & Cremonæ exercitum habuit, restituitque quæ in iis oppidis bello diruta fuerant.

Cap. 42. L. Valerius Consul, quum post fusos circa Litanam silvam Boios, quietam provinciam habuisset, comitiorum causa Romam rediit.

Cap. 46. In Gallia L. Valerius Flaccus proconsul circa Mediolanum cum Gallis Insubribus B
& Boiis, qui Dorulaco duce ad concitandos Insubres Padum transgressi erant, signis collatis depugnavit : decem millia hostium sunt cæsa.... Tiberius Sempronius Consul in provinciam profectus, in Boiorum primùm agrum legiones duxit. Boiorix tunc regulus eorum, cum duobus fratribus tota gente concitata ad rebellandum, castra locis idoneis posuit : ut appareret dimicaturos, si hostis fines intrasset. Consul ubi quantæ copiæ, quanta fiducia esset hosti, sensit; nuncium ad collegam mittit, ut si videretur ei, maturaret venire : se tergiversando in adventum ejus rem extracturum. Quæ causa Consuli cunctandi, eadem Gallis, (præterquàm quòd cunctatio hostium animos faciebat) rei maturandæ erat, ut priusquàm conjungerentur Consulum copiæ, rem transigerent. Per biduum tamen nihil aliud, quàm steterunt parati ad pugnandum, si qui contrà egrederentur : tertio vi subiere ad vallum, castraque ab omni simul parte aggressi sunt. Consul extemplò arma capere milites jussit : armatos inde paulisper C
continuit, ut & stolidam fiduciam hosti augeret, & disponeret copias, quibus quæque portis erumperent. Duæ legiones duabus principalibus portis signa efferre jussæ: sed in ipso exitu ita conferti obstitere Galli, ut clauderent viam. Diu in angustiis pugnatum est; nec dextris magis gladiisque gerebatur res, quàm scutis corporibusque ipsis obnixi urgebant : Romani, ut signa foras efferrent; Galli, ut aut ipsi in castra penetrarent, aut exire Romanos prohiberent : nec antè in hanc aut illam partem moveri acies potuerunt, quàm Q. Victorius primi pili centurio, & C. Atinius tribunus militum, quartæ hic, ille secundæ legionis (rem in asperis præliis semper tentatam) signa adempta signiferis in hostes jecerunt. Dum repetunt enixè signum, priores secundani se portâ ejecere.

Cap. 47. Jam hi extra vallum pugnabant, quarta legione in porta hærente, quum alius tumultus ex aversa parte castrorum est exortus. In portam quæstoriam irruperant Galli; D
resistentesque pertinaciùs occiderant L. Postumium quæstorem, cui Tympano fuit cognomen, & M. Atinium & P. Sempronium, præfectos sociûm, & ducentos fermè milites. Capta ab ea parte castra erant, donec cohors extraordinaria missa à Consule ad tuendam quæstoriam portam, & eos qui intra vallum erant, partim occidit, partim expulit castris, & irrumpentibus obstitit. Eodem ferè tempore & quarta legio cum duabus extraordinariis cohortibus porta erupit. Ita simul tria prælia circa castra locis distantibus erant : clamoresque dissoni ad incertos suorum eventus à præsenti
An. U. C. 559. certamine animos pugnantium avertebant. Usque ad meridiem æquis viribus, ac propè pari spe pugnatum est. Labor & æstus mollia & fluida corpora Gallorum, & minimè patientia sitis, quum decedere pugna coëgisset, in paucos restantes impetum Romani fecerunt, fusosque compulerunt in castra. Signum inde receptui à Consule datum est : ad quod pars major receperunt sese; pars certaminis studio, & spe po- E
tiundi castris hostium perstitit ad vallum. Romanorum paucitate contempta, Galli universi ex castris erumpunt : fusi inde Romani, quæ imperio Consulis noluerant, suo pavore ac terrore castra repetunt. Ita varia hinc atque illinc nunc victoria, nunc fuga fuit : Gallorum tamen ad undecim millia, Romanorum quinque millia sunt occisa.

Cap. 48. Galli recepere in intima finium sese. Consul Placentiam legiones duxit. Scipionem alii, conjuncto exercitu cum collega, per Boiorum Ligurumque agros populantem isse, quoad progredi silvæ paludesque passæ sint, scribunt : alii, nulla memorabile re gesta, comitiorum causa rediisse Romam.

Cap. 55. An. U. C. 560. Provincias deinde Consules priùs, tum prætores sortiti. Cornelius Galliam, Minucius Ligures sortiti sunt.....

(a) Duplex etiam oppidum memorat Strabo lib. 3. δίπολις δ' ἐστὶ, τείχει διωριοσμένη.

Digitized by Google

A Eam rem litteræ Tib. Sempronii discussérunt, in quibus scriptum erat, Ligurum quindecim millia in agrum Placentinum venisse; & eum usque ad ipsa coloniæ mœnia & Padi ripas cum cædibus & incendiis perpopulatos esse : Boiorum quoque gentem ad rebellionem spectare. An. U. C. 560. Cap. 56.

EX LIBRO XXXV.

Quum bellum Ligustinum ad Pisas constitisset, Consul alter L. Cornelius Merula per extremos Ligurum fines exercitum in agrum Boiorum induxit, ubi longè alia belli ratio, quàm cum Liguribus erat. Consul in aciem exibat, hostes pugnam detrectabant, prædatumque ubi nemo obviam exiret, discurrebant Romani : Boii diripi sua impunè, quàm tuendo ea conserere certamen malebant. Posteaquàm omnia B ferro ignique satis evastata erant, Consul agro hostium excessit, & ad Mutinam agmine incauto, ut inter pacatos ducebat. Boii ubi egressum è finibus suis hostem sensere, sequebantur silenti agmine, locum insidiis quærentes. Nocte prætergressi castra Romana, saltum, quà transeundum erat Romanis, insederunt. Id quum parum occultè fecissent, Consul, qui multa nocte solitus erat movere castra, ne nox terrorem in tumultuario prælio augeret, lucem exspectavit : & quum luce moveret; tamen turmam equitum exploratum misit. Posteaquàm relatum est, quantæ copiæ & quo in loco essent, totius agminis sarcinas in medium conjici jussit, & triarios vallum circumjicere : cætero exercitu instructo ad hostem accessit. Idem & Galli fecerunt, posteaquàm apertas esse insidias, & recto ac justo prælio, ubi vera virtus vinceret, dimicandum viderunt. Cap. 4.

Hora secunda fermè concursum est. Sinistra sociorum equitum ala, & extraordi- C narii prima in acie pugnabant : præerant duo consulares legati, M. Marcellus, & Tib. Sempronius, prioris anni Consul. Novus Consul nunc ad prima signa erat; nunc legiones continebat in subsidiis; ne certaminis studio priùs concurrerent, quàm datum signum esset : equites earum extra aciem in locum patentem Q. & P. Minucios tribunos militum educere jussit; inde quum signum dedisset, impetum ex adverso facerent. Hæc agenti nuncius venit à Tib. Sempronio Longo, non sustinere extraordinarios impetum Gallorum, & cæsos permultos esse, & qui supersint, partim labore, partim metu remisisse ardorem pugnæ : legionem alteram ex duabus, si videretur, summitteret, priusquàm ignominia acciperetur. Secunda legio missa est, & extraordinarii recepti. Tum redintegrata est pugna; quum & recens miles & frequens ordinibus legio succesisit. Sinistra ala ex prælio subducta est : dextra in primam aciem subiit. Sol ingenti ardore torrebat minimè patientia æstûs corpora Gallorum : D densis tamen ordinibus nunc alii in alios, nunc in scuta incumbentes, sustinebant impetus Romanorum. Quod ubi animadvertit Consul, ad perturbandos ordines eorum C. Livium Salinatorem, qui præerat alariis equitibus, quàm concitatissimos equos immittere jubet, & legionarios equites in subsidiis esse. Hæc procella equestris, primò confudit & turbavit, deinde dissipavit aciem Gallorum; non tamen ut terga darent. Obstabant duces, hastilibus cædentes terga trepidantium, & redire in ordines cogentes : sed interequitantes alarii non patiebantur. Consul obtestabatur milites, ut paululùm adniterentur : victoriam in manibus esse : dum turbatos & trepidantes viderent, instarent : si restitui ordines sivissent, integro rursus eos prælio & dubio dimicaturos. Inferre vexillarios jussit signa : omnes connexi tandem averterunt hostem. Postquàm terga dabant, & in fugam passim effundebantur; tum ad persequendos eos legionarii equites immissi. Quatuordecim millia Boiorum eo die cæsa sunt; vivi E capti mille nonaginta duo; equites septingenti viginti unus, tres duces eorum, signa militaria ducenta duodecim, carpenta sexaginta tria. Nec Romanis incruenta victoria fuit : supra quinque millia militum ipsorum aut sociorum sunt amissa; centuriones tres & viginti, præfecti sociûm quatuor, & M. Genucius, & M. Marcius, tribuni militum secundæ legionis. Cap. 5.

Domitius ab Arimino, quà proximum fuit, Quintius per Ligures in Boios venit. Duo Consulum agmina diversa latè agrum hostium pervastarunt. Primò equites eorum pauci cum præfectis, deinde universus senatus, postremò in quibus aut fortuna aliqua aut dignitas erat, ad mille quingenti ad Consules transfugerunt. Cap. 22. An. U. C. 561.

Consulibus designatis (inde namque diverteram) L. Quintius, & Cn. Domitius Consules in provincias profecti sunt : Quintius in Ligures, Domitius adversus Boios. Boii quieverunt : atque etiam senatus eorum cum liberis, & præfecti cum equitatu (summa omnium mille & quingenti) Consuli dediderunt sese. Cap. 40.

Digitized by Google

EX LIBRO XXXVI.

Cap. 1. ALTER Conſul, [P. Cornelius] cui Italia provincia eveniſſet, cum Boiis juſſus
An. U. C. 562. bellum gerere.

Cap. 36. Alter Conſul P. Cornelius Scipio Galliam provinciam ſortitus, priuſquàm ad bellum, quod cum Boiis gerendum erat, proficiſceretur, poſtulavit ab Senatu, ut pecunia ſibi decerneretur ad ludos, quos proprætor in Hiſpania inter ipſum diſcrimen pugnæ voviſſet.

Cap. 37. In provinciam proficiſcitur Conſul; atque inde Cn. Domitium proconſulem, dimiſſo exercitu, Romam decedere juſſit: ipſe in agrum Boiorum legiones induxit.

Cap. 38. Duobus ferè poſt menſibus, P. Cornelius Conſul cum Boiorum exercitu ſignis collatis egregiè pugnavit. Duodetriginta millia hoſtium cæſa, Antias Valerius ſcribit; capta tria millia & quadringentos; ſigna militaria centum viginti quatuor; equos mille ducentos triginta; carpenta ducenta quadraginta ſeptem: ex victoribus mille quadringentos octoginta quatuor cecidiſſe. Ut in numero ſcriptori parum fidei ſit (quia in augendo eo non alius intemperantior eſt) magnam victoriam fuiſſe apparet, quòd & caſtra capta ſunt, & Boii poſt eam pugnam extemplò dediderunt ſeſe, & quòd ſupplicatio ejus victoriæ causâ decreta ab Senatu, victimæque majores cæſæ.

Cap. 39. Per eoſdem dies M. Fulvius Nobilior ex ulteriore Hiſpania ovans urbem eſt ingreſſus. Argenti tranſtulit decem millia pondo, bigati argenti centum & triginta; auri centum viginti quinque. P. Cornelius Conſul primò obſidibus à Boiorum gente acceptis, agri parte fere dimidia eos mulctavit; quò ſi vellet, populus Romanus colonias mittere poſſet. Inde Romam, ut ad triumphum haud dubium, decedens, exercitum dimiſit, & adeſſe Romæ ad diem triumphi juſſit. Ipſe poſtero die quàm venit, Senatu in ædem Bellonæ vocato, quum de rebus ab ſe geſtis diſſeruiſſet, poſtulavit ut ſibi triumphanti liceret in Urbem invehi. P. Sempronius Blæſus tribunus plebis, non negandum Scipioni, ſed differendum honorem triumphi cenſebat.....

Cap. 40. Ad ea Conſul, neque ſe Ligures provinciam ſortitum eſſe, ait; neque cum Liguribus bellum geſſiſſe, neque triumphum de iis poſtulare: Q. Minutium confidere brevi ſubactis iis meritum triumphum poſtulaturum atque impetraturum eſſe: ſe de Gallis Boiis poſtulare triumphum, quos acie vicerit, caſtris exuerit; quorum gentem biduo poſt pugnam totam acceperit in deditionem: à quibus obſides abduxerit pacis futuræ pignus. Verumenimverò illud multò majus eſſe, quòd tantum numerum Gallorum ceciderit in acie, quòd cum tot millibus certè Boiorum nemo ante ſe imperator pugnaverit: plus partem dimidiam ex quinquaginta millibus hominum cæſam, multa millia capta: ſenes pueroſque Boiis ſupereſſe. Itaque id quemquam mirari poſſe, cur victor exercitus, quum hoſtem in provincia neminem reliquiſſet, Romam venerit ad celebrandum Conſulis triumphum?..... Univerſus Senatus, non ipſe modò ad decernendum triumphum conſenſit, ſed etiam tribunum plebis auctoritate ſua compulit ad remittendam interceſſionem. P. Cornelius Conſul triumphavit de Boiis. In eo triumpho Gallicis carpentis arma ſignaque & ſpolia omnis generis tranſvexit, & vaſa ænea Gallica: & cum captivis nobilibus equorum quoque captorum gregem traduxit. Aureos torques tranſtulit mille quadringentos ſeptuaginta: ad hæc auri pondo ducenta quadraginta quinque, argenti infecti factique in Gallicis vaſis, non infabrè ſuo more factis, duo millia trecenta quadraginta pondo, bigatorum nummorum ducenta triginta tria. Militibus, qui currum ſecuti ſunt, trecentos vicenos quinos aſſes diviſit; duplex centurioni, triplex equiti.

EX LIBRO XXXVII.

Cap. 1. EXERCITUM ex Liguribus Quintius Minutius..... traducere in Boios, &
An. U. C. 563. Publio Cornelio proconſuli tradere juſſus. Ex agro, quo victos bello mulctaverat Boios, deductæ urbanæ legiones, quæ priore anno conſcriptæ erant, M. Tuccio prætori datæ.

Cap. 8. Ipſe [Antiochus] in Phrygia hibernavit: undique auxilia accerſens, etiam in Gallograeciam miſerat. Bellicoſiores ea tempeſtate erant, Gallicos adhuc, nondum exoleta ſtirpe gentis, ſervantes animos.

Cap. 18. Plurimùm terroris in Gallorum mercede conductis quatuor millibus erat. Hos, paucis

Digitized by Google

A paucis admiſtis, ad pervaſtandum paſſim Pergamenum agrum miſit [Antiochus.] An. U. C. 563.
[Antiochus] ad latus dexterum phalangitarum mille & quingentos equites Gallo- Cap. 40.
græcorum oppoſuit..... Ab lævo cornu phalangitis adjuncti erant Gallogræci equites mille & quingenti..... Inde alia multitudo par ei quæ in dextro cornu erat, primi Tarentini, deinde Gallogræcorum equitum duo millia & quingenti.

Ex Gallia Legatos Placentinorum & Cremonenſium L. Aurunculeius prætor in Cap. 46.
Senatum introduxit. Iis querentibus inopiam colonorum, aliis belli caſibus, aliis morbo abſumptis, quoſdam tædio accolarum Gallorum reliquiſſe colonias; decrevit Senatus, uti C. Lælius Conſul, ſi ei videretur, ſex millia familiarum conſcriberet, quæ in eas colonias dividerentur: & ut L. Aurunculeius prætor triumviros crearet ad eos colonos deducendos.

Creati M. Atilius Serranus, L. Valerius P. F. Flaccus, L. Valerius C. F. Cap. 47.
B Tappus. Haud ita multò pòſt quum jam conſularium comitiorum appeteret tempus, C. Lælius Conſul ex Gallia Romam rediit. Is non ſolùm ex facto abſente ſe ſenatuſconſulto in ſupplementum Cremonæ & Placentiæ colonos ſcripſit; ſed, ut novæ coloniæ duæ in agrum, qui Boiorum fuiſſet, deducerentur, & retulit, & auctore eo Patres cenſuerunt.

Nihil tamen aut de Conſule mittendo in Aſiam mutandum, aut minuendas eas Cap. 51.
copias cenſuerunt; metu ne cum (a) Gallis foret bellandum. An. U. C. 564.

Maſſilienſes, quos, ſi natura inſita velut ingenio terræ vinci poſſet, jam pridem Cap. 54.
efferaſſent tot indomitæ circumfuſæ gentes, in eo honore, in ea meritò dignitate au- *In Oratione Rhodiorum.*
dimus apud vos eſſe, ac ſi medium umbilicum Græciæ incolerent. Non enim ſonum modò linguæ, veſtitumque & habitum, ſed ante omnia mores & leges & ingenium ſincerum integrumque à contagione accolarum ſervarunt.

C Per eos dies, quibus hæc geſta ſunt, legati Maſſilienſium nunciaverunt, L. Bæ- Cap. 57.
bium prætorem, in provinciam Hiſpaniam proficiſcentem, ab Liguribus circumventum, magna parte comitum cæſa, vulneratum ipſum cum paucis, ſine lictoribus Maſſiliam perfugiſſe, & intra triduum exſpiraſſe.... Eodem anno ante diem tertium Calendas Januarias Bononiam Latinam coloniam ex ſenatuſconſulto L. Valerius Flaccus, M. Atilius Serranus, L. Valerius Tappus triumviri deduxerunt. Tria millia hominum ſunt deducta, equitibus ſeptuagena jugera, cæteris colonis quinquagena ſunt data. Ager captus de Gallis Boiis fuerat: Galli Tuſcos expulerant.

EX LIBRO XXXVIII.

Eadem non æſtate ſolùm, ſed etiam iiſdem propè diebus, quibus hæc à M. Ful- Cap. 12.
D vio Conſule in Ætolia geſta ſunt; Conſul alter Cn. Manlius in Gallogræcia bellum geſſit, quod nunc ordiri pergam. Vere primo Epheſum Conſul venit, acceptiſque copiis à L. Scipione, & exercitu luſtrato, concionem apud milites habuit, qua, collaudata virtute eorum, quòd cum Antiocho uno prælio debellaſſent; adhortatus eos ad novum cum Gallis ſuſcipiendum bellum, qui & auxiliis Antiochum juviſſent, & adeò indomita haberent ingenia, ut nequicquam Antiochus emotus ultra juga Tauri montis eſſet, niſi frangerentur opes Gallorum: de ſe quoque pauca, nec falſa, nec immodica, adjecit. Læti cum frequenti aſſenſu Conſulem audiverunt; partem virium Antiochi fuiſſe Gallos credentes: rege ſuperato, nullum momentum in ſolis per ſe Gallorum copiis fore. Eumenem haud tempore abeſſe (Romæ tunc erat) credere Conſul, gnarum locorum hominumque, & cujus intereſſet frangi Gallorum opes.

E [Conſul Manlius] ad Anaburam inde, & altero die ad Alandri fontes, tertio ad Cap. 15.
Abaſſum poſuit caſtra: ibi plures dies ſtativa habuit; quia perventum erat ad Toliſtobogiorum fines. Hi Galli (b) magna hominum vis, ſeu inopia agri, ſeu prædæ ſpe, nul- Cap. 16.
lam gentem, per quas ituri eſſent, parem armis rati, Brenno duce in Dardanos pervenerunt. Ibi ſeditio orta, & ad viginti millia hominum cum Leonorio ac Lutario regulis ſeceſſione facta à Brenno, in Thraciam iter averterunt: ubi cum reſiſtentibus pugnando, pacem petentibus ſtipendium imponendo, Byzantium quum perveniſſent, aliquandiu oram Propontidis vectigalem habendo, regionis ejus urbes obtinuerunt. Cupido inde eos in Aſiam tranſeundi, audientes ex propinquo quanta ubertas terræ ejus eſſet, cepit: & Lyſimachia fraude capta, Cherſoneſoque omni armis poſſeſſa, ad Helleſpontum deſcenderunt. Ibi verò exiguo diviſis freto cernentibus

(a) Gallos Aſiaticos intellige ſeu Gallogræcos. (Hæc referenda ad An. V. C. 473. 474. & 475.

Digitized by Google

An. U. C. 564. Asiam, multò magis animi ad transeundum accensi; nunciosque ad Antipatrum præfectum ejus oræ de transitu mittebant: quæ res quum lentiùs spe ipsorum traheretur, alia rursus nova inter regulos orta seditio est. Leonorius retrò, unde venerat, cum majore parte hominum repetit Byzantium: Lutarius, Macedonibus per speciem legationis ab Antipatro ad speculandum missis, duas tectas naves, & tres lembos adimit: his alios atque alios dies noctesque transvehendo, intra paucos dies omnes copias trajecit. Haud ita multò pòst Leonorius, adjuvante Nicomede Bithyniæ rege, à Byzantio transmisit. Coëunt deinde in unum rursus Galli, & auxilia Nicomedi dant adversus Zybœam, partem tenentem Bithyniæ, gerenti bellum. Atque eorum maximè opera devictus Zybœa est, Bithyniaque omnis in ditionem Nicomedis concessit. Profecti ex Bithynia in Asiam processerunt: non plus ex viginti millibus hominum quàm decem armata erant; tamen tantùm terroris omnibus, quæ cis Taurum incolunt, gentibus injecerunt; ut quas adissent, quasque non adissent, pariter ultimæ propinquis imperio parerent. Postremò quum tres essent gentes, Toliστobogii, Trocmi, Tectosagi; in tres partes, qua cuique populorum suorum vectigalis Asia esset, divisерunt. Trocmis Hellesponti ora data: Toliστobogii Æolida atque Ioniam, Tectosagi mediterranea Asiæ sortiti sunt: & stipendium tota cis Taurum Asia exigebant. Sedem autem ipsi circa Halyn flumen ceperunt: tantusque terror eorum nominis erat, multitudine etiam magna sobole aucta, ut Syriæ quoque ad postremum reges stipendium dare non abnuerent. Primus Asiam incolentium abnuit Attalus, pater regis Eumenis; audacique incepto præter omnium opinionem affuit fortuna, & signis collatis superior fuit: non tamen ita infregit animos eorum, ut absisterent imperio. Eædem opes usque ad bellum Antiochi cum Romanis manserunt: tum quoque pulso Antiocho, magnam spem habuerunt; quia procul mari incolerent, Romanum exercitum ad se non perventurum.

Cap. 17. Cum hoc hoste tam terribili omnibus regionis ejus, quia bellum gerendum erat, pro concione milites maximè in hunc modum allocutus est Consul: *Non me præterit, milites, omnium, quæ Asiam colunt, gentium Gallos fama belli præstare. Inter mitissimum genus hominum ferox natio, pervagata bello propè orbem terrarum, sedem cepit. Procera corpora, promissæ & rutilatæ comæ, vasta scuta, prælongi gladii: ad hoc cantus inchoantium prælium, & ululatus & tripudia, & quatientium scuta in patrium quemdam morem horrendus armorum crepitus: omnia de industria composita ad terrorem. Sed hæc, quibus insolita atque insueta sunt, Græci & Phryges & Cares timeant: Romanis Gallici tumultûs assuetis, etiam vanitates notæ sunt. Semel primo congressu ad* (a) *Alliam olim fuderunt majores nostros: ex eo tempore per ducentos jam annos pecorum in modum consternatos cædunt fugantque: & plures quoque de Gallis triumphi, quàm de toto orbe terrarum acti sunt. Jam usu hoc cognitum est, si primum impetum, quem fervido ingenio & cæca ira effundunt, sustinueris; fluunt sudore & lassitudine membra, labant arma: mollia corpora, molles, ubi ira consedit, animos sol, pulvis, sitis, ut ferrum non admoveas, prosternunt. Non legionibus legiones eorum solùm experti sumus, sed vir unus cum viro congrediendo, T. Manlius, M. Valerius, quantùm Gallicam rabiem vinceret Romana virtus, docuerunt. Jam M. Manlius unus agmine scandentes in Capitolium Gallos detrusit. Et illis majoribus nostris cum haud dubiis Gallis in terra sua genitis res erat. Hi jam degeneres sunt; mixti, & Gallogræci verè, quod appellantur. Sicut in frugibus pecudibusque non tantùm semina ad servandam indolem valent, quantùm terræ proprietas cælique, sub quo aluntur, mutat. Macedones, qui Alexandriam in Ægypto, qui Seleuciam ac Babyloniam, quique alias sparsas per orbem terrarum colonias habent, in Syros, Parthos, Ægyptios degenerarunt. Massilia inter Gallos sita, traxit aliquantùm ab accolis animorum: Tarentinis quid ex Spartana dura illa & horrida disciplina mansit? Generosius in sua quicquid sede gignitur, insitum alienæ terræ, in id quo alitur, natura vertente se, degenerat. Phrygas igitur Gallicis oneratos armis, sicut in acie Antiochi cecidistis, victos victores cædetis. Magis id vereor, ne parum inde gloriæ, quàm ne nimium belli sit. Attalus eos rex sæpe fudit fugavitque. Nolite existimare, belluas tantùm recens captas feritatem illam silvestrem primò servare, deinde quum diu manibus humanis alantur, mitescere, in hominum feritate mulcenda non eamdem naturam esse. Eosdemne hos creditis esse, qui patres eorum avique fuerunt? extorres inopia agrorum profecti domo per asperrimam Illyrici oram; Pæoniam inde & Thraciam, pugnando cum ferocissimis gentibus, emensi, has terras ceperunt. Duratos eos tot malis*

(a) Apparet Manlii Consulis, aut ipsius Livii Gallis infensi vanitas, unicam Gallorum de Romanis ad Alliam amnem victoriam agnoscentis; & tum captæ & incensæ urbis obliti, tum cæsorum sæpius exercituum ducumque. Sed mirum non est causæ suæ ad confirmandos militum animos favere Vulsonem. *Doujatius.*

Digitized by Google

A *exaſperatoſque accepit terra, quæ copia rerum omnium ſaginaret: uberrimo agro, mi-* An. U. C.
tiſſimo cœlo, clementibus accolarum ingeniis, omnis illa, cum qua venerant, manſuefacta 564.
eſt feritas. Vobis, mehercule, Martis viris cavenda ac fugienda quamprimùm amœnitas eſt Aſiæ: tantùm hæ peregrinæ voluptates ad exſtinguendum vigorem animorum poſſunt; tantùm contagio diſciplinæ moriſque accolarum valet. Hoc tamen feliciter evenit, quòd ſicut vim adverſus vos nequaquam, ita famam apud Græcos parem illi antiquæ obtinent; cum qua venerunt: bellique gloriam victores eamdem inter ſocios habebitis, quam ſi ſervantes antiquum ſpecimen animorum Gallos viciſſetis.

Concione dimiſſa, miſſiſque ad Epoſſognatum legatis, qui unus ex regulis & Cap. 18.
in Eumenis amicitia manſerat, & negaverat Antiocho adverſus Romanos auxilia, caſtra movit. Primo die ad Alandrum flumen, poſtero ad vicum, quem vocant Tyſcon, ventum. Eò legati Oroandenſium quum veniſſent amicitiam petentes, ducenta
B talenta iis ſunt imperata; precantibuſque ut domum renunciarent, poteſtas facta. Ducere inde exercitum Conſul ad Plitendum: deinde ad Alyattos caſtra poſita. Eò miſſi ad Epoſſognatum redierunt, & legati cum illis reguli orantes, ne Tectoſagis bellum inferrent: ipſum in eam gentem iturum Epoſſognatum, perſuaſurumque ut imperata faciant. Data venia regulo: duci inde exercitus per Axylon (quam vocant) terram cœptus. Ab re nomen habet: non ligni modò quicquam, ſed ne ſpinas quidem, aut ullum aliud alimentum fert ignis. Fimo bubulo pro lignis utuntur. Ad Cuballum Gallogræciæ caſtellum caſtra habentibus Romanis, apparuere cum magno tumultu hoſtium equites; nec turbarunt tantùm ſtationes Romanas repentè invecti, ſed quoſdam etiam occiderunt. Qui tumultus quum in caſtra perlatus eſſet, effuſus repentè omnibus portis equitatus Romanus fudit fugavitque Gallos, & aliquot fugientes occidit. Inde Conſul, ut qui jam ad hoſtes perventum cerneret, explorato
C deinde & cum cura coacto agmine procedebat. Continentibus itineribus quum ad Sangarium flumen perveniſſet, pontem, quia vado nuſquam tranſitus erat, facere inſtituit. Sangarius ex Adoreo monte per Phrygiam fluens, miſcetur ad Bithyniam Thymbri fluvio: inde major jam geminatis aquis per Bithyniam fertur, & in Propontidem ſeſe effundit; non tamen tam magnitudine memorabilis, quàm quòd piſcium accolis ingentem vim præbet. Tranſgreſſis ponte perfecto flumen, præter ripam euntibus * Galli Matris Magnæ à Peſſinunte occurrere cum inſignibus ſuis, vaticinan- * Sacerdotes.
tes fanatico carmine, Deam Romanis viam belli & victoriam dare, imperiumque ejus regionis. Accipere ſe omen quum dixiſſet Conſul, caſtra eo ipſo loco poſuit. Poſtero die ad Gordium pervenit: id haud magnum quidem oppidum eſt, ſed pluſquàm mediterraneum celebre & frequens emporium. Tria maria pari fermè diſtantia intervallo habet: Helleſpontum, ad Sinopem, & alterius oræ littora, quà Cilices
D maritimi colunt. Multarum magnarumque præterea gentium fines contingit, quarum commercium in eum maximè locum mutui uſus contraxere. Id tum deſertum fuga incolarum oppidum, refertum idem copia rerum omnium invenerunt. Ibi ſtativa habentibus legati ab Epoſſognato venerunt, nunciantes, profectum eum ad regulos Gallorum, nihil æqui impetraſſe; ex campeſtribus vicis agriſque frequentes demigrare, & cum conjugibus ac liberis quæ ferre atque agere poſſent, præ ſe agentes portanteſque, Olympum montem petere, ut inde armis locorumque ſitu ſeſe tueantur.

Certiora poſteà Oënoandenſium legati attulerunt, Toliſtobogiorum civitatem Olym- Cap. 19.
pum montem cepiſſe: diverſos Tectoſagos alium montem, qui Magaba dicatur, petiſſe: Trocmos, coniugibus ac liberis apud Tectoſagos depoſitis, armatorum agmine Toliſtobogiis ſtatuiſſe auxilium ferre. Erant autem tunc trium populorum reguli Ortiagon & Combolomarus & Gaulotus. Iis hæc maximè belli ratio ſu-
E mendi fuerat, quòd quum montes editiſſimos ejus regionis tenerent, convectis omnibus, quæ ad uſum quamvis longi temporis ſufficerent, tædio ſe fatigaturos hoſtes cenſebant. Nam neque auſuros per tam ardua atque iniqua loca ſubire eos: & ſi conarentur, vel parva manu prohiberi ac deturbari poſſe; nec quietos in radicibus gelidorum montium ſedentes, frigus, aut inopiam laturos. Et quum ipſa altitudo locorum eos tutaretur, foſſam quoque & alia munimenta verticibus iis, quos inſederant, circumjecere. Minima apparatûs miſſilium telorum cura fuit: quòd ſaxa affatim præbituram aſperitatem ipſam locorum credebant.

Conſul, quia non cominùs pugnam, ſed procul locis oppugnandis futuram præ- Cap. 20.
ceperat animo, ingentem vim pilorum, velitarium haſtarum, ſagittarum, glandiſque, & modicorum, qui funda mitti poſſent, lapidum paraverat: inſtructuſque miſſilium apparatu, ad Olympum montem ducit: & à quinque fermè millibus locat

Digitized by Google

An. U. C. 564. castra. Postero die cum quadringentis equitibus & Attalo progressum eum ad naturam montis, situmque Gallicorum castrorum visendum, equites hostium, duplex numerus, effusi castris in fugam averterunt: occisi quoque pauci fugientium, vulnerati plures. Tertio die cum omnibus ad loca exploranda profectus; quia nemo hostium extra munimenta processit, tutò circumvectus montem, animadvertit meridiana regione terrenos & placidè acclivos ad quemdam finem colles esse, ad septentrionem arduas & rectas propè rupes; atque omnibus fermè aliis inviis, itinera tria esse; unum medio monte, quà terrena erant; duo difficilia ab hiberno solis ortu, & ab æstivo occasu. Hæc contemplatus, eo die sub ipsis radicibus posuit castra. Postero die sacrificio facto, quum primis hostiis litasset, trifariàm exercitum divisum ducere ad hostem pergit: ipse cum maxima parte copiarum, quà æquissimum aditum præbebat mons, ascendit. L. Manlium fratrem ab hiberno ortu, quoad loca patiantur, & tutò possit, subire jubet: si qua periculosa & prærupta occurrant, non pugnare cum iniquitate locorum, neque inexsuperabilibus vim afferre; sed obliquo monte ad se declinare, & suo agmini conjungi: C. Helvium cum tertia parte circumire sensim per infima montis, deinde ab æstivo occasu erigere agmen. Et Attali auxilia trifariàm æquo numero divisit; secum esse ipsum juvenem jussit: equitatum cum elephantis in proxima tumulis planicie reliquit. Edictum præfectis, ut intenti quid ubique geratur animadvertant; opemque ferre, quò postulent res, properent.

Cap. 21. Galli duobus lateribus satis fidentes invia esse ab ea parte quæ in meridiem vergeret, ut armis clauderent viam, quatuor fermè millia armatorum ad tumulum imminentem viæ, minùs mille passuum à castris, occupandum mittunt: eo se rati velut castello iter impedituros. Quod ubi Romani viderunt, expediunt sese ad pugnam: ante signa modico intervallo velites eunt, & ab Attalo Cretenses sagittarii, & funditores & Tralli Thraces: signa peditum ut per arduum leni gradu ducuntur, ita præ se habentium scuta, ut missilia tantùm vitarent, pede collato non viderentur pugnaturi. Missilibus ex intervallo loci prælium commissum est; primò par, Gallos loco adjuvante, Romanos varietate & copia telorum. Procedente certamine nihil jam æqui erat: scuta longa, cæterùm ad amplitudinem corporum parum lata, & ea ipsa plana, malè tegebant Gallos: nec jam tela habebant, præter gladios, quorum, quum manum hostis non consereret, nullus usus erat. Saxis, nec modicis, ut quæ non præparassent, sed quod cuique temerè trepidanti ad manum venisset, ut insueti, nec arte, nec viribus adjuvantes ictum, utebantur. Sagittis, glande, jaculis incauti ab omni parte configebantur; nec quid agerent, ira & pavore obcœcatis animis, cernebant: & erant deprehensi genere pugnæ, in quod minimè apti sunt. Nam quemadmodum cominùs, ubi invicem pati ac inferre vulnera licet, accendit ira animos eorum; ita ubi ex occulto & procul levibus telis vulnerantur, nec quò ruant cæco impetu, habent; velut feræ transfixæ in suos temerè incurrunt. Detegebat vulnera eorum, quòd nudi pugnant; & sunt fusa & candida corpora, ut quæ nunquam nisi in pugna nudentur: ita & plus sanguinis è multa carne fundebatur, & fœdiores patebant plagæ, & candor corporum magis sanguine atro maculabatur. Sed non tam patentibus plagis moventur: interdum infecta cute, ubi latior quàm altior plaga est, etiam glorioſiùs se pugnare putant. Iidem, quum aculeus sagittæ aut glandis abditæ introrsùs tenui vulnere in speciem urit, & scrutantes quæ vellant, telum non sequitur; tum in rabiem & pudorem tam parvæ perimentis pestis versi, prosternunt corpora humi, sic ut passim procumberent. Alii ruentes in hostem, undique configebantur: & quum cominùs venerant, gladiis à velitibus trucidabantur. Hic miles tripedalem parmam habet, & in dextera hastas, quibus eminùs utitur: gladio Hispaniensi est cinctus: quòd si pede collato pugnandum est, translatis in lævam hastis, stringit gladium. Pauci supererant jam Gallorum, qui posteaquàm ab levi armatura superatos se viderunt, & instare legionum signa, effusa fuga castra repetunt, pavoris & tumultûs jam plena; ubi feminæ puerique & alia imbellis turba permista esset. Romanos victores deserti fuga hostium acceperunt tumuli.

Cap. 22. Sub idem tempus L. Manlius & C. Helvius, quum, quoad viam colles obliqui dederunt, ascendissent; posteaquàm ad invia ventum est, flexere iter in partem montis, quæ una habebat iter; & sequi Consulis agmen modico uterque intervallo, velut ex composito, cœperunt: quod primò optimum factu fuisset, in id necessitate ipsa compulsi. Subsidia enim in talibus iniquitatibus locorum maximo sæpe usui fuerunt; ut primis fortè deturbatis, secundi & tegant pulsos, & integri pugnam

Digitized by Google

A excipiant. Conſul, poſteaquàm ad tumulos ab levi armatura captos prima ſigna legionum pervenerunt; reſpirare & conquieſcere pauliſper militem jubet: ſimul ſtrata per tumulos corpora Gallorum oſtentat: & quum levis armatura tale prælium ediderit, quid ab legionibus, quid ab juſtis armis, quid ab animis fortiſſimorum militum exſpectari? Caſtra illis capienda eſſe, in quæ compulſus ab levi armatura hoſtis trepidet. Præcedere tamen jubet levem armaturam, quæ, quum ſtaret agmen, colligendis per tumulos telis, ut miſſilia ſufficerent, haud ſegne id ipſum tempus conſumpſerat. Jam caſtris appropinquabant: & Galli, ne parum ſe munimenta ſua tegerent, armati pro vallo conſtiterant. Obruti deinde omni genere telorum, quum quò plures ac denſiores erant, eò minùs vani quicquam intercideret teli; intra vallum momento temporis compelluntur, ſtationibus tantùm firmis ad ipſos aditus portarum relictis. In multitudinem compulſam in caſtra vis ingens miſſilium telo-
B rum conjiciebatur: & vulnerari multos, clamor permixtus mulierum atque puerorum ploratibus ſignificabat. In eos, qui portas ſtationibus ſuis clauſerant, legionum anteſignani pila conjecerunt: hi verò non vulnerabantur; ſed tranſverberatis ſcutis plerique inter ſe conſerti hærebant: nec diutiùs impetum Romanorum ſuſtinuerunt. An. U. C. 364.

Patentibus jam portis, priuſquàm irrumperent victores, fuga è caſtris Gallorum in omnes partes facta eſt: ruunt cæci per vias, per invia; nulla præcipitia ſaxa, nullæ rupes obſtant; nihil præter hoſtem metuunt. Itaque plerique præcipites per vaſtam altitudinem prolapſi ac debilitati exanimantur. Conſul caſtris captis, direptione prædaque abſtinet: militem ſequi pro-ſe quemque & inſtare, & perculſis pavorem addere jubet. Supervenit & alterum cum L. Manlio agmen, nec eos caſtra intrare ſinit: protinus ad perſequendos hoſtes mittit: & ipſe paulò pòſt, tradita
C captivorum cuſtodia tribunis militum, ſequitur; debellatum ratus, ſi in illo pavore quamplurimi cæſi forent aut capti. Egreſſo Conſule, C. Helvius cum tertio agmine advenit: nec continere ſuos à direptione caſtrorum valuit: prædaque eorum, iniquiſſima ſorte, qui pugnæ non interfuerant, facta eſt. Equites diu ignari & pugnæ & victoriæ ſuorum ſteterunt: deinde & ipſi, quantùm equi in colles ſubire poterant, ſparſos fuga Gallos circa radices montis conſectati cecidere, aut cepere. Numerus interfectorum haud facilè iniri potuit, quia latè inter omnes anfractus montium fugaque & cædes fuit: & magna pars rupibus inviis in profundæ altitudinis convalles delapſa eſt; pars in ſilvis vepribuſque occiſa. Claudius, qui bis pugnatum in Olympo monte ſcribit, ad quadraginta millia hominum cæſa, auctor eſt. Valerius Antias, qui magis immodicus in numero augendo eſſe ſolet, non plus decem millia. Numerus captivorum haud dubiè millia quadraginta explevit; quia omnis
D generis ætatiſque turbam ſecum traxerant, demigrantium magis quàm in bellum euntium modo. Conſul, armis hoſtium in uno concrematis cumulo, cæteram prædam conferre omnes juſſit: & aut vendidit quod ejus in publicum redigendum erat; aut cum cura, ut quàm æquiſſima eſſet, per milites diviſit. Laudati quoque pro concione omnes ſunt, donatique pro merito quiſque; ante omnes Attalus, ſummo cæterorum aſſenſu: nam ſingularis ejus juvenis quum virtus & induſtria in omnibus laboribus periculiſque, tum modeſtia etiam fuerat. Cap. 23.

Supererat bellum integrum cum Tectoſagis. Ad eos profectus Conſul, tertiis caſtris Ancyram, nobilem in illis locis urbem, pervenit: unde hoſtes paulò plus decem millia aberant. Ubi quum ſtativa eſſent, facinus memorabile à captiva factum eſt. Ortiagontis reguli uxor (a) forma eximia cuſtodiebatur inter plures captivos, cui cuſtodiæ centurio præerat, & libidinis & avaritiæ militaris. Is primò
E ejus animum tentavit: quam quum abhorrentem à voluntario videret ſtupro; corpori, quod ſervum fortunâ erat, vim fecit. Deinde ad leniendam indignitatem injuriæ, ſpem reditûs ad ſuos mulieri facit; & ne eam quidem, ut amans, gratuitam, certo auri pondere pactus: ne quem conſcium ſuorum haberet, ipſi permittit, ut quem vellet unum ex captivis nuncium ad ſuos mitteret. Locum prope flumen conſtituit, quò duo, nec plus, neceſſarii captivæ cum auro venirent nocte inſequenti ad eam accipiendam. Fortè ipſius mulieris ſervus inter captivos ejuſdem cuſtodiæ erat: hunc nuncium primis tenebris extra ſtationes centurio educit. Nocte inſequenti & duo neceſſarii mulieris ad conſtitutum locum, & centurio cum captiva venit. Ubi quum aurum oſtenderent, quod ſummam talenti Attici (tanti enim pepigerat) expleret, mulier lingua ſua, ſtringerent ferrum, & centurionem penſantem Cap. 24.

(a) Chiomaram vocat Plutarchus lib. de virtutibus Mulierum.

Digitized by Google

An. U. C. 564. aurum occiderent, imperavit. Jugulati præciſum caput, ipſa involutum veſte ferens, ad virum Ortiagontem, qui ab Olympo domum refugerat, venit : quem priuſquàm complecteretur, caput centurionis ante pedes ejus abjecit : mirantique cujuſnam id caput eſſet hominis, aut quòd id facinus haudquaquam muliebre eſſet; & injuriam corporis, & ultionem violatæ per vim pudicitiæ confeſſa viro eſt : aliaque (ut traditur) ſanctitate & gravitate vitæ, hujus matronalis facinoris decus ad ultimum conſervavit. A

Cap. 25. Ad Ancyram, in ſtativa, Tectoſagum oratores ad Conſulem venerunt, petentes ne antè ab Ancyra caſtra moveret, quàm collocutus cum ſuis regibus eſſet : nullas conditiones pacis iis non bello fore potiores. Tempus in poſterum diem conſtituitur, locuſque qui maximè medius inter caſtra Gallorum & Ancyram eſt viſus. Quò quum Conſul ad tempus cum præſidio quingentorum equitum veniſſet, nec ullo Gallorum ibi viſo, regreſſus in caſtra eſſet; oratores iidem redeunt, excuſantes religione objecta venire reges non poſſe : principes gentis, per quos æquè res tranſigi poſſet, venturos. Conſul ſe quoque Attalum miſſurum dixit. Ad hoc colloquium utrimque ventum eſt : trecentos equites Attalus præſidii cauſa quum adduxiſſet, jactæ ſunt pacis conditiones. Finis rei quia abſentibus ducibus imponi non poterat, convenit uti Conſul regeſque eo loco poſtero die congrederentur. Fruſtratio Gallorum eò ſpectabat, primùm ut tererent tempus, donec res ſuas cum quibus periclitari nolebant, cum conjugibus ac liberis trans Halyn flumen trajicerent; deinde quòd ipſi Conſuli parum cauto adverſus colloquii fraudem inſidiabantur. Mille ad eam rem ex omni numero audaciæ expertæ delegerunt equites : & ſucceſſiſſet fraudi, ni pro jure gentium, cujus violandi conſilium initum erat, ſtetiſſet fortuna. Pabulatores lignatoreſque Romani in eam partem, in qua colloquium futurum erat, ducti ſunt; tutius id futurum tribunis ratis, quia Conſulis præſidium & ipſum pro ſtatione habituri erant, hoſti oppoſitum : ſuam tamen alteram ſtationem propiùs caſtra ſexcentorum equitum poſuerunt. Conſul, affirmante Attalo venturos reges, & tranſigi rem poſſe, profectus è caſtris, quum eodem quo antea præſidio equitum, quinque millia ferè proceſſiſſet, nec multùm à conſtituto loco abeſſet; repentè concitatis equis cum impetu hoſtili videt Gallos venientes. Conſtituit agmen, & expedire tela animoſque equitibus juſſis, primò conſtanter initium pugnæ accepit, nec ceſſit : dein quum prægravaret multitudo, cedere ſenſim, nihil confuſis turmarum ordinibus, cœpit : poſtremò quum jam plus in mora periculi quàm in ordinibus conſervandis præſidii eſſet, omnes paſſim in fugam effuſi ſunt. Tum verò inſtare diſſipatis Galli, & cædere : magnaque pars oppreſſa foret, ni ſtatio pabulatorum ſexcenti equites occurriſſent. Ii procul clamore pavido ſuorum exaudito, quum tela equoſque expediſſent; integri profligatam pugnam accepe-D runt. Itaque verſa extemplò fortuna eſt, verſus in victores à victis terror, & primò impetu fuſi Galli ſunt, & ex agris concurrebant pabulatores, & undique obvius hoſtis Gallis erat, ut ne fugam quidem facilem aut tutam haberent, quia recentibus equis Romani feſſos ſequebantur. Pauci ergo effugerunt; captus eſt nemo : major multò pars per fidem violati colloquii pœnas morte luerunt. Romani ardentibus ira animis, poſtero die omnibus copiis ad hoſtem perveniunt. B C

Cap. 26. Biduum natura montis per ſeipſum exploranda, ne quid ignoti eſſet, abſumpſit Conſul : tertio die quum aùſpicio operam dediſſet, deinde immolaſſet, in quatuor partes diviſas copias educit; duas ut mediò monte duceret, duas ab lateribus ut adverſus cornua Gallorum erigeret. Hoſtium quod roboris erat, Tectoſagi & Trocmi mediam tenebant aciem, millia hominum quinquaginta : equitatum (quia equorum nullus inter inæquales rupes uſus erat) ad pedes deductum, decem millia ho-E minum, ab dextro locaverunt cornu. Ariarathis Cappadocis & Morzi auxiliares in lævo quatuor fermè millium numerum explebant. Conſul, ſicut in Olympo monte prima in acie locata levi armatura, telorum omnis generis, ut æquè magna vis ad manum eſſet, curavit. Ubi appropinquarunt, omnia eadem utrimque, quæ fuerant in priore prælio, erant præter animos & victoribus ab re ſecunda auctos, & hoſtibus fractos : quia etſi non ipſi victi erant, ſuæ gentis hominum cladem pro ſua ducebant. Itaque à paribus initiis cœpta res, eumdem exitum habuit. Velut nubes levium telorum conjecta obruit aciem Gallorum : nec aut procurrere quiſquam ab ordinibus ſuis, ne nudarent undique corpus ad ictus, audebant : & ſtantes quò denſiores erant, hoc plura, velut deſtinatum petentibus, vulnera accipiebant. Conſul jam per ſe turbatis ſi legionum ſigna oſtendiſſet, verſuros extemplò in fugam omnes ratus,

Digitized by Google

A receptis inter ordines velitibus & alia turba auxiliorum, aciem promovit. An. U. C. 564.

Galli & memoria Toliſtobogiorum cladis territi, & inhærentia corporibus gerentes tela, feſſique & ſtando & vulneribus, ne primum quidem impetum & clamorem Romanorum tulerunt. Fuga ad caſtra inclinavit; ſed pauci intra munimenta ſeſe recepere: pars major dextra lævaque prælati, quà quemque impetus tulit, fugerunt. Victores uſque ad caſtra ſecuti, ceciderunt terga: deinde in caſtris cupiditate prædæ hæſerunt, nec ſequebatur quiſquam. In cornibus Galli diutiùs ſteterunt, quia ſeriùs ad eos perventum eſt: cæterùm ne primum quidem conjectum telorum tulerunt. Conſul, qui ingreſſos in caſtra ab direptione abſtrahere non poterat, eos qui in cornibus fuerant, protinus ad ſequendos hoſtes miſit: per aliquantum ſpatium ſecuti, non plus tamen octo millia hominum in fuga (nam pugna nulla fuit) ceciderunt: reliqui flumen Halyn trajecerunt. Romanorum magna pars ea nocte in B hoſtium caſtris manſit: cæteros in ſua caſtra reduxit. Poſtero die captivos prædamque recenſuit; quæ tanta fuit, quantam avidiſſima rapiendi gens, quum cis montem Taurum omnia armis per multos tenuiſſet annos, coacervare potuit. Galli ex diſſipata paſſim fuga in unum locum congregati, magna pars ſaucii aut inermes, nudati omnibus rebus, oratores de pace ad Conſulem miſerunt. Eos Manlius Epheſum venire juſſit: ipſe (jam enim medium autumni erat) locis gelidis propinquitate Tauri montis excedere properans, victorem exercitum in hiberna maritimæ oræ reduxit. Cap. 27.

Conſulibus, alteri Piſæ cum Liguribus, alteri Gallia provincia decreta eſt... Meſſalæ Ligures, Salinatori obtigit Gallia. Cap. 35. An. 565.

Ut clarior nobiliorque victoria Romanis de rege Antiocho fuit, quàm de Gallis; ita lætior ſociis erat de Gallis, quàm de Antiocho. Tolerabilior regia ſervitus fuerat, quàm feritas immanium barbarorum, incertuſque in dies terror; quò velut tem- Cap. 37.
C peſtas eos populantes inferret. Itaque ut quibus libertas Antiocho pulſo, pax Gallis domitis, data eſſet; non gratulatum modò venerant, ſed coronas etiam aureas pro ſuis quæque facultatibus attulerant. Et ab Antiocho legati, & ab ipſis Gallis, ut pacis leges dicerentur; & ab Ariarathe rege Cappadocum venerunt ad veniam petendam, luendamque pecunia noxam, quòd auxiliis Antiochum juviſſet. Ei ducenta talenta argenti ſunt imperata: Gallis reſponſum, quum Eumenes rex veniſſet, tum daturum iis leges: civitatum legationes cum benignis reſponſis, lætiores etiam quàm venerant, dimiſſæ.

Manlius cum decem legatis omnique exercitu ad Helleſpontum profectus, evocatis eò regulis Gallorum, leges, quibus pacem cum Eumene ſervarent, dixit, denunciavitque ut morem vagandi cum armis finirent, agrorumque ſuorum terminis ſe continerent. Cap. 40.

D Comitiis perfectis, quas provincias prætoribus eſſe placeret, retulit ad Senatum Conſul; decreverunt duas Romæ juris dicendi cauſa, duas extra Italiam, Siciliam & Sardiniam: duas in Italia, Tarentum & Galliam. Et extemplò, priuſquàm inirent magiſtratum, ſortiri juſſi: Ser. Sulpicius urbanam, Q. Terentius peregrinam eſt ſortitus; L. Terentius Siciliam, Q. Fulvius Sardiniam, App. Claudius Tarentum, M. Furius Galliam. Cap. 42.

Poſt Conſulum profectionem Cn. Manlius proconſul Romam venit: cui quum ab Ser. Sulpicio prætore ſenatus ad ædem Bellonæ datus eſſet, & ipſe, commemotis rebus ab ſe geſtis, poſtulaſſet ut ob eas Diis immortalibus honos haberetur, ſibique triumphanti Urbem invehi liceret; contradixerunt pars major decem legatorum, qui cum eo fuerant, & ante alios L. Furius Purpureo & L. Æmilius Paullus.... [dicentes Manlium Vulſonem] quum nullam cauſam belli inveniret, quieſcentibus regiis, Cap. 44. Cap. 45.
E circumegiſſe exercitum ad Gallogræcos: cui nationi non ex Senatûs auctoritate, non populi juſſu bellum illatum..... *Tu verò rectè, ut diis immortalibus honos habeatur, poſtulas: primùm quòd pro temeritate imperatoris, nullo jure gentium bellum inferentis, pœnas luere exercitum noluerunt: deinde quòd belluas, non hoſtes nobis objecerunt. Nolito* Cap. 46.
nomen tantùm exiſtimare miſtum eſſe Gallogræcorum: multò antè & corpora & animi miſti ac vitiati ſunt. An ſi illi Galli eſſent, cum quibus millies vario eventu in Italia pugnatum eſt, quantùm in imperatore noſtro fuit, nuncius illinc rediſſet? Bis cum iis pugnatum eſt, bis loco iniquo ſubiit, in valle inferiore pedibus pænè hoſtium aciem ſubjecit; ut ſi non tela ex ſuperiore loco mitterent, ſed corpora ſua nuda injicerent, obruere nos potuerint. Quid igitur incidit? magna fortuna populi Romani eſt, magnum & terribile nomen. Recenti ruina Annibalis, Philippi, Antiochi propè attoniti erant, tantæ corporum moles. Fundis ſagittiſque in fugam conſternati ſunt: gladius in acie cruentatus non eſt Gallico

Digitized by Google

An. U. C. 566. *bello : velut avium examina, ad crepitum primum miſſilium avolavere.* A

Cap. 47. Manlium in hunc maximè modum reſpondiſſe accepimus..... *Ego qui cum centum millibus ferociſſimorum hoſtium ſignis collatis toties pugnavi, qui plus quadraginta millia hominum cepi, aut occidi, qui bina caſtra eorum expugnavi, qui citra juga Tauri omnia pacatiora, quàm terra Italia eſt, reliqui : non triumpho modò fraudor, ſed cauſam apud vos, Patres Conſcripti, accuſantibus me his ipſis legatis, dico. Duplex eorum, ut animadvertiſtis, Patres Conſcripti, accuſatio fuit : nam nec gerendum mihi fuiſſe bellum cum Gallis, & geſtum temerè atque imprudenter, dixerunt. Non erant Galli hoſtes, ſed tu eos pacatos imperata facientes violaſti. Non ſum poſtulaturus à vobis, Patres Conſcripti, ut quæ communiter de immanitate gentis Gallorum, de infeſtiſſimo odio in nomen Romanorum ſcitis, ea de illis quoque, qui has terras incolunt, exiſtimetis Gallis ; remota univerſæ gentis infamia atque invidia, per ſeipſos æſtimate. Utinam rex Eumenes, utinam Aſiæ civitates omnes adeſſent, & illos potiùs querentes, quàm me accuſantem audiretis. Mittite* B *agedum legatos circa omnes Aſiæ urbes, & quærite utrùm à graviori ſervitute, Antiocho ultra Tauri juga emoto, an Gallis ſubactis, liberati ? quoties agri eorum vaſtati ſint, quoties prædæ abactæ, referant : quum vix redimendi captivos copia eſſet, & mactatas humanas hoſtias immolatoſque liberos ſuos audirent. Stipendium ſcitote pependiſſe ſocios veſtros Gallis : & nunc, liberatos per vos regio imperio, fuiſſe penſuros, ſi à me foret ceſſa-*

Cap. 48. *tum. Quò longiùs Antiochus emotus eſſet, hoc impotentiùs in Aſia Galli dominarentur : & quicquid eſt terrarum citra Tauri juga, Gallorum imperio, non veſtro adjeciſſetis. Atenim ſunt quidem iſta vera. Etiam Delphos quondam commune humani generis oraculum, umbilicum orbis terrarum, Galli* (a) *ſpoliaverunt : nec ideò populus Romanus his bellum indixit ac intulit. Equidem aliquid intereſſe rebar inter id tempus quo nondum in jure ac ditione veſtra Græcia atque Aſia erat, ad curandum animadvertendumque quid in his terris fieret ; & hoc quo finem imperii Romani Taurum montem ſtatuiſtis, quo libertatem* C *immunitatemve civitatibus datis, quo aliis fines adjicitis, alias agro mulctatis, aliis vectigal imponitis, regna augetis, minuitis, donatis, adimitis ; curæ veſtræ cenſetis eſſe, ut pacem terra marique habeant. An niſi præſidia deduxiſſet Antiochus, quæ quieta in ſuis arcibus erant, non putaretis liberatam Aſiam ? Si Gallorum exercitus effuſi vagarentur, rata dona veſtra, quæ dediſtis regi Eumeni, rata libertas civitatibus eſſet ? Sed quid ego hæc ita argumentor, tamquam non acceperim, ſed fecerim hoſtes Gallos ? Te L. Scipio appello, cujus ego mihi, ſuccedens in vicem imperii tui, virtutem felicitatemque pariter non fruſtra ab diis immortalibus precatus ſum : te P. Scipio, qui legati jus collegæ majeſtatem, & apud fratrem Conſulem & apud exercitum habuiſti, ſciatiſne in exercitu Antiochi Gallorum legiones fuiſſe ? videritis in acie eos, in cornu utroque (id enim roboris eſſe videbatur) locatos ? pugnaveritis, ut cum hoſtibus juſtis ? ceciderit is ? ſpolia eorum retuleritis ? Atqui cum Antiocho, non cum Gallis bellum his Senatus decreverat, &* D *populus juſſerat : ſed ſimul, ut opinor, cum his decreverant juſſerantque, qui intra ejus præſidia fuiſſent : ex quibus, præter Antiochum, cum quo pacem pepigerat Scipio, & cum quo nominatim fœdus ut fieret, mandaveratis, omnes hoſtes erant, qui pro Antiocho arma adverſus nos tulerunt. In qua cauſa quum Galli ante omnes fuiſſent, & reguli quidam & tyranni, ego tamen & cum aliis pro dignitate imperii veſtri coactis luere peccata ſua, pacem pepigi, & Gallorum animos, ſi poſſent mitigari à feritate inſita, tentavi : & poſteaquàm indomitos atque implacabiles cernebam, tum demum vi atque armis coërcendos ratus ſum.*

EX LIBRO XXXIX.

Cap. 3. In Gallia M. Furius prætor inſontibus Cenomanis, in pace ſpeciem belli quærens, E ademerat arma. Id Cenomani conqueſti Romæ apud Senatum, rejectique ad Conſulem Æmilium, cui ut cognoſceret ſtatueretque Senatus permiſerat ; magno certamine cum prætore habito, tenuerunt cauſam : arma reddita Cenomanis ; decedere provincia prætor juſſus.

Cap. 6. Extremo anni magiſtratibus jam creatis, ante diem tertium nonas Martias Cn. Man-
An. 567. lius Vulſo de Gallis, qui Aſiam incolunt, triumphavit.

Cap. 22. Eodem anno Galli Tranſalpini tranſgreſſi in Venetiam ſine populatione aut bello, haud procul inde, ubi nunc Aquileia eſt, locum oppido condendo ceperunt. Legatis

(a) Hæc Manlium, ut Gallis invidiam conflaret, dicentem facit Livius. Propius fidem eſt templum Delphicum à Gallis non fuiſſe ſpoliatum, ut teſtantur Polybius, Strabo & Pauſanias. Et certè ipſe Livius lib. 40. cap. 58. hæc habet : *Gallos ſpoliantes Delphos fama eſt peremptos eſſe.*

Romanis

Digitized by Google

A Romanis de ea re trans Alpes missis responsum est, neque profectos ex auctoritate gentis eos, nec quid in Italia facerent, se scire. An U. C. 567.

[Objectum fuit L. Quintio Flaminino Consulari], fortè epulantibus iis, quum jam vino incaluissent, nunciatum in convivio esse, nobilem Boium cum liberis transfugam venisse: convenire Consulem velle, ut ab eo fidem præsens acciperet. Introductum in tabernaculum per interpretem alloqui Consulem cœpisse: inter cujus sermonem Quintius scorto, *Vis tu*, inquit, *quoniam gladiatorium spectaculum reliquisti, jam hunc Gallum morientem aspicere?* Et quum is vixdum seriò annuisset, ad nutum scorti Consulem stricto gladio, qui super caput pendebat, loquenti Gallo caput primùm percussisse, deinde fugienti, fidemque populi Romani, atque eorum qui aderant imploranti, latus transfodisse. Cap. 42. An. 569. An. 561.

Eodem anno coloniæ duæ, Potentia in Picenum, Pisaurum in Gallicum agrum, Cap. 44.
B deductæ sunt. An. 569.

L. Julio Gallia, Cn. Sicinio Sardinia evenit. L. Julius maturare est jussus. Galli Cap. 45.
Transalpini per saltus ignotæ anteà viæ, ut dictum est, in Italiam transgressi, oppidum An. U. C. 570.
in agro, qui nunc Aquileiensis est, ædificabant. Id eos ut prohiberet, quoad ejus sine bello posset, Prætori mandatum est; si armis prohibendi essent, Consules certiores faceret: ex his placere alterum adversus Gallos ducere legiones.

Marcellus nuncium præmisit ad L. Porcium Proconsulem, ut ad novum Gallorum Cap. 54.
oppidum legiones admoveret. Advenienti Consuli Galli sese dediderunt: duodecim millia armatorum erant. Plerique arma ex agris rapta habebant: ea ægrè patientibus iis adempta, quæque alia populantes agros rapuerant, aut secum attulerant. De his rebus qui quererentur, legatos Romam miserunt. Introducti in Senatum à C. Valerio prætore exposuerunt; se, superante in Gallia multitudine, inopia coactos agri & egestate, ad
C quærendam sedem Alpes transgressos: quæ inculta per solitudines viderent, ibi sine ullius injuria consedisse: oppidum quoque ædificare cœpisse; quod indicium esset, nec agro, nec urbi ulli vim allaturos venisse: nuper M. Claudium ad se nuncium misisse, bellum se cum iis, ni dederentur, gesturum: se certam, etsi non speciosam pacem, quàm incerta belli præoptantes, dedidisse se priùs in fidem, quàm in potestatem populi Romani: post paucos dies jussos & agro & urbe decedere, sese tacitos abire quò terrarum possent, in animo habuisse: arma deinde sibi, & postremò omnia alia quæ ferrent agerentve, adempta: orare se Senatum populumque Romanum, ne in se innoxios deditos acerbiùs quàm in hostes sævirent. Huic orationi Senatus ita responderi jussit: Neque illos rectè gessisse, quum in Italiam venirent, oppidumque in alieno agro, nullius Romani Magistratûs, qui ei provinciæ præesset, permissu ædificare conati sint: neque Senatui placere, deditos spoliari: itaque se cum iis
D legatos ad Consules missuros, qui, si redeant unde venerint, omnia iis sua reddi jubeant: quique protinus eant trans Alpes, & denuncient Gallicis populis, multitudinem suam domi contineant: Alpes propè inexsuperabilem finem in medio esse: non utique iis melius fore, quàm qui eas primi pervias feciissent. Legati missi, L. Furius Purpureo, Q. Minucius, P. Manlius Acidinus. Galli, redditis omnibus quæ sine cujusquam injuria habebant, Italiâ excesserunt.

Legatis Romanis Transalpini populi benignè responderunt. Seniores eorum nimiam Cap. 55.
lenitatem populi Romani castigarunt, quòd eos homines, qui gentis injussu profecti occupare agrum Imperii Romani, & in alieno solo ædificare oppidum conati sunt, impunitos dimiserint: debuisse gravem temeritatis mercedem statui: quòd verò etiam sua reddiderint, vereri ne tanta indulgentia plures ad talia audenda impellantur. Et exceperunt & prosecuti cum donis legatos sunt. ..... Eodem annò Mutina & Parma
E coloniæ Romanorum civium sunt deductæ. Bina millia hominum in agro, qui proximè Boiorum, antè Tuscorum fuerat, octona jugera Parmæ, quina Mutinæ acceperunt: deduxerunt Triumviri, M. Æmilius Lepidus, T. Æbutius Carus, L. Quintius Crispinus.

EX LIBRO XL.

Scribere præterea jussi [Consules] septem millia peditum sociorum, ac Latini nominis, & sexcentos equites, & mittere ad M. Marcellum in Galliam, cui ex Consulatu prorogatum imperium erat. Cap. 1. An. U. C. 571.

Fama erat, Gallos Transalpinos juventutem armare: nec, in quam regionem Italiæ effusura se multitudo esset, sciebatur, Cap. 17.

Q. Fabio Puteoni Gallia [evenit], C. Claudio Neroni Sicilia, M. Pinario Sardinia, Cap. 18.

Digitized by Google

An. U. C. 572. L. Duronio Apulia, & Istri adjecti, quòd Tarentini Brundusinique nunciabant, ma- A
ritimos agros infestos transmaritimarum navium latrociniis esse. Eadem Massilienses de Ligurum navibus querebantur.

Cap. 26. Matienoque, cujus ad Gallicum sinum provincia erat, imperatum, ut classem primo quoque tempore duceret in Ligurum oram.

Cap. 34. Aquileia colonia eodem anno in agro Gallorum est deducta.

Cap. 36. Q. Fabio Puteoni prorogatum in Gallia imperium est.

An. 573. Cap. 53. Galli Transalpini tria millia hominum in Italiam transgressi, neminem bello lacessentes, agrum à Consule & Senatu petebant, ut pacati sub imperio populi Romani
An. U. C. 574. essent. Eos Senatus excedere Italiâ jussit; & Consulem Q. Fulvium quærere & animadvertere in eos, qui principes & auctores transcendendi Alpes fuissent.

Cap. 58. Quali tempestate Gallos spoliantes Delphos fama est peremptos esse; talis tum Bastarnas, nequicquam ad juga montium appropinquantes, oppressit. B

EX LIBRO XLI.

Cap. 1. An. 575. Ab eadem regione mille fermè passuum castra erant (a) Gallorum : Carmelus pro regulo erat tribus aut ampliùs millibus armatorum.

Cap. 5. M. Junius Consul transire in Galliam, & ab civitatibus provinciæ ejus, quantùm quæque posset, militum exigere jussus..... M. Junius Consul ex Liguribus in provinciam Galliam transgressus, auxiliis protinus per civitates Galliæ, militibusque colonis imperatis, Aquileiam pervenit. Ibi certior factus, exercitum incolumem esse, scriptis litteris Romam ne tumultuarentur, ipse remissis auxiliis, quæ Gallis imperaverat, ad collegam est profectus.

Cap. 8. Scipio & Lævinus Galliam in duas divisam provincias sortiti sunt C
An. 576. C. Claudio Consuli prorogatum in annum imperium, & Gallia provincia.

Cap. 14. An. 577. Cap. 19. Ob eas res in Gallia Liguribusque gestas duorum Consulum ductu auspicioque, Senatus in triduum supplicationes decrevit, & quadraginta hostiis sacrificari jussit. Et tumultus quidem Gallicus & Liguslinus, qui principio ejus anni exortus fuerat, haud magno conatu brevi oppressus erat.

EX LIBRO XLII.

Cap. 2. An. U. C. 580. In Gallico agro, qu à induceretur aratrum, sub existentibus glebis pisces emersisse [dicebatur].

Cap. 4. Eodem anno, quum agri Liguslini & Gallici quod bello captum erat, aliquantùm vacaret, Senatusconsultum factum, ut is ager viritim divideretur. D

Cap. 51. An. U. C. 582. Armatorum duo millia Gallorum erant, Præfecto Asclepiodoto [in exercitu Persei].

Cap. 52. [Perseus dixit] auxilia Romanis Lydos & Phrygas & Numidas esse : sibi Thracas Gallosque, ferocissimas gentium.

Cap. 57. Duæ alæ erant magna ex parte Gallorum (Cassignatus præerat)..... (b) Eumenis fermè triginta interfecti, inter quos Cassignatus dux Gallorum cecidit.

Cap. 58. Mediam autem aciem cum delectis equitibus extraordinariis tenebat Q. Mucius. Ducenti equites Galli (c) ante signa eorum instructi, & de auxiliis Eumenis Cyrtiorum gentis trecenti.

EX LIBRO XLIII.

E

Cap. 1. Alter Consul. C. Cassius nec in Gallia, quam sortitus erat, memorablile quicquam gessit.

Cap. 5. An. U. C. 583. Legati regis Gallorum Cincibili venerunt. Frater ejus verba in Senatu fecit, questus, Alpinorum populorum agros sociorum suorum depopulatum C. Cassium esse : & inde multa millia hominum in servitutem abripuisse. Sub id tempus Carnorum Istrorumque & Iapidum legati venerunt..... Et regulo Gallorum absenti, & his populis responsum est, Senatum ea quæ facta querantur, neque sciisse futura, neque si sint facta, probare : sed indicta causa damnari absentem Consularem virum, injurium esse, quum is Reipublicæ causa absit. Ubi ex Mace-

(a) Hi Galli à Romanis stabant contra Istros.
(b) Eumenes cum præsidio Gallorum Asiaticorum partes Romanorum sequebatur contra Perseum.
(c) In pugna ad Peneum

Digitized by Google

A donia rediſſet C. Caſſius; tum, ſi coràm eum arguere vellent, cognitâ re Senatum daturum operam uti ſatisfiat. Nec reſponderi tantùm iis gentibus, ſed legatos mitti, duos ad regulum trans Alpes, tres circa eos populos placuit, qui indicarent quæ Patrum ſententia eſſet. Munera mitti legatis ex binis millibus æris cenſuerunt. Duobus fratribus regulis hæc præcipua, torques duo ex quinque pondo auri facti, & vaſa argentea quinque ex viginti pondo, & duo equi phalerati cum agaſonibus, & equeſtria arma ac ſagula: & comitibus eorum veſtimenta liberis ſerviſque. Hæc miſſa: illa petentibus data, ut denorum equorum iis commercium eſſet, educendique ex Italia poteſtas fieret. Legati cum Gallis miſſi trans Alpes, C. Lælius, M. Æmilius Lepidus. An. U. C. 583.

EX LIBRO XLIV.

B Hæc parantibus (a) his, decem regii lembi ab Theſſalonica cum delectis Gallorum auxiliaribus miſſi, quum in ſalo ſtantes hoſtium naves conſpexiſſent; ipſi obſcura nocte ſimplici ordine quàm poterant proximè littus tenentes, intrarunt urbem. Hujus novi præſidii fama abſiſtere oppugnatione ſimul Romanos regemque coëgit. Cap. 12. An. U. C. 584.

Dum bellum in Macedonia geritur, legati Tranſalpini ab regulo Gallorum (Balanos ipſius traditur nomen, gentis ex qua fuerit, non traditur) Romam venerunt, pollicentes ad Macedonicum bellum auxilia. Gratiæ ab Senatu actæ, muneraque miſſa: torquis aureus duo pondo, & pateræ aureæ quatuor pondo, equus phaleratus, armaque equeſtria. Cap. 14.

Cn. Servilio Galliam obtinenti provinciam litteras mittere [juſſus Licinius Conſul] ut ſexcentos equites conſcriberet. Cap. 21. An. U. C. 585.

C Gentii Regis [Illyriorum] parata ſocietas, & tum Gallorum effuſorum per Illyricum ingens agmen oblatum, avaritia dimiſſum eſt. Veniebant decem millia equitum, par numerus peditum, & ipſorum jungentium curſum equis, & in vicem prolapſorum equitum vacuos capientium ad pugnam equos. Hi pacti erant, eques denos præſentes aureos, pedes quinos, mille dux eorum. Venientibus his Perſeus ab Enipeo ex caſtris profectus obviàm cum dimidia copiarum parte, denunciare per vicos urbeſque, quæ viæ propinquæ ſunt, cœpit, ut commeatus expedirent, frumenti, vini, pecorum ut copia eſſet: ipſe equos, phaleraſque, & ſagula, donum principibus ferre, & parum auri quod inter paucos divideret, multitudinem credens trahi ſpe poſſe. Ad Almanam urbem pervenit, & in ripa fluminis Axii poſuit caſtra. Circa Deſudabant in Mædica exercitus Gallorum conſederat, mercedem pactam opperiens. Eò mittit Antigonum ex purpuratis unum, qui juberet multitudinem Gallorum ad Bylaſora (Pœo- Cap. 26.
D niæ is locus eſt) caſtra movere, principes ad ſe venire frequentes: ſeptuaginta quinque millia ab Axio flumine & caſtris regis aberant. Hæc mandata ad eos quum pertuliſſet Antigonus, adjeciſſetque, per viam quanta omnium præparata curâ regis copia multitudini foret, quibuſque muneribus principes advenientes, veſtis, argenti equorumque excepturus rex eſſet; de his quidem ſe coràm cognituros reſpondent: illud quod præſens pepigiſſent interrogant, Ecquid aurum, quod in ſingulos pedites equiteſque dividendum eſſet, ſecum adduxiſſet? Quum ad id nihil reſponderetur, Clondicus regulus eorum, *Abi, renuncia ergo*, inquit, *regi, niſi aurum obſideſque accepiſſent, nuſquam inde Gallos longiùs veſtigium moturos*. Hæc relata regi quum eſſent, advocato conſilio, quum quid omnes ſuaſuri eſſent, appareret, ipſe pecuniæ quàm regni melior cuſtos, inſtitit de perfidia & feritate Gallorum differere: Multorum jam antè cladibus expertum, periculoſum eſſe tantam multitudinem in Macedoniam ac-
E cipere; ne graviores eos ſocios habeant, quàm hoſtes Romanos. Quinque millia equitum ſat eſſe, quibus & uti ad bellum poſſent, & quorum multitudinem ipſi non timeant.

Apparebat in omnibus, mercedem multitudinis timere, nec quicquam aliud; ſed quum ſuadere conſulenti nemo auderet, remittitur Antigonus, qui nunciaret, quinque millium equitum opera tantùm uti Regem; contemnere multitudinem aliam. Quod ubi audivere Barbari, cæterorum quidem fremitus fuit, indignantium ſe fruſtra excitos ſedibus ſuis. Clondicus rurſus interrogat, Ecquid ipſis quinque millibus, quod conveniſſet, numeraret? Quum adversùs id quoque miſceri ambages cerneret, inviolato fallaci nuncio (quod vix ſperaverat ipſe poſſe contingere) retrò ad Iſtrum perpopulati Thraciam, quà vicina erat viæ, redierunt. Quæ manus, quieto ſedente rege ad Cap. 27.

(a) Romanis nimirum & Eumene rege ad obſidionem Caſſandreæ.

Digitized by Google

An. U. C. 585. Enipeum, adverſus Romanos Perræbiæ ſaltum in Theſſaliam tradu&ta, non agros tantùm nudare populando potuit, ne quos inde Romani commeatus exſpectarent, ſed ipſas exſcindere urbes, tenente ad Enipeum Perſeo Romanos, ne urbibus ſociis opitulari poſſent. A

Cap. 28. Fortè poſtero die quàm Subota claſſis [Eumenis] tenuit, quinque & triginta naves, quas hippagogos vocant, ab Elea profectæ cum equitibus Gallis, equiſque, Phanas promontorium Chiorum petebant, unde tranſmittere in Macedoniam poſſent; Attalo ab Eumene mittebantur. Has naves per altum ferri quum ex ſpecula ſignum datum Antenori eſſet; profectus à Subotis, inter Erythrarum promontorium, Chiumque, quà arctiſſimum fretum eſt, iis occurrit. Nihil minùs credere Præfecti Eumenis quàm Macedonum claſſem in illo vagari mari: nunc Romanos eſſe, nunc Attalum, aut remiſſos aliquos ab Attalo ex caſtris Romanis Pergamum petere. Sed quum jam appropinquantium forma lemborum haud dubia eſſet, & concitatio remorum, directæque in ſe proræ, hoſtes appropinquare aperuiſſent: tunc injecta trepidatio eſt, quum reſiſtendi ſpes nulla eſſet, inhabilique navium genere, & Gallis vix quietem ferentibus in mari. Pars eorum, qui propiores continenti littori erant, in Erythream enarunt: pars velis datis ad Chium naves ejecere, relictiſque equis effusâ fugâ urbem petebant. Sed propiùs urbem lembi acceſſuque commodiore quum expoſuiſſent armatos, partim in via fugientes Gallos adepti Macedones ceciderunt, partim ante portam excluſos: clauſerant enim Chii portam, ignari qui fugerent aut ſequerentur. Octingenti fermè Gallorum occiſi, ducenti vivi capti: equi, pars in mari fractis navibus abſumpti: partim nervos ſuccideruntin littore Macedones. Viginti eximiæ equos formæ cum captivis eoſdem decem lembos, quos antè miſerat, Antenor devehere Theſſalonicam juſſit, & primo quoque tempore ad claſſem reverti: Phanis ſe eos exſpectaturum. B

Cap. 29. Per id ferè tempus legati Macedones Illyriique ſimul Rhodum venerunt, quibus auctoritatem addidit.... fama cum magno numero peditum equitumque venientium Gallorum. C

Cap. 37. Nocte, quam pridie Nonas Septembres inſecuta eſt dies, editâ horâ luna quum defeciſſet, Romanis militibus Galli ſapientia propè divina videri.

EX LIBRO XLV.

Cap. 12. Profectus [Conſul] in Galliam circa Macros campos ad montes Siciminam & Papinum ſtativa habuit.

Cap. 16. An. U. C. 586. (a) Conſulibus Piſæ & Gallia decretæ cum binis legionibus peditum, & equitum quadringentis.

Cap. 17. C. Licinius Craſſus, collega in conſulatu Pauli, tum prorogato imperio provinciam Galliam habebat.... Moniti deinde Conſules à Patribus ut, quoniam alterum ex his ſuccedere C. Licinio, qui legatus nominatus erat, in Galliam oporteret; primo quoque tempore provincias aut compararent inter ſe aut ſortirentur; ſortiti ſunt: M. Junio Piſæ obvenerunt. .... Q. Ælio Gallia. D

Cap. 19. Adduxerant eum [Attalum] duæ in ſpeciem honeſtæ res: una, gratulatio conveniens in ea victoria quam ipſe adjuviſſet: altera, querimonia Gallici tumultûs, (b) Advertæque gladiis regnum in dubium adductum eſſe.

Cap. 20. Itaque introductus [Attalus] in Senatum, gratulatus victoriam; & ſua merita eo bello fratriſque, ſi qua erant, & Gallorum defectionem, quæ nuper ingenti motu facta erat, expoſuit. Petiit, ut legatos mitteret ad eos, quorum auctoritate ab armis avocarentur.

Cap. 30. Tertia regio [Macedoniæ] nobiles urbes Edeſſam & Beroeam & Pellam habet, & Vettiorum bellicoſam gentem; incolas quoque permultos Gallos, & Illyrios impigros cultores. E

Cap. 34. Quum hæc in Macedonia Epiroque geſta ſunt, legati, qui cum Attalo ad finiendum bellum inter Gallos & regem Eumenem miſſi erant, in Aſiam pervenerunt. Induciis per hiemem factis, & Galli domos abierunt, & rex in hiberna conceſſerat Pergamum, gravique morbo æger fuerat. Ver primum ex domo excivit: jamque Synnada pervenerant, quum Eumenes ad Sardes undique exercitum contraxerat. Ibi & Romani Solovettium ducem Gallorum Synnadis allocuti, & Attalus cum eis profectus: ſed caſtra Gallorum intrare eum non placuit, ne animi ex diſceptatione

(a Ælio Pæto & M. Junio.
(b) Nomen Gallorum reguli fuiſſe *Advertam* Sigonius opinatur, quem tamen cap. 34. Livius *Solovettium* nominat.

Digitized by Google

A irritarentur. P. Licinius cum regulo Gallorum eſt locutus, retulitque ferociorem eum deprecando factum; ut mirum videri poſſet, inter opulentos reges Antiochum Ptolemæumque tantùm legatorum Romanorum verba valuiſſe, ut extemplò pacem facerent; apud Gallos nullius momenti fuiſſe. An. U. C. 586.

Senatum adit [Rex Pruſias]... Petiit ut... ager ſibi de rege Antiocho captus, quem nulli datum à populo Romano Galli poſſiderent, daretur.. Reſponſum eſt, legatos ad rem inſpiciendam miſſuros: ſi ager populi Romani fuiſſet, nec cuiquam datus eſſet, digniſſimum eo dono Pruſiam habituros eſſe: ſi autem Antiochi non fuiſſet, eo ne populi quidem Romani factum apparere: aut ſi datus Gallis eſſet, ignoſcere Pruſiam debere, ſi ex nullius injuria quidquam ei datum vellet populus Romanus. Cap. 44. An. U. C. 587.

Ex (a) Epitome Libri XLVI.

B Claudius Marcellus (b) Conſul Alpinos Gallos, C. Sulpicius Gallus Ligures ſubegit. An. U. C. 587.

Ex Epitome Libri XLVII.

Q. Opimius (c) Conſul Tranſalpinos Ligures, qui Maſſilienſium oppida Antipolim & Nicæam vaſtabant, ſubegit. An. U. C. 599.

Ex Epitome Libri LIII.

Appius Claudius Conſul (d) Salaſſos gentem Alpinam domuit. An. U. C. 610.

Ex Epitome Libri LVI.

C M. Coſconius Prætor in Thracia cum Scordiſcis proſperè pugnavit. An. U. C. 618.

Ex Epitome Libri LX.

M. Fulvius Flaccus primus omnium Tranſalpinos Ligures bello domuit, miſſus in auxilium Maſſilienſibus adverſus (e) Salvios Gallos, qui populabantur fines Maſſilienſium. An. U. C. 628.

Ex Epitome Libri LXI.

C. Sextius Proconſul, victa Salviorum gente, coloniam Aquas Sextias condidit, ob *aquarum copiam, & calidis & frigidis fontibus, atque à nomine ſuo ita appella-
D tas. Cn. Domitius Proconſul contra (f) Allobroges ad oppidum Vindalium feliciter pugnavit. Quibus bellum inferendi cauſa fuit, quòd Teutomalium Salviorum Regem fugientem recepiſſent, & omni ope juviſſent, quódque Æduorum agros ſociorum populi Rom. vaſtaviſſent.... Q. Fa. Maximus Conſul Paulli nepos adverſus Allobroges & Bituitum Arvernorum regem feliciter pugnavit. Ex Bituiti exercitu cæſa millia hominum centum viginti; & cùm ipſe ad ſatisfaciendum Senatui Romam profectus eſſet, Albæ cuſtodiendus datus eſt; quia contra pacem videbatur, ut in Galliam remitteretur. Decretum quoque eſt ut Congentiatus filius ejus comprehenſus Romam mitteretur. Allobroges in deditionem accepti. An. U. C. 630. *ab aq. copia. An. 631. An. U. C. 632.

Ex Epitome Libri LXIII.

E C. Porcius Conſul in Thracia malè adverſus Scordiſcos pugnavit..... Livius Druſus Conſul adverſus Scordiſcos, gentem à Gallis oriundam, in Thracia feliciter pugnavit, magnumque honorem tulit. An. 639. An. 641.

(a) Librorum Livianorum Epitomas L. Floro plerique adſcribunt; qui certè Florus diverſus eſt ab L. Annæo, ſive Floro, ſive Seneca, ut oſtendit ſtyli diverſitas.

(b) Apud Obſequentem, *Marcello & Sulpicio Coſſ. Galli Ligures deleti.*

(c) Apud Obſequentem, *Opimio & Poſtumio Coſſ. à Gallis & à Luſitanis Romani per arma graviter vexati.*

(d) Cur moverint Salaſſi parum comperta cauſa eſt. Strabo ſcribit lib. 4. Prætoribus Rom. qui in Galliam mitterentur, cauſas belli cum Salaſſis gerendi ob aurifodinarum poſſeſſionem numquam defuiſſe. Illud autem invenio hoc anno ſcriptum apud Obſequentem, cùm à Salaſſis illata clades eſſet Romanis, Decemviros pronunciaſſe ſe inveniſſe in libris Sibyllinis, quoties bellum Gallis illaturi eſſent, ſacrificari in eorum finibus oportere. *Sigonius.* Salaſſos Gallos vocat Oroſius ad hunc annum.

(e) Apud Obſequentem, *P. Plautio & M. Fulvio Coſſ. Ligures Sallyes trucidati.*

(f) Apud eumdem, *Cn. Domitio & C. Fannio Coſſ. Sallyes & Allobroges devicti.* Hæc tamen in annum ſequentem, ab U. C. 632. rejicienda ſunt, ſi Domitius Proconſul erat, ut legitur in Epitome.

Digitized by Google

Ex Epitome Libri LXV.

An. C. U. 644. M. Junius Silanus Conſul adverſum (a) Cimbros infeliciter pugnavit. Legatis Cimbrorum ſedem & agros, in quibus conſiderent, poſtulantibus Senatus negavit....

An. C. U. 646. Caſſius Conſul à Tigurinis Gallis, pago Helvetiorum, qui à civitate ſeceſſerant, in finibus Allobrogum cum exercitu cæſus eſt: milites qui ex ea clade ſuperaverunt, obſidibus datis, & dimidia rerum omnium parte, ut incolumes dimitterentur, cum hoſtibus pacti ſunt.

Ex Epitome Libri LXVII.

An. U. C. 648. M. Aurelius Scaurus Legatus Conſulis à Cimbris fuſo exercitu captus eſt: & quum in conſilium ab iis evocatus, deterreret eos ne Alpes tranſirent Italiam petituri, eò quòd diceret Romanos vinci non poſſe, à (b) Boiorige rege feroci juvene occiſus eſt. Ab iiſdem hoſtibus Cn. Mallius Conſul & Q. Servilius Cæpio Proconſul victi prælio, caſtris quoque binis exuti ſunt: octoginta millia militum occiſa, calonum ac lixarum quadraginta. Secundùm populi Romani juſſionem, Cæpionis, cujus temeritate clades accepta erat, damnati bona publicata ſunt..... Cimbri, vaſtatis omnibus quæ inter Rhodanum & Pyrenæum ſunt, per ſaltum in Hiſpaniam tranſgreſſi, ibique multa loca populati, à Celtiberis fugati ſunt: reverſique in Galliam, bellicoſis ſe Teutonis conjunxerunt.

An. U. C. 650.

Ex Epitome Libri LXVIII.

An. U. C. 651. C. Marius Conſul ſumma vi oppugnata à Teutonis & Ambronibus caſtra defendit: duobus deinde præliis circa Aquas-Sextias eos hoſtes delevit; in quibus cæſa traduntur hoſtium ducenta millia, capta nonaginta.

Ex Epitome Libri LXXIII.

An. U. C. 663. C. Cæcilius in Gallia Tranſalpina Salvios rebellantes vicit.

Ex Epitome Libri XC.

An. U. C. 675. M. Brutus, qui Galliam Ciſalpinam tenebat, à Cneio Pompeio occiſus eſt.

Ex Epitome Libri XCIV.

An. U. C. 679. Dejotarus Gallograeciæ Tetrarches præfectos Mithridatis bellum in Phrygia moventes cecidit.

Ex Epitome Libri XCVII.

An. U. C. 682. M. Craſſus prætor primùm cum parte fugitivorum, quæ ex Gallis Germaniſque conſtabat, feliciter pugnavit, cæſis hoſtium XXXV. millibus, & duce eorum Granico.

Ex Epitome Libri CII.

An. U. C. 690. Pharnaces filius Mithridatis bellum patri intulit: ab eo Mithridates obſeſſus in regia, quum, veneno ſumpto, parum profeciſſet ad mortem, à milite Gallo, nomine Bitœto, à quo ut adjuvaret ſe petierat, interfectus eſt.

Ex Epitome Libri CIII.

An. U. C. 692. Cn. Pontinus Prætor Allobroges, qui rebellaverant, ad (c) Solonem domuit...

An. U. C. 695. Cæſar in provinciam Galliam profectus, Helvetios gentem vagam domuit; quæ ſedem quærens, per provinciam Cæſaris Narbonem iter facere volebat.

Ex Epitome Libri CIV.

An U. C. 695. C. Cæſar quum contra Germanos, qui Ario viſto duce in Galliam tranſcenderant,

(a) Cimbros hoc anno è Gallia expulſos Italiam migraſſe, teſtis eſt Florus.

(b) Legit Sigonius, *à Bolo Rege feroci juvene.*

(c) Solonium à Dione dicitur, nunc locus vulgò dictus *la Sone* ad Iſaram in finibus Allobrogum.

Digitized by Google

A exercitum duceret, rogatus ab Æduis & Sequanis, quorum ager poſſidebatur, trepidationem militum, propter metum novorum hoſtium ortam, allocutione exercitûs inhibuit, & victos prælio Germanos Gallia expulit..... Cæſar Ambianos, Sueſſiones, Veromanduos, Atrebates, Belgarum populos, quorum ingens multitudo erat, prælio victos in deditionem accepit: ac deinde contra Nervios unam harum civitatum cum maximo diſcrimine pugnavit, eamque gentem delevit; quæ bellum geſſit, donec ex ſexaginta millibus armatorum trecenti ſupereſſent; ex quadringentis Senatoribus tres tantummodò evaderent. An. U. C. 696.

Ex Epitome Libri CV.

B Cæſar, victis Germanis & in Gallia cæſis, Rhenum tranſcendit, & proximam partem Germaniæ domuit. An. U. C. 698.

Ex Epitome Libri CVI.

Gallorum aliquot populi, Ambiorige duce Eburonum, defecerunt: à quibus Cotta & Titurius legati Cæſaris circumventi inſidiis, cum exercitu cui præerant cæſi ſunt. Et quum aliarum quoque legionum caſtra oppugnata, magno labore defenſa eſſent, interque eos qui in Treviris præerat Q. Cicero, ab ipſo Cæſare hoſtes prælio fuſi ſunt. An. U. C. 699.

Ex Epitome Libri CVII.

C. Cæſar, Treviris in Gallia victis, iterum in Germaniam tranſiit; nulloque ibi hoſte invento, reverſus in Galliam, Eburones & alias civitates, quæ conſpiraverant, C vicit, & Ambiorigem in fuga perſecutus..... Præterea res geſtas à C. Cæſare adverſum Gallos, qui propè univerſi, Vercingentorige Arverno duce, defecerunt; & laborioſas obſidiones urbium continet: inter quas Avarici Biturigum, & Gergoviæ Arvernorum. An. U. C. 700. An. U. C. 701.

Ex Epitome Libri CVIII.

C. Cæſar Gallos ad Aleſiam vicit, omneſque Galliæ civitates, quæ in armis fuerant, in deditionem accepit..... C. Cæſar Bellovacos cum aliis Gallorum populis domuit. Eod. an. An. U. C. 702.

Ex Epitome Libri CX.

D Caius Cæſar Maſſiliam, quæ portas ipſi clauſerat, obſedit; & relictis in obſidione C. Trebonio & D. Bruto, profectus in Hiſpaniam &c.... Maſſilienſes duobus navalibus præliis victi, poſt longam obſidionem poteſtati Cæſaris ſe permiſerunt. An. U. C. 704.

Ex Epitome Libri CXIV.

Brutus legatus Cæſaris in Gallia Bellovacos rebellantes prælio vicit. An. U. C. 707.

Ex Epitome Libri CXVII.

D. Brutus, ut petenti Ciſalpinam Galliam Antonio obſiſteret, Mutinam cum exercitu occupavit. An. U. C. 709.

Ex Epitome Libri CXIX.

E Victus deinde ab Hirtio & Cæſare Antonius, in Galliam confugit, & M. Lepidum cum legionibus, quæ ſub ipſo erant, ſibi junxit. An. U. C. 710.

Ex Epitome Libri CXXXIV.

Quum ille [Auguſtus] conventum Narbone ageret, cenſus à tribus Galliis, quas Cæſar pater vicerat, actus. An. U. C. 726.

Ex Epitome Libri CXXXVII.

Civitates Germaniæ, cis Rhenum & trans Rhenum poſitæ, oppugnantur à Druſo: An. U. C. 741.

Digitized by Google

& tumultus, qui ob cenſum exortus in Gallia erat, compoſitus. Ara D. Cæſari ad A confluentem Araris & Rhodani dedicata, ſacerdote C. Julio Vercundaridubio Æduo.

Ex Epitome Libri CXXXIX.

An. U. C. 743. Bellum contra Tranſrhenanas gentes à Druſo geſtum refertur: in quo inter primores pugnaverunt Senectius & Anectius, tribuni civitatis Nerviorum

---

EX DIONYSIO HALICARNASSEO DE GALLIS.

Edit. Oxoniæ, in fol. 1704.

EX LIBRO I.

Pag. 9. LIGURES multas Italiæ partes habitant, Galliæ etiam quaſdam incolunt. Utra autem ſit eorum patria, incertum eſt: nihil enim certi de iis præterea dicitur.

Οἱ Λίγυες οἰκοῦσι μὲν καὶ τὴν Ἰταλίας πολλαχῆ, νέμονται δέ τινα καὶ τῆς Κελτικῆς. ὁποτέρα δ' αὐτοῖς ἐστὶ γῆ πατρὶς, ἄδηλον· οὐδὲ γὰρ ἔτι λέγεται περὶ αὐτῶν προσσαφὲς οὐδέν.

Pag. 30. Aiunt etiam priſcos illos homines Saturno victimas humanas immolare ſolitos fuiſſe, ſicut Carthagine fiebat, quamdiu ea urbs ſtetit; & nunc quoque fit apud Gallos & alias quaſdam Occidentales gentes.

Λέγουσι δὲ καὶ τὰς θυσίας ἐπιτελεῖν τῷ Χρόνῳ τοὺς παλαιοὺς, ὥσπερ ἐν Καρχηδόνι, τέως ἡ πόλις διέμεινε, καὶ παρὰ Κελτοῖς εἰς τόδε χρόνου γίνεται, καὶ ἐν ἄλλοις ποὶ τῶν ἑσπερίων ἐθνῶν, ἀνθρωποθύτους.

Pag. 59. Gallorum expeditio, qua Romanorum urbs capta eſt, fuit, ut propemodùm omnes auctores communi conſenſu fatentur, Archonte Athenis Pyrgione, circiter primum (a) annum nonageſimæ octavæ Olympiadis.... Quare Gallorum expeditionem, quam anno poſt cenſum habitum ſecundo ſuſceptam comperimus, centum & viginti annis abſolutis factam conſtat.

Ἡ Κελτῶν ἔφοδος, καθ' ὃν ἡ Ῥωμαίων πόλις ἑάλω, συμφωνεῖται σχεδὸν ὑπὸ πάντων, ἄρχοντος Ἀθήνησι Πυργίωνος γενέσθαι, καὶ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ὀγδόης καὶ ἐνενηκοστῆς Ὀλυμπιάδος.... ὥστε ἡ Κελτικὴ ἔφοδος, ἣν τῷ δευτέρῳ μετὰ τὴν τίμησιν ἔτει γενομένην εὑρίσκομεν, ἐκπεπληρωμένων τῶν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν γενέσθαι.

EX LIBRO VII.

Pag. 404. OLYMPIADE LXIV. Archonte Athenis Miltiade, Cumas Græcam urbem in Opicis, ab Eretrienſibus & Chalcidenſibus conditam, Hetruſci qui circa Ionium ſinum habitabant, inde à Gallis temporis progreſſu pulſi, & unà cum illis Umbri & Daunii & multi alii barbari evertere ſunt conati.

Ἐπὶ τῆς ἑξηκοστῆς καὶ τετάρτης Ὀλυμπιάδος, ἄρχοντος Ἀθήνησι Μιλτιάδου, Κύμην τὴν ἐν Ὀπικοῖς Ἑλληνίδα πόλιν, ἣν Ἐρετριεῖς τε καὶ Καλχιδεῖς ἔκτισαν, Τυρρηνῶν ἢ οἱ περὶ τὸν Ἰόνιον κόλπον κατοικοῦντες, ἐκεῖθεν ὑπὸ τῶν Κελτῶν ἐξελαθέντες σὺν χρόνῳ, καὶ σὺν αὐτοῖς Ὀμβρικοί τε καὶ Δαύνιοι καὶ συχνοὶ τῶν ἄλλων βαρβάρων ἐπεχείρησαν ἀνελεῖν.

Pag. 457. Nec potuit longa ſæculorum ſeries ad hanc uſque diem efficere, ut patrios Deorum cultus dedicerent, aut impiè tranſgrederentur, vel Ægyptii, vel Afri, vel Celtæ, vel Scythæ, vel Indi.

Καὶ χρόνου οὐδεὶς μέχρι τοῦ παρόντος ἀπομαθεῖν ἢ παρανομῆσαί τι περὶ τοὺς ὡρισμένους τῶν θεῶν ἔπεισεν, οὔτε Αἰγυπτίους, οὔτε Λίβυας, οὔτε Κελτοὺς, οὔτε Σκύθας, οὔτε Ἰνδούς.

IN EXCERPTIS QUIBUSDAM.

Pag. 711. SENATUS ad Pyrrhum legatos deſignat, Caïum Fabricium..... Quintum

[Πρὸς Πύρρον ἡ Σύγκλητος] ἀποδείκνυσι πρέσβεις, Γάϊον Φαβρίκιον.... καὶ Κόϊντον

(a) Annus primus Olympiadis 98. componitur cum anno ab urbe Roma condita 365. Roma à Gallis capta eſt anno U. C. 363. ſecundùm Faſtos Capitolinos, quorum ſupputationem ſemper ſequimur.

Αἰμίλιον

Digitized by Google

Αἰμίλιον . . . . . καὶ Πόπλιον Κορνήλιον, ὃς ἐνιαυτῷ τετάρτῳ πρότερον ὑπατεύων, Κελτῶν ἔθνος ὅλον, τοὺς καλουμένους Σήνωνας, ἐχθίστους Ρωμαίων ὄντας πολεμίους, ἅπαντας ἡβηδὸν κατέσφαξεν.

A Æmilium . . . . . & Publium Cornelium, qui quarto antè anno Consul, cùm totam Gallorum gentem, eos qui Senones vocantur, Romanis infensissimos, bello vicisset, quotquot puberes erant interfecerat.

EX VELLEII PATERCULI HISTORIA ROMANA,

DE GALLIS.

B *Edit. Parisiis, in-4°. 1675.*

EX LIBRO I.

Cap. 15. CASSIO autem Longino & Sextio Calvino (qui Sallues apud Aquas, quæ ab eo Sextiæ appellantur, devicit) Consulibus, Fabrateria deducta est. . . . . An. U. C. 629.
Narbo autem Martius in Gallia, Marco Porcio, Quinto Marcio Consulibus, abhinc annos circiter centum quinquaginta tres, deducta colonia est: An. 635.
post tres & viginti annos in Vagiennis Eporædia, Mario sexies Valerioque Flacco Consulibus. An. 653.

EX LIBRO II.

C Cap. 8. SUBINDE Porcio Marcioque Consulibus deducta colonia Narbo Martius. . . . . An. 635.
Per eadem tempora clarus ejus Minucii, qui porticus, quæ hodieque celebres sunt, molitus est, ex Scordiscis triumphus fuit. An. 643.

Cap. 10. Eodem tractu temporum & Domitii ex Arvernis, & Fabii ex Allobrogibus victoria fuit nobilis. Fabio Paulli nepoti ex victoria cognomen Allobrogico inditum. An. U. C. 631. & 632.

Cap. 12. Effusa, ut prædiximus, immanis vis Germanarum gentium, quibus nomen Cimbris ac Teutonis erat, quum Cœpionem Manliumque Consules, & antè Carbonem Silanumque fudissent fugassentque in Galliis, & exuissent exercitu; Scaurumque Aurelium Consulem, & alios celeberrimi nominis viros trucidassent, populus Romanus non alium repellendis tantis hostibus magis idoneum imperatorem, quàm Marium, est ratus. . . . . An. U. C. 647. & 648. 640. & 644. An. 645.
Quarto [Consulatu] trans Alpes circa Aquas Sex- An. 651.
D tias cum Teutonis conflixit, ampliùs centum quinquaginta (a) millibus hostium priore ac postero die ab eo trucidatis: gensque excisa Teutonum.

Cap. 15. Quum viderent tantò potentiorem Tyro Carthaginem, Massiliam Phocæa.

Cap. 17. [Cornelius Sulla] post præturam illustratus bello Italico, & antè in Gallia (b) legatione sub Mario, qua eminentissimos duces hostium fuderat, ex successu animum sumsit. An. U. C. 649.

Cap. 39. Gallias primùm Domitio & Fabio nepoti Paulli, qui Allobrogicus vocatus est, intratas cum exercitu, magna (c) mox clade nostra, sæpè & affectavimus & amisimus. Sed fulgentissimum Caii Cæsaris opus in iis conspicitur: quippe ejus ductu auspiciisque infractæ, pænè idem, quod totus terrarum orbis, ignavum conferunt stipendium. Ab eodem facta Numidia. Ciliciam perdomuit Isauricus, & post bellum Antiochicum Vulso Manlius Gallogræciam. An. U. C. 631. & 632. An. 564.

E Cap. 46. Quum deinde immanes res, vix multis voluminibus explicandas, Caius Cæsar in Gallia ageret; nec contentus plurimis ac felicissimis victoriis, innumerabilibusque cæsis & captis hostium millibus, etiam in Britanniam transjecisset exercitum.

Cap. 47. Circa Alesiam verò tantæ res gestæ, quantas audere, vix hominis; perficere, pænè nullius, nisi Dei, fuerit. An. U. C. 701.

Cap. 50. Festinationem itineris ejus [Cæsaris] aliquamdiu morata Massilia est, fide melior, quàm consilio prudentior; intempestivè principalium armorum arbitria captans; quibus ii se debent interponere, qui non parentem coërcere possunt. An. U. C. 704.

(a) In Livii Epitome 68. *cæsa traduntur hostium ducenta millia, capta nonaginta.*
(b) Aurelius Victor de Viris illustribus cap. 75. *Bello Cimbrico & Teutonico legatus bonam operam navavit.*
(c) A Cimbris & Teutonibus Provincia Narbonensis occupata, victis Romanorum copiis.

Digitized by Google

An. U. C. 707. Cap. 56. [Cæsar] quinque egit triumphos : Gallici apparatus ex citro. A

An. U. C. 709. Cap. 60. Idem [Antonius] provinciam Decimo Bruto, designato Consuli, decretam, Galliam occupare statuit.

An. U. C. 710. Cap. 63. Antonius fuga transgressus Alpes, primò per colloquia repulsus à Marco Lepido, qui pontifex maximus in Caii Cæsaris locum furto creatus, decreta sibi Hispania, adhuc in Gallia morabatur.

An. 737. Cap. 97. Amissa quintæ legionis aquila vocavit ab Urbe in Gallias Cæsarem.

An. Chr. 2. Cap. 102. [Caius Cæsar] morbo obiit, quum ante annum Lucius Cæsar frater ejus Hispanias petens, Massiliæ decessisset.

An. Chr. 4. Cap. 104. Quum per celeberrimam Italiæ partem, tractum omnem Galliæ provinciarum, veterem imperatorem [Tiberium] & antè meritis ac viribus, quàm nomine Cæsarem revisentes, sibi quisque, quàm illi, gratularentur pleniùs.

Eodem anno. Cap. 105. Intrata protinus Germania, subacti (a) Caninefates, Attuarii. B

An. Chr. 10. Cap. 120. [Tiberius] mittitur ad Germaniam, Gallias confirmat.

An. Chr. 12. Cap. 121. Quum [Tiberius] res Galliarum maximæ molis, accensasque plebis Viennensium dissensiones coërcitione magis, quàm pœna mollisset.

An. Chr. 21. Cap. 129. Quantæ molis bellum, principe Galliarum ciente Sacroviro Floroque Julio, mira celeritate ac virtute [Tiberius] compressit, ut antè populus Romanus vicisse se, quàm bellare cognosceret, nuncioque periculi victoriæ præcederet nuncius.

EX C. SUETONIO TRANQ. DE GALLIS.

Edit. Lugduni Bat. in-8°. 1656. C

IN D. JULIO CÆSARE.

An. U. C. 694. Cap. 22. SOCERO igitur generoque suffragantibus, [Cæsar] ex omni provinciarum copia Gallias potissimùm elegit, cujus emolumento & opportunitate, idonea sit materia triumphorum. Et initio quidem Galliam Cisalpinam, Illyrico adjecto, lege Vatinia accepit, mox per Senatum Comatam quoque, veritis Patribus ne, si ipsi negassent, populus & hanc daret.

Cap. 24. Qua fiducia [Cæsar] ad legiones quas à Republica acceperat, alias privato sumtu addidit; unam etiam ex Transalpinis conscriptam, (b) vocabulo quoque Gallico (Alauda enim appellabatur) quam disciplina cultuque Romano institutam & ornatam, posteà universam civitate donavit. Nec deinde ulla belli occa- D sione, ne injusti quidem ac periculosi, abstinuit, tam fœderatis quàm infestis ac feris gentibus ultrò lacessitis; adeò ut Senatus quondam legatos ad explorandum statum Galliarum mittendos decreverit, ac nonnulli dedendum eum hostibus censuerint. Sed prosperè decedentibus rebus, & sæpius & plurium, quàm quisquam unquam, dierum supplicationes impetravit. Gessit autem novem annis, quibus in imperio fuit, hæc ferè.

Cap. 25. Omnem Galliam, quæ à saltu Pyrenæo Alpibusque & monte Gebenna, fluminibus Rheno & Rhodano continetur, patetque circumitu ad bis & tricies centum millia passuum, præter socios ac bene meritas civitates, in provinciæ formam

An. U. C. 698. redegit, eique (c) quadringenties in singulos annos stipendii nomine imposuit.....

An. U. C. 699. Per tot successus ter, nec ampliùs, adversum casum expertus : in Britannia, classe vi tempestatis propè absumta; & in Gallia, ad Gergoviam legione fusa; & in Ger- E manorum finibus, Titurio & Aurunculeio legatis per insidias cæsis.

An. U. C. 702. Cap. 28. Nec contentus Marcellus provincias Cæsari & privilegium eripere, retulit etiam, ut colonis, quos rogatione Vatinia Novumcomum deduxisset, civitas adimeretur.

An. U. C. 704. Cap. 34. Quamquam obsidione Massiliæ, quæ sibi in itinere portas clauserat, summaque frumentariæ rei penuria retardante, brevi tamen omnia subegit [Cæsar.]

(a) Velleius Caninefates in Germania collocat : Tacitus eos Galliæ adscribit.

(b) Vocabulum *alaudæ* Gallicum esse, & galeritam sive cassitam avem significare, testis præter Plinium Marcellus Empiricus cap. 39. homo Gallicæ linguæ veteris non imperitus. *Casaubonus.* Goropius Becanus *Gallicis*, Alaudarum militum nomen à nostrate lingua repetit, dictosque vult quasi omnes veteranos, id est *al loude* : sed hodieque Gallis est *une allouette* diminutivè, quo ego ad Latinum nihil invenio propius. *Torrentius.*

(c) Hanc summam Lipsius minorem censet, si spectentur Galliarum divitiæ : ideo affirmat Suetonium scripsisse *quater millies*, hancque summam auctam fuisse in duplum ab Augusto.

Digitized by Google

A Cap. 37. Primum & excellentiſſimum triumphum egit Gallicum. An. U. C. 707.

Cap. 54. In Gallia fana templaque Deûm donis referta expilavit, urbes diruit, ſæpius ob prædam quàm ob delictum.

Cap. 68. Acilius navali ad Maſſiliam prælio, injecta in puppem hoſtium dextra, & abſciſſa, memorabile illud apud Græcos Cynægiri exemplum imitatus, tranſiluit in navem, umbone obvios agens. An. U. C. 704.

Cap. 76. Civitate donatos, & quoſdam è ſemibarbaris (a) Gallorum recepit in curiam.

Cap. 80. Illa vulgò canebantur:

Gallos Cæſar in triumphum ducit: (b) *iidem in curiâ*
Galli (c) *bracas depoſuerunt, latum clavum ſumſerunt.*

B

IN OCTAV. CÆS. AUGUSTO.

Cap. 21. Germanos ultra Albim fluvium ſummovit; ex quibus Suevos (d) & Sicambros dedentes ſe traduxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocavit. An. U. C. 745.

Cap. 79. [Auguſtus] vultu erat (vel in ſermone vel tacitus) adeò tranquillo ſerenoque, ut quidam è primoribus Galliarum confeſſus ſit inter ſuos, eo ſe inhibitum ac remollitum, quominùs, ut deſtinarat, in tranſitu Alpium per ſimulationem colloquii propiùs admiſſus, in præcipitium propelleret.

IN TIBERIO NERONE CÆSARE.

C Cap. 3. Traditur etiam [Druſus] pro prætore ex provincia Gallia retuliſſe aurum, Senonibus olim in obſidione Capitolii datum; nec, ut fama, extortum à Camillo.

Cap. 4. Quare & pontifex [Nero Claudius Tiberii pater] in locum P. Scipionis ſubſtitutus, & ad deducendas in Galliam colonias, in queis Narbo & Arelate erant, miſſus eſt. An. U. C. 706.

Cap. 9. Poſt hæc [Tiberius] Comatam Galliam anno ferè rexit, & barbaborum incurſionibus, & principum diſcordia inquietam..... Germanico [bello] quadraginta millia deditiorum trajecit in Galliam; juxtaque ripam Rheni ſedibus aſſignatis collocavit. An. 735. An. 745.

Cap. 41. Regreſſus in inſulam [Tiberius] Reipublicæ quidem curam uſque adeò abjecit, ut.... Gallias à Germanis vaſtari neglexerit. An. Chr. 29.

D IN C. CÆSARE CALIGULA.

Cap. 8. Cn. Lentulus Gætulicus Tiburi genitum [Caligulam] ſcribit: Plinius Secundus in Treveris, vico Ambiatino, ſupra confluentes... Qui res Auguſti memoriæ mandarunt, Germanicum exacto Conſulatu in Galliam miſſum conſentiunt, jam nato Caïo. An. Chr. 12. An. Chr. 13.

Cap. 20. Edidit [Caligula] & peregrè ſpectacula: in Sicilia Syracuſis aſtycos ludos, & in Gallia Lugduni (e) miſcellos. An. Chr. 40.

Cap. 39. In Gallia quoque, cùm damnatarum ſororum ornamenta, & ſupellectilem & ſervos atque etiam libertos immenſis pretiis vendidiſſet; invitatus lucro, quidquid inſtrumenti veteris aulæ erat, ab urbe repetiit. An. Chr. 39.

Cap. 43. Admonitus de ſupplendo numero Batavorum, quos circa ſe habebat, expeditionis Germanicæ impetum cepit.

E Cap. 46. [Caligula] in indicium victoriæ altiſſimam turrem (f) excitavit: ex qua, ut ex pharo, noctibus ad regendos navium curſus, ignes emicarent..... Converſus hinc ad curam triumphi, præter captivos & transfugas barbaros, Galliarum quoque An. Chr. 40.

(a) Narbonenſes intelligit.

(b) Duo MSS. Torrentii habent, *idem in Curiam:* Cæſar, inquit Torrentius, quos in triumphum duxerat, eoſdem & in curiam duxiſſe acerbiſſimè notatur.

(c) Braccæ, tunica Gallorum fuit, cui ſagum imponebatur. Tunicam fuiſſe patet ex eo quòd braccis depoſitis latum clavum ſumpſerunt. Latus autem clavus tunica Senatorum Romæ fuit. *A. Manutius.*

(d) Pithœi codd. habent, *Seubos.* Caſaubonus putat legendum, *Ubios. Quis enim*, inquit, *veterum Geographorum aut hiſtoricorum Suevos in Galliam tranſſevit, præter Suetonium.* Doctiſſimus Abbas Dubos *Sueros* legit.

(e) Miſcellos Ludos vocari exiſtimo, qui ad nullum certum genus ludorum ſcenicorum, ſive argumentum, ſive ſcenæ inſtrumenta & apparatum ſpectes, referri poſſint. *Torrentius.* Miſceli Ludi vocantur Suetonio, qui Juvenali Miſcelanea:

Sic veniunt ad Miſcelanea Ludi.

Sic, inquit, fiunt ex Senatoribus mimi ſive ludi. Unde tranſcurſaria vocat ludos, ad quos ex Senatu tranſibant: id eſt, quando ex Senatoribus fiebant ſcurræ, ſive ludi, aut hiſtriones: tria enim hæc idem ſunt. *Joſ. Scaliger.*

(f) D. Bernardus de Montfaucon in Supplemento ad

Digitized by Google

proceriſſimum quemque, &, ut ipſe dicebat, ἀξιοθριάμβευτον, ac nonnullos ex princi- A
pibus legit ac ſepoſuit ad pompam.

IN TIB. CLAUDIO CÆSARE.

An. U. C. 744. Cap. 1. Exercitus honorarium ei [Druſo Claudii patri] tumulum excitavit : circa quem deinceps ſtato die quotannis miles decurreret, Galliarum que civitates publicè ſupplicarent.

An. 743. An. 741. Cap. 2. Claudius natus eſt Julio Antonio, (a) Fabio Africano Conſulibus, Kal. Auguſtis, Lugduni, eo ipſo die quo primùm ara ibi Auguſto dedicata eſt.

An. Chr. 43. Cap. 17. Huc [Britanniam Claudius] cùm ab Oſtia navigaret, vehementi Circio bis penè demerſus eſt prope Liguriam, juxtaque Stœchadas inſulas. Quare à Maſſilia Geſſoriacum uſque pedeſtri itinere confecto, inde tranſmiſit. B

An. Chr. 44. Cap. 24. Collegio Quæſtorum pro ſtratura viarum gladiatorum munus injunxit, detractaque Oſtienſi & Gallica Provincia, curam ærarii Saturni reddidit.

An. Chr 43. Cap. 25. Druidarum religionem apud Gallos diræ immanitatis, & tantùm civibus ſub Auguſto interdictam, penitùs abolevit.

IN NERONE CLAUDIO CÆSARE.

An. U. C. 631. Cap. 2. Atavus ejus [Neronis] Cn. Domitius..... in Conſulatu Allobrogibus Arverniſque ſuperatis, elephanto per provinciam invectus eſt; turbâ militum, quaſi inter ſolemnia triumphi, proſequente.

An. U. C. 704. [Lucius Domitius] Maſſilienſes obſidione laborantes cùm adventu ſuo confirmaſſet, repentè deſtituit, acieque demum Pharſalica occubuit. C

An. Chr. 68. Cap. 40. Talem principem [Neronem] paulò minùs XIV. annos perpeſſus terrarum orbis, tandem deſtituit; initium facientibus Gallis, duce Julio Vindice, qui tum eam provinciam pro Prætore obtinebat..... Neapoli de motu Galliarum cognovit die ipſo quo matrem occiderat : adeóque lentè ac ſecurè tulit, ut gaudentis etiam ſuſpicionem præberet, tamquam occaſione natâ ſpoliandarum jure belli opulentiſſimarum provinciarum.

IN SER. SULPICIO GALBA.

Eod. an. Cap. 9. [Galba] Carthagine nova conventum agens, tumultuari Gallias comperit. Legato Aquitaniæ auxilia implorante, ſupervenerunt Vindicis litteræ hortantis ut humano generi aſſertorem ducemque ſe accommodaret. Nec diu cunctatus conditionem partim metu, partim ſpe recepit. D

Cap. 12. Præceſſerat de eo [Galba] fama ſævitiæ ſimul atque avaritiæ, quòd civitates Hiſpaniarum Galliarumque, quæ cunctatiùs ſibi acceſſerant, gravioribus tributis; quaſdam etiam murorum deſtructione puniſſet, & præpoſitos procuratoreſque ſupplicio capitis affeciſſet cum conjugibus ac liberis.

IN A. VITELLIO.

An. Chr. 69. Cap. 9. [Vitellius] Viennæ pro tribunali jura reddenti, gallinaceus ſupra humerum, ac deinde in capite adſtitit.

Cap. 10. Lapidem memoriæ Othonis inſcriptum intuens, dignum eo Mauſoleo ait; pugionemque quo ſe is occiderat, in Agrippinenſem coloniam miſit, Marti dedicandum. E

Eod. an. Cap. 18. [Vitellius] periit cum fratre & filio, anno vitæ ſeptimo & quinquageſimo : nec fefellit conjecturam eorum, qui augurio, quod factum ei Viennæ oſtendimus, non aliud portendi prædixerant, quàm venturum in alicujus Gallicani poteſtatem : ſiquidem ab Antonio primo adverſarum partium duce oppreſſus eſt; cui Toloſæ nato cognomen in pueritia *Becco* fuerat. Id valet (b) Gallinacei roſtrum.

opus de Antiquitate probat, hanc turrim Pharum eſſe Bononienſem, quæ poſtmodum dicta eſt turris Ordans, ſeu Ordenſis.

(a) Corrig. *Antonio Africano & Q. Fabio Conſulibus.*

(b) Id quoque Gallis, Germanis & Italis in uſu eſt, non pro Gallinacei tantùm, ſed cujuſvis etiam alterius avis roſtro.

Digitized by Google

A

IN T. FLAVIO DOMITIANO.

Cap. 2. Expeditionem quoque in Galliam Germaniasque, neque necessariam, & dissuadentibus paternis amicis, incohavit. An. Chr. 70.

EX LIBRO DE ILLUSTRIBUS GRAMMATICIS.

Cap. 3. In provincias quoque Grammatica penetraverat, ac nonnulli de notissimis doctoribus peregrè docuerunt, maximè in Gallia Togata, inter quos Octavius Teucer, & Siscennius Iacchus, & Oppius Cares: hic quidem ad ultimam ætatem, & cùm jam non gressu modò deficeretur, sed & visu.

B Cap. 7. Marcus Antonius Gnipho ingenuus, in Gallia natus, sed expositus, à nutritore suo manumissus institutusque, Alexandriæ quidem, ut aliqui tradunt, in contubernio Dionysii Scythobrachionis; (quod equidem non temerè crediderim, cùm temporum ratio vix congruat) fuisse dicitur ingenii magni, memoriæ singularis, nec minùs Græcè quàm Latinè doctus, prætereà comi facilique natura; nec unquam de mercedibus pactus, eóque plura ex liberalitate discentium consecutus. Docuit primùm in divi Julii domo pueri adhuc; deinde in sua privata. Docuit autem & Rhetoricam, ita ut quotidie præcepta eloquentiæ traderet, declamaret verò nonnisi nundinis. Scholam ejus claros quoque viros frequentasse aiunt; in his Marcum Ciceronem, etiam cùm prætura fungeretur. Scripsit multa, quamvis annum ætatis quinquagesimum non excesserit; etsi Ateius Philologus duo tantùm volumina de Latino sermone reliquisse eum tradit: nam cætera scripta discipulorum ejus esse,
C non ipsius; in quibus & suum alicubi reperiri nomen.

Cap. 11. Valerius Cato, ut nonnulli tradiderunt, Burseni cujusdam libertus ex Gallia: ipse libello cui est titulus *Indignatio*, ingenuum se natum ait, & pupillum relictum, eóque faciliùs licentia Syllani temporis exutum patrimonio. Docuit multos & nobiles, visusque est peridoneus præceptor maximè ad Poëticam tendentibus.

EX FLAVIO JOSEPHO, DE GALLIS.

Edit. Genevæ, in fol. 1611.

EX LIBRO I. ANTIQUITAT. JUD.

Τοὺς μὲν γὰρ νῦν ὑφ' Ἑλλήνων Γαλάτας καλουμένους, (a) Γομαρεῖς δὲ λεγομένους, Γομαρὸς ἔκτισε.

D Quos enim nunc Græci Galatas vocitant, Gomarenses olim dictos, Gomarus condidit. Cap. 7.

EX LIBRO XVIII.

Αὐτόν τε φυγῇ αἰδίῳ ἐζημίωσεν, ἀποδείξας οἰκητήριον αὐτοῦ Λούγδουνον πόλιν τῆς Γαλατίας.

Caius Herodem perpetuo damnavit exsilio apud Lugdunum urbem Galliæ. Cap. 9. An. Chr. 39.

EX LIBRO I. DE BELLO JUD. *in Prologo.*

Ρωμαίους δὲ οἵ τε γείτονες Γαλάται παρεκίνουν, καὶ τὸ Κελτικὸν οὐκ ἐρέμει, μεστὰ δὲ ἦν πάντα θορύβων μετὰ Νέρωνα.

E Romanos & finitimi Galli irritabant, nec quiescebant Celtica gens; dissensionumque plena erant omnia post Neronem. An. Chr. 68.

(b) Ἐδωρήσατο δὲ αὐτῷ καὶ πρὸς φυλακὴν τοῦ

Augustus Herodi ad corporis custo- Cap. 15.

(a) Eustathius Comm. in Hexam. p. 51. Γάμερ ὅστις Γαμαρεῖς, τοὺς νῦν Γαλάτας, συνέστησεν, *Gamer Gamaritas constituit, quos nunc Galatas vocamus.* Hieronymus lib. de Quæst. Hebraicis in Genesim; *sunt autem Gomer, Galatæ.* Auctor Chronici Pasch. pag. 26 Γάμερ, ἐξ οὗ Κελταῖοι, *Gamer, à quo Celtæ orti sunt.* Et pag. 32. Γάλλοι οἱ καὶ Κελταῖοι. *Galli qui & Celtæ.* Isidorus Orig. lib. 9. cap. 2. *Filii autem Japhet septem numerantur; Gomer, ex quo Galatæ, id est Galli.* Josephus Gorion in Histor. apud Bochart: *Filii Gomer sunt Franci, qui habitant in Francia ad flumen Seina.*

(b) Antiq. Judaic. lib. 15. cap. 11.

Digitized by Google

An. U. C. 723. diam quadringentos Gallos donavit, quos anteà Cleopatra ſatellites habebat.

Cap. 21. An. U. C. 749. Circa Herodis lectum filii erant cum propinquorum multitudine; præterea ſatellites, agmen Thracium, Germanique & Galli, omnes velut ad bellum inſtructi.

A σώματος τετρακοσίους Γαλάτας, οἳ πρότερον ἐδορυφόρουν Κλεοπάτραν.

(a) Περὶ μὲν τὴν κλίνην οἵ τε υἱεῖς, καὶ τὸ πλῆθος τῶν συγγενῶν, ἐφ' οἷς οἱ δορυφόροι καὶ τὸ Θρᾴκιον σῶμα, Γερμανοί τε καὶ Γαλάται, διεσκευασμένοι πάντες ὡς εἰς πόλεμον.

EX LIBRO II.

Cap. 11. An. Chr. 6. ARCHELAUS nono ſui principatûs anno in exſilium pellitur Viennam Galliæ civitatem.

Cap. 28. Numquid igitur vos eſtis ditiores Gallis, fortiores Germanis, prudentiores Græcis?..... Verumtamen ſi quos magnæ cauſæ ad defectionem incitare deberent, Gallos potiſſimùm, quos videlicet tantis munimentis natura cinxiſſet, ab Orientali plaga Alpibus, à Septentrionali Rheno flumine, à Meridie Pyrenæis montibus, ab Occidente Oceano. Sed licèt tali munitione gaudeant, trecentis & quinque gentibus abundent, fontes, ut ita dixerim, felicitatis domeſticæ habeant, omnibuſque bonis totum penè orbem irrigent, non tamen dedignantur vectigales eſſe Romanorum, ac felicitatem ſuam illis committere. Idque patiuntur, non per animorum mollitiem, nec per ignaviam, quippe qui per octoginta annos pro libertate pugnaverint; ſed Romanorum admirati ſunt horrueruntque cum virtute fortunam, quâ illi plura obtinuere quàm armis. Quocircà ſub mille & ducentis militibus ſerviunt, quibus penè plures habent civitates.

(b) Ετῆ τῆς ἀρχῆς ἐννάτῳ φυγαδεύει μὲν εἰς Βίενναν πόλιν τῆς Γαλατίας αὐτός.

Τί γὰρ ὑμεῖς πλουσιώτεροι Γαλατῶν, ἰσχυρότεροι Γερμανῶν, Ελλήνων συνετώτεροι; ..... ἀλλὰ μοὶ εἴγε τινὰς εἰς ἀπόστασιν ὤφελον ἀφορμαὶ μεγάλαι παροξύνειν, μάλιστα Γαλάτας ἰσχυροὺς τοὺς θεοὺς ὑπὸ τῆς φύσεως τετειχισμένους, ἐξ ἀνατολῆς μὲν ταῖς Ἄλπεσι, πρὸς δὲ ἄρκτῳ, Ρήνῳ ποταμῷ, μεσημβρινοῖς δὲ, τοῖς Πυρρηναίοις ὄρεσιν, ὠκεανῷ δὲ πρὸς δυσμαῖς. ἀλλὰ καίτοι τηλικαῦτα μὲν ἔρκη προβεβλημένοι, πάντε δὲ καὶ τριακοσίοις πληθύνοντες ἔθνεσι, τὰς δὲ πηγὰς, ὡς ἄν τις εἴποι, τῆς εὐδαιμονίας ἐπιχωρίους ἔχοντες, καὶ τοῖς ἀγαθοῖς σχεδὸν ὅλῃ ἐπικλύζοντες τὴν οἰκουμένην, ἀνέχουσι Ρωμαίων ὑπόσπονδοι ὄντες, καὶ ταμιευόμενοι παρ' αὐτῶν τὴν οἰκείαν εὐδαιμονίαν. καὶ τοῦτο ὑπομένουσιν, οὐ δι' φρονημάτων μαλακίαν, οὐδὲ δι' ἀγένειαν, οἵγε διαμέμενηκαν ὀγδοήκοντα ἔτη πόλεμον ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας· ἀλλὰ μετὰ τῆς δυνάμεως Ρωμαίων καὶ τῷ τύχῃ καταπλαγέντες, ἧπερ αὐτοῖς κατορθοῖ πλείονα τῶν ὅπλων. τοιγαροῦν ὑπὸ χιλίοις καὶ διακοσίοις στρατιώταις διατελοῦσιν, ὧν ὀλίγῳ δεῖν πλείους ἔχουσι πόλεις.

EX LIBRO IV.

Cap. 26. An. Chr. 68. INTERIM motus in Gallia nunciantur, & quòd Vindex unà cum optimatibus indigenarum à Nerone defeciſſet.

Εν δὲ τούτῳ τὸ περὶ τὴν Γαλατίαν ἀγγέλλεται κίνημα, καὶ Οὐίνδικς ἅμα τοῖς δυνατοῖς τῶν ἐπιχωρίων ἀφεστὼς Νέρωνος.

EX LIBRO VII.

Cap. 11. An. Chr. 70. JAM verò ante hæc tempora, quibus Veſpaſianus quidem apud Alexandriam erat, Titus verò Hieroſolymorum obſidioni incumbebat, magna pars Germanorum ad defectionem incitata eſt, quibuſcum etiam Galli, qui

Περὶ δὲ τούτων ἐπὶ τῶν χρόνων, ἐν οἷς Οὐεσπασιανὸς μὲν περὶ Αλεξάνδρειαν ἦν, Τίτος δὲ τῇ τῶν Ιεροσολύμων περισπάρευε πολιορκίᾳ, πολὺ μέρος (c) Γερμανῶν ἐκινήθη πρὸς ἀπόστασιν, οἷς καὶ Γαλατῶν οἱ πλησίον συμφρονήσαντες,

(a) Antiq. Jud. lib. 17. cap. 10.
(b) Ibid. lib. 17. cap. 15.
(c) Germanos intelligit, qui Rhenum tranſgreſſi in Gallico ſolo ſedes habebant. Vide Tacitum lib. 4.

Digitized by Google

κοινῇ μεγάλας ἐλπίδας αὐτοῖς συνέθεσαν, ὡς καὶ τῆς Ρωμαίων ἀπαλλαξόμενοι δεσποτείας. ἐπῆρε δὲ αὐτοὺς Γερμανοὺς ἅψασθαι τῆς ἀποστάσεως, καὶ τὸ πόλεμον ἐξενεγκεῖν, πρῶτον μὲν ἡ φύσις, ὅσα λογισμῷ ἔρημος ἀγαθῶν, καὶ μὴ μικρᾶς ἐλπίδος ἑτοίμως ῥιψοκίνδυνος· ἔπειτα καὶ μῖσος τὸ πρὸς τοὺς κρατοῦντας· ἐπεὶ μόνοις ἴσασι Ρωμαίοις τὸ ἦθος αὐτῶν δουλεύειν βιασαμένοις. ὁ μὲν ἀλλὰ μάλιστά γε πάντων ὁ καιρὸς αὐτοῖς θάρσος ἐνεποίησεν. ὁρῶντες γὰρ τὴν Ρωμαίων ἀρχὴν ταῖς συνεχέσι τῶν αὐτοκρατόρων ἀλλαγαῖς ἐν ἑαυτῇ τεταραγμένην, πᾶν τε μέρος ὑπ' αὐτοῖς οἰκουμένης πυνθανόμενοι μετέωρον εἶ καὶ κραδαίνεσθαι, τοῦτον σφίσιν αὐτοῖς ἄριστον ὑπὸ τῆς ἐκείνων κακοπραγίας καὶ στάσεως καιρὸν ὠήθησαν παραδιδόναι. ἐνῆγον δὲ τὸ βούλευμα, καὶ ταύταις αὐτοὺς ἐλπίσιν ἐτύφλουν Κλασσικός τις καὶ (a) Βιτέλλιος τ' παρ' ἐκείνοις ὄντες ἡγεμόνων, οἱ δηλονότι ὡς ἐκ μακροῦ ταύτης ἐφίεντο τ' νεωτεροποιίας· ὑπὸ τοῦ καιροῦ δὲ θαρσῆσαι προαχθέντες, τ' ἰδίαν γνώμην ἐξέφηναν· ἔμελλον δὲ προθύμως διακειμένοις τ' πεῖραν τοῖς πλήθεσι παρασφέρειν. πολλοῦ δὲ μέρους ἤδη τὴν Γερμανῶν τ' ἀπόστασιν ἀνωμολογηκότος, καὶ τὴν ἄλλων οὐκ ἂν δίχα φρονησάντων, ὥσπερ ἐκ δαιμονίου προνοίας, Οὐεσπασιανὸς πέμπει χρήματα Πετιλίῳ Κερεαλίῳ τῷ πρότερον ἡγεμόνι Γερμανίας γενομένῳ, τιμὴν ὕπατον δηλοῦς τιμήν, καὶ κελεύων ἄρξαντα Βρεττανίας ἀπέναι. πορευόμενον μὲν ἐκεῖνον ὅποι προσετέτακτο, καὶ τὰ περὶ τ' ἀπόστασιν τῶν Γερμανῶν πυθόμενον, ἤδη συνειλεγμένοις αὐτοῖς ἐπιπεσὼν, καὶ παραταξάμενος, πολύ τε πλῆθος αὐτῶν ἀναιρεῖ καὶ τ' μάχῃ, καὶ τ' ἀνοίας παυσαμένους ἠνάγκασε σωφρονεῖν. ἔμελλον δὲ, κἀκεῖνα μὴ θᾶττον εἰς τοὺς τόπους παραβαλόντα, δίχα ἂν εἰς μακρὰν ὑφέξειν. ἡνίκα γὰρ πρῶτον ἡ περὶ τ' ἀποστάσεως αὐτῶν ἀγγελία τῇ Ρώμῃ προσέπεσε, Δομετιανὸς Καῖσαρ πυθόμενος, οὐχ ὡς ἂν ἕτερος ἐν τούτῳ τ' ἡλικίας (νέος γὰρ ἦν ἔτι παντάπασι) τηλικοῦτον ἄρασθαι μέγεθος πραγμάτων ὤκνησεν· ἔχων ἐκ πατρόθεν ἔμφυτον τ' ἀνδραγαθίαν, καὶ τελειοτέραν τ' ἄσκησιν τ' ἡλικίας προπεπονημένος, ἐπὶ τοὺς βαρβάρους εὐθὺς ἤλασεν. οἱ δὲ πρὸς τ' φήμην τ' ἐφόδου καταπεσόντες, ἐπ' αὐτῷ σφᾶς αὐτοὺς ἐποιήσαντο μετὰ τοῦ φόβου, κέρδος εὐράμενοι, τὸ χωρὶς συμφορῶν ὑπὸ τ' αὐτὸν πάλιν ζυγὸν ὑπαχθῆναι.

proximi erant, conspirantes, magnam in commune spem illis afferebant, fore ut Romanorum dominatu liberarentur. Ipsos autem Germanos ad defectionem moliendam bellumque inferendum extulit, natura quidem primò bonis consiliis vacua, & parva cum spe ad periclitandum projecta; deinde verò & odium adversus dominantes: quoniam solis sciunt gentem suam vi coactam servire Romanis. Verumtamen maximè omnium tempus eis fiduciam dedit. Nam quum viderent Romanorum imperium ex crebris imperatorum mutationibus intestina seditione turbatum, omnemque his subditam orbis terrarum partem pendere ac nutare inaudirent, hoc sibi optimum tempus ex illorum rebus adversis atque discordiis oblatum esse putaverunt. Hujus autem consilii auctores erant, & hujusmodi spe eos efferebant Classicus quidam & * Vitillus, principes inter illos: quos olim quidem hoc rerum novarum desiderio teneri manifestum erat: ea opportunitate autem ad audendum inducti, animi sui sententiam palam fecerunt: jamque multitudinis alacritate gestientis periculum facturi erant. Verùm quum magna pars Germanorum ad defectionem consensisset, & cæteri ab illis non dissensissent, quasi divina providentia, Vespasianus ad Petilium Cerealem, qui priùs Germaniam imperio rexerat, litteras mittit, quibus eum Consulem declaravit, jussitque ad Britannias administrandas proficisci. Igitur dum ille, quò jussus erat, abire pararet, audita rebellione Germanorum, eos jam congregatos acie instructa adortus est, & magnum illorum numerum in pugna interficit, & ad sobrietatem sanamque mentem compulit. Sed etiamsi ille ad ea loca non citiùs perveniisset, tamen haud multò pòst supplicia erant luituri. Nam ut primùm defectionis eorum nuncium acceperant Romæ, Domitianus Cæsar hoc audito, non sicut alter illa in ætate (nam adolescentulus admodùm erat) rem tantæ magnitudinis aggredi dubitavit: sed à patre habens ingenitam fortitudinem & supra ætatem exercitatus, illicò in Barbaros expeditionem fecit. Illi ad expeditionis famam consternati, præ metu ei se submiserunt, lucrum inveniisse se rati, quòd sine calamitatibus pristino jugo

* Vitellius.

An. Chr. 70.

(a) In MSS. Ουϊτίλλιος & Ουίπλιος. In versione Rufini, *Civilis*, cujus defectionis meminit Tacitus loco citato.

Digitized by Google

subjicerentur. Omnibus itaque circa Galliam, ita ut oportuit, à Domitiano ordinatis, ut non facilè unquam res illic iterum turbarentur, clarus atque insignis, rebus quidem præclarè gestis ætatem superantibus, patris verò gloriæ convenientibus, Romam reversus est.

A πᾶσιν οὖν ἐπιθεὶς τοῖς περὶ τὴν Γαλατίαν τάξιν τὴν προσήκουσαν Δομετιανὸς, ὡς μηδ' αὖθις ἄν ποτε ῥαδίως ἔτι κἀκεῖ ταραχθῆναι, λαμπρὸς καὶ περίβλεπτος, ἐπὶ κρείττοσι μὲν τῆς ἡλικίας, πρέπουσι δὲ τῷ πατρὶ κατορθώμασιν, εἰς τὴν Ρώμην ἀνέζευξεν.

EX PLUTARCHO, DE GALLIS, *Tom. I.*

Edit. Francofurti in fol. 1599.

IN ROMULO.

Pag. 28. POETA Simulus planè delirat, qui non Sabinis, sed Gallis putat Tarpeïam Capitolium prodidisse, cùm esset regis eorum capta amore. Is ita scribit:

Est propè, quæ celso Capitolî è vertice muros,
Tarpeia evertit, Romana superba, tuos.
Quippe thoros Celtarum amens dum deperit, ausa est,
Regnantûm in reges prodere tecta patrum.

Et post pauca de ejus morte:

Illam non Boii, non Celtæ mille sepulcro,
In ripa ornarunt ulteriore Padi;
Non tonsis planxere comis: sed scuta furentes
Injiciunt miseræ, fœda tropæa necis.

B Σίμυλος δ' ὁ ποιητὴς καὶ παντάπασι ληρεῖ, μὴ Σαβίνοις οἰόμενος, ἀλλὰ Κελτοῖς τὴν Ταρπηΐαν προδοῦναι τὸ Καπιτώλιον, ἐρασθεῖσαν αὐτῶν τοῦ βασιλέως. λέγει δὲ ταῦτα·

Ἡ δ' ἀγχοῦ Ταρπηΐα παρὰ Καπιτώλιον αἶπος
Ναίουσα, Ρώμης ἔπλετο τειχολέτις·
Κελτῶν οἱ στέρξασα γαμήλια λέκτρα γενέσθαι,
Σκηπτούχων πατέρων οὐκ ἐφύλαξε δόμους.

C Καὶ μετ' ὀλίγα περὶ τῆς τελευτῆς·

Τὴν δ' οὔτ' ἄρ Βοιοί τε καὶ ἔθνεα μυρία Κελτῶν
Κηράμενοι, ῥείθρων ἐντὸς ἔθεντο Πάδου·
Ὅπλα δ' ἐπιπροβαλόντες ἀρειμανέων ἀπὸ χειρῶν,
Κούρῃ ἐπὶ συγερῇ, κόσμον ἔθεντο φόνου.

IN SOLONE.

Pag. 79. NONNULLI etiam mercatores magnarum conditores urbium fuerunt; ut Protus qui Massiliam condidit, Gallorum Rhodani accolarum sibi conciliata amicitia.

D Ἔνιοι δὲ καὶ πόλεων οἰκισταὶ γεγόνασι μεγάλων, ὡς καὶ Μασσαλίας (a) Πρῶτος ὑπὸ Κελτῶν τῶν περὶ τὴν Ροδανὸν ἀγαπηθείς.

IN CAMILLO.

Pag. 135. GALLI (b) ex Celtis oriundi, patria relicta quæ alere præ multitudine omnes non valeret, ad novas quærendas sedes feruntur profecti: multa millia juvenum bellicosorum, quos longè major sequebatur puerorum & mulierum caterva: horum pars Oceani Sep-

E Οἱ δὲ Γαλάται τοῦ Κελτικοῦ γένους ὄντες, ὑπὸ πλήθους λέγονται τὴν αὐτῶν ἀπολιπόντες, οὐκ οὖσαν αὐτάρκη τρέφειν ἅπαντας, ἐπὶ ζήτησιν ἑτέρας ὁρμῆσαι· μυριάδες δὲ πολλαὶ γενόμεναι νέων ἀνδρῶν καὶ μαχίμων, ἔτι δὲ πλείους παίδων καὶ γυναικῶν ἄγοντες, οἱ μὲν ἐπὶ τὴν βόρειον ὠκεανὸν

(a) Πρῶτος non est nomen adjectivum, sed nomen proprium unius è coloniæ ducibus, quæ Massiliam condidit. Justinus lib. 43. *Duces classis Simos & Protus fuere.*

(b) Huc spectant duæ Gallorum coloniæ à Belloveso & Sigoveso Prisci Tarquinii temporibus ductæ, de quibus Livius lib. 1. cap. 34. Galli, qui duce Sigoveso, superatis montibus Riphæis, extrema Europæ occuparunt, Volcæ sunt Tectosages, quos quædam Germaniæ loca circum Hercyniam silvam incoluisse tradit Cæsar lib 6. de Bello Gallico: horum siquidem pars Thraciæ, quæ in extrema Europa sita est, bellum intulit. Per Riphæos montes intelligendi sunt montes Sudeti, qui Bohemiam à Silesia & Moravia separant.

ὑπερβαλόντες

Digitized by Google

ὑπερβαλόντες τὰ Ριπαῖα ὄρη, ῥυῆναι, & τὰ ἔσχατα τῆς Εὐρώπης κατασχεῖν· οἱ δὲ μεταξὺ Πυρήνης ὄρους καὶ τῶν Αλπεων ἱδρυθέντες, ἐγγὺς Σεννόνων & Κελτορείων κατοικεῖν χρόνον πολύν. ὀψὲ δή ποτε οἴνου γευσάμενοι τότε πρῶτον ἐξ Ιταλίας ἀφικομένου, ὅπως ἄρα θαυμάσαι τὸ πόμα, & πρὸς τὴν καινότητα τῆς ἡδονῆς ἐκφερόμενοι χρῆσθαι πάντες, ὡς ἀράμενοι τὰ ὅπλα, & γονέας ἀναλαβόντες, ὁδὸν τὰς Αλπεις φέρεσθαι, & ζητεῖν ἐκείνῃ τὴν γῆν, ἣ τοιοῦτον καρπὸν ἀναδίδωσι, τὴν δὲ ἄλλην ἄκαρπον ἡγεῖσθαι & ἀνήμερον. ὁ δὲ εἰσαγαγὼν τὸν οἶνον παρ' αὐτοὺς, καὶ παρεξωύσας ὅλην τὴν Ιταλίαν μάλιστα & πρῶτος, Ἀρρων λέγεται γενέσθαι, Τυρρηνὸς, ἀνὴρ ὀνομαστὸς, & φύσει μὲν οὐ πονηρὸς, συμφορᾷ δὲ τοιαύτῃ χρησάμενος. ὢν ὀπίπαιδος ὀρφανὸς, πλούτῳ τε πρώτου τῶν πολιτῶν, & θαυμαζομένου κατ' εἶδος, ὄνομα Λυκούμωνος. ὅτε ὢν νέος παρὰ τὸν Ἀρρωνα διαίταν εἶχε, & μειράκιον ὢν, οὐκ ἀπέλειπε τὴν οἰκίαν, ἀλλὰ προσεποιεῖτο χαίρειν σφῶν ἐκείνῳ· καὶ πολὺν χρόνον ἐλάνθανε διεφθαρκὼς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα, καὶ διεφθαρμένος ὑπ' ἐκείνης. ἤδη δὲ πόρρω τοῦ πάθους ἀμφοτέρων γεγονότων, καὶ μήτ' ἀφεῖναι τὴν ὀδυνμίαν, μήτε κρύπτειν ἔτι δυναμένων, ὁ μὲν νεανίσκος ἐπεχείρει φανερῶς ἀποστάσας ἔχειν τὴν ἄνθρωπον. ὁ δὲ ἀνὴρ ὅτι δόλῳ ἐληλύθει, καὶ κραυόμενος πλήθει φίλων καὶ χρημάτων & δαπάναις ὑπὸ τοῦ Λουκούμωνος, ἐξέλιπε τὴν ἑαυτοῦ· καὶ πυθόμενος τὰ τῶν Γαλατῶν, ἦκεν ὡς αὐτούς, καὶ καθηγήσατο τῆς εἰς τὴν Ιταλίαν στρατείας. οἱ δὲ ἐμβαλόντες εὐθὺς ἐκράτουν τῆς χώρας ὅσην τὸ παλαιὸν οἱ Τυρρηνοὶ κατεῖχον, ἀπὸ τῶν Αλπεων ἐπ' ἀμφοτέρας καθήκουσαν τὰς θαλάσσας· ὡς καὶ τοὔνομα μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ. τὴν μὲν γὰρ βόρειον θάλασσαν Ἀδρίαν καλοῦσιν ἀπὸ Τυρρηνικῆς πόλεως Ἀδρίας· τὴν δὲ πρὸς νότον κεκλιμένην αὖπτερις, Τυρρηνικὸν πέλαγος. πᾶσα δὲ ὑπὸ δενδρόφυτος αὕτη, & θρέμμασιν εὐβόλος, & καταῤῥυτος ποταμοῖς, καὶ πόλεις εἶχεν ὀκτωκαίδεκα καλὰς καὶ μεγάλας, & κατεσκευασμένας πρός τε χρηματισμὸν ἐργατικῶς, & πρὸς διαίταν πανηγυρικῶς, ἃς οἱ Γαλάται, τοὺς Τυρρηνοὺς ἐκβαλόντες, αὐτοὶ κατέσχον. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐπράχθη συχνῷ ὕστερον χρόνῳ πρότερον.

Οἱ δὲ Γαλάται πρὸς πόλιν τότε Τυρρηνίδα

A tentrionalis, Riphæis ſuperatis montibus, oras invaſerunt, atque ultima inſederunt Europæ: pars inter Pyrenæos montes & Alpes ſedibus poſitis juxta Senones & (a) Celtorios diu habitaverunt. Longo pòſt tempore vino quod tum allatum primùm ex Italia fuit guſtato, ita fuerunt potûs nova voluptate capti omnes, ut arreptis armis, parentes ſecum trahentes, ilicò contenderent verſus Alpes, regionem illam, quæ tam præſtantem fructum gigneret, quæſituri; præ qua ſterilem aliam immitemque ducebant. Invexiſſe in Galliam vinum, atque illiciendæ in Italiam gentis auctor & dux Aruns dicitur fuiſſe, clarus in Etruria vir, neque ſua ſponte improbus, ſed ex caſu hujuſcemodi. Tutor erat pupilli inter populares opulentiſſimi & formæ præcellentis, Lucumoni erat nomen. Hic apud Aruntem à puero educatus fuerat, & jam adultus etiam non reliquit domum ejus, ipſius lætari ſe conſuetudine ſimulans. Diu Aruntis uxorem clam corruperat, ab ea & ipſe corruptus. Cùm eò amor utriuſque exarſiſſet, ut neque compeſcere libidinem, neque poſſent occultam habere, adoleſcens propalàm per vim mulierem auferre conatus eſt. Vir jure pœnas perſecutus, poſtquam frequentia amicorum, magnitudine pecuniæ, ſumptibuſque ſuperatus fuit à Lucumone, ex patria profugit, atque ad Gallos, de quorum viribus audierat, contulit ſe, illiſque ſe in Italiam expeditionis ducem præſtitit. Galli primo impetu totam occupant regionem, quam Tuſci ab Alpibus ad ſuperum inferumque mare pertinentem quondam tenuerant. Nomina ſunt argumento: nam mare ad Aquilonem vergens Adriaticum ab Adria Tuſcorum urbe, alterum ad meridiem ſpectans Tyrrhenum vocant. Arboribus regio omnis paſcuiſque læta, atque irrigua fluminibus, incolebatur urbibus octodenis inſignibus & amplis, quæ ad rem induſtria parandam, & ad luxum vitæ pariter erant comparatæ. Has Galli ejectis Tuſcis ipſi inſedêre. Verùm hæc multò antè acta fuerant.

Pag. 136.

Galli Cluſium tunc Etruriæ urbem

(a) Hadr. Valeſius Celtoriorum nomine deſignari putat *Suelteros*, de quibus Plinius l. 3. c. 4. Convenit ſitus: nam *Suelteri* inter Pyrenæum & Alpes maritimas ſedes habent, Alpibus tamen quàm Pyrenæo multò propiores.

An. U. C. 362.

admotis copiis obsidebant. Clusini opem ab Romanis postulantes, oraverunt ut legatos cum litteris ad Barbaros mitterent. Missi fuere tres ex Fabiorum gente clari viri, qui magnos honores adepti Romæ erant. Cum his Galli propter nomen urbis comiter exceptis, omissa oppugnatione, in colloquium convenere. Qua Clusinorum injuria incitati urbem eorum oppugnatum venissent, Romanis quærentibus, ridens Gallorum rex Brennus; *Injuria afficiunt*, inquit, *nos Clusini, qui solum latius affectent possidere, quàm colere valeant; neque advenis nobis, qui multi sumus & inopes, partem concedant finium. Eadem in vos injuria, Romani, primùm Albanorum, Fidenatium & Ardeatium fuit; nunc Veientium, Capenatium, multorumque Falisci & Volsci nominis. Quibus nisi parte fortunarum suarum vobis cedant, arma infertis, in servitutem eos abripitis, populamini, urbes eorum exscinditis. Neque factum id vestrum tamen iniquum est, sed antiquissimam legem sequimini ducem, quæ fortibus res largitur ignavorum, incipiens à Deo, & in bruta desinens. Nam & his natura comparatum est, ut præferri imbecillioribus velint præstantiora. Desinite Clusinorum deplorare obsidionem, ne exemplo Galli vestro incipiant oppressorum à vobis misereri.* Ex hoc responso abhorrere Brennum cognoscunt Romani à quietis consiliis. Itaque Clusium ingressi, cives confirmarunt & acuerunt, ut unà secum facerent in Barbaros impressionem, sive quò experirentur illorum virtutem, sive ut ostenderent suam. Cùm eruptione facta pro muris pugnarent, unus ex Fabiis Q. Ambustus evectus extra aciem equo, Gallo cuidam proceritate corporis & forma insigni, qui longè ante signa extulerat se, occurrit, ignotus initio, quòd esset concursus acris, & perstringerent aciem oculorum fulgentia ejus arma. Ut Barbarum superavit pugna occiditque, legentem spolia agnovit Brennus. Ille deos testatus, violato jure gentium, quod apud omnes sit nationes sacrosanctum, eum qui ut legatus venisset, hostilia perpetrasse: extemplò signo receptui dato, solutaque Clusinorum obsidione, Romam agmen convertit. Ne tamen cupientibus quisquam

Pag. 137.

A Κλούσιον στρατεύσαντες, ἐπολιόρκουν. οἱ δὲ Κλουσῖνοι καταφυγόντες ἐπὶ τοὺς Ρωμαίους, ᾐτήσαντο πρέσβεις παρ' αὐτῶν καὶ γράμματα πρὸς τοὺς βαρβάρους. ἐπέμφθησαν δὲ τοῦ Φαβίων γένους τρεῖς ἄνδρες εὐδόκιμοι, καὶ τιμὰς μεγάλας ἔχοντες ἐν τῇ πόλει. τούτους ἐδέξαντο μὲν οἱ Γαλάται φιλανθρώπως διὰ τὸ τῆς Ρώμης ὄνομα, καὶ παυσάμενοι τῆς πρὸς τὰ τείχη μάχης, εἰς λόγους συνῆλθον. πυνθανομένων δ' αὐτῶν ὅ τι παθόντες ὑπὸ Κλουσίνων ἥκοιεν ἐπὶ τὴν πόλιν, γελάσας ὁ βασιλεὺς B τῶν Γαλατῶν Βρέννος, Ἀδικοῦσιν ἡμᾶς, ἔφη, Κλουσῖνοι, γὴν καὶ χώραν ὀλιγὴν μὲν γεωργεῖν δυνάμενοι, πολλὴν δὲ κατέχειν ἀξιοῦντες, καὶ μὴ μεταδιδόντες ἡμῖν ξένοις οὖσι καὶ πολλοῖς καὶ πένησι. ταῦτα δ' ἄρα καὶ ὑμᾶς ἠδίκουν, ὦ Ρωμαῖοι, πρότερον μὲν Ἀλβανοὶ καὶ Φιδηνάται καὶ Ἀρδεάται, νῦν δὲ Οὐήϊοι καὶ Καπηνάται καὶ πολλοὶ Φαλίσκων καὶ Οὐολούσκων· ἐφ' οὓς ὑμεῖς στρατεύοντες, ἐὰν μὴ μεταδῶσιν ὑμῖν τῶν ἀγαθῶν, ἀνδραποδίζεσθε, λεηλατεῖτε καὶ κατασκάπτετε τὰς πόλεις C αὐτῶν· οὐδὲν οὐδὲ ὑμεῖς γε δεινὸν οὐδὲ ἄδικον ποιοῦντες, ἀλλὰ τῷ πρεσβυτάτῳ τῶν νόμων ἀκολουθοῦντες, ὃς τῷ κρείττονι τὰ τῶν ἡττόνων δίδωσιν, ἀρχόμενος ἀπὸ τοῦ θεοῦ, καὶ τελευτῶν εἰς τὰ θηρία. καὶ γὰρ τούτοις ἐκ φύσεως ἔνεστι, τὸ ζητεῖν πλέον ἔχειν τὰ κρείττονα τῶν ὑποδεεστέρων. Κλουσίνους δὲ παύσασθε πολιορκουμένους οἰκτείροντες, ὡς μὴ καὶ Γαλάτας διδάξητε χρηστοὺς καὶ φιλοικτίρμονας γενέσθαι τοῖς ὑπὸ Ρωμαίων ἀδικουμένοις. ἐκ D τούτων τῶν λόγων ἔγνωσαν οἱ Ρωμαῖοι τὸν Βρέννον ἀσυμβ[illegible]ς ἔχοντα· καὶ παρελθόντες εἰς τὸ Κλούσιον, ἐθάρρυνον καὶ παρώρμων τοὺς ἄνδρας ἐπεξιθεῖν τοῖς βαρβάροις μετ' αὐτῶν, εἴτε τὴν ἐκείνων ἀλκὴν καταμαθεῖν, εἴτε τὴν ἑαυτῶν ἐπιδείξασθαι θέλοντες. ἐκδρομῆς δὲ τῶν Κλουσίνων καὶ μάχης παρὰ τὰ τείχη γενομένης, εἷς τῶν Φαβίων, Κόϊντος Αμβουστος, ἵππον ἔχων, ἐξήλασεν αὔτιος ἀνδρὶ μεγάλῳ καὶ καλῷ Γαλάτῃ πολὺ προϊππεύοντι τῶν ἄλλων, ἀγνοηθεὶς ἐν ἀρχῇ E διὰ τὸ τῶν σύνοδον ὀξεῖαν γενέσθαι, καὶ τὰ ὅπλα περιλάμποντα τὸν ὄψιν ἀποκρύπτειν. ὡς δ' ἐπικρατήσας τῇ μάχῃ, καὶ καταβαλὼν ἐσκύλευε τὸν ἄνδρα, γνωρίσας ὁ Βρέννος αὐτὸν, ἐπεμαρτύρατο θεοὺς, ὡς παρὰ τὰ κοινὰ καὶ νενομισμένα πᾶσιν ἀνθρώποις ὅσια καὶ δίκαια, πρεσβευτοῦ μὲν ἥκοντος, πολέμια δὲ εἰργασμένου. καταπαύσας δὲ τὸν μαχὴν αὐτίκα, Κλουσίνους μὲν εἴα χαίρειν, ἐπὶ δὲ τὸν Ρώμην τὸν στρατὸν ἦγεν. οὐ βουλόμενος δὲ δόξαι τὴν ἀδικίαν

Digitized by Google

αὐτῖς ὥσωρ ἀσμένοις γεγονέναι καὶ δρομάδοις σπεύδειν φάσεως, ἔπεμψεν ἐξαίφνης ὅτι τιμωρίαν τῶν ἀνδρῶν καὶ προῆγεν ἅμα χολαίως. ἐν δὲ Ρώμῃ τῆς βάλης συναχθείσης, ἄλλοι τε πολλοὶ τὸν Φαβίων κατηγόρουν, καὶ τῶν ἱερέων οἱ καλούμενοι Φητιαλεῖς ἐνῆγον, ἐπιθλάζοντες καὶ κλύδωνα τῶν παρασμένων ἄγος τὸ σύγκλυτον εἰς ἕνα τὸν αἴτιον τρέψασιν, ὑπὲρ τῶν ἄλλων ἀφοσιώσασθαι. τούτους τοὺς Φητιαλεῖς Πομπίλιος Νομᾶς, βασιλέων ἥμερώτατος ἡμερώτατος καὶ δικαιότατος, κατέστησε, φύλακας μὲν εἰρήνης, ὑπηνώμονας δὲ καὶ βεβαιωτὰς αἰτιῶν, αἷς σὺν δίκῃ πόλεμον ὑποσπάσθαι. τῆς δὲ βάλης οὐκ ἄκουσον ἀνενεγκαμένης τὸ πρᾶγμα, καὶ τῶν ἱερέων ὅμοια τῷ Φαβίῳ κατηγορούντων, ὅτε ψευδέσιν αὐτοῖς οἱ πολλοὶ τὰ θεῖα καταγέλασαν, ὥστε καὶ χιλίαρχον ἀποδεῖξαι τὸν Φάβιον μετὰ τῶν ἀδελφῶν.

Οἱ δὲ Κελτοὶ πυθόμενοι ταῦτα, καὶ χαλεπῶς φέροντες, ὑδὲν ἐμποδὼν ἐποιοῦντο καὶ ἀναβολῆς, ἀλλ' ἐχώρουν παντὶ τάχει· καὶ πρὸς τὸ πλῆθος αὐτῶν, καὶ τὴν λαμπρότητα καὶ ὠμότητα, καὶ τὴν βίαν καὶ θυμὸν ἐκπεπληγμένοι τὸ δρᾶν μέσον, καὶ τὴν χώραν ἀπολωλέναι πᾶσαν ἤδη, καὶ τὰς πόλεις εὐθὺς ἀπολέσθαι δοκούντων, παρ' ἐλπίδας ὑδὲν ἠδίκουν, ὑδ' ἐλάμβανον ἐκ τῶν ἀγρῶν· ἀλλὰ καὶ τὰς πόλεις ἐγγὺς παρεξιόντες, ἐβόων ὅτι τοῖς Ρωμαίοις πορεύεσθαι, καὶ μόνοις πολεμεῖν Ρωμαίοις, τοὺς δ' ἄλλους φίλους ὑπίστασθαι. τοιαύτη δὲ χρωμένων ὁρμῇ τῶν βαρβάρων, ἔξηγον οἱ χιλίαρχοι τοὺς Ρωμαίους ὅτι τὸν ἀγῶνα, πλήθει μὲν οὐκ ἐνδεεῖς· ἐγίνοντο γὰρ ὁπλῖται τεταγμένοι οὐκ ἐλάττους· ἀναστήτους δὲ ἔχοντες τοὺς πολλοὺς, καὶ τότε σπουδὴν ἀπομόνους ὅπλων. ἔτι δ' ἐξημέλητο τὰ τῶν θεῶν αὐτοῖς, ὅτε καλλιερήσασιν, ὅτε μαντεῖς, ἀσπουδὸν καὶ μάχης εἰκὸς εἶναι, ἐσομένοις. ὑδενὸς δὲ ἧττον ἐτάραττεν ἡ πολυαρχία τὰ πραττόμενα, καί τοι πρότερόν γε καὶ πρὸς ἐλάττονας ἀγῶνας εἴωθε πολλάκις μοναρχοις, οὓς δικτάτορας καλοῦσιν, σὺν ἀγνοοῦσιν ὅσον ὄφελος ἐν ὑποφαλῇ καιρὸν ὄφελος, μιᾷ χρωμένοις γνώμῃ πρὸς ἀνυπόθυτον ἀρχὴν, ἐν χρῷ τῷ δίκῃ ἔχεσθαι, διατρίβειν. ὑκ ἤνεσε δὲ καὶ Κάμιλλος ἀγνωμονηθεὶς ἔβλαψε τὰ πράγματα, τῷ μὴ πρὸς χάριν, μηδὲ κολακεύοντας ἄρχειν, φοβερὸν ἄμοιρον. προϊόντες οὖν ἀπὸ τῆς πόλεως σταδίους ἐννενήκοντα, παρὰ τὸν Αλίαν ποταμὸν κατέστησαν, ὃ πόῤῥω τοῦ στρατοπέδου τοῦ Θυμβρικοῦ συμφερόμενον. ἐνταῦθα δὲ τῶν βαρβάρων

A existimaret oblatam injuriam & quæsitam occasionem, præmittit, qui Fabium sibi ad supplicium postularent dedi: simul lento agmine progreditur. Romæ senatu convocato, cùm alii multi Fabios increpaverunt, tum sacerdotes, qui appellantur Feciales, religione se-
B natui injecta jusserunt, ut injuriæ piaculo in unum auctorem verso id amoliantur à reliquis. Hos Feciales quietissimus & justissimus rex instituit Numa pacis custodes, cognitores arbitrosque causarum belli indicendi legitimarum. Eam disceptationem rejecit senatus ad populum; ubi Fecialibus non secus quàm in curia Fabium criminantibus, tantum cepit plebem religionis ludibrium & contemtus, ut etiam Fabium illum cum fratribus tribunum militum designarent.

His Galli auditis inflammati, præ- An. U. C.
cisa omni mora, citato pergunt ag- 363.
C mine. Ad quorum multitudinem & apparatûs splendorem, vimque & ferociam trepidos qui viam accolebant, & prorsus jam de agris & urbibus esse arbitrantes actum, præter spem nihil læserunt, neque populati fines sunt: sed cùm prope urbes transirent, Romam contendere se, solos petere clamabant Romanos, reliquos pro amicis habere. Cùm Barbari tali ferrentur impe-
D tu, tribuni legiones non pauciores numero (erant enim non infra XL. millia peditum) verùm tumultuarios plerosque ac tirones ad bellum educunt, deorum immemores, non litato, non auspicato, quod omitti ante certamen & pugnam non decebat. Ducum etiam multitudo non medicorem confusionem rebus gerendis attulit: cùm tamen ad minora bella, multis tempestatibus antè, unicum ducem, quem Dictatorem vocant, dixissent; haud ne-
E scii, quanti dubiis temporibus intersit uno animo cives libero imperio, à quo provocatio non sit, obedire. Maximo detrimento reipublicæ Camilli indigna fuit fortuna: cùm nisi populariter & cum adulatione imperares, periculum propositum haberes. Profecti ab urbe ad nonaginta stadia, castra metati sunt prope fluvium Aliam, qui haud procul inde immiscet se Tiberi. Quo lo-

Digitized by Google

An. U. C. 363. co cum obviis Barbaris fœdè, quia incondita omnia apud ipſos erant, præliati in fugam vertuntur: ſiniſtrum cornu in amnem actum ilicò hoſtes oppreſſere: in dextro, quod ex campis ſenſim impreſſionem declinans ad colles ſucceſſerat, minus damni acceptum: horum plerique evaſerunt ad urbem. Alios quos hoſtis ſatietate cædis reliquos fecerat, quaſi Roma deſperata, ac complorata republica, fuga nocte detulit Veios. Pugnatum plenilunio circa ſolſtitium æſtivale; quo die antè quoque ingens Fabiorum accepta clades fuerat, ex qua familia trecenti fuerant ab Etruſcis cæſi. Cæterùm obtinuit, ut dies ex clade poſteriore ad noſtrum uſque ævum à flu-
Pag. 138. mine Alienſis vocaretur..... Poſt pugnam ſi veſtigiis inſtitiſſent ilicò Galli fugientium, haud dubiè Roma funditus everſa, & qui ibi remanſerant, deleti eſſent omnes: tanto pavore, qui ex fuga ſe Romam receperant, repleverant civitatem: tanta etiam inceſſerat eam perturbatio & ſtupor. Nunc cùm victoriam non putarent barbari tantam, ex ingenti lætitia ad epulas, ſimulque ad prædæ in caſtris captæ partitionem converſi, ſpatium profugiendi ex urbe effuſæ turbæ, & remanentibus ſeſe colligendi præbuerunt, & ad defenſionem parandi: nam reliqua deſerta urbe Capitolium telis & munitionibus firmaverunt. Sacrorum prima cura fuit, quorum partem in Capito-
D lium comportaverunt: ſacrum ignem Veſtæ virgines cum ſacris rapientes profugerunt.

Pag. 139. Tertio quàm pugnatum fuit die, Brennus ſigna ad urbem tulit: qui poſtquàm portas apertas, nullam in muris invenit ſtationem, inſidias primùm ſuſpectas habuit & fraudem, haud credens Romanorum tam deplorata eſſe conſilia. Ubi id quod erat cognovit, ingreſſus porta Collina cepit Romam
E trecentis ſexaginta annis, & aliquantò ampliùs quàm condita fuiſſet; ſi verum eſt uſquam illorum temporum exſtare exactam memoriam: quando alia recentiora effecit confuſio illa ambigua. Hæc tamen captæ urbis calamitas obſcuro rumore ſtatim perlata in
Pag. 140. Græciam eſt: Heraclides enim Ponticus affinis his temporibus, in libro de Anima, annunciatum ex Occidente refert, exercitum alienigenarum ex

A ὑπεφαίνοντο, αἰσχρῶς ἀγωνισάμενοι δὲ ἀτάξιαν ἐξάπινθ· ⁊ τὸ μὲ ἀειστερὸν κέρας εὐθὺς ἐμβαλόντες εἰς τ ποταμὸν οἱ Κῆλοι διέφθειραν· τὸ ἢ δεξιὸν ὑπεκλῖναι τ ὑποφορὰν ἐκ τῆ πεδίυ πρὸς τὰς λόφους, ἧττον ἐξεκόπη· καὶ διεξέπεσον ὀλίγοι τύτων εἰς τὴν πόλιν οἱ πολλοί. τοῖς δ' ἄλλοις ὅσοι, τῆ πολεμίων ἀπειπόντων τοῖς τ φόνον, ἐσώθησαν, εἰς Βηΐους αἱ φυγαὶ διὰ νυκτὸς ἦσαν, ὡς τ Ρώμης οἰχομένης, καὶ τῆ ἐκεῖ πάντων ὀλωλότων. ἐφύετο δ' ἡ μάχη περὶ ξοπὰς ταύτας
B περὶ τὴν πανσέληνον· ἣ καὶ πρότερον ἡμέρᾳ μεγάλῳ πάθει συνέβη τὸ περὶ τοὺς Φαβίους· τριακόσιοι γὰρ ἐκ τῆ γένυς ὑπὸ Τυρρηνῶν ἀνηρέθησαν. ἐκρέπτσε ἢ τ ἡμέραν ὑπὸ τ δευτέρας ἧττης Αλιάδα μέχρι νυῦ καλεῖσθαι διὰ τ ποταμόν..... μὴ ἢ τὴν μαχὴν ἐκείνην, εἰ μὴ εὐθὺς ἐπηκολούθησαν οἱ Γαλάται τοῖς φεύγουσι, ᾔδειν ἂν ἐκώλυσε τὴν Ρώμην ἄρδην ἀναιρεθῆναι, καὶ πάντας ὀλέσθαι τοὺς ἐν αὐτῇ καταλφθέντας· τοσοῦτον οἱ φεύγοντες ἐνεργάζονται δεῖ-
C μα τοῖς ὑποδεχομένοις, καὶ τοσαύτης πόλιν ἐνεπίμπλαντο ταραχῆς ⁊ ἀθαμβοσύνης. νυνὶ δ' ἀπιστίᾳ τ μεγέθυς βάρβαροι τ νίκης, καὶ πρὸς εὐπάθειαν ἐκ τῆ πεζικαθοῦς ἅμα ⁊ νεμήσεις τῆ ἁλωκότων ἐν τῇ στρατοπέδῳ χρημάτων περισπόμενοι, τῇ μὲ ἐκπίπτοντι τ πόλεως ὄχλῳ ῥᾳστώνην φυγῆς παρέχον, ἐλπίσαι δ' ἔτι ⁊ ἀθροισθήσεσθαι τοῖς ὑστερίζυσι· τὴν γὰρ ἄλλην πόλιν
D πρόμοι, τὸ Καπιτώλιον ἐφράξαντο βέλεσι καὶ ἀμφιτειχίσμασιν. ἐν πρώτοις ἦ τ ἱερῶν αἱ μὲ εἰς τὸ Καπιτώλιον ἀνεσώσαντο, τὸ ἢ πῦρ τ Εστίας αἱ παρθένοι μὴ τ ἱερῶν ἁρπασάμεναι ἔφυγον.

Τρίτη δ' ἀπὸ τ μάχης ἡμέρᾳ παρῆν ὁ Βρέννος ἄγων ἐπὶ τὴν πόλιν τὸ στράτευμα. ⁊ τὰς τε πύλας εὐρὼν ἀνεῳγμένας, ⁊ τὰ τείχη φυλάκων ἔρημα, πρῶτον μὲ ἔδεισεν ἐνέδραν ⁊ δόλον, ἀπιστῶν ὅτω παντάπασιν ἀπειρηκέναι τοὺς
E Ρωμαίυς. ἐπεὶ δ' ἔγνω τὸ ἀληθὲς, εἰσελάσας διὰ τ Κολλίνης πύλης, εἷλε τὴν Ρώμην ἐξήκοντα ⁊ τριακοσίοις ἐτῆ πλείονα βεβηκὼς χρόνον ἀπὸ τ κτίσεως ἔχυσαν, εἴ τῳ πιστὸν ἀποσώζεσθαί τινα τῆ χρόνων ἀκρίβειαν, οἷς καὶ πρὸ νεωτέρων ἄλλων ἀμφισβήτησιν ἡ σύγχυσις ἐκείνη παρέχει. τῶ μὲ τοι πάθους αὐτῶ καὶ ⁊ ἁλώσεως ἔοικεν ἀμυδρά τις εὐθὺς εἰς τὴν Ελλάδα φήμη διῆχθαι· Ηρακλείδης γὰρ ὁ Ποντικὸς ἐ πολὺ τ χρόνων ἐκείνων ἀπολειπόμενος, ἐν τῷ περὶ ψυχῆς συγγράμματι φησὶν, ἀπὸ τ ἑσπέρας λόγον

Digitized by Google

κατασχεῖν, ὡς στρατὸς ἐξ Ὑπερβορέων ἐλθὼν ἔξωθεν, ᾑρήκει πόλιν Ἑλληνίδα Ῥώμην ἐκεῖ που κατῳκημένην περὶ τὴν μεγάλην θάλασσαν. οὐκ ἂν οὖν θαυμάσαιμι μυθώδη καὶ πλασματίαν ὄντα τὸν Ἡρακλείδην, ἀληθεῖ λόγῳ τῷ περὶ τῆς ἁλώσεως ἐπικομπάσαι τοὺς Ὑπερβορέους καὶ τὴν μεγάλην θάλατταν. Ἀριστοτέλης δὲ ὁ φιλόσοφος τὸ μὲν ἁλῶναι τὴν πόλιν ὑπὸ Κελτῶν ἀκριβῶς δῆλός ἐστιν ἀκηκοώς· τὸν δὲ σώσαντα Λεύκιον εἶναι φησίν· ἦν δὲ Μάρκος, οὐ Λεύκιος ὁ Κάμιλλος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰκασμῷ λέλεκται. κατασχὼν δὲ τὴν Ῥώμην ὁ Βρέννος, τῷ μὲν Καπιτωλίῳ φρουρὰν περιέστησεν, αὐτὸς δὲ καταβαίνων δι' ἀγορᾶς, ἐθαύμαζε τοὺς προκαθημένους ἄνδρας ἐν κόσμῳ καὶ σιωπῇ, θεώμενος ὡς οὔθ' ὑπεξανέστησαν ἐπιόντων πολεμίων, οὔτ' ὄψιν ἢ χρόαν ἔτρεψαν, ἀλλὰ ῥᾳθύμως καὶ ἀδεῶς ἐγκεκλιμένοι τοῖς σκίμποσιν οὓς ἔφερον, καὶ προσβλέποντες ἀλλήλοις ἡσύχαζον. ἦν οὖν θαῦμα τοῖς Γαλάταις πρὸς τὴν ἀτοπίαν, καὶ πολὺν χρόνον ὀκνοῦντες ἅψασθαι καὶ προσελθεῖν ὡς κρείττοσι, διηπόρουν. ἐπεὶ δὲ τολμήσας τις ἐξ αὐτῶν ἐγγὺς παρέστη Παπειρίῳ Μανίῳ, καὶ προσαγαγὼν τὴν χεῖρα, πρᾴως ἥψατο τοῦ γενείου, καὶ κατῆγε τὴν ὑπήνην βαθεῖαν οὖσαν. ὁ μὲν Παπείριος τῇ βακτηρίᾳ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ πατάξας συνέτριψεν· ὁ δὲ βάρβαρος σπασάμενος τὴν μάχαιραν ἀπέκτεινεν ἐκεῖνον. ἐκ δὲ τούτου καὶ τοὺς λοιποὺς ἀνῄρουν προσπεσόντες, καὶ τῶν ἄλλων ὅσοις ἐπιτύχοιεν διεχρῶντο, καὶ τὰς οἰκίας ἐπόρθουν, ἐφ' ἡμέρας πολλὰς ἄγοντες καὶ φέροντες, εἶτα κατεπίμπρασαν καὶ κατέσκαπτον, ὀργιζόμενοι τοῖς ἔχουσι τὸ Καπιτώλιον, ὅτι καλούντων αὐτῶν οὐχ ὑπήκουον, ἀλλὰ καὶ προσβάλλουσι πληγὰς ἔδοσαν, ἀπὸ τοῦ διατειχίσματος ἀμυνόμενοι. διὰ ταῦτα μὲν οὖν ἐλυμήναντο τὴν πόλιν, καὶ προσδιέφθειρον τοὺς ἁλισκομένους, ὁμοίως μὲν ἄνδρας καὶ γυναῖκας, ὁμοίως δὲ καὶ πρεσβύτας καὶ παῖδας.

Τῆς δὲ πολιορκίας μῆκος λαμβανούσης, ἐπισιτισμοῦ τοῖς Γαλάταις ἔδει· καὶ διελόντες ἑαυτοὺς, οἱ μὲν τῷ βασιλεῖ παραμένοντες ἐφρούρουν τὸ Καπιτώλιον, οἱ δὲ τὴν χώραν περιϊόντες ἐλεηλάτουν, καὶ τὰς κώμας ἐπόρθουν προσπίπτοντες, οὐχ ὁμοῦ πάντες, ἄλλοι δ' ἄλλῃ καθ' ἡγεμονίας καὶ συντάγματα, τῷ μέγα φρονεῖν ὑπὸ τῶν εὐτυχημάτων, καὶ δεδιέναι μηδὲν, ἀποσκιδνάμενοι. τὸ δὲ πλεῖστον αὐτῶν καὶ μάλιστα συντεταγμένον

A Hyperboreis progressum, Græcam urbem cepisse Romam, illo in tractu prope mare magnum sitam. Equidem non mirer Heraclidem, scriptorem fabulosum & mendacem, veritati captæ urbis jactantiæ causa aspersisse Hyperboreos & mare magnum. Aristoteles philosophus captam à Gallis urbem accepisse se disertè testatur: sed Lucium, qui eam servaverit, nuncupat, cùm Marcus fuerit, non Lucius Camillus. B Verùm hæc per conjecturam dicta sunt. Occupata urbe Brennus, relicto ad Capitolium præsidio per forum descendens, substitit attonitus, cùm viros aspiceret suis ornatibus instructos, & cum silentio sedentes, qui nec assurgerent advenientibus hostibus, neque vultum coloremve mutarent; sed oscitanter ac intrepidè scipionibus quos manu tenebant innixi, & in se mutuò C versi quiescerent. Hujus rei commoti Galli miraculo sunt, diuque eos, velut augustiores, attrectare, ad eosque accedere dubitarunt: donec unus ex illis ad M. Papirium propiùs accedens, admota leniter manu mento, ejus barbam, quam habebat promissam, demulsit: in cujus caput Papirius scipionem eburneum ita incussit, ut id comminueret illi. Hunc Barbarus stricto occidit ense. Ab hoc initio reliquos impetu facto contrucidare, neque ulli parcere, D diripere per multos dies tecta, deinde incendere & diruere, infensi iis qui Capitolium tenebant, quòd vel invitantibus non parerent, sed ex muro oppugnantibus vulnera defendendi sui gratia ingererent. Quod in causa fuit, cur urbem everterent, atque insuper quos ceperunt, promiscuè viros & mulieres, senes puerósque contrucidaverint.

E Cùm obsidione in longius tracta deficeret Gallos commeatus, partitis copiis, pars cum rege ad custodiam arcis remanserunt, pars prædatum iverunt per agros, vicosque vi expugnabant; non omnes simul tamen, sed alii per alias regiones catervatim & manipulatim palantes; quòd secundis rebus elati sine metu agerent. Maxima manus &

An. U. C. 363.

Digitized by Google

An. U. C. 363.

manos intentans, profeſſus eſt, non antè ſe receſſurum, quàm Romani ſuas uxores Gallis cognoſcendas miſiſſent. Romani conſilio ancillarum obſequuti, ancillas miſerunt; & barbari nimis rei venereæ abuſu fatigati, in ſomnum ſunt ſoluti. Retana (ea princeps conſilii fuerat) caprifico conſcensâ in murum evadit, remque Conſulibus indicat. Romani facta eruptione vicerunt. Atque hinc feſtus ancillarum dies ſumſit initium, ut tradit Ariſtides Mileſius primo Italicorum. Pag. 313.

DE FORTUNA ROMANORUM.

Πολύβιος ἐν τῇ δευτέρᾳ βίβλῳ περὶ τῶν τότε Ρωμαίων πόλιν καταλαβόντων ἱστόρησε Κελτούς .... ὅτι πεσσαπισάσης αὐτοῖς ἀγγελίας, φθείρεσθαι τὰ οἴκοι ὑπὸ τῶν πλησίον βαρβάρων ἐμβεβληκότων εἰς τὴν χώραν καὶ κρατούντων, ἀνεχώρησαν, εἰρηνεύσαντες πρὸς τὸν Κάμιλλον.

POLYBIUS libro ſecundo de Gallis, qui tum occupaverant Romam, ſcribit, eos accepto nuntio ſuas res agi ferrique à finitimis barbaris, qui ipſorum ditionem facta impreſſione invaſiſſent, pacta cum Camillo pace diſceſſiſſe. Pag. 325. An. U. C. 363.

DE CUPIDITATE DIVITIARUM.

Τὸν μὲν οἰκία πολυτελὴς χρεωφειλέτην πεποίηκεν, τὸν δὲ ὁμορῶν ἐλαιόφυτον, τὸν δὲ σιτῶνες, ἀμπελῶνες, ἄλλον ἡμίονοι Γαλατικαί.

ALIUM ſumtuoſa domus debitorem fecit, alium finitimum olivetum, alium granaria, vineæ, alium mulæ Gallicæ. Pag. 523.

EX SYMPOSIACON Lib. v. *Quæſt.* III.

Digitized by Google

EX AMATORIO.

Pag. 770. An. Chr. 70. JULIUS, qui defectionis in Gallia auctor fuit, cùm alios multos habuit, ut fieri solet, sui conatûs socios, tum Sabinum quoque, hominem juvenem non ignobilem, & qui divitiis gloriaque omnes alios facilè vinceret. Hi, rebus arduis tentatis, successu caruerunt: cúmque supplicia se daturos præsentirent, partim se ipsos è vita eduxerunt, partim in fuga capti sunt. Sabino autem cætero qui facilè licebat, fug ad barbaros facta, saluti suæ consulere. Sed uxorem duxerat optimam, nomine Emponam, Græcè Heroidem diceres: hanc cùm neque ducere secum, neque deserere posset; & ruri haberet sub terra effossas cameras, in quas reponi res utiles possent, duobus tantùm notas libertis; reliquos famulos omnes dimisit velut veneno sibi mortem consciturus. Duos, quos fideles norat, adsumsit, & in specus istas subterraneas descendit, misso ad uxorem liberto Martiali, qui patronum veneno exstinctum, & casam villæ cum eo concrematam esse renunciaret. Volebat enim luctu uxoris fidem facere sui quem fingebat interitûs: idque etiam evenit. Nam ea, ut erat, accepto nuncio, in terram projecit sese, atque lamentans & ejulans tres dies ac totidem noctes sine cibo exegit. Quod ubi rescivit Sabinus, metuens ne se prorsus vita exsolveret; occultè Martialem ei significare jussit, vivere se etiamnum, & occultari: rogare autem ut adhuc aliquantulùm in luctu perseveret, accuratéque mariti interitum simulet. Tragœdiam hujus calamitatis uxor admodùm artificiosè egit: tamen noctu desiderio visendi mariti ad eum ventitavit, nemine observante, & tantùm non apud inferos cum eo consuevit. Exactis septem mensibus, facta spe impetrandæ veniæ, veste, tonsura & capitis redimiculo ignotum redditum, secum Romam perduxit. Sed re infecta rediit; & cum eo majorem temporis partem sub terra exigens, interdum Romam ibat, amicis & necessariis mulieribus se videndam præbens. Et, quod creditu difficillimum est, cum iis lavans fefellit, uterum gerens.... Partûs

Pag. 771.

Ἰούλιος (a) ὁ τὴν Γαλατίᾳ κινήσας ἀπόστασιν, ἄλλους τε πολλοὺς, ὡς εἰκὸς, ἔσχε κοινωνοὺς, καὶ Σαβῖνον, ἄνδρα νέον οὐκ ἀγνωῆ, πλούτῳ δὲ καὶ δόξῃ ἀνθρώπων πάντων ὑπερανέσαντον. ἀψάμενοι δὲ πραγμάτων μεγάλων ἐσφάλησαν, καὶ δίκην δοῦναι προσδοκῶντες, οἱ μὲν αὐτοὺς ἀνῄρουν, οἱ δὲ φεύγοντες ἁλίσκοντο. τῷ δὲ Σαβίνῳ τὰ μὲν ἄλλα πράγματα ῥᾳδίως παρεῖχεν ἐκποδὼν γενέσθαι καὶ καταφυγεῖν εἰς τοὺς βαρβάρους. ᾗ δὲ γυναῖκα πασῶν ἀρίστην ἠγαμήκει, ᾗ ἐκεῖ μὲν Ἐμπονῆ (b) ἐκάλουν, Ἑλλησὶ δ' ἂν τις Ἡρῴδα προσαγορεύσειεν· ἥτε ἀπολιπεῖν δυνατὸς ἦν, ἥτε μεθ' ἑαυτῆς κομίζειν. ἔχων οὖν κατ' ἀγρὸν ἀποθήκας χρημάτων ὀρυκτὰς ὑπογείους, ἃς δύο μόνοι τῶν ἀπελευθέρων σωτῆρσιν, τοὺς μὲν ἄλλους ἀπήλλαξεν οἰκέτας, ὡς μέλλων φαρμάκοις ἀναιρεῖν ἑαυτόν. δύο δὲ πιστοὺς ἐξαλαβὼν, εἰς τὰ ὑπόγεια κατέβη· πρὸς δὲ γυναῖκα Μαρτάλιον ἔπεμψεν ἀπελεύθερον, ἀπαγγελοῦντα τεθνάναι μὲν ὑπὸ φαρμάκων, συμπεφλέχθαι δὲ μὴ τοῦ σώματος τὸ ἔπαυλιν. ἐβούλετο γὰρ τὴν [πένθει χρῆσθαι] τὴν γυναῖκα ἀληθινῶς πρὸς πίστιν τοῦ λεγομένου τελευτῆς· ἣ καὶ σωθεῖσα, ῥίψασα γὰρ ὅπως ἔτυχε τὸ σῶμα, μετὰ [κλαυθμοῦ] καὶ ὀλοφυρμοῦ ἡμέρας τρεῖς καὶ νύκτας ἄσιτος διεκαρτέρησε. ταῦτα δὲ ὁ Σαβῖνος πιθανόμενος, καὶ φοβηθεὶς μὴ διαφθείρῃ παντάπασιν ἑαυτὸν, ἐκέλευσε φράσαι κρύφα τῷ Μαρτάλιον πρὸς αὐτὸν ὅπως ζῇ καὶ κρύπτεται· δεῖται δὲ αὐτῆς ὀλίγον ἐμμεῖναι τῷ πένθει, καὶ *** πιθανὸν ἐν τῇ προσποιήσει γενέσθαι. τὰ μὲν οὖν ἄλλα παρὰ τὴν γυναῖκος ἀγωνίως συνεταράττετο τῇ δόξῃ τοῦ πάθους· ἐκεῖνον δ' ἰδεῖν ποθοῦσα νυκτὸς ᾤχετο, καὶ πάλιν ἐπανῆλθεν· ἐν δὲ τούτῳ λανθάνουσι τοὺς ἄλλους, ὀλίγον ἀπέδει συνεῖναι ἐν ᾄδου τῷ ἀνδρὶ πάλιν ἐξῆς ἐπτὰ μησῶν· ἐν οἷς κατασκευάσασα τὸν Σαβῖνον ἐθήτι καὶ κυρᾷ καὶ κατάδεσι τῆς κεφαλῆς ἄγνωστον, εἰς Ῥώμην ἐκόμισε μεθ' ἑαυτῆς τινῶν ἐνδεδομένων· θεάξασα δὲ ὕθεν, αὖθις ἐπανῆλθε. καὶ τὰ μὲν πολλὰ ἐκείνῳ συνῆν ὑπὸ γῆς· ὅτε χρόνου δὲ εἰς πόλιν ἐφοίτα τοῖς φίλοις ὁρμώμενος καὶ οἰκείοις γυναιξί. τὸ δὲ πάντων ἀπιστότατον, ἔλαθε κύουσα λυομένη μὲν

(a) Civilis & Classicus contra Romanos rebellarunt, quibus se adjunxere Julius Tutor & Julius Sabinus. Vide Tacitum lib. 4. Histor.

(b) Tacito liv. 4. Histor. cap. 67. *Epponina* dicitur, *Pepolina* Xiphilino lib. 66.

Digitized by Google

καὶ μεγαλήγορον· ᾧ καὶ μάλιστα παρῴξυνε τὸν Οὐεσπασιανὸν, ὡς ἀπέγνω τὴν σωτηρίας φορὰς αὐτὸν ἀλλαγῆναι (a) κελεύσας· βεβιωκέναι γὰρ ἡδὺ σκότῳ καὶ κάτω γῆς ἥδιον ἢ βασιλεύοντα ἐκεῖνον.

tate ſua & grandiloquentia, quibus Veſpaſianum maximè irritavit: deſperata enim ſalute, ab eo mortem poſtulavit, dicens ſibi ſuavius fuiſſe in tenebris & ſub terra vivere, quàm ipſum videre Imperio potiri.

Ex Lib. III. de Placitis Philoſophorum, *Cap. XVII.*

Πυθέας ὁ Μασσαλιώτης τῇ πλησόσῃ τὴν σελήνης τὰς πλημμύρας γίνεσθαι, τῇ δὲ μειώσει τὰς ἀμπωτίδας [φησὶν] .... Τιμαῖος τοὺς ἐμβάλλοντας ποταμοὺς εἰς τὸν Ατλαντικὸν ἀπὸ τῶν Κελτικῆς ὀρεινῆς αἴτιᾶται).

C PYTHEAS Maſſilienſis ait plenilunio curſum maris, lunæ ſenio recurſum fieri..... Timæus cauſam imputat fluminibus, quæ ex montibus Gallicis in Atlanticum procurrunt mare. Pag. 907.

Ex Libro IV. *Cap. I.*

Εὐθυμένης ὁ Μασσαλιώτης ἐκ τοῦ ὠκεανοῦ καὶ τῆς ἔξω θαλάσσης γλυκείας κατ' αὐτὸν οὔσης νομίζει πληροῦσθαι τὸν ποταμὸν [Νεῖλον.]

EUTHYMENES Maſſilienſis ex Oceano marique externo ſuapte natura dulci Nilum impleri cenſet. Ibid.

De Stoicorum repugnantiis.

Τῷ Γαλάτῃ Δηϊοτάρῳ ποιεῖ Χρύσιππος ὅμοιον καὶ θεὸν, ὃς πλειόνων αὐτῷ παίδων γενομένων, εἰ βούλοιμος καὶ ἀρχὴν ἀπολιπεῖν καὶ οἶκον, ἅπαντας ἐκείνους ἀπέσφαξεν.

D DEUM Galatæ Dejotaro ſimilem facit Chryſippus. Is cùm haberet complures filios, unique vellet regnum domumque relinquere, cæteros omnes necavit. Pag. 1049.

Digitized by Google

An. Chr. 14. Sed quibus Silius moderabatur, mente ambigua, fortunam ſeditionis alienæ ſpeculabantur: inferioris exercitûs miles in rabiem prolapſus eſt, orto ab unetviceſimanis quintaniſque initio, & tractis prima quoque ac viceſima legionibus. Nam iiſdem æſtivis in finibus Ubiorum habebantur, per otium aut levia munia. Igitur audito fine Auguſti, vernacula multitudo, nuper acto in Urbe delectu, laſciviæ ſueta, laborum intolerans, implere ceterorum rudes animos; veniſſe tempus, quo veterani maturam miſſionem, juvenes largiora ſtipendia, cuncti modum miſeriarum expoſcerent, ſævitiamque centurionum ulciſcerentur. A

Cap. 34. Sed Germanicus quantò ſummæ ſpei propior, tantò impenſiùs pro Tiberio niti. Sequanos proximos & Belgarum civitates in verba ejus adigit. Dehinc audito legionum tumultu, raptim profectus, obvias extra caſtra habuit, dejectis in terram oculis velut pœnitentia..... Tum à veneratione Auguſti orſus, flexit ad victorias triumphoſque Tiberii, præcipuis laudibus celebrans quæ apud Germanias illis cum legionibus pulcherrima feciſſet. Italiæ inde conſenſum, Galliarum fidem extollit, nil uſquam turbidum aut diſcors. B

Cap. 36. Conſultatum ibi de remedio: etenim nuntiabatur parari legatos qui ſuperiorem exercitum ad cauſſam eamdem traherent: deſtinatum excidio Ubiorum (a) opidum: imbutaſque præda manus in direptionem Galliarum erupturas.

Cap. 37. Primam ac viceſimam legiones Cæcina legatus in (b) civitatem Ubiorum reduxit, turpi agmine, cùm fiſci de Imperatore rapti inter ſigna, interque aquilas veherentur. Germanicus ſuperiorem ad exercitum profectus, ſecundam & tertiam-decumam & ſextam-decumam legiones nihil cunctatas ſacramento adigit. Quartadecumani paulùm dubitaverant: pecunia & miſſio, quamvis non flagitantibus, oblata eſt.

Cap. 39. Interea legati ab Senatu regreſſum jam apud aram (c) Ubiorum Germanicum adeunt. Duæ ibi legiones prima atque viceſima, veteranique nuper miſſi ſub vexillo hiemabant. C

Cap. 45. Sic compoſitis præſentibus haud minor moles ſupererat, ob ferociam quintæ & unetviceſimæ legionum, ſexageſimum apud lapidem (loco *Vetera* nomen eſt) hibernantium: nam primi ſeditionem cœptaverant.

Cap. 56. An. Chr. 15. Igitur Germanicus quatuor legiones, quinque auxiliarium millia, & tumultuarias catervas Germanorum cis Rhenum colentium Cæcinæ tradit.

Cap. 57. Addiderat Segeſtes legatis filium, nomine Segimundum. Sed juvenis conſcientia cunctabatur. Quippe anno quo Germaniæ deſcivere, ſacerdos apud aram Ubiorum creatus, ruperat vittas, profugus ad rebelles. Adductus tamen in ſpem clementiæ Romanæ, pertulit patris mandata, benignéque exceptus, cum præſidio Gallicam in ripam miſſus eſt. D

EX LIBRO II. ANNAL.

Cap. 6. An. Chr. 16. Missis ad cenſus Galliarum P. Vitellio & Cantio: Silius & Anteius & Cæcina fabricandæ claſſi præponuntur..... Inſula Batavorum in quam convenirent prædicta, ob faciles adpulſus, accipiendiſque copiis, & tranſmittendum ad bellum opportuna. Nam Rhenus uno alveo continuus, aut modicas inſulas circumveniens, apud principium agri Batavi, velut in duos amnes dividitur, (d) ſervatque nomen & violentiam curſûs, quà Germaniam prævehitur, donec Oceano miſceatur; ad Gallicam ripam latior & placidior adfluens: verſo cognomento (e) Vahalem accolæ dicunt: mox id quoque vocabulum mutat Moſa flumine, ejuſque immenſo ore eumdem in Oceanum effunditur. E

Cap. 11. Eod. ann. Poſtero die Germanorum acies trans Viſurgim ſtetit. Cæſar niſi pontibus præſidiiſque impoſitis dare in diſcrimen legiones haud imperatorium ratus, equitem vado tramittit. Præfuere Stertinius, & è numero primipilarium Æmilius, diſtantibus

(a) Illius oppidi quale nomen fuerit ante acceptam coloniam, nuſquam reperitur.

(b) Ager potiùs Ubiorum, ſeu populus & ſocietas ſignificatur, quàm oppidum.

(c) Jac. Campius & Phil. Cluverius exiſtimant *Aram Ubiorum* oppidum eſſe quod poſtea *Bonna* dictum fuit. Contrà Juſtus Lipſius, & quidem veriſimiliùs, putat aram illam non longiùs ab Ubiorum oppido abfuiſſe: reſque difficultatem nullam pateretur, ſi Tacitus per *civitatem Ubiorum*, eorum oppidum intelligeret: nam Legiones prima & viceſima, quas in *civitatem Ubiorum* reductas dicit cap. 37. apud *Aram Ubiorum* hiemare dicuntur cap. 39.

(d) Amnis, quem nomen *Rheni* ſervare dicit Tacitus, ille eſt, qui à Druſo, foſſa ab Rheno ad Salam ducta, effectus eſt, quique Pomponio Melæ *Flevo* dicitur. Hujus foſſæ meminit Tacitus cap. 8. *Foſſam, cui Druſianæ nomen, ingreſſus.*

(e) Si Tacito credimus, Moſa videtur Rhenum vel Vahalem excipere, ei ſuum nomen impertire, eumdemque in Oceanum effundere. Aliter tamen ſentire videtur l. 5. c. 23. Ibi enim Rhenus eſt qui Moſam flumen Oceano adfundit.

Digitized by Google

A locis invecti, ut hoſtem diducerent. Quà celerrimus amnis, Cariovalda dux Batavorum erupit. Eum Cheruſci, fugam ſimulantes, in planitiem ſaltibus circumjectam traxere: dein coorti & undique effuſi trudunt adverſos, inſtant cedentibus; collectoſque in orbem pars congreſſi, quidam eminùs proturbant. Cariovalda, diu ſuſtentata hoſtium ſævitia, hortatus ſuos ut ingruentes catervas globo frangerent, atque ipſe in denſiſſimos inrumpens, congeſtis telis & ſuffoſſo equo labitur, ac multi nobilium circà. Ceteros vis ſua, aut equites cum Stertinio Æmilioque ſubvenientes, periculo exemere.

Idem Catualdæ caſus, neque aliud perfugium: pulſus haud multò pòſt Hermundurorum opibus, & Vibilio duce, receptuſque Forum Julium Narbonenſis Galliæ coloniam mittitur. Cap. 63. An. Chr. 19.

B

EX LIBRO III. ANNAL.

Eodem anno Galliarum civitates ob magnitudinem æris alieni rebellionem cœptavere: cujus exſtimulator acerrimus inter Treveros Julius Florus, apud Æduos Julius Sacrovir. Nobilitas ambobus, & majorum bona facta, eóque Romana civitas olim data, cùm id rarum, nec niſi virtuti pretium eſſet. Ii ſecretis conloquiis ferociſſimo quoque adſumto, aut quibus ob egeſtatem ac metum ex flagitiis, maxima peccandi neceſſitudo, componunt, Florus Belgas, Sacrovir propiores Gallos concire. Igitur per conciliabula & cœtus ſeditioſa diſſerebant, de continuatione tributorum, gravitate fœnoris, ſævitia ac ſuperbia præſidentum: & diſcordare militem audito Germanici exitio: egregium reſumendæ libertati tempus, ſi ipſi florentes, quàm inops Italia, quàm imbellis urbana plebes, nihil validum in exercitibus, niſi C quod externum, cogitarent. Cap. 40. An. Chr. 21.

Haud fermè ulla civitas intacta ſeminibus ejus motûs fuit. Sed erupere primi Andecavi ac Turonii: quorum Andecavos Acilius Aviola legatus, excita cohorte, quæ Lugduni præſidium agitabat, coërcuit: Turonii legionario milite, quem Viſellius Varo inferioris Germaniæ legatus miſerat, oppreſſi eodem Aviola duce, & quibuſdam Galliarum primoribus, qui tulere auxilium, quò diſſimularent defectionem, magiſque in tempore efferrent. Spectatus & Sacrovir intecto capite pugnam pro Romanis ciens, oſtentandæ, ut ferebat, virtutis: ſed captivi, ne inceſſeretur telis, adgnoſcendum ſe præbuiſſe arguebant. Conſultus ſuper eo Tiberius, aſpernatus eſt indicium, aluitque dubitatione bellum. Cap. 41.

Interim Florus inſiſtere deſtinatis, pellicere alam equitum, quæ conſcripta Tre- Cap. 42.
D veris, militia diſciplinaque noſtra habebatur, ut cæſis negotiatoribus Romanis bellum inciperet: paucique equitum corrupti, plures in officio manſere. Aliud vulgus obæratorum aut clientium arma cepit, petebantque ſaltus, quibus nomen *Arduenna*, cùm legiones utroque ab exercitu, quas Viſellius & C. Silius adverſis itineribus objecerant, arcuerunt. Præmiſſuſque cum delecta manu Julius Indus è civitate eadem, diſcors Floro, & ob id navandæ operæ avidior, inconditam multitudinem adhuc disjecit. Florus incertis latebris victores fruſtratus, poſtremò viſis militibus, qui effugia inſederant, ſua manu cecidit. Iſque Treverici tumultûs finis.

Apud Æduos major moles exorta, quantò civitas opulentior, & comprimendi Cap. 43.
procul præſidium. Auguſtodunum caput gentis, armatis cohortibus, Sacrovir occupaverat, nobiliſſimarum Galliarum ſobolem, liberalibus ſtudiis ibi operatam, ut eo pignore parentes propinquoſque eorum adjungeret. Simul arma occultè fabricata
E juventuti diſpertit. Quadraginta millia fuere, quinta ſui parte legionariis armis, ceteri cum venabulis & cultris, quæque alia venantibus tela ſunt. Adduntur è ſervitiis gladiaturæ deſtinati, quibus more gentico continuum ferri tegimen (Crupellarios vocant) inferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles. Augebantur hæ copiæ vicinarum civitatum, ut nondum aperta conſenſione, ita viritim promtis ſtudiis, & certamine ducum Romanorum, quos inter ambigebatur, utroque bellum ſibi poſcente. Mox Varro invalidus ſenecta, vigenti Silio conceſſit.

At Romæ non Treveros modò & Æduos, ſed quatuor & ſexaginta Galliarum Cap. 44.
civitates deſciviſſe, adſumtos in ſocietatem Germanos, dubias Hiſpanias, cuncta, ut mos famæ, in majus credita. Optimus quiſque Reipublicæ curâ mœrebat; multi odio præſentium, & cupidine mutationis, ſuis quoque periculis lætabantur; increpabantque Tiberium, » quòd in tanto rerum motu, libellis accuſatorum inſumeret » operam. An Julium Sacrovirum majeſtatis crimine reum in ſenatu fore? exſtitiſſe

Digitized by Google

An. Chri 21. » tandem viros, qui cruentas epiſtolas armis cohiberent: miſeram pacem vel bello A
» bene mutari. » Tantò impenſiùs in ſecuritatem compoſitus, neque loco, neque vultu mutato, ſed, ut ſolitum, per illos dies egit: altitudine animi; an compererat modica eſſe, & vulgatis leviora.

Cap. 45. Interim Silius cum legionibus duabus incedens, præmiſſa auxiliari manu, vaſtat Sequanorum pagos, qui finium extremi, & Æduis contermini, ſociique in armis erant. Mox Auguſtodunum petit propero agmine, certantibus inter ſe ſigniferis, fremente etiam gregario milite; » ne ſuetam requiem, ne ſpatia noctium opperire-
» tur: viderent modò adverſos, & adſpicerentur, id ſatis ad victoriam. » Duodecimum apud lapidem Sacrovir copiæque patentibus locis apparuere. In frontem ſtatuerat ferratos, in cornibus cohortes, à tergo ſemermos. Ipſe inter primores equo inſigni adire, memorare veteres Gallorum glorias, quæque Romanis adverſa intuliſſent: quàm decora victoribus libertas: quantò intolerantior ſervitus iterum victis. B

Cap. 46. Non diu hæc, nec apud lætos. Etenim propinquabat legionum acies: inconditi ac militiæ neſcii opidani, neque oculis neque auribus ſatis competebant. Contrà Silius, etſi præſumta ſpes hortandi cauſſas exemerat, clamitabat tamen, *Pudendum ipſis, quòd Germaniarum victores adverſum Gallos tamquam in hoſtem ducerentur. Una nuper cohors rebellem Turonium, una ala Treverum, paucæ hujus ipſius exercitûs turmæ profligavere Sequanos. Quantò pecunia dites, & voluptatibus opulentos, tantò magis imbelles Æduos; evincite, & fugientibus conſilite.* Ingens ad ea clamor: & circumfudit eques; frontemque pedites invaſere: nec cunctatum apud latera. Paulùm moræ attulere ferrati, reſtantibus laminis adverſum pila & gladios. Sed miles, correptis ſecuribus & dolabris, ut ſi murum perrumperet, cædere tegmina & corpora: quidam trudibus aut furcis inertem molem proſternere; jacenteſque nullo ad reſurgendum niſu quaſi exanimes linquebantur. Sacrovir primò Auguſtodunum, dein metu dedi- C
tionis in villam propinquam cum fidiſſimis pergit. Illic ſua manu, reliqui mutuis ictibus occidêre. Incenſa ſuper villa omnes cremavit.

EX LIBRO IV. ANNAL.

Cap. 5. An. Chr. 23. An. U. C. 722. ITALIAM utroque mari duæ claſſes, Miſenum apud & Ravennam; proximumque Galliæ litus roſtratæ naves præſidebant, quas Actiaca victoria captas Auguſtus in opidum Forojulienſe miſerat, valido cum remige. Sed præcipuum robur Rhenum juxta, commune in Germanos Galloſque ſubſidium, octo legiones erant.

Cap. 43. An. Chr. 25. Tunc tractatæ Maſſilienſium preces, probatumque P. Rutilii exemplum. Namque eum legibus pulſum, civem ſibi Smyrnæi addiderant. Quo jure Vulcatius Moſchus exſul in Maſſilienſes receptus, bona ſua reipublicæ eorum, ut patriæ, reliquerat. D

Cap. 44. Obiit & L. Antonius multa claritudine generis, ſed improſpera: nam patre ejus Julo Antonio ob adulterium Juliæ morte punito, hunc admodùm adoleſcentulum ſororis nepotem ſepoſuit Auguſtus in civitatem Maſſilienſem, ubi ſpecie ſtudiorum nomen exſilii tegeretur.

Cap. 73. An. Chr. 28. Quod ubi L. Apronio inferioris Germaniæ proprætori (a) cognitum, vexillâ legionum è ſuperiore provincia, peditumque & equitum auxiliarium delectos accivit: ac ſimul utrumque exercitum Rheno devectum Friſiis intulit, ſoluto jam caſtelli [Flevi] obſidio, & ad ſua tutanda digreſſis rebellibus. Igitur proxima æſtuaria aggeribus & pontibus traducendo graviori agmini firmat: atque interim, repertis vadis, alam Caninefatem, & quod peditum Germanorum inter nos merebat, circumgredi terga hoſtium jubet: qui jam acie compoſiti, pellunt turmas ſociales, equiteſque legionum ſubſidio miſſos. E

EX LIBRO VI. ANNAL.

Cap. 7. An. Chr. 32. TRACTIQUE ſunt in caſum (b) eumdem, Julius Africanus è Santonis Gallica civitate, Seius Quadratus; originem non repperi.

EX LIBRO XI. ANNAL.

Cap. 18. An. Chr. 47. PER idem tempus Chauci nulla diſſenſione domi, & morte Sanquinii alacres, dum Corbulo adventat, inferiorem Germaniam incurſavere duce Gannaſco, qui

(a) Friſios nimirum rebellaſſe.

(b) Id eſt, damnati ſunt.

natione

Digitized by Google

A natione Caninefas, auxiliaris & diu meritus, pòſt transfuga, levibus navigiis prædabundus, Gallorum maximè oram vaſtabat, non ignarus dites & imbelles eſſe. At Corbulo provinciam ingreſſus, magna cum cura & mox gloria, cui principium illa militia fuit, triremes alveo Rheni, ceteras navium, ut quæque habiles, per æſtuaria & foſſas adegit: lintribuſque hoſtium depreſſis, & exturbato Gannaſco; ubi præſentia ſatis compoſita ſunt, legiones operum & laboris ignaras, populationibus lætantes, veterem ad morem reduxit.

[Corbulo] ut miles otium exueret, inter Moſam Rhenumque trium & viginti millium ſpatio (a) foſſam produxit, quâ incerta Oceani vetarentur. Cap. 20.

A. Vitellio, L. Vipſanio Conſulibus, cùm de ſupplendo Senatu agitaretur, primoreſque Galliæ, quæ Comata appellatur, fœdera & civitatem Romanam aſſecuti, jus adipiſcendorum in Urbe honorum expeterent, multus ea ſuper re variuſque B rumor, & ſtudiis diverſis apud Principem certabatur, aſſeverantium; « Non adeò » ægram Italiam, ut Senatum ſuppeditare urbi ſuæ nequiret: ſuffeciſſe olim indi» genas conſanguineis populis, nec pœnitere veteris reipublicæ. Quin adhuc memo» rari exempla, quæ priſcis moribus ad virtutem & gloriam Romana indoles pro» diderit. An parum quòd Veneti & Inſubres curiam irruperint, niſi cœtus alieni» genarum velut captivitas inferatur? quem ultrà honorem reſiduis nobilium? aut » ſi quis pauper è latio Senator foret? oppleturos omnia divites illos, quorum avi » proavique hoſtilium nationum duces exercitus noſtros ferro * ignique ceciderint; » divum Julium apud Aleſiam obſederint. Recentia hæc. Quid, ſi memoria eo» rum inoriretur, qui Capitolio & ara Romana, (b) manibus eorumdem proſtratis: frue» rentur ſanè vocabulo civitatis: inſignia patrum, decora magiſtratuum ne vulga» rent. » Cap. 23. An. Chr. 48. * Al. ferro vique.

C His atque talibus haud permotus Princeps, etiam ſtatim contrà diſſeruit, & vocato Senatu ita exorſus eſt: *Majores mei, quorum antiquiſſimus Clauſus origine Sabina, ſimul in civitatem Romanam & in familias patriciorum adſcitus eſt, hortantur uti paribus conſiliis Rempublicam capeſſam, transferendo huc, quod uſquam egregium fuerit. Neque enim ignoro Julios Alba, Coruncanios Camerio, Porcios Tuſculo, & ne vetera ſcrutemur, Etruria Lucaniaque & omni Italia in Senatum accitos: poſtremò ipſam ad Alpes promotam, ut non modò ſinguli viritim, ſed terræ genteſque in nomen noſtrum coaleſcerent. Tunc ſolida domi quies, & adverſus externa floruimus, cùm Tranſpadani in civitatem recepti, cùm ſpecie deductarum per orbem terræ legionum, additis provincialium validiſſimis, feſſo imperio ſubventum eſt. Num pœnitet Balbos ex Hiſpania, nec minùs inſignes viros è Gallia Narbonenſi tranſiviſſe? Manent poſteri eorum, nec amore in hanc patriam nobis concedunt..... At cum Senonibus pugnavimus: ſcilicet Volſci &* D *Æqui nunquam adverſam nobis aciem inſtruxere? Capti à Gallis ſumus: ſed & Tuſcis obſides dedimus, & Samnitium jugum ſubivimus. Attamen ſi cuncta bella recenſeas, nullum breviore ſpatio quàm adverſus Gallos confectum: continua inde ac firma pax. Jam moribus, artibus, affinitatibus noſtris mixti, aurum & opes ſuas inferant potiùs, quàm ſeparati habeant. Omnia, Patres Conſcripti, quæ nunc vetuſtiſſima creduntur, nova fuere: plebei magiſtratus poſt patricios, Latini poſt plebeios, ceterarum gentium poſt Latinos. Inveteraſcet hoc quoque: & quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit.* Cap. 24. An. U. C. 705.

Orationem Principis ſecuto Patrum conſulto, primi Ædui Senatorum in Urbe jus adepti ſunt. Datum id fœderi antiquo, & quia ſoli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Romano uſurpant. Cap. 25.

E EX LIBRO XII. ANNAL.

Gallliæ Narbonenſi ob egregiam in Patres reverentiam datum, ut Senatoribus ejus provinciæ, non exquiſita Principis ſententia, jure quo Sicilia haberetur, res ſuas inviſere liceret. Cap. 23. An. Chr. 49.

Agrippina, quò vim ſuam ſociis quoque nationibus oſtentaret, in opidum Ubiorum, Cap. 27. An. Chr. 50.

(a) De Corbulonis foſſa in varias itur ſententias: ſed notat Cellarius probabiliorem illorum eſſe opinionem, qui hanc foſſam à Lugduno ad oſtium Moſæ ducunt, quàm qui in Leccæ alveo, non antiquiſſimo forſan, inquirunt. Quod ſi minus ſpatii, inquit idem, inter ambo fluvios videtur eſſe, quàm pro numero millenorum paſſuum, quos Tacitus deſignavit, ſciendum eſt, nunquam locorum naturam ita ferre, ut foſſa recto tramite ubique deprimatur, nec uſquam declinet ad latera.

(b) Poſt, *ara Romana*, ſubaudiendum, *potiti ſunt*. Pro, *proſtratis*, regium Exemplar habet, *pro ſe ſatis*, legendum *parceretis*. Eſt autem *manibus* hic pro animis defunctorum. *B. Rhenanus.*

in quo genita erat, veteranos coloniamque deduci impetrat, cui nomen inditum ex vocabulo (a) ipsius. Ac fortè acciderat, ut eam gentem Rheno transgressam
An. U. C. 716. avus Agrippa in fidem acciperet. Iisdem temporibus in superiore Germania trepidatum adventu Cattorum latrocinia agitantium. Deinde L. Pomponius Legatus auxiliares
An. Chr. 50. Vangiones ac Nemetas, addito equite alario, monuit ut anteirent populatores, vel delapsis improvisi circumfunderentur. Et secuta consilium ducis industria militum, divisique in duo agmina; qui lævum iter petiverant, recens reversos, prædaque per luxum usos, & somno graves circumvenere. Aucta lætitia, quòd quosdam è clade Variana post quadragesimum annum servitio exemerant. At qui dextris & propioribus compendiis ierant, obvio hosti & in aciem auso, plus cladis faciunt. Et præda famaque onusti, ad montem Taunum revertuntur.

Cap. 39. Præcipua Silurum pervicacia, quos accendebat vulgata Imperatoris vox, *ut*
An. U. C. 745. *quondam Sugambri exciſi* (b) *& in Gallias trajecti forent, ita Silurum nomen penitus extinguendum.*

EX LIBRO XIII. ANNAL.

Cap. 47. [SYLLA] perinde quasi convictus esset, cedere patria, & Massilienſium mœ-
An. Chr. 58. nibus coërceri jubetur.

Cap. 53. Paullinus Pompeius, L. Vetus ea tempestate exercitui præerant. Ne tamen se-
An. Chr. 58. gnem militem attinerent; ille inchoatum ante tres & sexaginta annos à Druso (c) aggerem coërcendo Rheno absolvit: Vetus Mosellam atque Ararim facta inter utrumque fossa connectere parabat, ut copiæ per mare, dein Rhodano & Arare subvectæ, per eam fossam, mox fluvio Mosella in Rhenum, exin Oceanum decurrerent, sublatisque itinerum difficultatibus, navigabilia inter se Occidentis Septentrioniſque litora fierent. Invidit operi Helius Gracilis Belgicæ legatus, deterrendo Vetere, ne legiones alienæ provinciæ inferret; studiaque Galliarum affectaret, formidolosum id Imperatori dictitans, quo plerumque prohibentur conatus honesti.

EX LIBRO XIV. ANNAL.

Cap. 46. CENSUS (d) per Gallias à Q. Volusio & Sex. Africano, Trebellioque Maximo
An. Chr. 61. acti sunt.

EX LIBRO XV. ANNAL.

Cap. 41. FUERE qui annotarent, 14. Kal. Sexiles principium incendii hujus ortum, quo
An. U. C. 363. & Senones captam Urbem inflammaverant.

EX LIBRO XVI. ANNAL.

Cap. 13. EODEM anno delectus per Galliam Narbonensem Africamque & Asiam habiti sunt, supplendis Illyrici legionibus, ex quibus ætate aut valetudine fessi, sacramento
An. Chr. 65. solvebantur. Cladem Lugdunensem quadragies sestertio solatus est Princeps, ut amissa urbi reponerent. Quam pecuniam Lugdunenses antè obtulerant, turbidis casibus.

EX HISTORIARUM LIBRO I.

Cap. 8. ET hic quidem Romæ, tamquam in tanta multitudine, habitus animorum fuit. E
An. Chr. 68. provinciis, Hispaniæ præerat Cluvius Rufus, vir facundus, & pacis artibus, belli inexpertus. Galliæ super memoriam Vindicis obligatæ recenti (e) dono Romanæ

(a) Hinc ipsi Tacito lib 1. Histor. cap. 56. & Plinio lib. 4. cap. 17. *Colonia Agrippinenſis* dicitur. In Inscriptione apud Gruterum pag. 436. num. 7. vocatur *Colonia Claudia Augusta Agrippinensium*. Recentiores *Coloniam Agrippinam* dixere. Paulus lib. 2. de censibus: *In Germania inferiore Agrippinenses juris Italici sunt.*

(b) *Exciſi*, id est, ut interpretatur Cellarius, quasi explantati ut in alio solo collocarentur, nomenque pristinum amitterent, *Gugerni* in posterum dicendi.

(c) An hic agger ille sit, quo Drusus munivit fossam, quam inter Rhenum & veterem Isalam duxit, dissentiunt Eruditi. Aiunt Junius, Tillemontius, Freinshemius: Lipsius Paullini laborem mavult in ripam Gallicam referre ad divortium Rheni, seu Vahalis initium, ut moles sit, quam dejecit Civilis, l. 5. Histor. c. 19.

(d) Census agebantur, ut notat Lipsius, non ut notæ essent Gallorum facultates, sed ut ex modo censûs tributum penderent & vectigal.

(e) Jam primores Galliæ Comatæ jus civitatis adepti erant à Claudio, ut testatus ipse Tacitus Annal. libro 11. cap. 24. sed nunc à Galba jus istud in Gallos omnes diffusum, qui pro Vindice stetissent.

Digitized by Google

civitatis, & in posterum tributi levamento. Proximæ tamen Germanis exercitibus Galliarum civitates, non eodem honore habitæ, quædam etiam finibus ademptis, pari dolore commoda aliena ac suas injurias metiebantur. Germanici exercitus, quòd periculosissimum in tantis viribus, soliciti & irati superbia recentis victoriæ & metu, tamquam alias partes foviſſent. Tardè à Nerone desciverant: nec statim pro Galba Verginius. An imperare voluisset, dubium: delatum ei à milite imperium conveniebat. Fonteium Capitonem occisum, etiam qui queri non poterant, tamen indignabantur. Dux deerat, abducto Verginio per simulationem amicitiæ: quem non remitti, atque etiam reum esse, tamquam suum crimen accipiebant. An. Chr. 68.

Superior exercitus legatum Hordeonium Flaccum spernebat, senecta ac debilitate pedum invalidum, sine constantia, sine auctoritate: ne quieto quidem milite, regimen: adeò furentes infirmitate retinentis ultrò etiam accendebantur. Inferioris Germaniæ legiones diutiùs sine Consulari fuere, donec missu Galbæ Vitellius aderat, Censoris Vitellii ac ter Consulis filius. Cap. 9.

Paucis post Kalend. Januarias diebus, Pompeii Propinqui Procuratoris è Belgica litteræ afferuntur, superioris Germaniæ legiones, rupta sacramenti reverentia, Imperatorem alium flagitare, & Senatui ac populo Romano arbitrium eligendi permittere, quò seditio molliùs acciperetur. Maturavit ea res consilium Galbæ, jam pridem de adoptione secum & cum proximis agitantis. Cap. 12. An Chr. 69.

Vinius (a) Proconsulatu Galliam Narbonensem severè integréque rexit: mox Galbæ amicitia in abruptum tractus, audax, callidus, promptus, & prout animum intendisset, pravus aut industrius, eadem vi. Cap. 48.

Nunc initia caussasque motûs Vitelliani expediam. Cæso cum omnibus copiis Julio Vindice, ferox præda gloriaque exercitus, ut cui sine labore ac periculoditissimi belli victoria eveniſſet, expeditionem (b) & aciem, præmia quàm stipendia malebat: diuque infructuosam & asperam militiam toleraverat, ingenio loci cælique, & severitate disciplinæ; quam in pace inexorabilem discordiæ civium resolvunt, paratis utrimque corruptoribus, & perfidia impunita. Viri, arma, equi ad usum & ad decus supererant. Sed ante bellum centurias tantùm suas turmasque noverant; exercitus finibus provinciarum discernebantur: tum adversus Vindicem contractæ legiones, seque & Gallias expertæ, quærere rursus arma novasque discordias; nec socios, ut olim, sed hostes & victos vocabant. Nec deerat pars Galliarum, quæ Rhenum accolit, easdem partes secuta, ac tum acerrima instigatrix adversus Galbianos. Hoc enim nomen fastidito Vindice indiderant. Igitur Sequanis Æduisque, ac deinde, prout opulentia civitatibus erat, infensi, expugnationes urbium, populationes agrorum, raptus penatium hauserunt animo; secundùm avaritiam & arrogantiam, præcipua validiorum vitia, contumacia Gallorum irritati, qui remissam sibi à Galba quartam tributorum partem, & publicè donatos (c) in ignominiam exercitûs jactabant. Accessit callidè vulgatum, temerè creditum, decumari legiones, & promptissimum quemque centurionum dimitti. Undique atroces nuntii, siniſtra ex urbe fama, infensa Lugdunensis Colonia, & pertinaci pro Nerone fide fecunda rumoribus. Sed plurima ad fingendum credendumque materies in ipsis castris, odio, metu, & ubi vires suas respexerant, securitate. An. Chr. 68.

Sub ipsas superioris anni Kalend. Decemb. Aulus Vitellius inferiorem Germaniam ingressus, hiberna legionum cum cura adierat: redditi plerisque ordines, remissa ignominia, allevatæ notæ: plura ambitione, quædam judicio; in quibus sordem & avaritiam Fonteii Capitonis adimendis assignandisve militiæ ordinibus integrè mutaverat. Nec Consularis legati mensura, sed in majus omnia accipiebantur. Et Vitellius apud severos humilis..... Cap. 52.

At in superiori Germania Cæcina decora juventa, corpore ingens, animi immodicus, cito sermone, erecto incessu, studia militum inlexerat..... Nec deerant in exercitu semina discordiæ, quòd & bello adversus Vindicem universus affuerat, nec nisi occiso Nerone translatus in Galbam, atque in eo ipso sacramento vexillis inferioris Germaniæ præventus erat. Et Treveri ac Lingones, quasque alias civitates atrocibus edictis aut damno finium Galba perculerat, hibernis legionum propiùs miscentur. Unde seditiosa colloquia, & inter paganos corruptior miles, & in Verginium favor cuicumque alii profuturus. Cap. 53.

(a) Vinius cum Galba interfectus est.
(b) Clarior antithesis, si legatur cum Lipsio, *expeditionem quàm otium.*
(c) Agris quos Galba Treviris eripuerat aliisque, ut notat Lipsius.

Digitized by Google

Cap. 54. An. Chr. 68. Miſerat civitas Lingonum, vetere inſtituto, dona legionibus, dextras hoſpitii inſigne. Legati eorum in ſqualorem mœſtitiamque compoſiti, per principia, per contubernia, modò ſuas injurias, modò civitatum vicinarum præmia, & ubi pronis militum auribus accipiebantur, ipſius exercitûs pericula & contumelias conquerentes, accendebant animos. Nec procul ſeditione aberant, cùm Hordeonius Flaccus abire legatos, utque occultior digreſſus eſſet, nocte caſtris excedere jubet. Inde atrox rumor, affirmantibus pleriſque interfectos, ac ni ſibi conſulerent, fore ut acerrimi militum & præſentia conqueſti, per tenebras & inſcitiam ceterorum occiderentur. Obſtringuntur inter ſe tacito fœdere legiones. Adſciſcitur auxiliorum miles, primò ſuſpectus, tamquam circumdatis legionibus aliſque, impetus in legiones pararetur: mox eadem acriùs volens, faciliore inter malos conſenſu ad bellum, quàm in pace ad concordiam. A

Cap. 55. An Chr. 69. Inferioris tamen Germaniæ legiones ſolemni Kalend. Januariarum ſacramento pro Galba adactæ, multa cunctatione, & rariſ primorum ordinum vocibus: ceteri ſilentio, proximi cujuſque audaciam exſpectantes; inſita mortalibus natura properè ſequi, quæ piget inchoare. Sed ipſis legionibus inerat diverſitas animorum: primani quintanique turbidi adeò, ut quidam ſaxa in Galbæ imagines jecerint, quintadecima ac ſexta-decima legiones nihil ultra fremitum & minas auſæ, initium erumpendi circumſpectabant. At in ſuperiori exercitu quarta ac duodeviceſima legiones iiſdem hibernis tendentes, ipſo Kalendarum Januariarum die dirumpunt imagines Galbæ; quarta legio promptiùs, duodeviceſima cunctanter, mox conſenſu. Ac ne reverentiam imperii exuere viderentur, in Senatûs populique Romani oblitterata jam nomina ſacramenta advocabant; nullo legatorum tribunorumve pro Galba nitente, quibuſdam, ut in tumultu, notabiliùs turbantibus. Non tamen quiſquam in modum concionis, aut ſuggeſtu locutus: neque enim erat adhuc cui imputaretur. B C

Cap. 56. Spectator flagitii Hordeonius Flaccus Conſularis legatus aderat, non compeſcere mentes, non retinere dubios, non cohortari bonos auſus: ſed ſegnis, pavidus & ſocordia innocens. Quatuor centuriones duodeviceſimæ legionis, Nonius Receptus, Donatius Valens, Romilius Marcellus, Calpurnius Repentinus, cùm protegerent Galbæ imagines, impetu militum abrepti vinctique. Nec cuiquam ultrà fides aut memoria prioris ſacramenti: ſed, quod in ſeditionibus accidit, unde plures erant, omnes fuere. Nocte quæ Kalendas Januarias ſecuta eſt, in Coloniam Agrippinenſem Aquilifer quartæ legionis epulanti Vitellio nuntiat, quartam & duodeviceſimam legiones, projectis Galbæ imaginibus, in Senatûs & populi Romani verba juraſſe. Id ſacramentum inane viſum. Occupari nutantem fortunam, & offerri Principem placuit. Miſſi à Vitellio ad legiones legatoſque, qui deſciviſſe à Galba ſuperiorem exercitum nuntiarent; proinde aut bellandum adverſus deſciſcentes, aut ſi concordia & pax placeat, faciendum Imperatorem: & minore diſcrimine ſumi Principem quàm quæri. D

Cap. 57. Proxima legionis primæ hiberna erant, & promptiſſimus è legatis Fabius Valens. Is die poſtero Coloniam Agrippinenſem cum equitibus legionis auxiliariorumque ingreſſus, Imperatorem Vitellium conſalutavit. Secutæ ingenti certamine ejuſdem provinciæ legiones: & ſuperior exercitus, ſpecioſis Senatûs populique Rom. nominibus relictis, III. Non. Januarias Vitellio acceſſit. Scires illum priore biduo non penes Rempublicam fuiſſe. Ardorem exercituum Agrippinenſes, Treveri, Lingones æquabant, auxilia, equos, arma offerentes, ut quiſque corpore, opibus, ingenio validus. Nec principes modò coloniarum aut caſtrorum, quibus præſentia ex affluenti, & parta victoria magnæ ſpes; ſed manipuli quoque & gregarius miles viatica ſua & balteos phaleraſque, inſignia armorum argento decora, loco pecuniæ tradebant, inſtinctu & impetu & avaritia. E

Cap. 58. Igitur laudata militum alacritate, Vitellius miniſteria principatûs per libertos agi ſolita in equites Romanos diſponit. Vacationes centurionibus ex fiſco numerat. Sævitiam militum pleroſque ad pœnam expoſcentium ſæpius approbat, partim ſimulatione vinculorum fruſtratur. Pompeius Propinquus procurator Belgicæ ſtatim interfectus. Julium Burdonem Germanicæ claſſis præfectum aſtu ſubtraxit. .....

Cap. 59. Julius deinde Civilis periculo exemptus, præpotens inter Batavos, ne ſupplicio ejus ferox gens alienaretur. Et erant in civitate Lingonum VIII. Batavorum cohortes, quartæ-decimæ legionis auxilia, tum diſcordiâ temporum à legione digreſſæ, prout inclinaſſent, grande momentum, ſociæ aut adverſæ. Nonium, Donatium, Romilium, Calpurnium centuriones, de quibus ſuprà retulimus, occidi juſſit,

Digitized by Google

A damnatos fidei crimine graviſſimo inter deſciſcentes. Acceſſere partibus Valerius Aſiaticus, Belgicæ provinciæ legatus, quem mox Vitellius generum aſcivit, & Junius Blæſus, Lugdunenſis Galliæ rector, cum Italica legione & ala Taurina, Lugduni tendentibus. An. Chr. 69.

Adjuncto Britannico exercitu, ingens viribus opibuſque Vitellius, duos duces, duo itinera bello deſtinavit: Fabius Valens allicere, vel, ſi abnuerent, vaſtare Gallias, & Cottianis Alpibus Italiam irrumpere; Cæcina propiore tranſitu Peninis jugis degredi juſſus. Valenti inferioris exercitûs electi cum Aquila quintæ legionis & cohortibus aliſque, ad XL. millia armatorum data; XXX millia Cæcina è ſuperiore Germania ducebat, quorum robur legio unaetviceſima fuit: addita utrique Germanorum auxilia, è quibus Vitellius ſuas quoque copias ſupplevit, tota mole belli ſecuturus. Cap. 61.

B Mira inter exercitum Imperatoremque diverſitas. Inſtare miles, arma poſcere..... Torpebat Vitellius, & fortunam principatûs inerti luxu ac prodigis epulis præſumebat, medio diei temulentus & ſagina gravis; cùm tamen ardor & vis militum ultrò ducis munia implebat..... Cap. 62.

Et Treveros quidem ut ſocios ſecuri adiere. Divoduri (Mediomatricorum id opidum eſt) quamquam omni comitate exceptos, ſubitus pavor exterruit, raptis repente armis, ad cædem innoxiæ civitatis, non ob prædam, aut ſpoliandi cupidinem, ſed furore & rabie & cauſſis incertis, eóque difficilioribus remediis, donec precibus ducis mitigati, ab excidio civitatis temperavere. Cæſa tamen ad quatuor millia hominum. Iſque terror Gallias invaſit, ut venienti mox agmini univerſæ civitates cum magiſtratibus & precibus occurrerent, ſtratis per vias pueris feminiſque, quæque alia placamenta hoſtilis iræ, non quidem in bello, ſed pro pace ten-
C debantur. Cap. 63.

Nuntium de cæde Galbæ, & imperio Othonis Fabius Valens in civitate Leucorum accepit. Nec militum animus in gaudium aut formidinem permotus, bellum volvebat: Gallis cunctatio exempta, & in Othonem ac Vitellium odium par, ex Vitellio & metus. Proxima Lingonum civitas erat, fida partibus; benignè excepti modeſtia certavere. Sed brevis lætitia fuit cohortium intemperie, quas à legione quartadecima, ut ſuprà memoravimus, digreſſas exercitui ſuo Fabius Valens adjunxerat. Jurgia primùm, mox rixa inter Batavos & Legionarios. Dum his aut illis ſtudia militum adgregantur, propè in prælium exarſere, ni Valens animadverſione paucorum, oblitos jam Batavos imperii admonuiſſet. Fruſtra adverſus Æduos quæſita belli cauſſa. Juſſi pecuniam atque arma deferre, gratuitos inſuper commeatus præbuere. Quod Æduí formidine, Lugdunenſes gaudio fecere. Sed legio Italica
D & ala Taurina abductæ. Cohortes XVIII. (a) Lugduni ſolitis ibi hibernis relinqui placuit..... Cap. 64.

Veterem inter Lugdunenſes Viennenſeſque diſcordiam proximum bellum accenderat. Multæ invicem clades, crebriùs infeſtiúſque, quàm ut tantùm propter Neronem Galbamque pugnaretur. Et Galba reditus Lugdunenſium occaſione iræ in fiſcum verterat. Multus contrà in Viennenſes honor. Unde æmulatio & invidia, & uno amne diſcretis connexum odium. Igitur Lugdunenſes exſtimulare ſingulos militum, & in everſionem Viennenſium impellere, obſeſſam ab illis coloniam ſuam, adjutos Vindicis conatus, conſcriptas nuper legiones in præſidium Galbæ, referendo. Et ubi cauſſas odiorum prætenderant, magnitudinem prædæ oſtendebant. Nec jam ſecreta exhortatio, ſed publicæ preces; *Irent ultores, exſcinderent ſedem Gallici belli: cuncta illic externa & hoſtilia*; *ſe coloniam* (b) *Romanam & partem exercitûs, & proſ-*
E *perarum adverſarumque rerum ſocios: ſi fortuna contrà daret, iratis ne relinquerentur.* Cap. 65.

His & pluribus in eumdem modum perpulerant, ut nec legati quidem ac duces partium reſtingui poſſe iracundiam exercitûs arbitrarentur; cùm haud ignari diſcriminis ſui Viennenſes, velamenta & infulas præferentes, ubi agmen inceſſerat, arma, genua, veſtigia prehenſando, flexere militum animos. Addidit Valens *trinos ſingulis militibus ſeſtertios. Tum vetuſtas dignitaſque coloniæ valuit, & verba Fabii ſalutem incolumitatemque Viennenſium commendantis æquis auribus accepta. Publicè tamen armis mulctati, privatis & promiſcuis copiis juvere militem. Cap. 66.

* *Al.* trecenos.

(a) *Cohortem decimam octavam* reponit Lipſius, cui vox *Lugduni* ſupervacua videtur.

(b) Cùm Vienna colonia etiam Romana fuerit, non eſt quòd Lugdunenſes ſe coloniam Romanam glorientur. Putat Lipſius Viennenſes colonico jure donatos, militibus aut Romanis civibus non deductis; Lugdunum contrà magnam partem Romanis familiis ſtetiſſe.

Digitized by Google

An. Chr. 69. Sed fama conſtans fuit, ipſum Valentem magna pecunia emptum. Is diu ſordidus, repente dives, mutationem fortunæ male tegebat, accenſis egeſtate longa cupidinibus, immoderatus, & inopi juventa, ſenex prodigus. Lento deinde agmine per fines Allobrogum & Vocontiorum ductus exercitus, ipſa itinerum ſpatia, & ſtativorum mutationes venditante duce, fœdis pactionibus adverſus poſſeſſores agrorum & magiſtratus civitatum adeò minaciter, ut Luco (municipium id Vocontiorum eſt) faces admoverit, donec pecunia mitigaretur. Quotiens pecuniæ materia deeſſet, & ſtupris & adulteriis exorabatur. Sic ad Alpes perventum. A

Cap. 67. Plus prædæ ac ſanguinis Cæcina hauſit. Irritaverant turbidum ingenium Helvetii Gallica gens, olim armis viriſque, mox memoriâ nominis clara, de cæde Galbæ ignari, & Vitellii imperium abnuentes. Initium bello fuit avaritia ac feſtinatio (a) undeviceſimæ legionis. Rapuerunt pecuniam miſſam in ſtipendium Caſtelli, quod olim Helvetii ſuis militibus ac ſtipendiis tuebantur. Ægrè id paſſi Helvetii, interceptis epiſtolis, quæ nomine Germanici exercitûs ad Pannonicas legiones ferebantur, Centurionem & quoſdam militum in cuſtodia retinebant. Cæcina belli avidus proximam quamque culpam, antequam pœniteret, ultum ibat. Mota properè caſtra: vaſtati agri: direptus longa pace in modum municipii exſtructus locus, amœno ſalubrium aquarum uſu frequens. Miſſi ad Rhætica auxilia nuntii, ut verſos in legionem Helvetios à tergo aggrederentur. B

Cap. 68. Illi ante diſcrimen feroces, in periculo pavidi, quamquam primo tumultu Claudium Severum ducem legerant, non arma noſcere, non ordines ſequi, non in unum conſulere: exitioſum adverſus veteranos prælium: intuta obſidio, dilapſis vetuſtate mœnibus. Hinc Cæcina cum valido exercitu, inde Rhæticæ alæ cohorteſque, & ipſorum Rhætorum juventus ſueta armis, & more militiæ exercita: undique populatio & cædes. Ipſi in medio vagi, abjectis armis, magna pars ſaucii aut palantes in montem (b) Vocetium perfugêre. Ac ſtatim immiſſa cohorte Thracum depulſi, & conſectantibus Germanis Rhætiſque, per ſilvas atque in ipſis latebris trucidati. Multa hominum millia cæſa, multa ſub corona venumdata. Cúmque diruptis omnibus Aventicum gentis caput juſto agmine peteretur, miſſi qui dederent civitatem; & deditio accepta. In Julium Alpinum è principibus ut concitorem belli Cæcina animadvertit; cæteros veniæ vel ſævitiæ Vitellii reliquit. C

Cap. 69. Haud facile dictu eſt, legati Helvetiorum minùs placabilem Imperatorem an militem invenerint. Civitatis excidium poſcunt, tela ac manus in ora legatorum intentant. Ne Vitellius quidem minis ac verbis temperabat; cùm Clodius Coſſus, unus ex legatis, notæ facundiæ, ſed dicendi artem apta trepidatione occultans, atque eò validior, militis animum mitigavit, ut eſt mos vulgo, mutabilem ſubitis, & tam pronum in miſericordiam, quàm immodicus ſævitia fuerat. Effuſis lacrymis, & meliora conſtantiùs poſtulando, impunitatem ſalutemque civitati impetravere. D

Cap. 76. Nec Aquitania quidem, quamquam à Julio Cordo in verba Othonis obſtricta, diu manſit. Nuſquam fides aut amor: metu ac neceſſitate huc illuc mutabantur. Eadem formido provinciam Narbonenſem ad Vitellium vertit, facili tranſitu ad proximos & validiores.

Cap. 78. [Otho] Lingonibus (c) univerſis civitatem Romanam, provinciæ Bœticæ Maurorum civitates dono dedit.

Cap. 87. Otho, luſtrata urbe, & expenſis belli conſiliis, quando Peninæ Cottiæque Alpes, & ceteri Galliarum aditus Vitellianis exercitibus claudebantur, Narbonenſem Galliam aggredi ſtatuit.

EX LIBRO II. HISTOR. E

Cap. 12. BLANDIEBATUR cœptis [Othonis] fortuna, poſſeſſa per mare & naves majore Italiæ parte, penitus uſque ad initium maritimarum Alpium: quibus tentandis, aggrediendæque provinciæ Narbonenſi Suedium Clementem, Antonium Novellum, Æmilium Pacenſem duces dederat..... Maritimas tum Alpes tenebat procurator Marius Maturus.

(a) Corrigit Lipſius, *unaetviceſimæ*.

(b) Quidam libri *Vocetum*. Andr. Schotus noſter *Vogeſum* reponebat: quem fateor non quidem in Helvetiis eſſe, ſed nec longè ab iis. Certè Vocetii non alibi mentio. *Lipſius*.

(c) Latet hîc omnino mendum. Primùm enim quis locus Lingonibus (Galliæ ii ſunt) inter Hiſpaniæ populos eſſe poteſt? Adde quòd Lingones iſti ipſi primi & præcipui in Othonem hoſtes: hi qui Vitellium fovere; hi qui milites turbidis colloquiis ad bellum impulere; hi qui etiam nunc Othonis partes oppugnant viris, armis, equis. Unde igitur iis præmium? *Idem*.

Digitized by Google

A Imminere provinciæ Narbonenſi, in verba Vitellii adactæ, claſſem Othonis, Fabio Valenti trepidi nuntii attulere. Aderant legati coloniarum, auxilium orantes. Duas Tungrorum cohortes, quatuor equitum turmas, univerſam Treverorum alam cum Julio Claſſico præfecto miſit : è quibus pars in Colonia (a) Forojulienſi retenta, ne omnibus copiis in terreſtre iter verſis, vacuo mari claſſis acceleraret. Duodecim equitum turmæ, & lecti è cohortibus, adverſus hoſtem iere : quibus adjuncta cohors, vetus loci auxilium, & quingenti Pannonii nondum ſub ſignis. Nec mora prælio : ſed acie ita inſtructa, ut pars claſſicorum mixti paganis in colles mari propinquos exſurgeret, quantùm inter colles ac litus æqui loci prætorianus miles expleret, in ipſo mari ut annexa claſſis & pugnæ parata, converſa & minaci fronte prætenderetur. Vitelliani, quibus minor peditum vis, in equite robur, Alpinos proximis jugis, cohortes denſis ordinibus poſt equitem locant. Treverorum turmæ ob- Cap. 14. An. Chr. 69.
B tulere ſe hoſti incautè, cùm exciperet contrà veteranus miles, ſimul à latere ſaxis urgeret apta ad jaciendum etiam paganorum manus : qui ſparſi inter milites, ſtrenui ignavique in victoria idem audebant. Additus perculſis terror, invecta in terga pugnantium claſſe. Ita undique clauſi : deletæque omnes copiæ forent, ni victorem exercitum attinuiſſet obſcurum noctis, obtentui fugientibus.

Nec Vitelliani, quamquam victi quievere : accitis auxiliis, ſecurum hoſtem, & Cap. 15.
ſucceſſu rerum ſocordiùs agentem invadunt. Cæſi vigiles, perrupta caſtra, trepidatum apud naves, donec ſidente paulatim metu, occupato juxtà colle defenſi, mox irrupere. Atrox ibi cædes ; & Tungrarum cohortium præfecti, ſuſtentata diu acie, telis obruuntur. Ne Othonianis quidem incruenta victoria fuit, quorum improvidè ſecutos, converſi equites circumvenerunt. Ac velut pactis induciis, ne hinc claſſis, inde eques ſubitam formidinem inferrent, Vitelliani retrò Antipolim Nar-
C bonenſis Galliæ (b) municipium ; Othoniani Albingaunum interioris Liguriæ revertêre.

Cohortes Batavorum, quas bello Neronis à quartadecima legione digreſſas cùm Cap. 27.
Britanniam peterent, audito Vitellii motu in civitate Lingonum Fabio Valenti adjunctas retulimus, ſuperbè agebant, ut cujuſque legionis tentoria acceſſiſſent, coërcitos à ſe quartadecimanos, ablatam Neroni Italiam, atque omnem belli fortunam in ipſorum manu ſitam jactantes. Contumelioſum id militibus, acerbum duci, corrupta jurgiis aut rixis diſciplina. Ad poſtremum Valens è petulantia etiam perfidiam ſuſpectabat.

Igitur nuntio allato pulſam Treverorum alam, Tungroſque à claſſe Othonis, & Cap. 28.
Narbonenſem Galliam circumiri, ſimul cura ſocios tuendi, & militari aſtu cohor-
D tes turbidas, ac ſi unà forent prævalidas, diſpergendi, partem Batavorum ire in ſubſidium jubet. Quod ubi auditum vulgatumque, mœrere ſocii, fremere legiones ; « Orbari ſe fortiſſimorum virorum auxilio : veteres illos & tot bellorum victores, » poſtquàm in conſpectu ſit hoſtis, velut ex acie abduci : ſi provincia urbe & ſalute » imperii potior ſit, omnes illuc ſequerentur : ſin victoriæ ſanitas, ſuſtentaculum, » columen in Italia verteretur, non abrumpendos, ut corpori, validiſſimos artus. »

Hæc ferociter jactando, poſtquàm immiſſis lictoribus, Valens coërcere ſeditio- Cap. 29.
nem cœptabat, ipſum invadunt, ſaxa jaciunt, fugientem ſequuntur. Spolia Galliarum, & Viennenſium aurum, & pretia laborum ſuorum occultare clamitantes, direptis ſarcinis, tabernacula ducis ipſamque humum pilis & lanceis rimabantur. Nam Valens ſervili veſte apud decurionem equitum tegebatur. Tum Alphenus Varus præfectus caſtrorum, deflagrante paulatim ſeditione, addit conſilium, vetitis obire vigilias centurionibus, omiſſo tubæ ſono, quo miles ad belli munia cietur. Igitur torpere cuncti, circumſpectare inter ſe attoniti : & idipſum quòd nemo regeret
E paventes ; ſilentio, patientia, poſtremò precibus ac lacrymis veniam quærebant. Ut verò deformis & flens, & præter ſpem incolumis Valens proceſſit ; gaudium, miſeratio, favor : verſi in lætitiam (ut eſt vulgus utroque immodicum) laudantes gratanteſque, circumdatum aquilis ſigniſque in tribunal ferunt. Ille utili moderatione non ſupplicium cujuſquam popoſcit : ac ne diſſimulans ſuſpectior foret, paucos incuſavit, gnarus civilibus bellis plus militibus quàm ducibus licere.

(a) Eidem Tacito in vita Agricolæ cap. 4. *illuſtris Forojulienſium Colonia* dicitur : Melæ & Plinio *Forum Julii Octavanorum Colonia* vocatur : nunc *Frejus*.

(b) Antipolim vocat Plinius *oppidum Latinum*, id eſt, à Senatu populoque Romano Latii jure donatum. Hinc Hadr. Valeſius in Not. Gall. pag. 24. falſum ac ſuppoſititium ſuſpicatur nummum Titi apud Golzium, in quo Antipolis *Colonia* dicitur. Nam ſi Antipolis *oppidum Latinorum* fuit ætate Plinii, principatu Veſpaſiani ac Titi ; *Colonia* utique eodem Tito Principe eſſe appellarique non potuit : aut ſi *Colonia* Titi Aug. juſſu evaſerat ; paulò pòſt ætate Taciti, imperante Domitiano Titi fratre aut Trajano, de Colonia *municipium* civium Romanorum fieri, ac *municipium* vocari nec potuit nec debuit.

Digitized by Google

Cap. 30. An. Chr. 69. Munientibus caſtra apud Ticinum, de adverſa Cæcinæ pugna allatum, & propè renovata ſeditio, tamquam fraude & cunctationibus Valentis prælio defuiſſent. Nolle requiem, non exſpectare ducem, anteire ſigna, urgere ſigniferos : rapido agmine Cæcinæ junguntur. A

Cap. 43. Ducibus Othonis jam pridem profugis, Cæcina ac Valens ſubſidiis ſuos firmabant. Acceſſit recens auxilium Varus Alphenus cum Batavis, fuſa gladiatorum manu, quam navibus tranſvectam oppoſitæ cohortes in ipſo flumine trucidaverant.

Cap. 59. Ipſe [Vitellius] Arare flumine devehitur, nullo principali paratu, ſed vetere egeſtate conſpicuus, donec Junius Blæſus Lugdunenſis Galliæ rector, genere illuſtri, largus animo & par opibus, circumdaret principi miniſteria, comitaretur liberaliter, eo ipſo ingratus; quamvis odium Vitellius humilibus blanditiis velaret. Præſtò fuere Lugduni victricium victarumque partium duces. Valentem & Cæcinam pro concione laudatos, curuli ſuæ circumpoſuit. Mox univerſum exercitum occurrere infanti filio jubet : perlatum & paludamento opertum ſinu retinens, Germanicum appellavit, cinxitque cunctis fortunæ principalis inſignibus. B

Cap. 61. Inter magnorum virorum diſcrimina (pudendum dictu) Maricus quidam è plebe Boiorum inſerere ſeſe fortunæ, & provocare arma Romana, ſimulatione numinum auſus eſt. Jamque aſſertor Galliarum & Deus (nomen id ſibi indiderat) concitis octo millibus hominum, proximos Æduorum pagos trahebat, cùm graviſſima civitas, electa juventute, adjectis à Vitellio cohortibus, fanaticam multitudinem diſjecit. Captus in eo prælio Maricus, ac mox feris objectus : quia non laniabatur, ſtolidum vulgus inviolabilem credebat, donec ſpectante Vitellio interfectus eſt.

Cap. 66. Auguſtæ Taurinorum dum opificem quemdam Batavus ut fraudatorem inſectatur, legionarius ut hoſpitem tuetur : ſui cuique commilitones aggregati, à conviciis ad cædem tranſiere : & prælium atrox arſiſſet, ni duæ prætoriæ cohortes cauſſam quartadecimanorum ſecutæ, his fiduciam, & metum Batavis feciſſent. Quos Vitellius agmini ſuo jungi ut fidos, legionem Graiis Alpibus traductam, eo flexu itineris ire jubet, quo Viennam vitarent : namque & Viennenſes timebantur. Nocte qua proficiſcebatur legio, relictis paſſim ignibus, pars Taurinæ Coloniæ ambuſta : quod damnum, ut pleraque belli mala, majoribus aliarum urbium cladibus oblitteratum. Quartadecimani, poſtquàm Alpibus digreſſi ſunt, ſeditioſiſſimus quiſque ſigna Viennam ferebant : conſenſu meliorum compreſſi, & legio in Britanniam tranſvecta. C

Cap 68. Igitur duobus militibus, altero legionis quintæ, altero è Gallis auxiliaribus, per laſciviam ad certamen luctandi accenſis, poſtquàm legionarius prociderat inſultante Gallo; & iis qui ad ſpectandum convenerant in ſtudia diductis; erupere legionarii in perniciem auxiliorum, ac duæ cohortes interfectæ. D

Cap. 69. Cohortes Batavorum, ne quid truculentiùs auderent, in Germaniam remiſſæ : principium interno ſimul externoque bello parantibus fatis. Reddita civitatibus Gallorum auxilia, ingens numerus, & prima ſtatim defectione inter inania belli aſſumptus.

Cap. 86. At in Pannonia decima-tertia legio ac ſeptima Galbiana dolorem iramque Bedriacenſis pugnæ retinentes, haud cunctanter Veſpaſiano acceſſere, vi præcipua (a) Primi Antonii. Is legibus nocens, & tempore Neronis falſi damnatus, inter alia belli mala, Senatorium ordinem recuperaverat, præpoſitus à Galba ſeptimæ legioni. Scriptitaſſe Othoni credebatur, ducem ſe partibus offerens : à quo neglectus, in nullo Othoniani belli uſu fuit. Labantibus Vitellii rebus Veſpaſianum ſecutus, grande momentum addidit, ſtrenuus manu, ſermone promptus, ſerendæ in alios invidiæ artifex, diſcordiis & ſeditionibus potens, raptor, largitor, pace peſſimus, bello non ſpernendus..... Sparguntur per Gallias litteræ, momentoque temporis flagrabat ingens bellum. E

Cap. 93. Adjacentia Tiberi Germanorum Gallorumque obnoxia morbis corpora, fluminis aviditas & æſtûs impatientia labefecit.

Cap. 94. Concionante Vitellio, poſtulantur ad ſupplicium Aſiaticus & Flavius & Rufinus duces Galliarum, quòd pro Vindice bellaſſent.

EX LIBRO. III. HISTOR.

Cap. 35. In Britanniam inde & Hiſpanias nuntios famamque, in Galliam Julium Calenum

(a) De Antonio Primo conſule totum librum 3.

tribunum

Digitized by Google

A ttibunum, in Germaniam Alpinum Montanum præfectum cohortis, quòd hic Trevir, Calenus Æduus, uterque Vitelliani fuerant, oſtentui miſere. An. Chr. 69.

[Fabius Valens] cognito pugnæ Cremonenſis eventu, non ignavum, &, ſi proveniſſet, atrox conſilium iniit, ut arreptis navibus, in quamcumque partem Narbonenſis provinciæ egreſſus, Gallias & exercitus & Germaniæ gentes, novumque bellum cieret. Cap. 41.

Fabius Valens è ſinu Piſano, ſævitia maris, aut adverſante vento, Portum Herculis Monœci depellitur. Haud procul inde agebat Marius Maturus, Alpium maritimarum procurator, fidus Vitellio, cujus ſacramentum, cunctis circà hoſtilibus, non exuerat. Is Valentem comiter exceptum, ne Galliam Narbonenſem temerè ingrederetur, monendo terruit: ſimul ceterorum fides metu infracta. Nam circumjectas civitates procurator Valerius Paullinus, ſtrenuus militiæ, & Veſpaſiano ante fortunam amicus, in verba ejus adegerat. Cap. 42.

B Concitiſque omnibus, qui exauctorati à Vitellio bellum ſpontè ſumebant, Forojulienſem coloniam clauſtraque maris præſidio tuebatur, eò gravior auctor, quòd Paullino patria Forum Julii, & honos apud prætorianos, quorum quondam tribunus fuerat. Ipſique pagani favore municipali, & futuræ potentiæ ſpe juvare partes annitebantur Quæ ubi paratu firma, & aucta rumore, apud varios Vitellianorum animos increbruere; Fabius Valens cum quatuor ſpeculatoribus & tribus amicis, totidem centurionibus ad naves regreditur: Maturo ceteriſque remanere, & in verba Veſpaſiani adigi volentibus fuit. Ceterùm ut mare tutius Valenti, quàm litora, aut urbes; ita futuri ambiguus, & magis quid vitaret, quàm cui fideret certus, adverſa tempeſtate Stœchadas Maſſilienſium inſulas affertur. Ibi eum miſſæ à Paullino Liburni-oppreſſere. Cap. 43.

C Capto Valente, cuncta ad victoris opes converſa, initio per Hiſpaniam à prima Adjutrice legione orto, quæ memoriâ Othonis infenſa Vitellio, decimam quoque ac ſextam traxit. Nec Galliæ cunctabantur. Cap. 44.

EX LIBRO IV. HISTOR.

Isdem diebus crebreſcentem cladis Germanicæ famam nequaquam mœſta *civitas excipiebat. Cæſos exercitus, capta legionum hiberna, deſciviſſe Gallias, non ut mala, loquebantur. Id bellum quibus cauſſis ortum, quanto externarum ſociarumque gentium motu flagraverit, altiùs expediam. Batavi, donec trans Rhenum agebant, pars Cattorum; ſeditione domeſtica pulſi, extrema Gallicæ oræ vacua cultoribus, ſi- Cap. 12. *Romana.

D mulque (a) inſulam inter vada ſitam occupavere, quam mare Oceanum à fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circumluit: nec opibus Romanis, ſocietate validiorum attriti, viros tantùm armaque imperio miniſtrant, diu Germanicis bellis exerciti: mox aucta per Britanniam gloria, tranſmiſſis illuc cohortibus, quas vetere inſtituto nobiliſſimi popularium regebant. Erat & domi delectus eques, præcipuo nandi ſtudio; arma equoſque retinens, integris turmis Rhenum perrumpere.

Julius Paullus & Claudius Civilis, regia ſtirpe, multò ceteros anteibant. Paullum Fonteius Capito falſo rebellionis crimine interfecit. Injectæ Civili catenæ, miſſuſque ad Neronem, & à Galba abſolutus, ſub Vitellio rurſus diſcrimen adiit, flagitante ſupplicium ejus exercitu. Inde cauſſæ irarum, ſpeſque ex malis noſtris. Sed Civilis, ultrà quàm barbaris ſolitum, ingenio ſolers, & Sertorium ſe aut Hannibalem ferens ſimili oris dehoneſtamento, ne ut hoſti obviàm iretur, ſi à populo Romano Cap. 13.

E palam deſciviſſet, Veſpaſiani amicitiam ſtudiumque partium prætendit: miſſis ſanè ad eum Primi Antonii litteris, quibus avertere accita à Vitellio auxilia, & tumultûs Germanici ſpecie retentare legiones jubebatur. Eadem Hordeonius Flaccus præſens monuerat, inclinato in Veſpaſianum animo, & Reipub. cura, cui excidium adventabat, ſi redintegratum bellum, & tot armatorum millia Italiam irrupiſſent.

Igitur Civilis deſciſcendi certus, occultato interim altiore conſilio, cetera ex eventu judicaturus, novare res hoc modo cœpit. Juſſu Vitellii Batavorum juventus ad delectum vocabatur, quem ſuapte natura gravem onerabant miniſtri avaritia ac luxu, ſenes Cap. 14.

(a) Intra inſulam plerique Batavi habitabant; pars etiam extra illam, Moſam verſus, ubi oppidum habuiſſe dicuntur à Tacito Hiſtor. l. 5. c. 19. Non ſolùm Batavi, ſed & Caninefates inſulam incolebant, ut tradit idem l. 4. c. 15. De hujus inſulæ magnitudine, & quinam ex tribus Rheni alveis illam à Germania ſeparaverit, magna lis inter Eruditos. Certum eſt Cæſaris tempore, cùm duo tantùm in Rheno eſſent alvei, Batavorum inſulam intra duos illos alveos comprehenſam, ab eoque, qui ſeptentrionalis erat, fuiſſe à Germania ſeparatam. Poſtquàm verò à Druſo, foſſa ducta, novus alveus adjectus eſt, Bataviæ fines ad Flevum uſque oſtium ſunt promoti, majorque effecta inſula, quæ ideo à Zoſimo dicitur amnicarum maxima.

Digitized by Google

An. Chr. 69. aut invalidos conquirendo, quos pretio dimitterent : rursus impubes, sed forma conspicui (& est plerisque procera pueritia) ad stuprum trahebantur. Hinc invidia, & compositi seditionis auctores, perpulere ut delectum abnuerent. Civilis primores gentis, & promptissimos vulgi, specie epularum, sacrum in nemus vocatos, ubi nocte ac lætitia incaluisse videt, à laude gloriaque gentis orsus, injurias & raptus & cetera servitii mala enumerat. » Neque enim societatem, ut olim, sed tamquam man- » cipia haberi : quando legatum, gravi quidem comitatu, & superbo cum imperio » venire ? tradi se præfectis centurionibusque, quos ubi spoliis & sanguine expleve- » rint, mutari, exquirique novos sinus & varia prædandi vocabula. Instare delectum, » quo liberi à parentibus, fratres à fratribus, velut supremùm, dividantur. Nunquam » magis afflictam rem Romanam, nec aliud in hibernis quàm prædam & senes : attol- » lerent tantùm oculos, & inania legionum nomina ne pavescerent : esse sibi robur » peditum equitumque, consanguineos Germanos, Gallias idem cupientes, ne Ro- » manis quidem ingratum id bellum, cujus ambiguam fortunam Vespasiano impu- » taturos ; victoriæ rationem non reddi. A B

Cap. 15. Magno cum assensu auditus, barbaro ritu & patriis exsecrationibus universos adigit. Missi ad Caninefates, qui consilia sociarent. Ea gens partem insulæ colit, origine, lingua, virtute par Batavis ; numero superantur. Mox occultis nuntiis pellexit Britannica auxilia, Batavorum cohortes missas in Germaniam, ut suprà rettulimus, ac tum Magontiaci agentes. Erat in Caninefatibus stolidæ audaciæ Brinio, claritate natalium insigni : pater ejus multa hostilia ausus, Caianarum expeditionum ludibrium impunè spreverat. Igitur ipso rebellis familiæ nomine placuit, impositusque scuto more gentis, & sustinentium humeris vibratus, dux deligitur. Statimque accitis Frisiis (transrhenana gens est) duarum cohortium hiberna, proxima occupatu, Oceano irrumpit. Nec præviderant impetum hostium milites : nec, si prævidissent, satis virium ad arcendum erat. Capta igitur & direpta castra, dein vagos & pacis modo effusos lixas, negotiatoresque Romanos invadunt. Simul excidiis castellorum imminebant : quæ à præfectis cohortium incensa sunt, quia defendi nequibant. Signa vexillaque, & quod militum, in superiorem insulæ partem congregantur, duce Aquilio primipilari ; nomen magis exercitûs quàm robur. Quippe viribus cohortium abductis, Vitellius è proximis Nerviorum Germanorumque pagis segnem numerum armis oneraverat. C

Cap. 16. Civilis dolo grassandum ratus, incusavit ultrò præfectos, quòd castella deseruissent : se cum cohorte, cui præerat, Caninefatem tumultum compressurum : illi sua quisque hiberna repeterent. Subesse fraudem consilio, & dispersas cohortes faciliùs opprimi, nec Brinionem ducem ejus belli, sed Civilem esse patuit, erumpentibus paulatim indiciis, quæ Germani, læta bello gens, non diu occultaverant. Ubi insidiæ parum cessere, ad vim transgressus, Caninefates, Frisios, Batavos propriis cuneis componit. Directa ex diverso acies haud procul à flumine Rheno, & obversis in hostem navibus, quas incensis castellis illuc appulerant. Nec diu certato, Tungrorum cohors signa ad Civilem transtulit : perculsique milites improvisa proditione, à sociis hostibusque cædebantur. Eadem etiam navibus perfidia. Pars remigum è Batavis, tamquam imperitia, officia nautarum propugnatorumque impediebant. Mox contrà tendere, & puppes hostili ripæ objicere : ad postremum gubernatores centurionesque, nisi eadem volentes, trucidant ; donec universa quatuor & viginti navium classis transfugeret, aut caperetur. D

Cap. 17. Clara ea victoria in præsens, in posterum usui : armaque & naves quibus indigebant adepti, magna per Germanias Galliasque fama, libertatis auctores celebrabantur. Germaniæ statim misere legatos, auxilia offerentes. Galliarum societatem Civilis arte donisque affectabat, captos cohortium præfectos suas in civitates remittendo : cohortibus abire an manere mallent data potestate : manentibus, honorata militia ; digredientibus, spolia Romanorum offerebantur. Simul secretis sermonibus » admonebat malorum, » quæ tot annis perpessi, miseram servitutem falsò pacem vo- » carent : Batavos, quamquam tributorum expertes, arma contra communes domi- » nos cepisse ; prima acie fusum victumque Romanum : quid si Galliæ jugum exuant ? » quantum in Italia reliquum ? provinciarum sanguine provincias vinci. Ne Vindi- » cis aciem cogitarent : Batavo equite protritos Æduos Arvernosque : fuisse inter Ver- » ginii auxilia Belgas : veréque reputantibus, Galliam suismet viribus concidisse. Nunc » easdem omnium partes, addito si quid militaris disciplinæ in castris Romanorum » viguerit : esse secum veteranas cohortes, quibus nuper Othonis legiones procu- » buerint. Servirent Syria Asiaque & sœtus regibus Oriens : multos adhuc in Gallia E

Digitized by Google

A » vivere ante tributa genitos. Nuper certè, cæso Quintilio Varo, pulsam è Germa- An. Chr. 69.
» nia servitutem : nec Vitellium Principem, sed Cæsarem Augustum bello provoca-
» tum : libertatem natura etiam mutis animalibus datam : virtutem proprium ho-
» minis bonum : Deos fortioribus adesse. Proinde arriperent vacui occupatos : inte-
» gri fessos. Dum alii Vespasianum, alii Vitellium foveant, patere locum adversus
» utrumque. »

Sic in Gallias Germaniasque intentus, si destinata proveniissent, validissimarum Cap. 18.
ditissimarumque nationum regno imminebat. At Flaccus Hordeonius primos Civi-
lis conatus per dissimulationem aluit : ubi expugnata castra, deletas cohortes, pulsum
Batavorum insula Romanum nomen trepidi nuntii afferebant, Mumium Lupercum
legatum (is duarum legionum hibernis præerat) egredi adversus hostem jubet. Lupercus
legionarios è præsentibus, Ubios è proximis, Treverorum equites haud longè agentes,
B raptim transmisit, addita Batavorum ala, quæ jam pridem corrupta fidem simulabat, ut
proditis in ipsa acie Romanis, majore pretio fugeret. Civilis captarum cohortium
signis circumdatus, ut suo militi recens gloria ante oculos, & hostes memoria cla-
dis terrerentur, matrem suam sororesque, simul omnium conjuges parvosque libe-
ros consistere à tergo jubet; hortamenta victoriæ, vel pulsis pudorem. Ut virorum
cantu, feminarum ululatu sonuit acies, nequaquam par à legionibus cohortibusque
redditur clamor. Nudaverat sinistrum cornu Batavorum ala transfugiens, statimque
in nos versa : sed legionarius miles, quamquam rebus trepidis, arma ordinesque reti-
nebat. Ubiorum Treverorumque auxilia fædâ fugâ dispersa, totis campis palantur.
Illuc incubuere Germani. Et fuit interim effugium legionibus in castra, quibus (a)
Veterum nomen est. Præfectus alæ Batavorum Claudius Labeo, oppidano certamine
C æmulus Civili, ne interfectus invidiam apud populares, vel, si retineretur, semina
discordiæ præberet, in Frisios avehitur.

Iisdem diebus Batavorum & Caninefatium cohortes, cùm jussu Vitellii in urbem Cap. 19.
pergerent, missus à Civile nuntius assequitur. Intumuere statim superbia ferociaque,
& pretium itineris, donativum, duplex stipendium, augeri equitum numerum,
promissa sanè à Vitellio, postulabant, non ut assequerentur, sed caussam seditioni. Et
Flaccus multa concedendo, nihil aliud effecerat, quàm ut actiùs exposcerent, quæ
sciebant negaturum. Spreto Flacco, inferiorem Germaniam petivere, ut Civili jun-
gerentur. Hordeonius, adhibitis tribunis centurionibusque, consultavit, num obse-
quium abnuentes vi coërceret. Mox insita ignavia, & trepidis ministris, quos ambiguus
auxiliorum animus, & subito delectu suppletæ legiones angebant, statuit continere intra
castra militem. Dein pœnitentia, & arguentibus ipsis qui suaserant, tamquam secutu-
D rus, scripsit Herennio Gallo legionis primæ legato, qui Bonnam obtinebat, ut ar-
ceret transitu Batavos, se cum exercitu tergis eorum hæsurum. Et opprimi pote-
rant, si hinc Hordeonius, inde Gallus, motis utrimque copiis, medios clausissent.
Flaccus omisit inceptum, aliisque litteris Gallum monuit, ne terreret abeuntes. Un-
de suspicio sponte legatorum excitari bellum : quin cuncta quæ acciderant, aut
metuebantur, non inertia militis, neque hostium vi, sed fraude ducum evenire.

Batavi cùm castris Bonnensibus propinquarent, præmisere qui Herennio Gallo Cap. 20.
mandata cohortium exponerent : « Nullum sibi bellum adversus Romanos, pro qui-
» bus totiens bellassent : longa atque irrita militia fessis, patriæ atque otii cupidinem
» esse : si nemo obsisteret, innoxium iter fore : sin arma occurrant, ferro viam inven-
» turos. » Cunctantem legatum milites perpulerant, fortunam prælii experiretur. Tria
millia legionariorum, & tumultuariæ Belgarum cohortes, simul paganorum lixarum-
E que ignava, sed procax ante periculum manus, omnibus portis erumpunt, ut Bata-
vos numero impares circumfundant. Illi, veteres militiæ, in cuneis congregantur,
densi undique, & frontem tergaque ac latus tuti. Sic tenuem aciem nostrorum per-
fringunt. Cedentibus Belgis, pellitur legio, & vallum portasque trepidi petebant.
Ibi plurimùm cladis : cumulatæ corporibus fossæ : nec cæde tantùm & vulneribus,
sed ruina, & suis plerique telis interiere. Victores, colonia Agrippinensium vita-
ta, nihil cetero in itinere hostile ausi, Bonnense prælium excusabant, tamquam pe-
tita pace, postquàm negabatur, sibimetipsi consuluissent.

Civilis adventu veteranarum cohortium, justi jam exercitûs ductor, sed consilii Cap. 21.
ambiguus, & vim Romanam reputans, cunctos qui aderant, in verba Vespasiani adi-
git. Mittitque legatos ad duas legiones, quæ priore acie pulsæ, in Vetera castra con-
cesserant, ut idem sacramentum acciperent. Redditur responsum, neque proditoris,

(a) Castrorum Veterum locum ponit Cluverius in oppido *Santen.*

Digitized by Google

An. Chr. 69. neque hoſtium ſe conſiliis uti. Eſſe ſibi Vitellium Principem, pro quo fidem & arma uſque ad ſupremum ſpiritum retenturos : proinde perfuga Batavus arbitrum rerum Romanarum ne ageret, ſed meritas ſceleris pœnas exſpectaret. Quæ ubi relata Civili, incenſus ira, univerſam Batavorum gentem in arma rapit. Junguntur Bructeri Tencterique, & excita nuntiis Germania ad prædam famamque. A

Cap. 22. Adverſus has belli concurrentis minas, legati legionum Mumius Lupercus & Numiſius Rufus vallum muroſque firmabant : ſubverſa longæ pacis opera, haud procul caſtris in modum municipii exſtructa, ne hoſtibus uſui forent. Sed parum proviſum, ut copiæ in caſtra conveherentur; rapi permiſere. Ita paucis diebus per licentiam abſumpta ſunt, quæ adverſus neceſſitates in longum ſuffeciſſent. Civilis medium agmen cum robore Batavorum obtinens, utramque Rheni ripam, quò truculentior viſu foret, Germanorum catervis complet, aſſultante per campos equite. Simul naves in adverſum amnem agebantur. Hinc veteranarum cohortium ſigna, inde depromptæ ſilvis luciſque ferarum imagines, ut cuique genti inire prælium mos eſt, mixta belli civilis externique facie, obſtupefecerant obſeſſos : & ſpem oppugnantium augebat amplitudo valli, quod duabus legionibus ſitum, vix quinque millia armatorum Romanorum tuebantur. Sed lixarum multitudo, turbata pace, illuc congregata, & bello miniſtra aderat. B

Cap. 23. Pars caſtrorum in collem leniter aſſurgens, pars æquo adibatur : quippe illis hibernis obſideri premique Germanias Auguſtus crediderat : neque unquam id malorum, ut oppugnatum ultrò legiones noſtras venirent. Inde non loco, neque munimentis labor additus : vis & arma ſatis placebant. Batavi Tranſrhenanique, quò diſcreta virtus manifeſtiùs ſpectaretur, ſibi quæque gens conſiſtunt, eminùs laceſſentes. Pòſt ubi pleraque telorum turribus pinniſque mœnium irrita hærebant, & deſuper ſaxis vulnerabantur, clamore atque impetu invaſere vallum, appoſitis plerique ſcalis, alii per teſtudinem ſuorum : ſcandebantque jam quidam, cùm gladiis & armorum incuſſu præcipitati, ſudibus & pilis obruuntur, præferoces initio, & rebus ſecundis nimii. Sed tum prædæ cupidine, adverſa quoque tolerabant. Machinas etiam, inſolitum ſibi, auſi : nec ulla ipſis ſolertia. Perfugæ captivique docebant ſtruere materias in modum pontis, mox ſubjectis rotis propellere; ut alii ſuperſtantes, tamquam ex aggere præliarentur; pars intus, occulti muros ſubruerent. Sed excuſſa baliſtis ſaxa ſtravere informe opus : & crates vineaſque parantibus, adactæ tormentis ardentes haſtæ : ultróque ipſi oppugnatores ignibus petebantur; donec deſperata vi verterent conſilium ad moras, haud ignari paucorum dierum ineſſe alimenta, & multùm imbellis turbæ. Simul ex inopia proditio, & fluxa ſervitiorum fides, ac fortuita belli ſperabantur. C

Cap. 24. Flaccus interim, cognito caſtrorum obſidio, & miſſis per Gallias qui auxilia concirent, lectos è legionibus Dillio Voculæ duodeviceſimæ legionis legato tradit, ut quàm maximis per ripam itineribus celeraret. Ipſe pavidus torpere, inviſus militibus : neque enim ambiguè fremebant, « Emiſſas à Magontiaco Batavorum cohortes, diſſimula» tos Civilis conatus, adſciri in ſocietatem Germanos. Non Primi Antonii, neque » Muciani ope Veſpaſianum magis adoleviſſe : aperta odia, armaque palam depelli; » fraudem & dolum, obſcura eóque inevitabilia. Civilem ſtare contrà, ſtruere aciem: » Hordeonium è cubiculo & lectulo jubere quicquid hoſti conducat. Tot armatas » fortiſſimorum virorum manus, unius ſenis valetudine regi. Quin potiùs interfecto » traditore, fortunam virtutemque ſuam malo omine exſolverent. » His inter ſe vocibus inſtinctos, flammavere inſuper allatæ à Veſpaſiano litteræ, quas Flaccus, quia occultari nequibant, pro concione recitavit : vinctoſque qui attulerant ad Vitellium miſit. D

Cap. 25. Sic mitigatis animis, Bonnam, hiberna primæ legionis ventum. Infenſior illic miles culpam cladis in Hordeonium vertebat : « Ejus juſſu directam adverſus Batavos » aciem, tamquam à Magontiaco legiones ſequerentur : ejuſdem proditione cæſos, » nullis ſupervenientibus auxiliis. Ignota hæc ceteris exercitibus, neque Imperatori » ſuo nuntiari : cùm accurſu tot provinciarum exſtingui repens perfidia potuerit. » Hordeonius exemplaria omnium litterarum, quibus per Gallias Britanniamque & Hiſpanias auxilia orabat, exercitui recitavit : inſtituitque peſſimum facinus, ut epiſtolæ Aquiliferis legionum traderentur, à quîs antè militi quàm ducibus legebantur. Tum è ſeditioſis unum vinciri jubet, magis uſurpandi juris, quàm quia unius culpa foret. Motuſque Bonna exercitus in coloniam Agrippinenſem, effluentibus auxiliis Gallorum, qui primò rem Romanam enixè juvabant. Mox valeſcentibus Germanis, E

Digitized by Google

A pleræque civitates adverſum nos armatæ ſpe libertatis, &, ſi exuiſſent ſervitium, cupidine imperitandi. Gliſcebat iracundia legionum, nec terrorem unius militis vincula indiderant: quin idem ille arguebat ultrò conſcientiam ducis, tamquam nuntius inter Civilem Flaccumque, falſo crimine, teſtis veri opprimeretur. Conſcendit tribunal Vocula mirâ conſtantiâ, prehenſumque militem ac vociferantem duci ad ſupplicium juſſit. Et dum mali pavent, optimus quiſque juſſis paruere. Exin conſenſu ducem Voculam poſcentibus, Flaccus ſummam rerum ei permiſit. An. Chr. 69.

Sed diſcordes animos multa efferabant; inopia ſtipendii frumentique, & ſimul delectum tributaque Galliæ aſpernantes: Rhenus, incognita illi cælo ſiccitate, vix navium patiens, arti commeatus, diſpoſitæ per omnem ripam ſtationes, quæ Germanos vado arcerent: eademque de cauſſa minùs frugum, & plures qui conſumerent. Apud imperitos prodigii loco accipiebatur ipſa aquarum penuria, tamquam nos amB nes quoque, & vetera imperii munimenta deſererent: quod in pace fors ſeu natura, tunc fatum & ira dei vocabatur. Ingreſſis Noveſium tertiadecima legio conjungitur. Additus Voculæ in partem curarum Herennius Gallus legatus; nec auſi ad hoſtem pergere, loco, (a) *Gelduba* nomen eſt, caſtra fecere. Ibi ſtruenda acie, muniendo vallandoque, & ceteris belli meditamentis militem firmabant. Utque præda ad virtutem accenderetur, in proximos (b) Gugernorum pagos, qui ſocietatem Civilis acceperant, ductus à Vocula exercitus. Pars cum Herennio Gallo permanſit. Cap. 26.

Fortè navem haud procul caſtris frumento gravem, cùm per vada hæſiſſet, GerCap. 27. mani in ſuam ripam trahebant. Non tulit Gallus, miſitque ſubſidio cohortem. Auctus & Germanorum numerus, paulatimque aggregantibus ſe auxiliis, acie certatum. Germani multa cum ſtrage noſtrorum, navem abripiunt. Victi (quod tum in morem verterat) non ſuam ignaviam, ſed perfidiam legati culpabant. Protractum è tenC torio, ſciſſa veſte, verberato corpore, quo pretio, quibus conſciis prodidiſſet exercitum, dicere jubent. Redit in Hordeonium invidia. Illum auctorem ſceleris, hunc miniſtrum vocant: donec exitium minitantibus exterritus, proditionem & ipſe Hordeonio objecit. Vinctuſque, adventu demum Voculæ exſolvitur. Is poſtera die auctores ſeditionis morte affecit. Tanta illi exercitui diverſitas inerat licentiæ patientiæque. Haud dubiè gregarius miles Vitellio fidus: ſplendidiſſimus quiſque in Veſpaſianum proni. Inde ſcelerum ac ſuppliciorum vices, & mixtus obſequio furor; ut contineri non poſſent, qui puniri poterant.

At Civilem immenſis auctibus univerſa Germania extollebat, ſocietate nobiliſſimis Cap. 28. obſidum firmata. Ille, ut cuique proximum, vaſtari Ubios Treveroſque, & alia manu Moſam amnem tranſire jubet, ut Menapios & Morinos & extrema Galliarum quaterent. Actæ utrobique prædæ: infeſtiùs in Ubiis, quòd gens Germanicæ originis, ejuD rata patria, Romanorum nomine *Agrippinenſes* vocarentur. Cæſæ cohortes eorum in vico (c) Marcoduro incurioſiùs agentes, quia procul ripa aberant. Nec quievere Ubii, quominùs prædas è Germania peterent: primò impunè; dein circumventi ſunt, per omne id bellum meliore uſi fide quàm fortuna. Contuſis Ubiis, gravior & ſucceſſu rerum ferocior Civilis, obſidium legionum urgebat; intentis cuſtodiis, ne quis occultus nuntius venientis auxilii penetraret. Machinas molemque operum Batavis delegat: Tranſrhenanos prælium poſcentes, ad ſcindendum vallum ire, detruſoſque redintegrare certamen jubet, ſuperante multitudine, & facili damno: nec finem labori nox attulit.

Congeſtis circùm lignis accenſiſque, ſimul epulantes, ut quiſque vino incaluerat, Cap. 29. ad pugnam temeritate inani ferebantur. Quippe ipſorum tela per tenebras vana. Romani conſpicuam barbarorum aciem, & ſi quis audacia aut inſignibus effulgens, ad E ictum deſtinabant. Intellectum id Civili: & reſtincto igne, miſceri cuncta tenebris & armis jubet. Tum verò ſtrepitus diſſoni, caſus incerti, neque feriendi, neque declinandi providentia. Unde clamor acciderat, circumagere corpora, tendere arcus: nihil prodeſſe virtus, fors cuncta turbare, & ignavorum ſæpe telis fortiſſimi cadere. Apud Germanos inconſulta ira: Romanus miles periculorum gnarus, ferratas ſudes, gravia ſaxa non fortè jaciebat. Ubi ſonus molientium, aut appoſitæ ſcalæ hoſtem in manus dederant, propellere umbone, pilo ſequi: multos in mœnia egreſſos pugionibus fodere. Sic exhauſta nocte, novam aciem dies aperuit.

(a) Nunc vicus *Gelb* ad Rhenum, novem millibus paſſuum à Noveſio. Caſtellum fuit, adnumeratum à Cellario in iis quæ Druſus ad Rhenum poſuit.

(b) *Gubernos* vocat Plinius, eoſque inter Ubios & Batavos conſtituit. Hanc ſedem tenuere ab Auguſti temporibus: nam cùm Julius Cæſar bellum in Galliis gereret, hunc tractum coluiſſe videntur Menapii.

(c) Auctoribus Itinerarii & Tabulæ Peuting. *Marcomagus* dicitur: nunc vulgò *Duren*, oppidum ad Roram flumen.

Digitized by Google

An. Chr. 69. Cap. 30. Eduxerant Batavi turrim duplici tabulato, quam prætoriæ portæ (is æquiſſimus locus) propinquantem, promoti contrà validi aſſeres, & incuſſæ trabes perfregere, multa ſuperſtantium pernicie. Pugnatumque in perculſos ſubita & proſpera eruptione. Simul à legionariis peritia & arte præſtantibus plura ſtruebantur. Præcipuum pavorem intulit ſuſpenſum & nutans machinamentum, quo repentè demiſſo præter ſuorum ora, ſinguli pluresve hoſtium ſublimè rapti, verſo pondere intra caſtra effundebantur. Civilis, omiſſa oppugnandi ſpe, rurſus per otium aſſidebat, nuntiis & promiſſis fidem legionum convellens. A

Cap. 31. Hæc in Germania ante Cremonenſe prælium geſta, cujus eventum litteræ Primi Antonii docuere, addito Cæcinæ edicto. Et præfectus cohortis è victis Alpinus Montanus fortunam partium præſens fatebatur. Diverſi hinc motus animorum. Auxilia è Gallia, quîs nec amor, nec odium in partes, militia ſine affectu, hortantibus præfectis, ſtatim à Vitellio deſciſcunt: vetus miles cunctabatur. Sed adigente Hordeonio Flacco, inſtantibus tribunis, dixit ſacramentum, non vultu neque animo ſatis affirmans: & cùm cetera jurisjurandi verba conciperent, *Veſpaſiani* nomen hæſitantes, aut levi murmure, & plerumque ſilentio tranſmittebant. B

Cap. 32. Lectæ deinde pro concione epiſtolæ Antonii ad Civilem, ſuſpiciones militum irritavere, tamquam ad ſocium partium ſcriptæ, & de Germanico exercitu hoſtiliter. Mox allatis Geldubam in caſtra nuntiis, eadem dicta factaque; & miſſus cum mandatis Montanus ad Civilem, ut abſiſteret bello, neve externa arma falſis velaret. Si Veſpaſianum juvare aggreſſus foret, ſatisfactum cœptis. Ad ea Civilis primò callidè; pòſt ubi videt Montanum præferocem ingenio, paratumque in res novas, orſus à queſtu periculiſque, quæ per quinque & viginti annos in caſtris Romanis exhauſiſſet; *Egregium*, inquit, *pretium laboris cepi, necem fratris, & vincula mea, & ſæviſſimas hujus exercitûs voces, quibus ad ſupplicium petitus, jure gentium pœnas repoſco. Vos autem Treveri ceteræque ſervientium animæ, quod pretium effuſi totiens ſanguinis exſpectatis, niſi ingratam militiam, immortalia tributa, virgas, ſecures, & dominorum ingenia? En ego præfectus unius cohortis, & Caninefates Batavique, exigua Galliarum portio, vana illa caſtrorum ſpatia excidimus, vel ſepta ferro fameque premimus: denique auſos aut libertas ſequetur, aut victi iidem erimus.* Sic accenſum, ſed molliora referre juſſum dimittit. Ille ut irritus legationis rediit, cetera diſſimulans, quæ mox erupere. C

Cap. 33. Civilis, parte copiarum retenta, veteranas cohortes, & quod è Germanis maximè promptum, adverſus Voculam exercitumque ejus mittit, Julio Maximo & Claudio Victore ſororis ſuæ filio ducibus. Rapiunt in tranſitu hiberna alæ, (a) Aſciburgii ſita: adeóque improviſi caſtra involavere, ut non alloqui, non pandere aciem Vocula potuerit. Id ſolùm, ut in tumultu, monuit, ſubſignano milite media firmare: auxilia paſſim circumfuſa ſunt. Eques prorupit, exceptuſque compoſitis hoſtium ordinibus, terga in ſuos vertit. Cædes inde, non prælium. Et Nerviorum cohortes metu ſeu perfidia latera noſtrorum nudavere. Sic ad legiones perventum; quæ amiſſis ſignis intra vallum ſternebantur, cùm repentè novo auxilio fortuna pugnæ mutatur. Vaſconum lectæ à Galba cohortes, ac tum accitæ, dum caſtris propinquant, audito præliantium clamore, intentos hoſtes à tergo invadunt, latioremque quàm pro numero terrorem faciunt, aliis à (b) Noveſio, aliis à Magontiaco univerſas copias adveniſſe credentibus. Is error Romanis addit animos, & dum alienis viribus confidunt, ſuas recepere. Fortiſſimus quiſque è Batavis, quantùm peditum erat, funduntur: eques evaſit cum ſignis captiviſque, quos prima acie corripuerant. Cæſorum eo die in partibus noſtris major numerus & imbellior, è Germanis ipſa robora. D

Cap. 34. Dux uterque pari culpa meritus adverſa, proſperis defuere. Nam Civilis, ſi majoribus copiis inſtruxiſſet aciem, circumiri à tam paucis cohortibus nequiſſet, caſtraque perrupta excidiſſet. Vocula nec adventum hoſtium exploravit, eóque ſimul egreſſus victuſque: dein victoriæ parum confiſus, tritis fruſtra diebus, caſtra in hoſtem movit; quem ſi ſtatim impellere, curſumque rerum ſequi maturaſſet, ſolvere obſidium legionum eodem impetu potuiſſet. Tentaverat interim Civilis obſeſſorum animos, tamquam perditæ apud Romanos res, & ſuis victoria proveniſſet. Circumferebantur ſigna vexillaque; oſtentati etiam captivi: ex quibus unus egregium facinus auſus, clara voce geſta patefecit, confoſſus illic à Germanis: unde major indici fides. Simul vaſtatione incendiiſque flagrantium villarum venire victorem E

(a) Poſitioni vicus parvus congruit, nomine *Asburg*, quod magis locum veterem deſignat, ſitum haud procul Murſia oppido, in via à Noveſio ad Vetera.

(b) Oppidum eſt quod nunc *Nuis* vocatur.

Digitized by Google

A exercitum intelligebatur. In conſpectu caſtrorum conſtitui ſigna, foſſamque & vallum circumdari Vocula jubet, ut depoſitis impedimentis ſarciniſque expediti certarent. Hinc in ducem clamor pugnam poſcentium : & minari aſſueverant. Ne tempore quidem ad ordinandam aciem capto, incompoſiti feſſique prælium ſumpſere : nam Civilis aderat, non minùs vitiis hoſtium, quàm virtute ſuorum fretus. Varia apud Romanos fortuna, & ſeditioſiſſimus quiſque ignavus : quidam recentis victoriæ memores, retinere locum, ferire hoſtem, ſeque & proximos hortari : & redintegrata acie, manus ad obſeſſos tendere, ne tempori deeſſent. Illi cuncta è muris cernentes, omnibus portis prorumpunt. Ac fortè Civilis lapſu equi proſtratus, credita per utrumque exercitum fama, vulneratum aut interfectum, immane quantum ſuis pavoris, & hoſtibus alacritatis indidit. An Chr. 69.

Sed Vocula, omiſſis fugientium tergis, vallum turreſque caſtrorum augebat, Cap. 35.
B tamquam rursùs obſidium immineret; corrupta totiens victoria, non falsò ſuſpectus bellum malle. Nihil æquè exercitus noſtros, quàm egeſtas copiarum fatigabat. Impedimenta legionum cum imbelli turba Noveſium miſſa, ut inde terreſtri itinere frumentum adveherent. Nam flumine hoſtes potiebantur. Primum agmen ſecurum inceſſit, nondum ſatis firmo Civile : qui ubi rursùs miſſos Noveſium frumentatores, dataſque in præſidium cohortes, velut multa pace, ingredi accepit; rarum apud ſigna militem, arma in vehiculis, cunctos licentia vagos, compoſitus invadit, præmiſſis qui pontes & viarum anguſta inſiderent. Pugnatum longo agmine, & incerto marte, donec prælium nox dirimeret. Cohortes Geldubam perrexere, manentibus ut fuerant caſtris, quæ relictorum illic militum præſidio tenebantur. Non erat dubium, quantùm in regreſſu diſcriminis adeundum foret, frumentatoribus onuſtis pauculiſque. Addit exercitui ſuo Vocula mille delectos è quinta & quartadecima legioni-
C bus apud Vetera obſeſſis, indomitum militem, & ducibus infenſum. Plures quàm juſſum erat profecti, palam in agmine fremebant, non ſe ultrà famem, inſidias legatorum toleraturos. At qui remanſerant, deſertos ſe abducta parte legionum querebantur. Duplex hinc ſeditio, aliis revocantibus Voculam, aliis redire in caſtra abnuentibus.

Interim Civilis Vetera circumſedit. Vocula Geldubam, atque inde Noveſium Cap. 36.
conceſſit. Civilis capit Geldubam. Mox haud procul Noveſio, equeſtri prælio proſperè certavit. Sed miles ſecundis adverſiſque perinde in exitium ducum accendebatur. Et adventu quintanorum quintadecimanorumque auctæ legiones, donativum expoſcunt, comperto pecuniam à Vitellio miſſam. Nec diu cunctatus Hordeonius, nomine Veſpaſiani dedit. Idque præcipuum fuit ſeditionis alimentum. Effuſi in luxum & epulas & nocturnos cœtus, veterem in Hordeonium iram renovant : nec
D ullo legatorum tribunorumve obſiſtere auſo, (quippe omnem pudorem nox ademerat) protractum è cubili interficiunt. Eadem in Voculam parabantur, niſi ſervili habitu per tenebras ignoratus evaſiſſet. Ubi ſedato impetu metus rediit; centuriones cum epiſtolis ad civitates Galliarum miſere, auxilia ac ſtipendia oraturos.

Ipſi, ut eſt vulgus ſine rectore præceps, pavidum, ſocors, adventante Civile, Cap. 37.
raptis temerè armis, ac ſtatim omiſſis, in fugam vertuntur. Res adverſæ diſcordiam peperere; iis qui è ſuperiore exercitu erant, cauſſam ſuam diſſociantibus. Vitellii tamen imagines in caſtris, & per proximas Belgarum civitates repoſitæ, cùm jam Vitellius occidiſſet. Dein mutati in pœnitentiam primani quartanique & duodeviceſimani, Voculam ſequuntur; apud quem reſumpto Veſpaſiani ſacramento, ad liberandum Magontiaci obſidium ducebantur. Diſceſſerant obſeſſores, mixtus ex Cattis, Uſipiis, Mattiacis exercitus, ſatietate prædæ, nec incruenti. In via diſperſos
E & neſcios miles noſter invaſerat. Quin & loricam vallumque per fines ſuos Treveri ſtruxere, magniſque invicem cladibus cum Germanis certabant; donec egregia erga populum Romanum merita mox rebelles fœdarent.

Audita interim per Gallias Germaniaſque mors Vitellii, duplicaverat bellum. Cap. 54.
Nam Civilis, omiſſa diſſimulatione, in populum Romanum ruere : Vitellianæ le- An. Chr. 70.
giones vel externum ſervitium, quàm Imperatorem Veſpaſianum malle. Galli ſuſtulerant animos, eamdem ubique exercituum noſtrorum fortunam rati; vulgato rumore, à Sarmatis Daciſque Mœſica ac Pannonica hiberna circumſideri; paria de Britannia fingebantur. Sed nihil æquè quàm incendium Capitolii, ut finem imperii adeſſe crederent, impulerat. Captam olim à Gallis Urbem, ſed integra Jovis ſede, manſiſſe imperium : fatali nunc igne ſignum cæleſtis iræ datum : & poſſeſſionem rerum humanarum Tranſalpinis gentibus portendi, ſuperſtitione vana Druidæ canebant.

Digitized by Google

An Chr. 70. Inceſſeratque fama, primores Galliarum ab Othone adverſus Vitellium miſſos, ante- A
quàm digrederentur, pepigiſſe, ne deeſſent libertati, ſi populum Romanum con-
tinua bellorum civilium ſeries, & interna mala fregiſſent.

Cap. 55. Ante Flacci Hordeonii cædem nihil prorupit, quo conjuratio intelligeretur. In-
terfecto Hordeonio, commeavere nuntii inter Civilem Claſſicumque præfectum
alæ Treverorum. Claſſicus nobilitate opibuſque ante alios: regium illi genus, &
pace belloque clara origo. Ipſe è majoribus ſuis hoſtis populi Rom. quàm ſocius
jactabat. Miſcuere ſeſe Julius Tutor, & Julius Sabinus, hic Trevir, hic Lingo-
nenſis. Tutor, ripæ Rheni à Vitellio præfectus: Sabinus, ſuper inſitam vanitatem,
falſæ ſtirpis gloria incendebatur; proaviam ſuam divo Julio per Gallias bellanti cor-
pore atque adulterio placuiſſe. Hi ſecretis ſermonibus animos ceterorum ſcrutari.
Ubi quos idoneos rebantur, conſcientia obſtrinxere, in colonia Agrippinenſi in do-
mum privatam conveniunt: nam publicè civitas talibus inceptis abhorrebat. Atta- B
men interfuere quidam Ubiorum Tungrorumque: ſed plurima vis penes Treveros
ac Lingonas. Nec tulere moras conſultandi: certatim proclamant, furere diſcor-
diis populum Rom. cæſas legiones, vaſtatam Italiam, capi cummaximè Urbem,
omnes exercitus ſuis quemque bellis diſtineri. Si Alpes præſidiis firmentur, coalita
libertate, diſpecturas Gallias, quem virium ſuarum terminum velint.

Cap. 56. Hæc dicta pariter probataque: de reliquiis Vitelliani exercitûs dubitavere. Pleri-
que interficiendos cenſebant, turbidos, infidos, ſanguine ducum pollutos. Vicit
ratio parcendi; ne ſublata ſpe veniæ, pertinacia accenderentur: alliciendos po-
tiùs in ſocietatem: legatis tantùm legionum interfectis, ceterum vulgus conſcien-
tia ſcelerum, & ſpe impunitatis facilè acceſſurum. Ea primi conſilii forma; miſſi-
que per Gallias concitores belli. Simulatum ipſis obſequium, quò incautiorem
Voculam opprimerent. Nec defuere qui Voculæ nuntiarent: ſed vires ad coërcen- C
dum deerant, infrequentibus infidiſque legionibus. Inter ambiguos milites & oc-
cultos hoſtes optimum è præſentibus ratus, mutua diſſimulatione, & iiſdem qui-
bus petebatur artibus graſſari; in coloniam Agrippinenſem deſcendit. Illuc Clau-
dius Labeo, quem captum & extra conventum amandatum in Friſios diximus,
corruptis cuſtodibus, perfugit; pollicituſque, ſi præſidium daretur, iturum in Bata-
vos, & potiorem civitatis partem ad ſocietatem Romanam retracturum; accepta
peditum equitumque modica manu, nihil apud Batavos auſus, quoſdam Nervio-
rum Betaſiorumque in arma traxit. Et furtim magis quàm bello Caninefates Mar-
ſacoſque incurſabat. Vocula Gallorum fraude illectus, ad hoſtem contendit.

Cap. 57. Nec procul Veteribus aberat, cùm Claſſicus ac Tutor per ſpeciem explorandi
prægreſſi, cum ducibus Germanorum pacta firmavere. Tumque primùm diſcreti à
legionibus, proprio vallo caſtra ſua circumdant, obteſtante Vocula; « Non adeò D
» turbatam civilibus armis rem Romanam, ut Treveris etiam Lingonibuſque de-
» ſpectui ſit. Supereſſe fidas provincias, victores exercitus, fortunam imperii, & ul-
» tores Deos. Sic olim Sacrovirum & Æduos; nuper Vindicem Galliaſque ſingulis
» præliis concidiſſe. Eadem rursùs numina, eadem fata ruptores fœderum exſpe-
» ctarent. Meliùs divo Julio divoque Auguſto notos eorum animos. Galbam, &
» infracta tributa, hoſtiles ſpiritus induiſſe. Nunc hoſtes, quia molle ſervitium; cùm
» ſpoliati exutique fuerint, amicos fore. » Hæc ferociter locutus, poſtquàm perſtare
in perfidia Claſſicum Tutoremque videt; verſo itinere Noveſium concedit. Galli
duûm millium ſpatio diſtantibus campis conſedere. Illuc commeantium centurio-
num militumque emebantur animi; ut (flagitium incognitum) Romanus exercitus
in externa verba jurarent, pignuſque tanti ſceleris nece aut vinculis legatorum da-
retur. Vocula, quamquam plerique fugam ſuadebant, audendum ratus, vocata E
concione, in hunc modum diſſeruit.

Cap. 58. *Nunquam apud vos verba feci, aut pro vobis ſolicitior, aut pro me ſecurior. Nam mihi exitium parari libens audio: mortemque in tot malis hoſtium ut finem miſeriarum exſpecto. Veſtri me pudet miſeretque, adverſus quos non prælium & acies parantur: id enim fas armorum, & jus hoſtium. Bellum cum populo Romano veſtris ſe manibus geſturum Claſſicus ſperat: imperiumque & ſacramentum Galliarum oſtentat. Adeo nos, ſi fortuna in præſens virtuſque deſeruit, etiam vetera exempla deficiunt, quotiens Romanæ legiones perire præoptaverint, ne loco pellerentur? Socii ſæpe noſtri exſcindi urbes ſuas, ſeque cum conjugibus ac liberis cremari pertulerunt: neque aliud pretium exitûs quàm fides famaque. Tolerant cummaximè inopiam obſidiumque apud Vetera legiones, nec terrore aut promiſſis demoventur. Nobis ſuper arma & viros & egregia caſtrorum munimenta,*

Digitized by Google

A *munimenta, frumentum & commeatus quamvis longo bello pares. Pecunia nuper etiam donativo ſuffecit, quod ſive à Veſpaſiano, ſive à Vitellio datum interpretari mavultis, ab imperatore certè Romano accepiſtis. Tot bellorum victores, apud Geldubam, apud Vetera, fuſo totiens hoſte, ſi pavetis aciem, indignum id quidem: ſed eſt vallum murique, & trahendi artes, donec è proximis provinciis auxilia exercituſque concurrant. Sanè ego diſpliceam: ſunt alii legati, tribuni, centurio denique, aut miles. Ne hoc prodigium toto terrarum orbe vulgetur, vobis ſatellitibus, Civilem & Claſſicum Italiam invaſuros. An ſi ad mœnia Urbis Germani Gallique duxerint, arma patriæ inferetis? Horret animus tanti flagitii imagine. Tutori Trevero agentur excubiæ? Signum belli Batavus dabit? Germanorum catervas ſupplebitis? quis deinde ſceleris exitus? cùm Romanæ legiones contrà direxerint, transfugæ è transfugis, & proditores è proditoribus, inter recens & vetus ſacramentum inviſi Deis errabitis? Te, Jupiter optime maxime, quem* An Chr. 70.

B *per octingentos viginti annos tot triumphis coluimus; te, Quirine Romanæ parens urbis, precor venerorque, ut ſi vobis non fuit cordi, me duce hæc caſtra incorrupta & intemerata ſervari; at certè pollui fœdarique à Tutore & Claſſico ne ſinatis. Militibus Romanis aut innocentiam detis, aut maturam & ſine noxa pœnitentiam.*

Variè excepta oratio inter ſpem metumque ac pudorem. Digreſſum Voculam, Cap. 59.
& de ſupremis agitantem, liberti ſervique prohibuere fœdiſſimam mortem ſponte prævenire. Et Claſſicus, miſſo Æmilio Longino deſertore primæ legionis, cædem ejus maturavit. Herennium & Numiſium legatos, vinciri ſatis viſum. Dein ſumptis Romani imperii inſignibus, in caſtra venit. Nec illi, quamquam ad omne facinus durato, verba ultrà ſuppeditavere, quàm ut ſacramentum recitaret. Juravere qui aderant pro imperio Galliarum. Interfectorem Voculæ altis ordinibus, ceteros, ut quiſque flagitium navaverat, præmiis attollit. Diviſæ inde inter Tutorem & Claſſi-
C cum curæ. Tutor valida manu circumdatos Agrippinenſes, quantúmque militum apud ſuperiorem Rheni ripam, in eadem verba adigit, occiſis Magontiaci tribunis, pulſo caſtrorum præfecto, qui detrectaverant. Claſſicus corruptiſſimum quemque è deditis pergere ad obſeſſos jubet, veniam oſtentantes, ſi præſentia ſequerentur: aliter, nihil ſpei; famem ferrumque & extrema paſſuros. Adjecere qui miſſi erant exemplum ſuum.

Obſeſſos hinc fides, inde egeſtas inter decus ac flagitium diſtrahebant. Cun- Cap. 60.
ctantibus ſolita inſolitaque alimenta deerant, abſumptis jumentis equiſque & ceteris animalibus, quæ profana fœdaque in uſum neceſſitas vertit. Virgulta poſtremò & ſtirpes & internatas ſaxis herbas vellentes, miſeriarum patientiæque documentum fuere; donec egregiam laudem fine turpi macularent, miſſis ad Civilem legatis vitam orantes. Neque antè preces admiſſæ quàm in verba Galliarum jurarent. Tum
D pactus prædam caſtrorum, dat cuſtodes, qui pecuniam, calones, ſarcinas retentarent, atque ipſos leves abeuntes proſequerentur. Ad quintum ferè lapidem coorti Germani, incautum agmen aggrediuntur. Pugnaciſſimus quiſque in veſtigio; multi palantes occubuere. Ceteri retrò in caſtra profugiunt, querente ſanè Civile & increpante Germanos, tamquam fidem per ſcelus abrumperent. Simulata ea fuerint, an retinere ſævientes nequiverit, parum affirmatur. Direptis caſtris faces injiciunt: cunctoſque qui prælio ſuperfuerant incendium hauſit.

Civilis barbaro voto, poſt cœpta adverſus Romanos arma, propexum rutilatum- Cap. 61.
que crinem, patrata demum cæde legionum, depoſuit. Et ferebatur, parvulo filio quoſdam captivorum ſagittis jaculiſque puerilibus figendos obtuliſſe. Ceterùm neque ſe, neque quemquam Batavum in verba Galliarum adegit, fiſus Germanorum opibus, &, ſi certandum adverſus Gallos de poſſeſſione rerum foret, inclytus fama
E & potior. Mumius Lupercus legatus legionis inter dona miſſus Velledæ. Ea virgo nationis Bructeræ latè imperitabat, vetere apud Germanos more, quo pleraſque feminarum fatidicas, & augeſcente ſuperſtitione arbitrentur Deas. Tuncque Velledæ auctoritas adolevit: nam proſperas Germanis res & excidium legionum prædixerat. Sed Lupercus in itinere interfectus. Pauci centurionum tribunorumque in Gallia geniti reſervantur, pignus ſocietatis. Cohortium, alarum, legionum hiberna ſubverſa crematæque; iis tantùm relictis, quæ Magontiaci ac Vindoniſſæ ſita ſunt.

Legio XIII cum auxiliis ſimul deditis à Noveſio in coloniam Treverorum tranſ- Cap. 62.
gredi jubetur, præfinita die intra quam caſtris excederet. Medium omne tempus per varias curas egere: ignaviſſimus quiſque, cæſorum apud Vetera exemplo, paventes; melior pars rubore & infamia, quale illud iter, quis dux viæ? & omnia in arbitrio eorum, quos vitæ neciſque dominos feciſſent. Alii, nulla dedecoris cura, pecu-

Digitized by Google

An Chr. 70. niam aut cariſſima ſibimet ipſi circumdare : quidam expedire arma, teliſque tamquam in aciem accingi. Hæc meditantibus, advenit proficiſcendi hora, exſpectatione triſtior. Quippe intra vallum deformitas haud perinde notabilis : detexit ignominiam campus & dies. Revulſæ Imperatorum imagines, inhonora ſigna, fulgentibus hinc inde Gallorum vexillis, ſilens agmen, & velut longæ exſequiæ. Dux Claudius Sanctus effoſſo oculo, dirus ore, ingenio debilior. Duplicatur flagitium, poſtquàm deſertis Bonnenſibus caſtris, altera ſe legio miſcuerat. Et vulgata captarum legionum fama, cuncti qui paulò antè Romanorum nomen horrebant, procurrentes ex agris tectiſque, & undique effuſi, inſolito ſpectaculo nimiùm fruebantur. Non tulit ala Picentina gaudium inſultantis vulgi : ſpretiſque Sancti promiſſis aut minis, Magontiacum abeunt : ac fortè obvio interfectore Voculæ Longino, conjectis in eum telis, initium exſolvendæ in poſterum culpæ fecere. Legiones nihil mutato itinere, ante mœnia Treverorum conſidunt. A B

Cap. 63. Civilis & Claſſicus rebus ſecundis ſublati, an coloniam Agrippinenſem diripiendam exercitibus ſuis permitterent, dubitavere. Sævitiâ ingenii, & cupidine prædæ ad excidium civitatis trahebantur : obſtabat ratio belli, & novum imperium inchoantibus utilis clementiæ fama. Civilem etiam beneficii memoria flexit, quòd filium ejus primo rerum motu in colonia Agrippinenſi deprehenſum, honoratè cuſtodierant. Sed Tranſrhenanis gentibus inviſa civitas opulentiâ auctuque. Neque alium finem belli rebantur, quàm ſi promiſcua ea ſedes omnibus Germanis foret, aut disjecta Ubios quoque diſperſiſſet.

Cap. 64. Igitur Tencteri, Rheno diſcreta gens, miſſis legatis, mandata apud concilium Agrippinenſium edi jubent; quæ ferociſſimus è legatis in hunc modum protulit: *Rediſſe vos in corpus nomenque Germaniæ, communibus deis, ſed præcipuo deorum Marti grates agimus; vobiſque gratulamur, quòd tandem liberi inter liberos eritis. Nam* C *ad hunc diem flumina ac terras, & cœlum quodammodo ipſum, clauſerant Romani, ut colloquia congreſſuſque noſtros arcerent; vel, quod contumelioſius eſt viris ad arma natis, inermes ac propè nudi ſub cuſtode & pretio coiremus. Sed ut amicitia ſocietaſque noſtra in æternum rata ſint, poſtulamus à vobis, muros coloniæ, munimenta ſervitii, detrahatis : etiam fera animalia, ſi clauſa teneas, virtutis obliviſcuntur : Romanos omnes in finibus veſtris trucidetis : haud facilè libertas & domini miſcentur. Bona interfectorum in medium cedant, ne quis occulere quidquam, aut ſegregare cauſſam ſuam poſſit. Liceat nobis vobiſque utramque ripam colere, ut olim majoribus noſtris : quomodo lucem diemque omnibus hominibus, ita omnes terras fortibus viris natura aperuit. Inſtituta cultumque patrium reſumite, abruptis* (a) *voluptatibus, quibus Romani plus adverſus ſubjectos quàm armis valent. Sincerus & integer, & ſervitutis oblitus populus, aut ex æquo agetis, aut aliis imperitabitis.* D

Cap. 65. Agrippinenſes, ſumpto conſultandi ſpatio, quando neque ſubire conditiones metus futuri, neque palam aſpernari conditio præſens ſinebat, in hunc modum reſpondent : *Quæ prima libertatis facultas data eſt, avidiùs quàm cautiùs ſumpſimus, ut vobis ceteriſque Germanis conſanguineis noſtris jungeremur. Muros civitatis, congregantibus ſe cummaximè Romanorum exercitibus, augere nobis, quàm diruere tutius eſt. Si qui ex Italia aut provinciis alienigenæ in finibus noſtris fuerant, eos bellum abſumpſit; vel in ſuas quiſque ſedes refugêre. Deductis olim, & nobiſcum per connubium ſociatis, quique mox provenere, hæc patria eſt. Nec vos adeò iniquos exiſtimamus, ut interfici à nobis parentes, fratres, liberos noſtros velitis. Vectigal & onera commerciorum reſolvimus. Sint tranſitus incuſtoditi, ſed diurni & inermes; donec nova & recentia jura in vetuſtatem conſuetudine vertantur. Arbitrum habebimus Civilem & Velledam, apud quos pacta ſancientur.* Sic lenitis Tencteris, legati ad Civilem & Velledam miſſi cum donis, cuncta ex voluntate E Agrippinenſium perpetravere. Sed coràm adire, alloquique Velledam negatum. Arcebantur aſpectu, quò venerationis plus ineſſet. Ipſa edita in turre : delectus è propinquis conſulta reſponſaque, ut internuncius numinis, portabat.

Cap. 66. Civilis ſocietate Agrippinenſium auctus, proximas civitates affectare, aut adverſantibus bellum inferre ſtatuit. Occupatiſque (b) Sunicis, & juventute eorum per cohortes compoſita, quò minùs ultrà pergeret, Claudius Labeo Bethaſiorum Tungrorumque & Nerviorum tumultuaria manu reſtitit, fretus loco, quia (c) pontem Moſæ fluminis anteceperat. Pugnabaturque in anguſtiis ambiguè, donec Germani

(a) Aliàs *Vectigalibus.*
(b) Sunicos inter Roram & Moſam ſedes habuiſſe, conjicit Cluverius.
(c) Fortaſſis *Pons Moſæ*, ut conjicit Cellarius, vel *Leodicum* vel *Trajectum Moſæ*, ſaltem initium alterutrius conjunctum habuit.

Digitized by Google

A tranſnatantes terga Labeonis invaſere. Simul Civilis auſus, an ex compoſito, intulit ſe agmini Tungrorum, & clara voce; *Non ideò*, inquit, *bellum ſumpſimus, ut Batavi & Treveri gentibus imperent. Procul hæc à nobis arrogantia: accipite ſocietatem: tranſgredior ad vos, ſeu me ducem, ſeu militem mavultis.* Movebatur vulgus, concrepabantque gladios, cùm Campanus ac Juvenalis, ex primoribus Tungrorum, univerſam ei gentem dedidere. Labeo antequàm circumveniretur, profugit. Civilis (a) Bethaſios quoque ac Nervios in fidem acceptos copiis ſuis adjunxit, ingens rerum, perculſis civitatum animis, vel ſponte inclinantibus. An Chr. 70.

Interea Julius Sabinus, projectis fœderis Romani monimentis, Cæſarem ſe ſalutari jubet: magnamque & inconditam popularium turbam in Sequanos rapit, conterminam civitatem & nobis fidam. Nec Sequani detrectavere certamen. Fortuna melioribus affuit. Fuſi Lingones. Sabinus feſtinatum temerè prælium pari formidine deſeruit. Utque famam exitii ſui faceret, villam, in quam perfugerat, cremavit: illic voluntaria morte interiiſſe creditus. Sed quibus artibus latebriſque vitam per novem mox annos traduxerit; ſimul amicorum ejus conſtantiam, & inſigne Epponinæ uxoris exemplum ſuo loco reddemus. Sequanorum proſpera acie belli impetus ſtetit. Reſipiſcere paulatim civitates, faſque & fœdera reſpicere, principibus Remis: qui per Gallias edixere, ut miſſis legatis in commune conſultarent, libertas an pax placeret. Cap. 67.

At Romæ cuncta in deterius audita Mucianum angebant, ne, quamquam egregii duces (jam enim Gallum Annium & Petilium Cerialem delegerat) ſummam belli parum tolerarent. Nec relinquenda Urbs ſine rectore. Et Domitiani indomitæ libidines timebantur, ſuſpectis, uti diximus, Primo Antonio, Varoque Arrio. Varus prætorianis præpoſitus, vim atque arma retinebat. Eum Mucianus pulſum loco, ne ſine ſolatio ageret, annonæ præfecit. Utque Domitiani animum Varo haud alienum deliniret, Arretinum Clementem, domui Veſpaſiani per affinitatem innexum, & gratiſſimum Domitiano, prætorianis præpoſuit, patrem ejus ſub Caio Cæſare egregiè functum ea cura dictitans. Lætum militibus idem nomen: atque ipſum, quamquam Senatorii ordinis, ad utraque munia ſufficere. Aſſumuntur è civitate clariſſimus quiſque, & alii per ambitionem. Simul Domitianus Mucianuſque accingebantur, diſpari animo: ille ſpe ac juventa properus; hic moras nectens, quis flagrantem retineret, ne ferocia ætatis, & pravis impulſoribus ſi exercitum invaſiſſet, paci belloque malè conſuleret. Legiones victrices ſexta & octava, Vitellianarum unaetviceſima, è recens conſcriptis ſecunda, Peninis Coctianiſque Alpibus, pars monte Graio, traducuntur: decima-quarta legio è Britannia, ſexta ac decima ex Hiſpania accitæ. Igitur venientis exercitûs fama, & ſuopte ingenio ad mitiora inclinantes Galliarum civitates, in Remos convenere. Treverorum legatio illic opperiebatur, acerrimo inſtinctore belli Tullio Valentino. Is meditata oratione, cuncta magnis imperiis objectari ſolita, contumeliaſque & invidiam in populum Romanum effudit; turbidus miſcendis ſeditionibus, & pleriſque gratus vecordi facundia. Cap. 68.

At Julius Auſpex è primoribus Remorum, vim Romanam, paciſque bona diſſertans, & ſumi bellum etiam ab ignavis, ſtrenuiſſimi cujuſque periculo geri, jamque ſuper caput legiones: ſapientiſſimum quemque reverentia fideque, juniores periculo ac metu continuit. Et Valentini animum laudabant, conſilium Auſpicis ſequebantur. Conſtat obſtetiſſe Treveris Lingonibuſque apud Gallias, quòd Vindicis motu cum Verginio ſteterant. Deterruit pleroſque provinciarum æmulatio: *Quod bello caput? unde jus auſpiciumque peteretur? quam, ſi cuncta proveniſſent, ſedem imperio legerent?* Nondum victoria, jam diſcordia erat: aliis fœdera, quibuſdam opes vireſque, aut vetuſtatem originis per jurgia jactantibus. Tædio futurorum, præſentia placuere. Scribuntur ad Treveros epiſtolæ nomine Galliarum, ut abſtinerent armis, impetrabili venia, & paratis deprecatoribus, ſi pœniteret. Reſtitit idem Valentinus, obſtruxitque civitatis ſuæ aures, haud perinde inſtruendo bello intentus, quàm frequens concionibus. Cap. 69.

Igitur non Treveri, neque Lingones, ceteræve rebellium civitates pro magnitudine ſuſcepti diſcriminis agere: ne duces quidem in unum conſulere. Sed Civilis avia Belgarum circumibat, dum Claudium Labeonem capere aut exturbare nititur. Claſſicus ſegne plerumque otium trahens, velut parto imperio fruebatur. Ne Tutor quidem maturavit ſuperiorem Germaniæ ripam, & ardua Alpium præſidiis claudere. Atque interim unaetviceſima legio Vindoniſſa; Sextilius Felix cum auxiliariis Cap. 70.

(a) Putat Cluverius *Betaſios* Taciti, vel *Betaſos* Plinii *Aduaticos* eſſe Cæſaris.

Digitized by Google

An. Chri 70. cohortibus per Rhætiam irrupere. Acceſſit ala Singularium, excita olim à Vitellio, A deinde in partes Veſpaſiani transgreſſa. Præerat Julius Briganticus, ſorore Civilis genitus, ut fermè acerrima proximorum odia ſunt, inviſus avunculo infenſuſque. Tutor Treverorum copias, recenti Vangionum, (a) Caracatium, Tribocorum delectu auctas, veterano pedite atque equite firmavit, corruptis ſpe, aut metu ſubactis legionariis: qui primò cohortem præmiſſam à Sextilio Felice interficiunt: mox ubi duces exercituſque Romani propinquabant, honeſto transfugio rediere; ſecutis Tribocis Vangionibuſque & Caracatibus. Tutor Treveris comitantibus, vitato Magontiaco Bingium conceſſit, fidens loco, quia pontem (b) Navæ fluminis abruperat: ſed incurſu cohortium, quas Sextilius ducebat, & reperto vado proditus fuſuſque. Ea clade perculſi Treveri: & plebes, omiſſis armis, per agros palatur: quidam principum, ut primi poſuiſſe bellum viderentur, in civitates, quæ ſocietatem Romanam non exuerant, perfugerunt. Legiones à Noveſio Bonnaque in Treveros, ut ſuprà memoravimus, traductæ, ſe ipſas in verba Veſpaſiani adigunt. Hæc Valentino abſente geſta: qui ubi adventabat furens, cunctaque rursùs in turbas & exitium converſurus, legiones in Mediomatricos ſociam civitatem abſceſſere. Valentinus ac Tutor in arma Treveros retrahunt, occiſis Herennio ac Numiſio legatis, quò minore ſpe veniæ creſceret vinculum ſceleris. B

Cap. 71. Hic belli ſtatus erat, cùm Petilius Cerialis Magontiacum venit: ejus adventu erectæ ſpes. Ipſe pugnæ avidus, & contemnendis quàm cavendis hoſtibus melior, ferociâ verborum militem incendebat, ubi primùm congredi licuiſſet, nullam prælio moram facturus. Delectus per Galliam habitos in civitates remittit, ac nuntiare jubet ſufficere imperio legiones: ſocii ad munia pacis redirent, ſecuri velut confecto bello, quod Romanæ manus excepiſſent. Auxit ea res Gallorum obſequium: nam recepta juventute, faciliùs tributa toleravere; proniores ad officia quòd ſpernebantur. At Civilis & Claſſicus, ubi pulſum Tutorem, cæſos Treveros, cuncta hoſtibus proſpera accepere; trepidi ac properantes, dum diſperſas ſuorum copias conducunt, crebris interim nuntiis Valentinum monuere, ne ſummæ rei periculum faceret. Eò rapidiùs Cerialis, miſſis in Mediomatricos qui breviore itinere legiones in hoſtem verterent, contracto quod erat militum Magontiaci, quantúmque ſecum tranſvexerat, tertiis caſtris (c) Rigodulum venit, quem locum magna Treverorum manu Valentinus inſederat, montibus & Moſella amne ſeptum: & addiderat foſſas obiceſque ſaxorum. Nec deterruere ea munimenta Romanum ducem quò minùs peditem perrumpere juberet, equitum aciem in collem erigeret, ſpreto hoſte quem temerè collectum haud ita loco juvari, ut non plus ſuis in virtute foret. Paulum moræ in aſcenſu, dum miſſilia hoſtium prævehuntur. Ut ventum ad manus, deturbati ruinæ modo præcipitantur. Et pars equitum æquioribus jugis circumvecta, nobiliſſimos Belgarum, in quîs ducem Valentinum, cepit. C D

Cap. 72. Cerialis poſtero die coloniam Treverorum ingreſſus eſt, avido milite eruendæ civitatis: « Hanc eſſe Claſſici, hanc Tutoris patriam: horum ſcelere clauſas » cæſaſque legiones. Quid tantùm Cremonam meruiſſe, quam è gremio Italiæ rapi, quia unius noctis moram victoribus attulerit? ſtare in confinio Germaniæ » integram ſedem, ſpoliis exercituum & ducum cædibus ovantem. Redigeretur » præda in fiſcum: ipſis ſufficere ignes, & rebellis coloniæ ruinas, quibus tot caſtrorum excidia penſarentur. » Cerialis metu infamiæ, ſi licentia ſævitiaque imbuere militem crederetur, preſſit iras: & paruere, poſito civili bello, ad externa modeſtiores. Convertit inde animos accitarum è Mediomatricis legionum miſerabilis aſpectus. Stabant conſcientia flagitii mœſtæ, fixis in terram oculis. Nulla inter coëuntes exercitus conſalutatio: neque ſolantibus hortantibuſve reſponſa dabant, E abditi per tentoria, & lucem ipſam vitantes. Nec perinde periculum aut metus, quàm pudor ac dedecus obſtupefecerat; attonitis etiam victoribus, qui vocem preceſque adhibere non auſi, lacrymis ac ſilentio veniam poſcebant: donec Cerialis mulceret animos, fato acta dictitans, quæ militum ducumve diſcordia, vel fraude hoſtium eveniſſent. Primum illum ſtipendiorum & ſacramenti diem haberent: priorum facinorum neque imperatorem, neque ſe meminiſſe. Tunc recepti in eadem

(a) *Caracates* Cluverius pro Nemetibus habet; Hadr. Valeſius Tribocis admiſcet. Verùm nomen illud ſuſpectum eſt, ſaltem ita obſcurum, ut nihil quidquam de eo certi proferri poſſit.

(b) *Nava* in Gallica ripa Rheno adfunditur, ad oppidum *Bingium*. Hoc flumen nomen ferè ſervat: *Nahe* enim & *Naha* nunc appellatur.

(c) Nunc vicus eſt *Rigol* dictus, intra milliarii Teutonici ſpatium ab Agrippina.

Digitized by Google

A castra, & edictum per manipulos, ne quis in certamine jurgiove seditionem aut cladem commilitoni objectaret. An. Chr. 70.

Mox Treveros ac Lingonas ad concionem vocatos ita alloquitur: *Neque ego unquam facundiam exercui, & populi Romani virtutem armis affirmavi. Sed quia apud vos verba plurimùm valent, bonaque ac mala non sua natura, sed vocibus seditiosorum æstimantur, statui pauca disserere, quæ profligato bello utilius sit vobis audisse, quàm nobis dixisse. Terram vestram ceterorumque Gallorum ingressi sunt duces imperatoresque Romani, nulla cupidine, sed majoribus vestris invocantibus, quos discordiæ usque ad exitium fatigabant: & acciti auxilio Germani sociis pariter atque hostibus servitutem imposuerant. Quot præliis adversus Cimbros Teutonosque, quantis exercituum nostrorum laboribus, quove eventu Germanica bella tractaverimus, satis clarum. Nec ideò Rhenum insedimus, ut Italiam tueremur; sed ne quis alius Arioviſtus regno Galliarum po-*
B *tiretur. An vos cariores Civili Batavisque & Transrhenanis gentibus creditis, quàm majoribus eorum patres avique vestri fuerunt? Eadem semper causſa Germanis transcendendi in Gallias, libido atque avaritia, & mutandæ sedis amor; ut relictis paludibus & solitudinibus suis fecundissimum hoc solum, vosque ipsos possiderent. Ceterùm libertas & speciosa nomina prætexuntur: nec quisquam alienum servitium & dominationem sibi concupivit, ut non eadem ista vocabula usurparet.* Cap. 73.

Regna bellaque per Gallias semper fuere, donec in nostrum jus concederetis. Nos quamquam totiens lacessiti, jure victoriæ id solùm vobis addidimus, quo pacem tueremur. Nam neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt. Cetera in communi sita sunt. Ipsi plerumque legionibus nostris præsidetis: ipsi has aliasque provincias regitis. Nihil separatum clausumve. Et laudatorum principum usus ex æquo, quamvis procul agentibus. Sævi proximis ingruunt. Quomodò ste-
C *rilitatem aut nimios imbres & cetera naturæ mala; ita luxum vel avaritiam dominantium tolerate. Vitia erunt, donec homines: sed neque hæc continua, & meliorum interventu pensantur: nisi fortè Tutore & Classico regnantibus, moderatius imperium speratis, aut minoribus quàm nunc tributis parabuntur exercitus, quibus Germani Britanniique arceantur. Nam pulsis (quod dii prohibeant) Romanis, quid aliud quàm bella omnium inter se gentium exsistent? Octingentorum annorum fortunâ disciplinâque compages hæc coaluit, quæ convelli sine exitio convellentium non potest. Sed vobis maximum discrimen, penes quos aurum & opes, præcipuæ bellorum causſæ. Proinde pacem & urbem, quam victi victoresque eodem jure obtinemus, amate, colite. Moneant vos utriusque fortunæ documenta, ne contumaciam cum pernicie, quàm obsequium cum securitate malitis.* Tali oratione graviora metuentes composuit erexitque. Cap. 74.

Tenebantur victore exercitu Treveri, cùm Civilis & Classicus misere epistolas
D ad Cerialem, quarum hæc sententia fuit: *Vespasianum, quamquam nuntios occultarent, excessisse vita: Urbem atque Italiam interno bello consumptam: Muciani & Domitiani vana & sine viribus nomina: si Cerialis imperium Galliarum velit, ipsos finibus civitatum suarum contentos: si prælium mallet, ne id quidem abnuere.* Ad ea Cerialis Civili & Classico nihil: eum, qui attulerat ipsas epistolas, ad Domitianum misit. Hostes divisis copiis advenere undique. Plerique culpabant Cerialem passum jungi, quos discretos intercipere licuisset. Romanus exercitus castra fossa valloque circumdedit, quîs temerè antea intutis consederat. Apud Germanos diversis sententiis certabatur. Cap. 75.

Civilis « opperiendas Transrhenanorum gentes, quarum terrore fractæ populi Ro- Cap. 76.
» mani vires obtererentur. Gallos quid aliud quàm prædam victoribus? Et tamen
» quod roboris sit, Belgas secum palam, aut voto stare. » Tutor cunctatione cre-
E scere rem Romanam affirmabat, coëuntibus undique exercitibus: « Transvectam è
» Britannia legionem; accitas ex Hispania; adventare ex Italia; nec subitum mili-
» tem, sed veterem expertumque belli. Nam Germanos, qui ab ipsis sperentur,
» non juberi, non regi, sed cuncta ex libidine agere. Pecuniamque ac dona, quîs
» solis corrumpantur, majora apud Rom. & neminem adeò in arma promptum, ut
» non idem pretium quietis quàm periculi malit: quòd si statim congrediantur,
» nullas esse Ceriali, nisi ex reliquiis Germanici exercitûs legiones, fœderibus Gal-
» liarum obstrictas. Idque ipsum quòd inconditam nuper Valentini manum contra
» spem suam fuderint, alimentum illis ducique temeritatis. Ausuros rursùs ventu-
» rosque in manus, non imperiti adolescentuli verba & conciones, quàm ferrum
» & arma meditantis, sed Civilis & Classici: quos ubi aspexerint redituram in ani-
» mos formidinem, fugam famemque, ac totiens captis precariam vitam: neque

Digitized by Google

An. Chr. 70. » Treveros aut Lingonas benevolentia contineri, resumpturos arma, ubi metus abs- A
ceſſerit. » Diremit conſiliorum diverſitatem, approbata Tutoris ſententia, Claſſicus; ſtatimque exſequuntur.

Cap. 77. Media acies Ubiis Lingonibuſque data; dextro cornu cohortes Batavorum; ſiniſtro Bructeri Tencterique: pars montibus; alii viam inter Moſellamque flumen tam improviſi aſſiluere, ut in cubiculo ac lectulo Cerialis (neque enim noctem in caſtris egerat) pugnari ſimul, vincique ſuos audierit, increpans pavorem nuntiantium, donec univerſa clades in oculis fuit. Perrupta legionum caſtra, fuſi equites: medius Moſellæ pons, qui ulteriora coloniæ annectit, ab hoſtibus inſeſſus. Cerialis turbidis rebus intrepidus, & fugientes manu retrahens, intecto corpore promptus inter tela, felici temeritate, & fortiſſimi cujuſque accurſu, reciperatum pontem lecta manu firmavit. Mox in caſtra reverſus, palantes captarum apud Noveſium Bon- B
namque legionum manipulos, & rarum apud ſigna militem, ac propè circum- B
ventas aquilas videt. Incenſus ira, *Non Flaccum*, inquit, *non Voculam deſeritis. Nulla hîc proditio: neque aliud excuſandum habeo, quàm quòd vos Gallici fœderis oblitos prædixerim, memoriam Romani ſacramenti temerè credidi. Annumerabor Numiſiis & Herenniis, ut omnes legati veſtri, aut militum manibus, aut hoſtium ceciderint. Ite, nuntiate Veſpaſiano, vel quod propius eſt, Civili & Claſſico, relictum à vobis in acie ducem. Venient legiones, quæ neque me inultum, neque vos impunitos patiantur.*

Cap. 78. Vera erant, & à tribunis præfectiſque eadem ingerebantur. Conſiſtunt per cohortes & manipulos: neque enim poterat pateſcere acies effuſo hoſte, & impedientibus tentoriis ſarciniſque, cùm intra vallum pugnaretur. Tutor & Claſſicus & Civilis ſuis quiſque locis pugnam ciebant: Gallos pro libertate, Batavos pro gloria, Germanos ad prædam inſtigantes. Et cuncta pro hoſtibus erant; donec legio unaetviceſima patentiore quàm ceteræ ſpatio conglobata, ſuſtinuit ruentes, mox impulit. C
Nec ſine ope divina, mutatis repentè animis, terga victores vertêre. Ipſi territos ſe cohortium aſpectu ferebant, quæ primo impetu disjectæ, ſummis rurſus jugis congregabantur, ac ſpeciem novi auxilii fecerant. Sed obſtitit vincentibus pravum inter ipſos certamen, hoſte omiſſo, ſpolia conſectandi. Cerialis ut incuria propè rem afflixit, ita conſtantia reſtituit: ſecutuſque fortunam, caſtra hoſtium eodem die capit exſcinditque.

Cap. 79. Nec in longum quies militi data. Orabant auxilium Agrippinenſes, offerebantque uxorem ac ſororem Civilis, & filiam Claſſici, relicta ſibi pignora ſocietatis: atque interim diſperſos in domibus Germanos trucidaverant. Unde metus & juſtæ preces invocantium, antequàm hoſtes reparatis viribus ad ſpem, vel ad ultionem accingerentur. Namque & Civilis illuc intenderat, non invalidus, flagrantiſſima cohortium ſuarum integra, quæ ex Chaucis Friſiiſque compoſita, Tolbiaci in fini- D
bus Agrippinenſium agebat. Sed triſtis nuntius avertit, deletam cohortem dolo Agrippinenſium, qui largis epulis vinoque ſopitos Germanos, clauſis foribus, igne injecto, cremavere. Simul Cerialis propero agmine ſubvenit. Circumſteterat Civilem & alius metus, ne quartadecima legio, adjuncta Britannica claſſe, afflictaret Batavos, quà Oceano ambiuntur. Sed legionem terreſtri itinere Fabius Priſcus legatus in Nervios Tungroſque duxit: eæque civitates in deditionem acceptæ. Claſſem ultrò Caninefates aggreſſi ſunt: majorque pars navium depreſſa aut capta. Et Nerviorum multitudinem ſponte commotam, ut pro Romanis bellum capeſſeret, iidem Caninefates fudere. Claſſicus quoque adverſus equites Noveſium à Ceriale præmiſſos ſecundum prælium fecit; quæ modica, ſed crebra damna, famam victoriæ nuper partæ lacerabant.

Cap. 85. At Domitianus Mucianuſque, antequàm Alpibus propinquarent, proſperos rerum E
in Treveris geſtarum nuntios accepere. Præcipua victoriæ fides, dux hoſtium Valentinus, nequaquam abjecto animo, quos ſpiritus geſſiſſet, vultu ferebat. Auditus ideò tantùm, ut noſceretur ingenium ejus, damnatuſque, inter ipſum ſupplicium exprobanti cuidam patriam ejus captam, accipere ſe ſolatium mortis reſpondit. Sed Mucianus quod diu occultaverat, ut recens exprompſit: « Quoniam benignitate » deûm fractæ vires hoſtium forent, parum decorè Domitianum, confecto propè » bello, alienæ gloriæ interventurum. Si ſtatus imperii, aut ſalus Galliarum in diſ- » crimen verteretur, debuiſſe Cæſarem in acie ſtare: Caninefates Batavoſque mi- » noribus ducibus delegandos. Ipſe Lugduni vim fortunamque principatûs è proximo » oſtentaret, nec parvis periculis immixtus, & majoribus non defuturus. »

Cap. 86. Intelligebantur artes: ſed pars obſequii in eo, ne deprehenderentur: ita Lugdunum

Digitized by Google

A ventum. Unde creditur Domitianus, occultis ad Cerialem nuntiis, fidem ejus tentaviſſe, an præſenti ſibi exercitum imperiumque traditurus foret. Qua cogitatione bellum adverſus patrem agitaverit; an opes vireſque adverſus fratrem, in incerto fuit. Nam Cerialis ſalubri temperamento eluſit, ut vana pueriliter cupientem. An. Chr. 70.

EX LIBRO V. HISTOR.

AT Civilis poſt malam in Treveris pugnam, reparato per Germaniam exercitu, apud Vetera caſtra conſedit: tutus loco, & ut memoria proſperarum illic rerum, augeſcerent barbarorum animi. Secutus eſt eódem Cerialis, duplicatis copiis, adventu ſecundæ & XVI & XIV legionum. Cohorteſque & alæ jampridem accitæ, poſt victoriam properaverant. Neuter ducum cunctator. Sed arcebat latitudo camB porum, ſuopte ingenio humentium. Addiderat (a) Civilis obliquam in Rhenum molem, cujus objectu revolutus amnis adjacentibus ſuperfunderetur. Ea loci forma, incertis vadis ſubdola, & nobis adverſa: quippe miles Romanus armis gravis, & nandi pavidus; Germanos fluminibus ſuetos levitas armorum & proceritas corporum attollit. Cap. 14.

Igitur laceſſentibus Batavis, ferociſſimo cuique noſtrorum cœptum certamen: deinde orta trepidatio, cùm prærultis paludibus arma equique haurirentur. Germani notis vadis perſultabant, omiſſa plerumque fronte, latera ac terga circumvenientes. Neque, ut in pedeſtri acie, cominùs certabatur; ſed tamquam navali pugna, vagi inter undas, aut ſi quid ſtabile occurrebat, totis illic corporibus nitentes, vulnerati cum integris, periti nandi cum ignaris, in mutuam perniciem implicabantur. Minor tamen quàm pro tumultu cædes: quia non auſi egredi paludem Germani, in caſtra C rediere. Ejus prælii eventus utrumque ducem, diverſis animi motibus, ad maturandum ſummæ rei diſcrimen erexit. Civilis inſtare fortunæ; Cerialis abolere ignominiam: Germani proſperis feroces; Romanos pudor excitaverat. Nox apud barbaros cantu aut clamore; noſtris per iram & minas acta. Cap. 15.

Poſtera luce Cerialis equite & auxiliariis cohortibus frontem explet: in ſecunda acie legiones locatæ: dux ſibi delectos retinuerat ad improviſa. Civilis haud porrecto agmine, ſed cuneis aſtitit. Batavi Cugernique in dextro; læva ac propiora fluminis Tranſrhenani tenuere. Exhortatio ducum, non more concionis apud univerſos, ſed ut quoſque ſuorum advehebantur. Cerialis « veterem Romani nominis gloriam, an» tiquas recenteſque victorias: ut perfidum, ignavum, victum hoſtem in æternum » exſcinderent: ultione magis quàm prælio opus eſſe. Pauciores nuper cum pluribus » certaſſe: attamen fuſos Germanos, quod roboris fuerit: ſupereſſe qui fugam aniD » mis, qui vulnera tergo ferant. » Proprios inde ſtimulos legionibus admovebat, domitores Britanniæ quartadecimanos appellans: principem Galbam ſextæ legionis auctoritate factum: illa primum acie, ſecundanos nova ſigna, novamque aquilam dicaturos. Hinc prævectus ad Germanicum exercitum, manus tendebat, ut ſuam ripam, ſua caſtra ſanguine hoſtium reciperarent. Alacrior omnium clamor, quîs vel è longa pace prælii cupido, vel feſſis bello pacis amor, præmiaque & quies in poſterum ſperabantur. Cap. 16.

Nec Civilis ſilentem ſtruxit aciem, locum pugnæ teſtem virtutis ciens: « ſtare » Germanos Batavoſque ſuper veſtigia gloriæ, cineres oſſaque legionum calcantes: » quocumque oculos Romanus intenderet, captivitatem clademque & dira omina » obverſari. Ne terrerentur vario Treverici prælii eventu: ſuam illic victoriam Ger» manis obſtitiſſe, dum omiſſis telis, præda manus impediunt: ſed cuncta mox proE » ſpera, & hoſti contraria eveniſſe. Quæ provideri aſtu ducis oportuerit, providiſſe: » campos madentes, & ipſis gnaros, paludes hoſtibus noxias: Rhenum & Germa» niæ deos in aſpectu, quorum numine capeſſerent pugnam, conjugum, parentum, » patriæ memores. Illum diem aut glorioſiſſimum inter majores, aut ignominioſum Cap. 17.

(a) Hic Civilis molem obliquam in Rheno exſtruit: infrà c. 19. molem à Druſo factam diruit. Quo in loco, an in eodem, an in variis exſtructa ſit utraque moles, in incerto eſt. Utramque nonnulli ad divortium Rheni conſtituunt, voluntque ibi à Druſo molem propterea factam fuiſſe, ne plurimum Rheni per Vahalem delaberetur, ſed, quantum opus erat, de illo per foſſam emitteretur, ut claſſis per eam exire in Oceanum, & inde redire in provinciam poſſet: Civilem verò, ut hunc commeatum impediret, molem Druſianam dejeciſſe, & aliam novam exſtruxiſſe, qua Rhenum cogeret in Gallicam ripam ſiniſtro alveo, qui Vahalis eſt, deferri. Cùm tamen, diverſis locis, ut obſervat Cellarius, de illis molibus agat Tacitus, non ineptum erit eas & loco diſtinguere, ut Druſi moles, quam diruit Civilis, fuerit ad foſſam, quam idem Druſus inter Rhenum & Iſalam duxit; altera verò, id eſt, ea quam obliquè in Rhenum addidit Civilis, ad divortium Rheni & initium Vahalis.

Digitized by Google

» apud posteros fore. » Ubi sono armorum tripudiisque (ita illis mos) approbata sunt A
dicta, saxis glandibusque & ceteris missilibus prælium incipitur: neque nostro mili-
te paludem ingrediente, & Germanis ut elicerent lacessentibus.

Cap. 18. Absumptis quæ jaciuntur, & ardescente pugna, procursum ab hoste infestiùs. Im-
mensis corporibus, & prælongis hastis fluitantem labantemque militem eminùs fo-
diebant: simul è mole, quam eductam in Rhenum rettulimus, Bructerorum cuneus
transnatavit. Turbata ibi res: & pellebatur sociarum cohortium acies, cùm legio-
nes pugnam excipiunt, suppressaque hostium ferocia, prælium exæquatur. Inter quæ
perfuga Batavus adiit Cerialem, terga hostium promittens, si extremo paludis eques
mitteretur; solidum illa, & Cugernos, quibus custodia obvenisset, parum intentos.
Duæ alæ cum perfuga missæ, incauto hosti circumfunduntur: quod ubi clamore co-
gnitum, legiones à fronte incubuere, pulsique Germani Rhenum fuga petebant. De-
bellatum eo die foret, si Romana classis sequi maturasset. Ne eques quidem in- B
stitit, repentè fusis imbribus, & propinqua nocte.

Cap. 19. Postera die quartadecima legio in superiorem provinciam Gallo Annio missa: Ce-
rialis exercitum decima ex Hispania legio supplevit. Civili Chaucorum auxilia vene-
re, non tamen ausus (a) opidum Batavorum armis tueri, raptis quæ ferri poterant,
ceteris injecto igni in insulam concessit; gnarus deesse naves efficiendo ponti, ne-
que exercitum Romanum aliter transmissurum: quin & diruit (b) molem à Druso
Germanico factam, Rhenumque prono alveo in Galliam ruentem, disjectis quæ
morabantur, effudit. Sic velut abacto amne, (c) tenuis alveus, insulam inter Ger-
manosque, continentium terrarum speciem fecerat. Transiere Rhenum Tutor quo-
que & Classicus, & centum tredecim Treverorum Senatores: in quis fuit Alpinus
Montanus, quem à Primo Antonio missum in Gallias, superiùs memoravimus. Co-
mitabatur eum frater D. Alpinus. Simul ceteri miseratione ac donis auxilia conci- C
bant, inter gentes periculorum avidas.

Cap. 20. Tantúmque belli superfuit, ut præsidia cohortium, alarum, legionum, modicis
vicis quadripartita Civilis invaserit: decimam legionem (d) Arenaci, secundam Bata-
voduri; & Grinnes Vadamque cohortium alarumque castra: ita divisis copiis, ut
ipse & Verax sorore ejus genitus, Classicusque ac Tutor suam quisque manum tra-
herent: nec omnia patrandi fiducia, sed multa ausis aliqua in parte fortunam affore.
Simul Cerialem neque satis cautum, & pluribus nuntiis huc illuc cursantem posse
medio intercipi. Quibus obvenerant castra Decumanorum, oppugnationem legio-
nis arduam rati, egressum militem & cædendis materiis operatum turbavere, occiso
præfecto castrorum & quinque primoribus centurionum, pauciscque militibus. Ce-
teri se munimentis defendêre. Et interim Germanorum manus, Batavoduri irrum-
pere inchoatum pontem nitebantur. Ambiguum prælium nox diremit. D

Cap. 21. Plus discriminis apud Grinnes Vadamque. Vadam Civilis, Grinnes Classicus op-
pugnabant: nec sisti poterant, interfecto fortissimo quoque, in quis Briganticus præ-
fectus alæ ceciderat, quem fidum Romanis, & Civili avunculo infensum diximus.
Sed ubi Cerialis cum delecta equitum manu subvenit, versa fortuna, præcipites Ger-
mani in amnem aguntur. Civilis dum fugientes retentat, agnitus petitusque telis, re-
licto equo transnatavit. Idem Germanis effugium. Tutorem Classicumque appulsæ
lintres vexere. Ne tum quidem Romana classis pugnæ affuit, ut jussum erat: sed
obstitit formido, & remiges per alia militiæ munia dispersi. Sanè Cerialis parum tem-
poris ad exsequenda imperia dabat: subitus consiliis, sed eventu clarus. Aderat for-
tuna, etiam ubi artes defuissent: hinc ipsi exercituique minor cura disciplinæ. Et
paucos post dies, quamquam periculum captivitatis evasisset, infamiam non vitavit. E

(a) Illius oppidi nomen proprium quod fuerit, non planè est certum. Hadrianus Junius *Noviomago* ad Vahalim id honoris tribuit, ut tamquam antiquissimum oppidum à Tacito *Batavorum oppidum* adpelletur, quia extra insulam positum ita sit, ut Civilis, incenso illo, statim in insulam potuerit trajicere: etiam in Theodosiana Tabula nobilioris & primæ urbis figura depictum. Cluverio autem non videtur *Noviomagus* tanta antiquitate esse, quia nulla ejus mentio ante auctorem Tabulæ illius, quam Theodosianam etiam ab ætate dicunt, usquam reperiatur. Idcirco mavult illud oppidum ad Mosam referre, ubi castrum superfit *Batenburg*, quasi *Batavoburgum*. Ptolemæus quidem l. 2. c. 9. *Batavodurum* in mediterraneis inter Vahalim & Mosam ponit, quod videri possit *oppidum Batavorum* à Tacito nominatum: verùm quia Tacitus nomen vico dat intra insulam, situs quem Ptolemæus definivit, aut is qui tabulam addidit, non sine caussa suspectus est: neque alium vicum ejus nominis intra insulam, aliud eodem nomine oppidum *Batavodurum* extra illam fuisse, est probabile. *Cellarius.*

(b) Vide suprà cap. 14.

(c) Abacto amne per Vahalem alveum, extenuatus est alveus ille, quem Drusus, fossa ducta, ad Flevum ostium adjecit.

(d) Sanso & Valesius Arenacum exponunt *Arnheim*, Vadam *Wageningen*, Grinnes *Rhenen*, & Batavodurum *Duerstede* vel *Wick te Duerstede*. Verùm hæc loca, ultimo excepto, in ripa ulteriore sunt extra insulam Batavorum, licèt ea Tacitus intra insulam collocare videatur.

Profectus

Digitized by Google

A Profectus Noveſium Bonnamque ad viſenda caſtra, quæ hiematuris legionibus erigebantur, navibus remeabat, disjecto agmine, incurioſis vigiliis. Animadverſum id Germanis; & inſidias compoſuere. Electa nox atra nubibus, & prono amne rapti, nullo prohibente, vallum ineunt. Prima cædes aſtu adjuta: inciſis tabernaculorum funibus, ſuiſmet coriis coopertos trucidabant. Aliud agmen turbare claſſem, injicere vincla, trahere puppes. Utque ad fallendum ſilentio, ita cœpta cæde, quò plus terroris adderent, cuncta clamoribus miſcebant. Romani vulneribus exciti, quærunt arma, ruunt per vias, pauci ornatu militari, plerique circum brachia torta veſte, & ſtrictis mucronibus: dux ſemiſomnis ac propè intectus, errore hoſtium ſervatur. Namque prætoriam navem vexillo inſignem, illic ducem rati, abripiunt. Cerialis alibi noctem egerat, ut plerique credidere, ob ſtuprum Claudiæ Sacratæ, mulieris Ubiæ. Vigiles flagitium ſuum ducis dedecore excuſabant, tamquam juſſi ſilere, ne B quietem ejus turbarent: ita intermiſſo ſigno & vocibus, ſe quoque in ſomnum lapſos. Multa luce revecti hoſtes, captivis navibus, prætoriam triremem, flumine Luppia, donum Velledæ traxere. Cap. 22.

Civilem cupido inceſſit navalem aciem oſtentandi. Complet quod biremium, quæque ſimplici ordine agebantur. Adjecta ingens lintrium vis: tricenis quadrageniſque armamenta Liburnicis ſolita: & ſimul captæ lintres, ſagulis verſicoloribus, haud indecorè pro velis juvabantur. Spatium velut æquoris electum, quo Moſæ fluminis amnem Rhenus Oceano affundit. Cauſſa inſtruendæ claſſis, ſuper inſitam genti vanitatem, ut eo terrore commeatus Gallia adventantes interciperent. Cerialis miraculo magis, quàm metu, direxit claſſem, numero imparem; uſu remigum, gubernatorum arte, navium magnitudine potiorem. His flumen ſecundum: illi vento agebantur. Sic prævecti, tentato telorum jactu, dirimuntur. Civilis nihil ultrà auſus, C trans Rhenum conceſſit. Cerialis inſulam Batavorum hoſtiliter populatus, agros villaſque Civilis intactos nota arte ducum ſinebat: cùm interim flexu autumni, & crebris pluvialibus imbribus ſuperfuſus amnis, paluſtrem humilemque inſulam in faciem ſtagni opplevit. Nec claſſis, aut commeatus aderant: caſtraque in plano ſita vi fluminis differebantur. Cap. 23.

Potuiſſe tunc opprimi legiones, & voluiſſe Germanos, ſed dolo à ſe flexos, imputavit Civilis: neque abhorret vero, quando paucis pòſt diebus deditio inſecuta eſt. Nam Cerialis per occultos nuntios Batavis pacem, Civili veniam oſtentans, Velledam propinquoſque monebat, « Fortunam belli tot cladibus adverſam, opportuno er- » ga populum Romanum merito mutare. Cæſos Treveros, receptos Ubios, ereptam » Batavis patriam: neque aliud Civilis amicitia peractum, quàm vulnera, fugas, lu- » ctus. Exſulem eum & extorrem, recipientibus oneri: & ſatis peccaviſſe, quòd to- D » tiens Rhenum tranſcenderint. Si quid ultrà moliantur, inde injuriam & culpam, hinc » ultionem & deos fore. » Miſcebantur minis promiſſa. Cap. 24.

Et concuſſa Tranſrhenanorum fide, inter Batavos quoque ſermones orti; « Non Cap. 25. » prorogandam ultrà ruinam: nec poſſe ab una natione totius orbis ſervitium depelli. » Quid perfectum cæde & incendiis legionum, niſi ut plures validioreſque accirentur? Si Veſpaſiano bellum navaverint, Veſpaſianum rerum potiri: ſin populum Ro- » manum armis provocent; quotam partem generis humani Batavos eſſe? Reſpice- » rent Rhætos Noricoſque, & ceterorum onera ſociorum: ſibi non tributa, ſed vir- » tutem & viros indici. Proximum id libertati: & ſi dominorum electio ſit; hone- » ſtiùs principes Romanorum, quàm Germanorum feminas tolerari. » Hæc vulgus. Proceres; « atrociore Civilis rabie ſemet in arma truſos: illum domeſticis malis exci- » dium gentis oppoſuiſſe. Tunc infenſos Batavis deos, cùm obſiderentur legiones, E » interficerentur legati, bellum uni neceſſarium, ferale ipſis ſumeretur. Ventum ad » extrema, ni reſipiſcere incipiant, & noxii capitis pœna pœnitentiam fateantur. »

Non fefellit Civilem ea inclinatio; & prævenire ſtatuit: ſuper tædium malorum, etiam ſpe vitæ, quæ plerumque magnos animos infringit. Petito colloquio, ſcinditur (a) Nabaliæ fluminis pons. In cujus abrupta progreſſi duces, & Civilis ita cœpit: *Si apud Vitellii legatum defenderer, neque facto meo venia, neque dictis fides debebatur. Cuncta inter nos inimica, hoſtilia, ab illo cœpta, à me aucta erant. Erga Veſpaſianum vetus mihi obſervantia: & cùm privatus eſſet, amici vocabamur. Hoc Primo Antonio notum, cujus epiſtolis ad bellum accitus ſum, ne Germanicæ legiones & Gallica juventus Alpes tranſcenderet. Quæ Antonius epiſtolis, Hordeonius Flaccus præſens monebat. Arma in Germania movi, quæ Mucianus in Syria, Aponius in Mœſia, Flavianus in Pannonia.* Cap. 26.

(a) Ignotum id flumen cæteris. Multi putant *Iſalam* eſſe.

Digitized by Google

EX C. CORNELII TACITI DE MORIBUS GERMANORUM LIBELLO.

Cap. 2. Ceterùm Germaniæ vocabulum recens & nuper (a) additum : quoniam qui primi Rhenum tranſgreſſi Gallos expulerint, ac nunc Tungri, tunc Germani vocati ſint. A

Cap. 3. Ceterùm & Ulixem quidam opinantur longo illo & fabuloſo errore in hunc Oceanum delatum, adiſſe Germaniæ terras, (b) Aſciburgiumque, quod in ripa Rheni ſitum hodieque incolitur, ab illo conſtitutum nominatumque.

Cap. 28. Quæ nationes è Germania in Gallias commigraverint, expediam. Validiores olim Gallorum res fuiſſe ſummus auctorum Divus Julius tradit : eóque credibile eſt, etiam Gallos in Germaniam tranſgreſſos. Quantulùm enim amnis obſtabat, quò minùs, ut quæque gens evaluerat, occuparet permutaretque ſedes promiſcuas adhuc, & nulla regnorum potentia diviſas ? Igitur inter Hercyniam ſilvam Rhenumque & Mœnum amnes Helvetii ; ulteriora Boii (c), Gallica utraque gens, tenuere. Manet adhuc *Boiemi* nomen, ſignificatque loci veterem memoriam, quamvis mutatis (d) cultoribus..... Treveri & Nervii circa affectationem Germanicæ originis ultrò ambitioſi ſunt, tamquam per hanc gloriam ſanguinis, à ſimilitudine & inertia Gallorum ſeparentur. Ipſam Rheni ripam haud dubiè Germanorum populi colunt, Vangiones, Triboci, Nemetes. Ubii quidem, quamquam Romana colonia eſſe meruerint, ac libentiùs *Agrippinenſes* (e) conditoris ſui nomine vocentur, origine erubeſcunt, tranſgreſſi olim, & experimento fidei ſuper ipſam Rheni ripam collocati, ut arcerent, non ut cuſtodirentur. B

Cap. 29. Omnium harum gentium virtute præcipui Batavi, non multùm ex ripa, ſed inſulam Rheni amnis colunt, Cattorum quondam populus, & ſeditione domeſtica in eas ſedes tranſgreſſus, in quibus pars Romani imperii fierent. Manet honos, & antiquæ ſocietatis inſigne : nam nec tributis * contemnuntur, nec publicanus atterit. Exempti oneribus & collationibus, & tantùm in uſum præliorum ſepoſiti, velut tela atque arma, bellis reſervantur. Eſt in eodem obſequio & Mattiacorum gens. Protulit enim magnitudo populi Romani ultra Rhenum, ultraque veteres terminos imperii reverentiam. Ita ſede finibuſque in ſua ripa, mente animoque nobiſcum agunt, cetera ſimiles Batavis, niſi quòd ipſo adhuc terræ ſuæ ſolo & cælo acriùs animantur. Non numeraverim inter Germaniæ populos, quamquam trans Rhenum Danubiumque conſederint, eos qui Decumates agros exercent. Leviſſimus quiſque Gallorum, & inopia audax, dubiæ poſſeſſionis ſolum occupavere. Mox limite auctо, promotiſque præſidiis, ſinus imperii, & pars provinciæ habentur. C

* F. conteruntur.

Cap. 37. [Cimbri] occaſione diſcordiæ noſtræ & civilium armorum, expugnatis legionum hibernis, etiam Gallias affectavere : ac rurſus pulſi inde, proximis temporibus triumphati magis quàm victi ſunt.

Cap. 42. Præcipua Marcomanorum gloria vireſque, atque ipſa etiam ſedes, pulſis olim Boiis, virtute parta. D

Cap. 43. Gothinos (f) Gallica, Oſos Pannonica lingua coarguit non eſſe Germanos..... Gothini, quò magis pudeat, & ferrum effodiunt.

EX JULII AGRICOLÆ VITA A TACITO SCRIPTA.

Cap. 4. Cnæus Julius Agricola vetere & illuſtri Forojulienſium colonia ortus, utrumque avum procuratorem Cæſarum habuit : quæ equeſtris nobilitas eſt. Pater Julius Græcinus

(a) Mavult Lipſius, *auditum*.

(b) *Aſciburgium* inter Vetera & Noveſium collocat Tabula Peutingeriana. Hodie vicus eſt ignobilis in Gueldria, quem *Aſchelburg* vocari, aliàs *Asburg* aſſerit Cluverius.

(c) Lacarrius lib. 1. de Coloniis Gallorum deductis cap. 2. ex his Taciti verbis certiſſimum arbitratur, inſediſſe Boios non ſolùm terræ ſpatia, quibus longè latéque patet hodie Boiœmi regnum, ſed præterea totum tractum interjectum Mœnum inter & Boiœmum.

(d) Boii ſolum mutarunt, expulſi ſcilicet à Marcomanis ſub finem principatûs Auguſti, ut refert Strabo lib. 4. Jam tempore Cæſaris *trans Rhenum incoluerant, & in Agrum Noricum tranſierant, Noricamque oppugnarant*, cùm illos ſibi ſocios adſciverunt Helvetii, in Galliam irruptionem meditantes. *De Bello Gall. lib.* 1.

(e) Quidam hæc verba, *conditoris ſui*, ad Agrippam referunt, quem auctorem Coloniæ faciunt. Verùm ipſe Tacitus Annal. lib. 12. cap. 27. Coloniæ nomen inditum aſſerit ex vocabulo Agrippinæ Claudii Auguſti uxoris. Præterea, ut obſervat Lipſius, ab Agrippa *Agrippenſis*, non *Agrippinenſis* dicenda fuiſſet Colonia.

(f) Cùm Gothinos in confinio Pannoniæ collocet Cellarius, novæ Occitaniæ Hiſtoriæ ſcriptores conjiciunt, fortè eoſdem eſſe ac Tectoſagas Germaniæ, de quibus poſt Cæſarem nulla fit mentio.

Digitized by Google

A senatorii ordinis, studio eloquentiæ sapientiæque notus; iisque virtutibus iram Caii Cæsaris meritus. Namque Marcum Silanum accusare jussus, & quia abnuerat, interfectus est. Mater Julia Procilla fuit, raræ castitatis. In hujus sinu indulgentiaque educatus, per omnem honestarum artium cultum pueritiam adolescentiamque transegit. Arcebat eum ab illecebris peccantium, præter ipsius bonam integramque naturam, quòd statim parvulus sedem ac magistram studiorum Massiliam habuerit, locum Græca comitate & provinciali parsimonia mistum, ac bene compositum.

Revertentem ab legatione legionis [Agricolam] divus Vespasianus inter patricios ascivit, ac deinde provinciæ Aquitaniæ præposuit, splendidæ in primis dignitatis administratione, ac spe Consulatûs cui destinarat..... Minùs triennium in ea legatione detentus, ac statim ad spem Consulatûs revocatus est. Cap. 9. Circa an. Chr. 72.

[Britanni] proximi Gallis & similes sunt: seu durante originis vi; seu procurren- Cap. 11.
B tibus in diversa terris, positio cæli corporibus habitum dedit. In universum tamen æstimanti, Gallos vicinum solum occupasse, credibile est. Eorum sacra deprehendas, superstitionum persuasione. Sermo haud multùm diversus: in deposcendis periculis eadem audacia: & ubi advenere, in detrectandis eadem formido. Plus tamen ferociæ Britanni præferunt, ut quos nondum longa pax emollierit. Nam Gallos quoque in bellis floruisse accepimus: mox segnitia cum otio intravit, amissa virtute pariter ac libertate: quod Britannorum olim victis evenit. Ceteri manent quales Galli fuerunt.

Jam verò principum filios liberalibus artibus erudire, & ingenia Britannorum studiis Gallorum anteferre [cœpit Agricola.] Cap. 21. An. 79.

Agricola tres (a) Batavorum cohortes ac Tungrorum duas cohortatus est, ut rem ad mucrones ac manus adducerent: quod & ipsis vetustate militiæ exercitatum, Cap. 36. An. Chr. 84.
C & hostibus inhabile parva scuta & enormes gladios gerentibus. Nam Britannorum gladii sine mucrone complexum armorum, & in aperto pugnam non tolerabant. Igitur ut Batavi miscere ictus, ferire umbonibus, ora fœdare, & tractis qui in æquo obstiterant, erigere in colles aciem cœpere: ceteræ cohortes æmulatione & impetu commistæ, proximos quosque cædere: ac plerique semineces aut integri festinatione victoriæ relinquebantur.

(a) In pugna adversus Britannos ad montem Grampium.

EX APPIANO ALEXANDRINO, DE GALLIS.

Ex Editione H. Stephani, an. 1592. in folio.

EX PRÆFATIONE.

Αὕτη τε Ιταλία μακροτάτη δὴ πάντων ἐθνῶν ὅσα, καὶ ἀπὸ τῆς Ιονίου παρήκουσα ἐπὶ πλεῖστον τῆς Τυῤῥηνικῆς θαλάσσης μέχρι Κελτῶν, οὓς αὐτοὶ Γαλάτας προσαγορεύουσι· καὶ Κελτῶν ὅσα ἔθνη, τὰ μὲν ἐς τήνδε τὴν θάλασσαν, τὰ δὲ ἐς τὴν βόρειον ὠκεανὸν ἀφορᾷ, τὰ δὲ περὶ Ρῆνον ποταμὸν ᾤκηται.

D SEQUITUR ipsa Italia longissimo protensa spatio, ab Ionio mari præter Tyrrhenicum tendens usque ad Celtas, quos Gallos vocant; quæ gentes partim nostrum mare spectant, partim septentrionalem Oceanum, partim secundùm flumen Rhenum habitant. Pag. 3.

EX LIBRO DE BELLIS PUNICIS.

Λίβυες δ' ὅσοι Καρχηδονίων ὄντες ὑπήκοοι συμμεμαχήκεσαν αὐτοῖς ἐπὶ Σικελίαν, καὶ Κελτῶν ὅσοι μεμισθοφορήκεσαν, ἐγκλήματα τινὰ μισθῶν καὶ ὑποσχέσεων ἐς τοὺς Καρχηδονίους ἔχοντες, ἐπολέμουν αὐτοὺς μάλα καρτερῶς. οἱ δὲ Ρωμαίους ἐς συμμαχίαν ὡς φίλους ἐκάλουν· καὶ αὐτοὺς οἱ Ρωμαῖοι ξενολογεῖν ἐς μόνον τόνδε τὸν πόλεμον ἀπὸ τῆς Ιταλίας ἐφῆκαν.

E AFRI Pœnis subditi, qui eis contra Siculos miserant auxilia, & Galli, qui eorum stipendia meruerant, questi pollicita sibi fide Punicâ reddita, magnum bellum eis intulerunt. Pœni à Romanis ut ab amicis petierunt auxilia: permiserunt Romani, ut ad hoc solum bellum ex Italia milites conducerent. Pag. 3. An. U. C. 513.

Digitized by Google

Pag. 22. An. U. C. 551.

Annibal elephantos ante aciem per intervalla terroris causa constituit; & post eos tertiam partem exercitûs, quæ ex Gallis constabat & Liguribus.

Ισπι ἢ προφύτες μὶ τὺς ἐλέφαντας ἐν διαστημάτων ἐφ' ὅλυ τ μετώπυ, φοβεροφανῆ κατασκευάσας· ἡ ἐπ' αὐτοῖς ἰσῶ τὸ τείτον τ στρατιᾶς, Κελτοὶ ἡ Λίγυες.

EX LIBRO DE BELLIS SYRIACIS.

Pag. 89. An. U. C. 562.

ANTIOCHUS Gallogræcos quoque muneribus & terrore apparatûs in societatem belli pertraxit, ratus idoneos quos Romanis opponeret propter magnitudinem corporum.

Γαλάτας τε δώροις ἡ καταπλήξι τ ὡπλισμένους ἐς συμμαχίαν ἐπήγετο, ἀξιομάχους ἡγούμενος ἔσεσθαί οἱ διὰ τὰ μεγέθη τ σωμάτων.

Pag. 107. An. U. C. 563.

Talis erat Antiochi peditatus: hunc ex utraque parte tegebant equites, Galatæ nimirum loricati, & Macedonum selectorum cohors, quam *agema* vocabant. Præter hos dextrum cornu tenebant velites quidam, & alii equites clipeos argenteos habentes, & ducenti equites sagittarii: lævum habebant Galatarum gentes, Tectosages, Trocmi & Tolistobii, & ab Ariarathe missi Cappadoces, aliaque conductitiorum militum multitudo promiscua.

Τοιοῦτον μὶ ἰσῶ τὸ πεζὸν Αντιόχυ· ἱππεῖς δ' ἑκατέρωθεν αὐτῦ παρετετάχατο, Γαλάτ τε κατάφρακτοι, ἡ τὸ λεγόμενον ἄγημα τ Μακεδόνων· εἰσὶ ἢ ἡ οἵδε ἱππεῖς δεξιλεχοῖ, ἡ παρ' αὐτοῖς ἄγημα λέγετ· τάδε μὶ ἐξ ἴσυ τ φάλαγγος ἰσῶ ἑκατέρωθεν. δεξιὸ δ' αὐτοῖς τὰ πέραθα κατεῖχον, ἐν μὶ δεξιᾷ φιλοί τε πινες, ἡ ἕτεροι ἱππεῖς ἀργυράσπιδες, ἡ ἱπποτοξόται δρακόσιοι· τὸ ἢ λαιὸν Γαλατῶν τ ἔθνη, Τεκτόσαγαί τε ἡ Τρόκμοι ἡ Τολιστόβιοι, ἡ Καππαδόκαι πινες, ὡς ἔπεμψεν Αριαράθης, ἡ μιγάδες ἄλλοι ξένοι.

Pag. 108.

Tum Eumenes..... suos equites, ac Romanos & Italos qui sub ipso militabant, concitavit in Gallogræcos & Cappadocas..... qui cùm ob armorum gravitatem effugere, aut sese convertere facilè non possent, circumventi atque oppressi sunt.

Ο ἢ Εὐμένης..... τὺς ἰδίυς ἱππέας, ἡ ὅσοι Ρωμαίων αὐτῷ ἡ Ἰταλῶν παρετετάχατο, ἐπῆγε· διὰ τὺς αὐτικρὺ Γαλάτας τε ἡ Καππαδόκας..... ὡς δὴ ἡ μάλιστα, διὰ τὸ βάρος ἀποφεύγειν ἢ ἀναστρέφειν εὐμαρῶς ὑ δυναμένυς, κατελάμβανόν τε ἡ συνέκοπτον.

Pag. 115. An. U. C. 564.

Αἰχμηταὶ καὶ νεῦ καὶ πάρος Αἰακίδαι.

Hæc Pyrrhus Gallis detraxit scuta Molossus,
Suspendens aris dona, Minerva, tuis.
Nec mirum Antigoni turmas citò terga dedisse:
Pugnaces & nunc & priùs Æacidæ.

Γαλάτας πρῶτος ὧν ἱσμὲν βασιλέων ἀντιτάξασθαι τολμήσας ἀναιρεῖται ὑπὸ τῶν βαρβάρων. Pag. 29. An. U. C. 473.

[Ptolemæus rex Macedoniæ] primus ex omnibus, quos novimus, regibus cum Gallis congredi ausus, ab illis interfectus est.

Πρὸς δὲ τῷ τείχει τῷ νοτίῳ . . . . . τὸ Μαραθῶνι πρὸς Μήδους ἔργον, καὶ Γαλατῶν τὴν ἐν Μυσίᾳ φθορὰν ἀνέθηκεν Ἄτταλος, ὅσον γε δύο πηχῶν ἕκαστον. Pag. 44.

In eo [arcis Athenienſium] muro, qui ad austrum conversus est..... ad Marathonem in Medos facinus, & Gallorum in Mysia cladem Attalus dedicavit; singula ferè duorum cubitorum spatio.

Ὠκεανὸν δὲ τὸν ποταμὸν, θαλάττῃ δὲ ἑκάτῃ τὸν ὑπὸ ἀνθρώπων πλεομένην, προσοικοῦσιν Ἴβηρες καὶ Κελτοὶ, καὶ νῆσον Ὠκεανὸς ἔχει τὴν Βρεττανῶν. Pag. 62.

Ad Oceanum non flumen, sed extremum mare quod ab hominibus navigari possit, accolunt Hispani & Galli; & in eo Britannia insula est.

Ἐγὼ δὲ ὁπόσοι μὲ οἰκοῦσιν ἔσχατοι Κελτῶν ἔχοντες ὁμορον τῇ ὑπὲρ κρυμὸν ἐρήμῳ, οὓς καὶ (c) Καρεῖς ὀνομάζουσι, τούτων μὲν οὐκ ἐθαύμασα τὸ μῆκος, οἳ νεκρῶν οὐδὲν τι διαφόρους (d) ἔχουσιν Αἰγυπτίων. Pag. 66.

Celtarum, qui extremi habitant, quique finitimi sunt desertis præ nimio frigore regionibus, quos & Carenses nominant, non sum admiratus magnitudinem, quæ nihil distat à cadaveribus Ægyptiis.

EX LIBRO IV. *sive* EX MESSENICIS.

Γαλάται δὲ μετ' Ἑλλήνων οὐκ ἐμαχέσαντο, Κλεωνύμου καὶ Λακεδαιμονίων ἀποστεῖλαι σπονδὰς σφίσιν οὐ θελησάντων. Pag. 269.

GALATÆ cum Græcis arma non conjunxere, cùm Cleonymus & Lacedæmonii fœdus cum illis inire detrectassent.

(a) Quidam malunt τῶν Κελτῶν; vel τῶν Κελτικῶν: sed τῶν Κελτικῶν positum est distributivè.
(b) Idem Epigramma jam retulimus ex Plutarcho, suprà pag. 393.
(c) Καρῶνς fortè intelligit, quos Ptolemæus l. 2. Geogr. collocat in Britannia. Britannos autem cum Celtis sæpe legimus confusos ab antiquis. Vide Strab. l. 2. ubi id probat Hipparchi exemplo. *Kunius.* Amasæus legit Κιβαρεῖς, Sylburgius Βαρεῖς.
(d) Legendum Διαφόρους.

Digitized by Google

EX LIBRO VII. *sive* EX ACHAICIS.

Pag 408. An. U. C. 474. THERMOPYLAS ſuperantibus Gallis A univerſi pariter Peloponneſii occurrendum non putarunt. Nam cùm nullam omnino claſſem haberent barbari, ſatis adverſus eos magnum ſe præſidium habituros ſperarunt, ſi modò Corinthiacum Iſthmum, quantùm inter utrumque mare à Lechæo promontorio ad Cenchreas intereſt, permuniſſent. Fuit hæc tunc communis omnium Peloponneſiorum ſententia. Poſtea verò quàm Galli navigiis undique contractis in Aſiam tranſierunt, eò reductæ erant B res Græcorum, ut nulla ſibi civitas poſſet aliarum imperium vindicare.

Η ϑ ἐς Θερμοπύλας ϑὴ τ Γαλατ῀ σρατείαν ἔξοδ⊙, κ᾽ τοῖς πᾶσιν ὁμοίως παρ῀φθη Πελοποννησίοις. ἅτε γὰ πλοῖα οὐκ ἐχόντων τῶν βαρβάρων, δεινὸν ἔσεσθαι σφίσιν ὑπ᾽ αὐτ῀ ὑδὲν ἤλπιζον, εἰ τ Κορινθίων Ἰσθμὸν ὁπ θαλάσης τ κ᾽ Λέχαιον ἀποτειχίσειαν ἐς τ ἑτέρων τ ϑὴ Κεγχρεᾶς θαλασσῶν. τῦϑ μ᾽ δὴ Πελοποννησίων ἰδ᾽ τότε ἁπάντων βέλευμα. ἐπεὶ ϑ Γαλάτ῀ ναυσὶν ὅπινα δὴ τόπον διαβεβήκασιν ἐς τ Ασίαν, ἐνταῦθα εἶχεν ὥτε τὰ Ελλήνων · σφετερίσασϑαι κατ᾽ ἰσχυ ὑδένες ἐπ τ῀ Ελληνικ῀.

Pag 430. Conſentaneum his eſt quod Galatæ faciunt qui Peſinuntem tenent; ſue enim abſtinent. Sed alius longè ſermo de Atte eſt apud ipſos: Jovem fabulantur per ſomnum in terram ſemen profudiſſe; terram, abſoluto feturæ tempore, genium edidiſſe qui duplex haberet inguen, alterum maris, alterum feminæ. Hunc Agdiſtin nominant. Dii Agdiſtin metuentes, ei partes viriles C exſecuerunt: ex quibus enata eſt amygdalus, cujus cùm maturos fructus carpſiſſet Sangarii amnis filia, in ſinumque abdidiſſet, illi quidem evanuerunt, puella verò gravida facta eſt. Cùm ea peperiſſet, puerum expoſitum educavit capella. Is ubi adolevit, eximia fuit ſupra humanam pulcritudine, ejuſque amore captus eſt Agdiſtis. Cùm ad virilem ætatem perveniſſet Attes, ſui eum propinqui Peſinuntem miſerunt, D ut regis filiam uxorem duceret. Cùm nuptiale carmen jam caneretur, ſupervenit Agdiſtis, ſibique Attes pudenda præcidit furibundus. Hoc item ſocer ipſius fecit. Agdiſtin facti pœnituit, atque à Jove impetravit, ne qua corporis Attæ pars putreſceret aut tabeſceret. Hæc de Atte memoriæ prodita.

Καὶ π ἐπόμνυον τύτοις Γαλατ῀ δρῶσιν οἱ Πεσινουντα ἔχοντες, ὑῶν ὐχ ἁπόμνυοι. νομίζυσί γε μὲν ὐχ ὕτω τὰ ἐς τ Αττ῀ν, ἀλλὰ ὑπερχώριός ὅστις ἄλλ⊙ σφίσιν ἐς αὐτὸν λόγ⊙· Δία ὑπνωμένου ἀφιέναι σπέρμα ἐς γ῀ν, τ ϑ ἀνὰ χρόνον ἀνεῖναι δαίμονα διπλᾶ ἔχοντα αἰδοῖα, τὰ μ᾽ ἀνδρὸς, τὰ ϑ αὐτ῀ γυναικός· ὄνομα ϑ Αγδίστιν αὐτ῀ τίθεσϑ. θεοὶ ϑ Αγδίστιν δείσαντες, τὰ αἰδοῖά οἱ τὰ ἀνδρὸς ἀποκόπτυσιν. ὡς ϑ ἀπ᾽ αὐτ῀ ἀναφῦσα ἀμυγδαλ῀ ἔχειν ὡραῖον τ καρπὸν, θυγατέρα τ Σαγγαρίου ποταμοῦ λαβεῖν φασι τὸν καρπόν· ἐσθεμένης ϑ ἐς τ κόλπον, καρπὸς μ᾽ ἐκεῖν⊙ ὠ ἀφανὴς αὐτίκα, αὐτὴ ϑ ἐκύει. τεκούσης ϑ, τραφῆναι μὲν τ παῖδα ἐκτεθειμένον· ὡς ϑ αὐξανομένῳ κάλλος οἱ μετὼ πλέω ἢ κ᾽ εἶδος ἀνθρώπ, ἐνταῦθα τ παιδὸς ἔρως ἔχειν Αγδίστιν. αὐξηθέντα ϑ Αττ῀ ὑποστέλλυσιν ἐς Πεσινουντα οἱ ϑεσπέκοντες συνοικήσοντα τ῀ βασιλέως θυγατρί. ὑμέναι⊙ ϑ ᾄδετο, κ᾽ Αγδίστις ἐφίσατ, κ᾽ τὰ αἰδοῖα ἀπέκοψε μανεὶς ὁ Αττης· ἀπέκοψε ϑ κ᾽ ὁ τ θυγατέρα αὐτ῀ διδύς. Αγδίστιν ϑ μετάνοια ἔχειν οἷα Αττ῀ ἔδρασε· καὶ οἱ παρὰ Διὸς εὑρετ, μήτε σήπεσθαί τι Αττ῀ τ σώμα⊙, μήτε τήκεσθαι. τάδε μ᾽ ἐς Αττ῀ τὰ γνωριμώτατα.

EX LIBRO VIII. *sive* EX ARCADICIS.

Pag. 472. NIHIL certius quàm ab Apolline E & diis deletum apud Delphos Gallorum exercitum.

Ἐκδηλότατα ϑ ὁ Γαλατ῀ στρατὸς ἀπώλετ ἐν Δελφοῖς ὑπὸ τ῀ θε῀ κ᾽ ἐναργῶς ὑπὸ δαιμόνων.

Pag. 534. Geſtabant Achæi haſtas breves & ſcuta oblonga, ut ſunt Gallici clipei.

Φορουντες γὰ μικρὰ δόρατα κ᾽ ὑπομήκεις ὅπλα κ᾽ τὺς Κελτικὺς θυρεύς.

Digitized by Google

EX LIBRO IX. *sive* EX BOEOTICIS.

Εστι γε Αλκη καλούμενον θηρίον, εἶδος μὲν ἐλάφου καὶ καμήλου μεταξὺ, γίνεται δὲ ἐν τῇ Κελτῶν γῇ.

A Est fera quam Alcen vocant, media inter cervum & camelum specie: gignitur in Gallorum (a) regione. Pag. 571.

EX LIBRO X. *sive* EX PHOCICIS.

Τῶν δὲ ἀγαλμάτων τὸ ἐν τῷ προνάῳ, Μασσαλιωτῶν ἀνάθημά ἐστι, μεγέθει τὸ ἔνδον ἀγάλματος μεῖζον. οἱ δὲ Μασσαλιῶται Φωκαιέων εἰσὶν ἄποικοι, τῶν ἐν Ιωνίᾳ μοῖρα καὶ αὐτὴ τῶν ποτε Αρπαγον τὸν Μῆδον φυγόντων ἐκ Φωκαίας. γενόμενοι δὲ ναυσὶν ἐπικρατέστεροι Καρχηδονίων, τήν τε γῆν ἣν ἔχουσιν ἐκτήσαντο, καὶ ἐπὶ μέγα ἀφίκοντο εὐδαιμονίας. τῶν μὲν δὴ Μασσαλιωτῶν χαλκοῦν τὸ ἀνάθημά ἐστι.

Δύο τε Απόλλωνος ἀγάλματά ἐστιν Αἰτωλῶν, ἡνίκα σφίσιν ἐξειργάσθη τὰ ἐς Γαλάτας. (b) στρατείαν δὲ τὸν Κελτῶν ὡς ἐκ τῆς Εὐρώπης διαβήσοιτο ἐς τὸν Ασίαν ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν πόλεων, Φαεννὶς προεδήλωσεν ἐν τοῖς χρησμοῖς γενεᾷ πρότερον, ἢ ἐπράχθη τὸ ἔργον.

Δὴ τότ' ἀμειψάμενος στεινὸν πόρον Ελλησπόντου,
(c) Αὐλήσει Γαλατῶν ὀλοὸς στρατὸς, οἵ ῥ' ἀθεμίστως
Ασίδα πορθήσουσι· θεὸς δ' ἔτι κυύτερα θήσει
Πάγχυ μάλ', οἳ ναίουσι παρ' ἠϊόνεσσι θαλάσσης.
Εἰς ὀλίγον τάχα γάρ σφιν ἀοσσητῆρα Κρονίων
Ὁρμήσει, Ταύροιο διοτρεφέος φίλον υἱὸν,
Ος πᾶσιν Γαλάτῃσιν ὀλέθριον ἦμαρ ἐφήσει.

παῖδα δὲ εἶπε Ταύρου τὸν ἐν Περγάμῳ βασιλεύσαντα Ατταλον· τὸν δὲ αὐτὸν τοῦτον καὶ Ταυροκέρων προσείρηκε χρηστήριον.

Εὐρύδαμον δὲ στρατηγόν τε Αἰτωλῶν, καὶ στρατοῦ τῶν Γαλατῶν ἐναντία ἡγησάμενον, ἀνέθεσαν οἱ Αἰτωλοί.

Ο δὲ Απόλλων ὁ ἐγγυτάτω τῶν λέοντος, Μασσαλιωτῶν ἐστιν ἀπὸ τῆς πρὸς Καρχηδονίους ἀπαρχὴ ναυμαχίας. πεποίηται δὲ ὑπὸ Αἰτωλῶν

E signis illud quod est in vestibulo templi [Minervæ Pronœæ Delphis] quodque majus est eo quod intus est, Massiliensium donum fuit. Massilienses sunt Phocæensium (quæ Ioniæ gens B fuit) colonia, eorum nempe hominum pars, qui ex Phocæa Harpagum Medum fugêre. Hi autem cùm navali pugna Carthaginienses vicissent, occupata ea quam nunc incolunt regione, ad magnam pervenere felicitatem. Massiliensium porrò æneum est donum. Pag. 623.

Duo sunt [in templo Delphico] Apollinis signa, ab Ætolis dedicata, quando Gallos in pugna superarunt. Gallorum quidem exercitum ex Europa in Asiam ad urbium perniciem C transmissurum, prædixit in oraculis suis Phaënnis ætate una antequàm res gereretur. Pag. 636.

Noxia tunc Gallorum acies canet, Hellesponti
Fluctibus angustis trajectis; hique scelestè
Vastabunt Asiam: sed dî graviora minantur
Illis qui sedes pelagi prope littora ponunt.
D *His etenim auxilio confestim Jupiter ipse*
Illustris mittet prognatum è sanguine Tauri,
Omnes qui tristi prosternet funere Gallos.

Tauri filium dixit Attalum Pergami regem, quem ipsum *Tauricornem* etiam Apollo nominavit.

E Eurydamo statuam, quòd eo duce contra Gallorum exercitum pugnarunt, Ætoli posuerunt. Pag. 637.

Qui leoni proximus est Apollo, Massiliensium decima est de Carthaginiensibus navali prælio superatis. Dedicarunt Ætoli tropæum, & armatæ Pag. 642.

(a) Lib. etiam 5. Alce dicitur Gallica fera, τὸ ἐν Κελτικῇ θηρίον.
(b) Meliùs, στρατιάν.
(c) Aptiùs, αὐχήσει, sese jactabit, jactabundus insultabit oppressis. *Sylburgius.*

Digitized by Google

mulieris (Ætolia ſcilicet ea eſt) ſimulacrum : atque hæc de pecunia Gallis imperata ob eorum in Callienſes crudelitatem.

Pag. 643. Ætoli ea quæ à tergo & ad lævam ſunt dedicarunt, Gallorum ſcilicet ſcuta, quæ eadem propè forma ſunt, qua Perſarum gerrhæ. Gallorum in Græciam irruptionis nonnulla mentio fit eo etiam loco, quo de Athenienſium Curia agimus : clariùs autem in hoc, qui de rebus Delphicis conſcriptus eſt, commentario rem totam explicandam putavi, quòd Græci virtutis contra barbaros egregia documenta dederunt. Expeditionem primam Galli extra ſuos fines Cambaule duce ſuſceperunt. Hi ad Thraciam uſque progreſſi, ulteriùs proficiſci non ſunt auſi, quòd copias ſuas paucas, nec tantas eſſe numero animadverterent, quæ æquo cum Græcis marte poſſent confligere. Cùm itaque exteris nationibus iterum bellum
An. U. C. 473. Pag. 644. inferre decreviſſent, iis incitantibus quos priùs Cambaulen ſecutos lucri cupiditas, & guſtatæ prædæ amor ac rapiendi licentia impellebat ; ingens peditum manus, neque multò equitum minor in unum convenerunt. Cùm igitur duces tres in partes agmen diſtribuiſſent, cuique regio in quam irent attributa. In Thracas & Triballorum gentem copiæ ducendæ Cerethrio traditæ ſunt : in Pæoniam contendentibus Brennus & Acichorius præfuerunt : in Macedonas verò & Illyrios agmen duxit Bolgius, atque cum Ptolemæo tunc Macedonum rege ſigna contulit. Hic autem erat ille Ptolemæus, qui Seleucum Antiochi filium, ad quem ſupplex confugerat, dolo occidit, quique cognominabatur *Fulmen* ob immodicam audaciam. Ipſe in eo prælio Ptolemæus cecidit, nec minima Macedonum ſtrages edita eſt. Sed cùm neque tunc Galli auſi eſſent ad Græcos armis laceſſendos longiùs progredi, ab hac ſecunda expeditione ſic intra fines ſuos rediere.

Ibi non deſinebat Brennus modò publicè univerſos conventus, modò privatim Gallorum principes ad expeditionem in Græciam ſollicitare ; cúmque Græcorum præſentem imbecillitatem, ærarii magnas divitias, templorum majores, donaria, argentum & aurum ſignatum commemoraret, tandem Gallos perpulit, ut ad invadendam

πρόπαμόν τε καὶ γυναικὸς ἄγαλμα ὡπλισμένης, ἡ Αἰτωλία ἔπεμψεν. ταῦτα ἀνέθεσαν ἔπειθέντες οἱ Αἰτωλοὶ Γαλάταις δίκλιν ὠμότητος ἐς Καλλιέας.

Αἰτωλοὶ δὲ τά τε ὄπιθε καὶ τὰ ἐν ἀριστερᾷ Γαλατῶν ἀνέθεσαν ὅπλα [ἀνέθεσαν·] χῆμα δέ ἐστιν αὐτῶν ἐγγυτάτω τῶν Περσικῶν γέρρων. Γαλατῶν δέ τινες ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐπιστρατείας ἔσχον μνήμην καὶ ἡ ἐς τὸ βουλευτήριον ἡμῖν τὸ Ἀθηναίων συγγραφή. προάγειν δὲ ἐς τὸ σαφέστερον τὰ ἐς αὐτοὺς ἠθέλησα ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐς Δελφούς· ὅτι ἔργων τῶν κατὰ τοὺς βαρβάρους τὰ μάλιστα Ἕλλησιν ἐπαινούμενα ἐστίν. ὑπερφέρειν μὲν οἱ Κελτοὶ στρατείαν πρώτην ὑπὸ ἡγεμόνι ἐποιήσαντο Καμβαύλῃ. προελθόντες δὲ ἄχρι τῆς Θρᾴκης, τὸ πρόσω τῆς πορείας οὐκ ἀπεθάρσησαν, καταγνόντες αὐτοῖς ὅτι ὀλίγοι τε ἦσαν καὶ οὐκ ἀξιόμαχοι κατ' ἀριθμὸν Ἕλλησιν. ἐπεὶ δὲ καὶ δεύτερον ὁρμᾶσθαι ἐδόκει ὅπλα κατὰ τῶν ἄλλων, ἐπῆρε δὲ μάλιστα οἱ ὁμοῦ Καμβαύλῃ στρατεύσαντες, ἅτε ἀπλησιῶν τε ἤδη γεγευμένοι, καὶ ἁρπαγῆς καὶ κερδῶν ἐς ἔρωτα ἥκοντες, πολὺς μὲν δὴ πεζὸς, οὐκ ἐλάσσους δὲ ἱππέων συνῆλθον καὶ ἐς τὸ ἱππικόν. ἐς μοίρας οὖν τρεῖς ἔνεμον οἱ ἡγεμόνες τὸ στρατόν· καὶ ἄλλῳ ἄλλῃ ἐπέταττε ἰέναι χώραν. ὅτῳ μὲν οὖν Θρᾷκας καὶ τὸ ἔθνος τὸ Τριβαλλῶν ἔμελλε Κερέθριος ἡγήσεσθαι· τοῖς δὲ εἰς Παιονίαν ἴοῦσι Βρέννῳ ἦσαν καὶ Ἀκιχορίῳ ἄρχοντες· (a) Βόλγιός τε ὅτῳ Μακεδόνας τε καὶ Ἰλλυριοὺς ἤλασε, καὶ ἐς ἀγῶνα πρὸς Πτολεμαῖον κατέστη, τότε ἔχοντα τὴν Μακεδόνων βασιλείαν. Πτολεμαίῳ δὲ ἦν ὄνομα ὃς Σέλευκον ἐδολοφόνησε τὸν Ἀντιόχου· καταφεύγοντι γὰρ ἱκέτῃ ὡς αὐτὸν, καὶ εἶχεν ὑπόπτησιν Κεραυνὸς διὰ τὸ ἄγαν τολμηρόν. καὶ ὁ μὲν αὐτός τε ὁ Πτολεμαῖος ἀπέθανεν ἐν τῇ μάχῃ, καὶ τῶν Μακεδόνων ἐγένετο οὐκ ἐλαχίστη φθορά. προελθεῖν δὲ ὡς ὅτι τὴν Ἑλλάδα ἔτι τότε ἐθάρρησαν οἱ Κελτοὶ, καὶ ὁ δεύτερος οὗτος στόλος ἐπανῆλθεν ἐς τὴν οἰκείαν.

Ἐνθα δὴ ὁ Βρέννος πολὺς μὲν ἐν συλλόγοις τοῖς κοινοῖς, πολὺς δὲ καθ' ἕκαστον ἦν τὸν ἐν τέλει Γαλατῶν, ὅτι τὴν Ἑλλάδα ἐπαίρων στρατεύεσθαι, ἀσθένειάν τε Ἑλλήνων τὴν ἐν τῷ παρόντι διηγούμενος, καὶ ὡς χρήματα πολλὰ μὲν ἐν τῷ κοινῷ, πλείονα δὲ ἐν ἱεροῖς, τά τε ἀναθήματα, καὶ ἄργυρος καὶ χρυσός ἐστιν ὑπόσημος· ἀνέπεισέ

(a) Pro Bolgio Belgium legi apud Juſtinum lib. 24. *Sylburgius.*

Digitized by Google

τε δὴ τὰς Γαλάτας ἐλαυνέειν ὅτι ἐς Ἑλλάδα. καὶ αὐτῷ συναρχοντας ἄλλους τε προσείλετο ἐν τέλει καὶ Ἀκιχόριον. ὁ δὲ ἀριθμὸς τῶν στρατὸς, πεζοὶ μὲν μυριάδες ἐγένοντο πεντεκαίδεκα προσόντων σφίσι διχιλίων· οἱ δὲ ἱππεύοντες τετρακόσιοι καὶ δισμύριοι. τοσοῦτοι μὲν ἦσαν τῶν ἱππέων τὸ ἀεὶ ἐνεργόν· ἀριθμὸς δὲ αὖ ὁ ἀληθὴς, διακόσιοί τε καὶ χίλιοι καὶ ἑξ μυριάδες, δύο γὰρ οἰκέται ἕκαστον τῶν ἱππευόντων ἦσαν, ἀγαθοὶ καὶ αὐτοὶ τὰ ἱππικὰ, καὶ ἵππους ὁμοίως ἔχοντες. Γαλατῇσι δὲ τοῖς ἱππεύουσιν ἀγῶνα συνεσκότα ὑπομένουσι τάξεως ὅπισθεν οἰκέται, τοσάδε σφίσιν ἐγγίνοντο χρήσιμοι· τῷ μὲν ἱππεῖ συμβὰν ἢ τῷ ἵππῳ πεσεῖν, τῷ μὲν ἵππον παρεῖχεν ἀναβλῶσα τῷ ἀνδρί· τελευτήσαντος δὲ τοῦ ἀνδρὸς, ὁ δοῦλος αὐτὸ τοῦτο ἵππον ἀνέβαινεν· εἰ δὲ ἀμφοτέρους ὕπλαβοι τὸ χρεὼν, ἐνταῦθα (a) ἕτοιμος ἦν ἱππεύς. λαμβανόντων δὲ τραύματα, ὁ μὲν ὑπεξῆγε τῶν δούλων ἐς τὸ στρατόπεδον ἢ τραυματίαν, ὁ δὲ καθίστατο ἐς τὴν τάξιν αὐτὸ τοῦτο ἀπολαβόντος. ταῦτα (ἐμοὶ δοκεῖν) ἐνομίσθη τοῖς Γαλάταις (b) μίμησιν τῶν ἐν Πέρσαις ἀριθμῷ τῶν μυρίων, οἳ ἐκαλοῦντο Ἀθάνατοι. διαφορὰ δὲ ἦν ὅτι κατελέγοντο αὐτὸ τοῦτο ἀποθνησκόντων, ὑπὸ μὲν Περσῶν τὰ μάλιστα ὕστερον· Γαλάταις δὲ ὑπὸ αὐτῶν τῶν ἔργων ἢ (c) δίκῃ ὁ ἀριθμὸς ἀπεπληροῦτο τῶν ἱππέων. τοῦτο ὠνόμαζον τὸ συνταγμα (d) Τριμαρκισίαν τῇ ἐπιχωρίῳ φωνῇ, καὶ ἵππων τὸ ὄνομα ἦεν τις μάρκα ὄντα ὑπὸ τῶν Κελτῶν. παρασκευῇ μὲν τοσαύτῃ καὶ μὴ (e) διανοίας τοσαύτης ὅτι ἐς Ἑλλάδα ὁ Βρέννος ἤλασε. τοῖς δέ γε Ἕλλησι κατεπεπώκει μὲν ἐς ἅπαν τὰ φρονήματα, τὸ δὲ ἰσχυρὸν ἐς δείματος προσῆγε ἐς ἀνάστασιν τῇ Ἑλλάδι ἀμυνέειν. εἰδότων δὲ ἐν τῷ παρόντι ἀγῶνα οὐχ ὑπὲρ ἐλευθερίας γιγνόμενον, καθὰ ὅτι ἐς Μήδους ποτὲ, οὐδὲ (f) δοῦσιν ὕδωρ καὶ γῆν, τὰ ἀπὸ τούτου σφίσιν ἄδεια φέρουσα· ἀλλὰ τά τε ἐς Μακεδόνας καὶ Θρᾷκας καὶ Παίονας τὰ ὅτι ἐν προτέρῃ καταδρομῇ τῶν Γαλατῶν, ἐπὶ σφίσιν ἔκειτο ἐν μνήμῃ, καὶ τὰ ἐν τῷ παρόντι τὰ ἐς Θεσσαλοὺς προσγενόμενα ἀπηγγέλλετο. ὡς οὐκ ἀπολωλέναι, (g) ἢ δ' οὐκ ὀπίσω

A Græciam copias mitterent. Collegas ex primoribus tum alios, tum verò Acichorium ſibi cooptavit. Nomina dederunt peditum centum & quinquaginta duo millia, equites vicies mille & quadringenti. Atque hæc quidem equitum manus tota ad pugnam idonea: nam verior numerus, mille & ducenti ſupra ſexaginta millia. Singulos enim equites famuli ſequebantur duo, in equis & ipſi, & rerum equeſtrium maximè gnari. Ii præliantibus dominis in extrema acie conſiſtentes, ei erant uſui, ut ſi fortè equus eſſet amiſſus, ſtatim ſuum ſubmitterent: ſi vir occiſus fuiſſet, ſervus pro domino equum conſcenderet: ſi utrumque mors abripuiſſet, præſtò foret tertius qui pro demortuis locum teneret. Jam verò ſi dominus vulnera accepiſſet, alter è ſervis ex acie illum ſubducebat, alter verò ſaucii vicem obibat. Hæc, ut mihi videtur, à Gallis inſtituta ſunt ad imitationem Perſarum, qui milites decies mille habebant, quos Immortales vocabant. Hoc tantùm intereſt, quòd à Perſis poſt pugnam in occiſorum locum illi ſufficiebantur; à Gallis verò in ipſo prælii fervore equitum numerus ſupplebatur. Aque hanc quidem equeſtris pugnæ inſtitutionem Galli voce patria Trimarciſiam nominant; equum enim Marcam appellant. Hoc apparatu & hac fretus confidentia Brennus in Græciam exercitum duxit. Græci etſi prorſus animis conciderant; imminentis tamen periculi tantus fuit terror, ut Græciæ opem ferre neceſſarium eſſe ducerent. Videbant non jam de libertate, ut olim cum Medo, decertandum; neque, ſi aquam & terram dediſſent, ſuæ propterea ſecuritati conſuli poſſe: verùm recens adhuc erat earum memoria calamitatum, quibus priore excurſione Galli Macedonas, Thracas & Pæonas afflixerant: ex certis etiam nuntiis cognoverant, quam injuriosè Theſſalos paulò antè tractaſſent. Fuit igitur cùm privatim ſingulis hominibus, tum publicè civitatibus communis ſententia, aut omnino

An. U. C. 474.

Pag. 645.

(a) Poſt vocabulum, ἑτοιμος, excidit ὁ τειτος: ſic legit Interpres.

(b) Ante μίμησιν deſideratur præpoſitio κατ, vel ſimilis. *Sylburgius.*

(c) Pro δίκῃ convenientiùs legi videtur ἀκμῇ, ut infrà p. 649. *Idem.*

(d) Camerarius non vana conjectura Trimarriſiam legit & Marram: hæc enim propiùs accedunt ad vocabulum noſtrum, quo equas vulgus appellare ſolet. *Idem.*

(e) Διάνοια cum Amaſæo accipiendum pro *confidentia*, vel legendum τοιαύτης. *Idem.*

(f) Signum ſubjectionis & obſequii erat apud Perſas, regi dare terram & aquam. *Kuinius.*

(g) Rectius ἢ δ' ὃν, divisè, niſi malis ἢ δοκ. *Sylburgius.*

Digitized by Google

An. U. C. 474. pereundum, aut bello hoſtem ſuperandum.....

Pag. 646. Contra barbaros qui ab Oceano venerant, ad Thermopylas præſidium ex his Græciæ populis miſſum. Ex Bœotia peditum gravis armaturæ decem millia, equites quingenti: Bœotis præerant Cephiſſodotus, Thearidas, Diogenes & Lyſander. A Phocenſibus miſſi equites quingenti, pedites ter mille: duces fuere Critobulus & Antiochus. Locros, qui ſunt ad Inſulam Atalantam, Midias duxit: pedites erant ſeptingenti, nulli equites. A Megarenſibus adfuere gravis armaturæ pedites quadringenti, equitatum Megareus duxit. Ætolorum agmen numeroſum fuit, & ad omne pugnæ genus inſtructiſſimum: quæ fuerint eorum equeſtres copiæ, non eſt proditum. Gravis armaturæ fuere peditum ſeptem millia, levis verò nonaginta milites. Ætolis imperarunt Polyarchus & Polyphron & Lacrates. Athenienſium imperator fuit Calippus Mœroclis filius; quod eſt à me ſuperiùs etiam expoſitum. Copiæ ipſorum, fuere triremes navigationi aptæ omnes, equites quingenti, pedites mille. Hi ob veterem dignitatem imperium habuerunt. Miſere reges conductitios milites: quingenti ex Macedonia, ex Aſia totidem venere. Miſſis ab Antigono auxiliis Ariſtodemus Macedo, iis verò, quæ miſerat Antiochus ex Aſia, præfuit Teleſarchus; is è Syria fuit, quæ ad Orontem flumen eſt.

His ad Thermopylas congregatis, ubi cognitum eſt Gallorum exercitum intra Magneſiæ & Phthiotidis terræ fines caſtra jam habere, mitti placuit expeditos mille equites ad Sperchium

Pag. 647. amnem, quò difficilem & periculoſam barbaris trajectionem oſtentato certamine redderent. Hi cùm eò perveniſſent, pontes ſolverunt, & ipſi ad fluminis ripam caſtra poſuere. Erat Brennus haudquaquam incallidus; quin, ut barbarus homo, ſatis acutus atque habilis ad eas res, quibus hoſtem falleret, excogitandas. Ea igitur quæ conſecuta eſt nocte, relicto vetere pontium tranſitu, ad inferiorem amnis partem, ne Græci tranſitum perſentiſcerent, Gallorum decem millia, natandi peritiſſimum quemque, & corporis ſtatura

(a) Magis propriè segmina, & deinceps. *Sylburgius.*

A τετάρας ἔτη, κατ' ἄνδρα τε ἰδίᾳ καὶ αἱ πόλεις διέκειντο ἐν κοινῷ.....

Ἐπὶ δὲ τοὺς ἀπὸ Ὠκεανοῦ βαρβάρους, τοσίδε ἐς Θερμοπύλας ἀφίκοντο Ἕλληνες. ὁπλῖται μύριοι, καὶ ἵππων πεντακόσια παρὰ Βοιωτῶν· ἐβοιωτάρχουν δὲ Κηφισόδοτος, καὶ Θεαρίδας, καὶ Διογένης, καὶ Λύσανδρος. ἐκ δὲ Φωκέων, ἱππεῖς πεντακόσιοι, καὶ ἐς τετραχιλίους ὁ ἀριθμὸς τῶν πεζῶν· στρατηγοὶ δὲ Φωκέων Κριτόβουλός τε καὶ Ἀντίοχος. Λοκροὺς δὲ τοὺς ἐπὶ Ἀταλάντῃ τῇ νήσῳ Μειδίας ἦγεν, ἀριθμὸς δὲ αὐτοῖς ἑπτακόσιοι, καὶ ἱππικὸν σφισιν οὐ προσῆν. παρὰ δὲ Μεγαρέων ἀφίκοντο ὁπλῖται τετρακόσιοι· τούτων ἦρχε τὸ ἱππικὸν Μεγαρεύς. Αἰτωλῶν δὲ πλεῖστα τε ἐγένετο (a) στρατεία, καὶ ἐς πᾶσαν μάχης ἰδέαν· οὐ μὴν ἱππικόν γε λέγουσιν ὁπόσον· ψιλοὶ δὲ ἐννενήκοντα, καὶ ἑπτακισχιλίων ἀριθμὸν ἦσαν οἱ ὁπλιτεύοντες. Αἰτωλοὺς δὲ ἦρχον Πολύαρχος καὶ Πολύφρων τε καὶ Λακράτης. Ἀθηναίων δὲ στρατηγὸς μὲν Κάλιππος ἦν ὁ Μοιροκλέους, καθὰ ἐδήλωσα καὶ ἐν τοῖς πρότερον τοῦ λόγου. δυνάμεως δὲ τριήρεις τε πλοΐμοι πᾶσαι, πεντακόσιοι δὲ ἐς τὸ ἱππικόν, χίλιοι δὲ ἐτάσσοντο ἐν τοῖς πεζοῖς. καὶ ἡγεμονίαν ἔτι κατ' ἀξίωμα εἶχον τὸ ἀρχαῖον. βασιλέων δὲ ξενικὰ, πεντακόσιοί τε ἐκ Μακεδονίας, καὶ ἐκ δὲ Ἀσίας ἴσοι σφίσιν ἀφίκοντο ἀριθμόν. ἄρχοντες δὲ τῶν μὲν παρ' Ἀντιγόνου πεμφθέντων, Ἀριστόδημος ἦν Μακεδών· τῶν δὲ παρὰ Ἀντιόχου τε καὶ ἐκ δὲ Ἀσίας, Τελέσαρχος τῶν ὅπη
D Οὀόντῃ Σύρων.

Τοῖς δὲ ἐς Θερμοπύλας ἀθροισθεῖσιν Ἑλλήνων, ὡς ἐπύθοντο φθέι τε Μαγνησίαν καὶ γῆν τὴν Φθιῶτιν ὄντα ἤδη τῶν Γαλατῶν τὸ στρατὸν, ἔδοξεν ἤδη ψιλούς τε ἐς χιλίους καὶ ἐς τὸ ἵππιον ἀποκρίξαντας, ἀποστεῖλαι σφᾶς ὅπη τὸ Σπερχειὸν, ἵνα μηδὲ τὸν ποταμὸν διαβιβῶσι τοῖς βαρβάροις ἀνδρὶ ἀγῶνός τε καὶ κινδύνων ἐγχρήσῃ. οἱ δὲ ἐλθόντες τὰς γεφύρας τε καταλύουσι, καὶ αὐτοὶ παρὰ τὸ ὄχθῃ ἐστρατοπεδεύσαντο. ἦν δὲ ὁ
E Βρέννος ὅτε πάντα ἀσωφρόνως, ὅτε ἀπείρως εἶχεν ὡς ἄν τις βάρβαρος σοφίσματα ἐς πολεμίους ἐξευρεῖν. ἐνθὺς οὖν τῇ ὑπερούσῃ νυκτὶ ὑπὸ καθότι ἦν τὰ ἀρχαῖα τοῦ ποταμοῦ ζεύγματα, ἀλλὰ ἐς τὸ κάτω, ὡς μή τις τοῖς Ἕλλησι διαβαινόντων ψόφοις αἴσθησις, ἧ μάλιστα ὁ Σπερχειὸς διέχειτο ἐς πλέον τοῦ πεδίου, ἧ ἕλος τε ἐποίει καὶ λίμνῃ ἀντὶ βιαίου ἧ στενοῦ ῥεύματος,

Digitized by Google

κ̃ τοῦτο ὁ Βρέννος ὅσον μυρίους τῶν Γαλατῶν ἀπέ-
στειλεν, ὁπόσοι τε νήχειν ἠπίσταντο ἐξ αὐτῶν, καὶ
ὅστις τῷ μήκει τοῦ σώματος ἐτύγχανεν ὢν ὑπὲρ
τοὺς πολλούς· εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλως οἱ Κελτοὶ μακρῷ
πάντας ὑπερηρκότες μήκει τοὺς ἀνθρώπους. οὗ-
τοι μὲν οὖν διαβαίνουσιν ἐν τῇ νυκτὶ διανηχόμενοι
ὧδε τὸ λιμνῶδες τῶν ποταμοῦ, καὶ τὰ ὅπλα, τοὺς
ἐπιχωρίους θυρεοὺς, ἐποιεῖτο ἕκαστος ἀντὶ σχεδίας.
οἱ δὲ αὐτῶν μήκιστοι, διελθεῖν ἐμβαδὸν τὸ ὕδωρ
ἐδυνήθησαν. οἱ δὲ Ελληνες οἱ ἐπὶ τῷ Σπερχειῷ
(πυνθάνονται γὰρ ὅτι κ̃ τὸ ἕλος διέβη μοῖρα τῶν
βαρβάρων) αὐτίκα ἐς τὸ στράτευμα ἀναχωροῦσι.

Βρέννος δὲ τοῖς περὶ τὸν Μαλιακὸν κόλπον οἰ-
κοῦσι ζευγνύναι τὸν Σπερχειὸν ἐπέτασσεν. οἱ δὲ
ἤνυον τὸ ἔργον σπουδῇ, τῷ τε ἐκείνου δέει, καὶ
ἀπελθεῖν ἐκ τῆς χώρας σφίσιν ἐπιθυμοῦντες τοὺς
βαρβάρους, μηδὲ ἐπὶ πλέον κακουργεῖν μένοντας.
ὁ δὲ ὡς κ̃ τὰς γεφύρας διεβίβασε τὴν στρατείαν,
ἐχώρει πρὸς τὴν Ηράκλειαν· καὶ διήρπασαν μὲν τὰ
ἐκ τῆς χώρας οἱ Γαλάται, καὶ ἀνθρώπους τοὺς ἐπὶ
τῶν ἀγρῶν ἐγκαταληφθέντας ἐφόνευσαν· τὴν πόλιν
δὲ οὐχ εἷλον· ἔτει γὰρ πρότερον τούτων οἱ Αἰτωλοὶ
συντελεῖν τοὺς Ηρακλεώτας ἠνάγκασαν ἐς τὸ Αἰ-
τωλικόν. τότε οὖν ἠμύνοντο ὡς περὶ πόλεως
οὐδέν τι Ηρακλεώταις μᾶλλον, ἢ καὶ αὐτοῖς προσ-
ηκούσης. ἦν δὲ καὶ τῷ Βρέννῳ τὰ μὲν Ηρακλεωτῶν
ἐλάσσονος φροντίδος, ἀγώνισμα δὲ ἐποιεῖτο ἐξε-
λάσαι τε ἐκ τῶν τειχῶν τοὺς ἀντικαθημένους, καὶ
παρελθεῖν ἐς τὴν ἐντὸς Θερμοπυλῶν Ελλάδα.
προελθὼν οὖν ἀπὸ τῆς Ηρακλείας (ἐπυνθά-
νετο γὰρ παρὰ αὐτομόλων τοὺς συνειλεσμένους ἐς
Πύλας ἀπὸ ἑκάστης πόλεως) ὑπερεφρόνει τε τοῦ
Ελληνικοῦ, καὶ ἦρχεν ἐς τὴν ἐπιοῦσαν μάχης ἅμα
ἀνίσχοντι τῷ ἡλίῳ, οὔτε Ελληνα ἔχων μάντιν,
οὔτε ἱεροῖς ἐπιχωρίοις χρώμενος, εἰ δὴ ἔστι γε
μαντεία Κελτική. ἐνταῦθα οἱ Ελληνες ἐν σιγῇ
τε ἐπῄεσαν καὶ ἐν κόσμῳ· καὶ ὡς ἀφίκοντο ἐς χεῖ-
ρας, ὧδε σφίσιν οἱ πεζοὶ τοσοῦτον ἀπὸ τῆς τά-
ξεως ἐξέθεον, ὥστε τὴν φάλαγγα ἐπιταράσσειν
τὴν οἰκείαν· καὶ οἱ ψιλοὶ μένοντες κ̃ χώραν, τά
τε ἀκόντια ἔπεμπον, καὶ ὅσα ἀπὸ τόξων ἢ σφεν-
δονῶν. τὰ δὲ ἱππικὰ ἀμφοτέροις ἀχρεῖα ἐγένετο,
ἅτε οὐ στενοῦ μόνον χωρίου τῶν μετὰ τὰς Πύλας ὄντος,
ἀλλὰ καὶ ὑπὸ αὐτοφυοῦς πέτρας λείου, καὶ διὰ τῶν
ῥευμάτων τὸ συνεχὲς τὰ πλέονα καὶ ὀλισθηροῦ.

Τοῖς δὲ Γαλάταις τὰ μὲν τῆς σκευῆς ἀσθενέ-
στερα ἦν· θυρεοὺς γὰρ τοὺς ἐπιχωρίους εἶχον, καὶ

A (ut sunt Galli præ cæteris hominibus eximia corporum proceritate) eminentissimum misit. Hac in parte Sperchius per campos latè stagnat, nec rapidus & angustus est, sed in paludem se ac stagnum diffundit. Hàc itaque tranarunt Galli, patriis scutis pro ratibus utentes; horum autem procerissimi vado transire potuerunt. At Græci qui ad Sperchium constiterant, re statim cognita, ad suum exercitum retrocesserunt. An. U. C. 474.

Brennus populis Maliaci sinûs accolis imperavit, ut ponte Sperchium jungerent: qui sanè summa celeritate opus perfecerunt, tum quòd illum vehementer metuebant, tum quòd barbaros discedere è suis finibus quamprimùm cupiebant; ne, si diutiùs manerent, detrimentis majoribus afficerentur. Galli fluvio per pontes transmisso, ad Heracleam accedentes, agrum quidem depopulati sunt, & deprehensos in agris homines occidêre; urbem verò non ceperunt: quòd anno proximo Ætoli Heracleotas, ut secum fœdus facerent, coëgerant. Tunc igitur urbi non tam ad Heracleotas quàm ad se pertinenti opem tulerunt. Porrò Brennus minùs omnino de Heracleotis laborabat, sed eò totis viribus annitebatur, ut præsidio de muris dejecto, & Thermopylis superatis, in Græciam interiorem penetraret. Heracleam igitur prætergressus, cùm de perfugis quibusdam cognovisset quæ copiæ ex singulis civitatibus ad Thermopylas convenissent, contemsit Græcorum apparatum, ac postero die sub ipsum solis ortum pugnam statuit committere, nec ullo Græco usus vate, nec diis patriis consultis; si tamen apud Gallos divinatio est. Græci cum silentio atque ordinatim in pugnam processerunt: ubi verò ad manus ventum est, pedites tam longè ab acie excurrerunt, ut suam ipsi phalangem turbaverint; velites ordinem servaverunt, & hostem jaculis, sagittis & fundis lacessiverunt. Equitatus in utroque exercitu prorsus fuit inutilis, quòd locus ad Pylas non solùm sit angustus, sed etiam lævis & lubricus tum ob saxa quæ ibi sponte proveniunt, tum ob aquarum interfluentium crebritatem. Pag. 648.

Erat Gallis armatura inferior; nam præter patria sua scuta nullo armorum

Digitized by Google

An. U. C. 474.

genere corporà munierant: & quod majus eſt, rei militaris ſcientia multò erant hoſte inferiores: furore tantùm & temerario animi impetu, ferarum ritu in hoſtes ruebant. Neque verò aut bipennibus diviſos, aut gladiis conciſos, ſua illa efferatæ mentis concitatio adhuc paululum ſpirantes deficiebat: neque ſagittis & miſſilibus confixi, quamdiu vitæ reliquiæ ſupereſſent, ſævire deſinebant: quin & ex ſuis vulneribus evulſa ſpicula in Græcos retorquebant, aut cominùs figebant. Interea Athenienſium claſſis vix, nec ſine periculo navigans per limum, qui per ingens ſpatium mare illud obſidet, & quamproximè ad barbaros appropinquans, eorum latera omni jaculorum genere & ſagittis feriebat. Laborantibus autem vehementer Gallis, quippe qui in illis anguſtiis duplo & quadruplo majora acciperent incommoda quàm inferrent, duces receptui ſignum dari juſſerunt. Illi confuſè & perturbatè cùm ſeſe in caſtra recipere conarentur, multi à ſe invicem ſunt conculcati, multi etiam in paludem collapſi, limo ſunt abſorpti: quare non minore retrocedentes clade affecti ſunt, quàm in ipſo prælii diſcrimine. Athenienſium quidem præ cæteris Græcis eo die virtus enituit: ipſis verò Athenienſibus antecelluit Cydias, qui peradoleſcens ac planè tiro, prima in eo bello militiæ rudimenta poſuerat. Cùm à Gallis occiſus fuiſſet, ejus ſcutum propinqui Jovi Liberatori cum hac inſcriptione dicarunt:

Cydiæ adhuc juvenis florem deſiderat iſte,
Quem clipeum ſacrum conſpicis eſſe Jovi.
Huic cubitum inſeruit flammato corde ſiniſtrum,
Cùm premeret Mavors armipotens Galatas.

Manſit ea inſcriptio uſque dum Syllæ milites & alia quæ erant Athenis, & ſcuta quæ erant in porticu Jovis Liberatoris ſuſtulerunt.

Porrò Græci poſt pugnam ad Thermopylas commiſſam ſuorum cadavera ſepulturæ mandarunt, & barbaris ſpolia detraxerunt. At Galli nullas per caduceatorem, dum ſuos ad ſepulturam tollerent, inducias popoſcerunt, ac planè oſtenderunt ſe nihil intereſſe

(a) Legendum ἡμῖ.

Pag. 649.

A ἄλλο σφίσιν οὐκ ἰῶ ὅπλον σκέπη σώματος· πλέον ἢ ἐπ ἐμπειρίᾳ τῇ ἐς τὰ πολεμικὰ ἀπέδεον· οἱ ἢ ἐν ὀργῇ τε ὅτι τοὺς ἐναντίους (a) θυμῷ μὴ ὑδεινὸς λογισμῷ καθάπερ τὰ θηρία ἐχώρουν· ἔτε πελέκεσι διαιρεμένους ἢ ὑπὸ μαχαιρῶν ἀπόνοια τοὺς ἔτι ἐμπνέοντάς τι ἀπέλιπεν, ἔτε ὅσοι βέλεσι ἢ ἀκοντίοις διεπείροντο, ὑφηρώντο θυμῷ, μέχρις οὗ παρέμενεν ἡ ψυχή· οἱ ἢ ἐκ τῶν τραυμάτων τὰ δόρατα οἷς ἐβέβλητο, ἀναστρώφωντες ἠφίεσαν τε ἐς τοὺς Ἕλληνας, καὶ ἐχεφρόνουν ἐκ χειρός. ἐν τούτῳ ἢ οἱ ὅτι τὸ τειχίον Ἀθηναῖοι μόνοι μὴ ἢ οὐκ ἄνευ κινδύνου, ἐσπλεύσαντες ἢ ὅμως δι' ὀλίγου, ἐπεὶ πλεῖον ἐπέχει τὸ θαλάσσης, καὶ τὰς ναῦς ὅπ εἰσπλέοντα τῶν βαρβάρων χόντες, βέλεσί τε παντοίοις ἐς τὰ πλάγια καὶ τοξεύμασιν ἐς αὐτοὺς ἐχεφρόνουν. καμνόντων ἢ λόγῳ μᾶλλον τὸ Κελτῶν, καὶ ἅτε ἐν στενοχωρίᾳ μικρὰ μὴ δρώντων, διπλάσια ἢ ἢ τετραπλάσια παθόντων, ἀναχωρεῖν ἐς τὸ στρατόπεδον ἐσήμαινον σφίσιν ἡγεμόνες. οἱ ἢ ἀτάκτως ἢ σὺν ὕδατι ἀναστρέφοντες κόσμῳ, πολλοὶ μὲ συνεπατήθησαν ὑπὸ ἀλλήλων, πολλοὶ ἢ ἐς τὸ τέλμα ἐμπεσόντες ἠφανίσθησαν ἢ ἅπαντες· καὶ ἀπώλετο οὐκ ἔλαττον ἀναχωρήσιν αὐτοῖς, ἢ ἐν τῇ [f. τῆ] ἀγῶνος συμβάσῃ τῇ ἀκμῇ. τοὺς μὲ δὴ Ἕλληνας τὸ Ἀττικὸν ὑπερέβαλλετο ἀρετῇ τε ἡμέραν ταύτην· αὐτῶν ἢ Ἀθηναίων Κυδίας μάλιστα ἐγένετο ἀγαθὸς, νέος τε ἡλικίαν, καὶ τότε ἐς ἀγῶνα ἐλθὼν πολέμου πρῶτον. ἀποθανόντος δὲ ὑπὸ τῶν Γαλατῶν, τὰ ἀσπίδα οἱ προσήκοντες ἀνέθεσαν τῷ Ἐλευθερίῳ Διΐ, καὶ ἰῶ τὸ ἐπίγραμμα·

Ἡ μάλα δὴ ποθέουσα νέαν ἔτι Κυδίᾳ ἥβην
Ἀσπὶς ἀειζήλου φωτὸς, ἄγαλμα Διΐ,
Ἃς ὀλίγῃ δὴ πρόσθας λαιὸν ποτε πῆχυν
ἔτεινεν,
Εὖτ' ὄλεσε τὰ Γαλάταν ἤκμασε θούριος
Ἄρης.

E τοῦτο μὲ δὴ ἐπεγράφατο πρὶν ἢ τοὺς ὁμοῦ Σύλλα καὶ ἄλλα τῶν Ἀθηναίοις, καὶ τὰς ἐν τῇ στοᾷ τῇ Ἐλευθερίου Διὸς καθελεῖν ἀσπίδας.

Τότε δὲ ἐν τῇ Θερμοπύλαις, οἱ μὲ Ἕλληνες μὴ τῇ μάχῃ τούς τε αὐτῶν ἔθαπτον, καὶ ἐσκύλευον τοὺς βαρβάρους. οἱ Γαλάτ) δὲ ὅτε ὑπὲρ ἀναιρέσεως τῶν νεκρῶν ἐπεκηρυκεύοντο, ἐποιοῦντό τε ὅτιοις γῆς σφᾶς τυχεῖν ἢ θηεία τε αὐτῶν

ἐμφορηθῶσαι,

ἐμφορηθλᾶσι, ἢ ὅσον τεθνεῶσι πολεμίων ὄζειν ὀρνίθων. ὀλιγώρως ἢ αὐτὼς ἐς τ' ἀποκνομένων ἔχειν τὰς ταφὰς, δύο (μοὶ δοκεῖν) τὰ ἀναπείθοντα ἰῶ· πολεμίους τε ἄνδρας ἐκπλήξασθαι, ἢ ὅτι ὄζει τεθνεώτων (a) ὑδὲ εἶδος οἰκτρὸς αὐτοῖς. ἀπέθανον ἢ παρὰ τ' μάχιν τεσσαράκοντα μὲ ἢ Ἑλλήνων, τοὺς ἢ τ' βαρβάρων ὐχ οἷόν τε ἰῶ ἀκριβῶς ἐξευρεῖν· πολὺ γὰ ἢ τὸ ἀφανισθὲν ὑπ' ἀ ἰλύος ἐφύετο ἐξ αὐτῆς. ἑβδόμη ἢ ὕστερον μ' τ' μάχιν, λόχος τ' Γαλατῶν ἀνελθεῖν ἐς τιὼ Οἴτιον ἐπεχείρησε ὑπ' Ηρακλειαν· ἀβατὸς ἢ ἐστὶ, (b) ἢ ταύτης μ' ταῦτα ἐρείπια ἀνήκει τὰ Τραχῖνος· ἰῶ ἢ ἱερὸν Ἀθηνᾶς τότε ὑπὲρ τ' Τραχινίδος, ἢ ἀναθήματα ἐν αὐτῷ. ἐς τε αὐτιὼ Οἴτιον ἀναβήσεσθαι ὑπ' τ' ἀτραπὸν ἤλπιζον, ἢ ἅμα φρουρήσεσθαι σφίσιν ἐν παρέργῳ τὰ ἐκ τ' ἱερᾶ. τ' ἢ φρυκτὰν οἱ ἔχοντες ἡγεμονίαν Τελεσάρχᾳ νικῶσι μὲ τοὺς βαρβάρους τῇ μάχῃ, αὐτὸς ἢ ἔπεσεν ὁ Τελέσαρχος, ἀνὴρ, εἴ τίς ἢ ἄλλος, φρόνιμος ἐς τὰ Ἑλλήνων.

Οἱ μὲ δὴ ἡγεμόνες τ' βαρβάρων οἱ ἄλλοι κατεπλήγησαν τὸ Ἑλληνικὸν, ἢ ἠπόρουν ἅμα ὑπὲρ τ' μελλόντων, ἐς ὑδὲν σφίσι πλέον φρονοῦντες ὁρῶντες τὰ ἐν χερσί· τῷ ἢ Βρέννῳ λογισμὸς παρίστατο, ὡς εἰ ἀναλήσοι τοὺς Αἰτωλοὺς οἴκαδε ἐς τ' Αἰτωλίαν ἀναχωρῆσαι, ῥᾴων ἤδη γιγνήσοιτο ὁ πόλεμος αὐτῷ πρὸς τὸ Ἑλληνικόν. ἀπολέξας οὖν τ' (c) στρατείας μυριάδας τοὺς πεζοὺς τέσσαρας, ἢ ὅσον ὀκτακοσίους ἱππέας, Ὀρεστόριόν τε αὐτοῖς ἢ Κόμβωτιν ἐφίστησιν ἄρχοντας, οἳ ὀπίσω μ' τ' Σπερχειὸν τὰς γεφύρας, ἃς αὖθις ἀφ' Θεσσαλίας ὁδεύσαντες, ἐμβάλλουσιν ἐς τ' Αἰτωλίαν. ἢ τὰ ἐς Καλλιέας Κόμβωτις οἱ ἐργασάμενοι ἢ Ὀρεστόριος ἦσαν, ἀνοσιώτατά τε ὧν ἀκοῇ ἴδμεν, ἢ ὑδὲν τοῖς ἀνθρώποις τολμήμασιν ὅμοια. γὰ μὰ γε πᾶν ἐξέκοψαν τὸ ἄρσεν, ἢ ὁμοίως γέροντάς τε ἢ τὰ νήπια ὑπὸ τ' μητέρων τοῖς μαστοῖς (d) ἐφονεύετο· τούτων ἢ ἢ τὰ ὑπὸ τῶ γάλακτος πότερα ἀποκτεινόντες, ἐπινόν τε οἱ Γαλάται τ' αἷμα, ἢ ἤσθιον τ' σαρκῶν. γυναῖκες ἢ ἢ ὅσαι ἐν ὥρᾳ τ' παρθένων, ὅσαι μὲ φρονήματός τι αὐτῇ εἶχον, ἑαυτὰς ἔφθησαν, ὡς ἁλίσκετο ἡ πόλις, διεργασμέναι· τὰς ἢ ἔτι πνεούσας, ἐς ἰδίαν ἕβρεως πᾶσαν μ' ἀνάγκης

A putare, humo-ne tegerentur, an à feris & volucribus, quæ cadaveribus ſunt infeſtæ, dilaniarentur. Duplex, opinor, cauſa eſt, quamobrem illis nulla cura ſit eos qui in pugna ceciderint ſepeliendi: una, ut hoſtibus terrorem injiciant, altera, quòd juſtis mortuorum non tanguntur. Ex Græcis quidem quadraginta deſiderati ſunt; quot verò ex barbaris cæſi ſint, accuratè recenſeri non poteſt, cùm multos palus abſumſerit. Septimo à pugna die Gallorum manipulus ſecundùm Heracleam Œtam adſcendere conatus eſt: verùm perangusto hac in parte tramite poſt Trachinis rudera erat adſcendendum: & ultra Trachiniæ terræ fines erat Minervæ templum, in quo donaria. Ac certè per hunc tramitem ſperabant Galli ſe Œtæ jugum occupaturos, & ſimul ſibi, dum aliud agerent, templi diripiendi poteſtatem fore. Sed qui in præſidio collocati fuerant, duce Teleſarcho barbaros vicerunt, ipſe verò Teleſarchus cecidit, vir, ſi quis alius, in Græcorum cauſa acerrimus.

Cùm autem cæteros Gallorum duces Græcorum virtus exterruiſſet, iique de futuris eſſent ſolliciti, nempe quibus præſentia malè ceſſiſſent; Brenno in mentem venit, facilem ſibi fore belli conficiendi rationem, ſi Ætolos cogere poſſet, ut domum redirent. Delectis itaque è toto exercitu peditibus quadragies mille, equitibus octingentis, iis Oreſtorium & Combutin præficit. Hi per pontes Sperchii Theſſaliam petunt, atque illinc in Ætoliam invadunt. Combutis & Oreſtorius in Callienſes omnium, quæ ad aures noſtras pervenerint, atrociſſima edidere facinora, & quæ nunquam auſi ſunt homines. Quidquid marium fuit, ad internecionem exciderunt; ſenes ſimiliter & parvulos ab ipſis matrum uberibus abreptos trucidarunt. Horum ſi qui erant lactis alimonia meliùs curati, ſanguinem hauſerunt Galli, & ipſis etiam carnibus in cibum ſunt abuſi. Mulieres & nubiles puellæ, quotquot erant elatioris animi, ſua ſibi manu, urbe expugnata, mortem conſciverunt: quæ ſuperſtites fuere, eas barbari ad omne

An. U. C. 474

Pag. 652.

(a) Leg. ὑ δι' ἴθυς. *Camerarius, Sylburgius.*
(b) Leg. στὴ ταύτῃ μετὰ τὰ ἐρείπια. *Sylburgius.*
(c) Forſan rectiùs, στρατὰς μυριάδας τ' πεζὸς πέσσερας. *Sylburgius.*
(d) Structuræ lex poſtulat ἐφόνευον. *Idem.*

An. U. C. 474.

insolentiæ genus adegerunt, quippe quorum animus tam misericordiæ quàm amoris esset expers. Et earum sanè multæ Gallorum enses nactæ, in eos ultrò incubuerunt: aliæ non ita multò pòst inedia & vigilia mortem oppetiere. Barbari vicissim immaniter iis injuriam inferebant: alii eas animam exhalantes, alii jam mortuas vitiabant.

Ætoli, audita ex certis nuntiis domestica clade, cum suis copiis à Thermopylis in Ætoliam quàm celerrimè contenderunt, tum ob Calliensium exitium vehementer irati, tum verò maximè consulendum rati urbium nondum captarum saluti. Confluxit in castra ex omnibus oppidis militaris ætas: erant etiam permisti senes cùm necessitate, tum virtute impulsi. Ipsæ feminæ majori quàm viri in Gallos ira accensæ, ultrò arma cepere. Jam barbari, domibus ac templis spoliatis, Callioque immissis ignibus exusto, eadem via revertebantur, cùm Patrenses ex Achæis soli Ætolis opem ferentes, cum gravi armatura, qua optimè uti noverant, Gallis occurrerunt. Qui cùm ob ingentem Gallorum multitudinem, suamque in agendo segnitiem malè haberentur, Ætoli, tam viri quàm feminæ, juxta viam ordinati, jaculis Gallos figebant, in quos patriis tantùm clipeis protectos nullum frustra telum mittebant: insequentes Gallos quàm facillimè effugiebant; eosdem simulac insequi desiissent, missilibus urgebant. Calliensibus certè, licèt tam atrocia passi fuerint, ut quæ ab Homero de Læstrygonibus & Cyclope dicta sunt, fabulosa videri jam non possint, digna tamen non defuit ultio. Nam ex Gallorum quadraginta millibus & octingentis vix dimidia pars ad Thermopylas in sua castra se recepit.

Pag. 651.

Græcorum interea res apud ipsas Thermopylas ad hunc modum gestæ sunt. Tramites per Œtam montem duo sunt, unus supra Trachinem, præruptus & arduus valde; per Ænianas alter, vel exercitui facilior: hic nempe ille fuit, quo usus Hydarnes Medus, Græcos quibus Leonides præerat, à tergo circumvenit. Per hanc viam He-

A ἦγον ἰσχυρᾶς, ἅτε ἴσον μὲν ἐλέου, ἴσον δὲ τὰς φύσεις καὶ ἔρωτος ἀπέχοντες. καὶ ὅσαι μὲν τῶν γυναικῶν τῶν μαχαίραις τῶν Γαλατῶν ἐπετύγχανον, αὐτοχειρίᾳ τὰς ψυχὰς ἠφίεσαν· τῶν δὲ οὐ μετὰ πολὺ ὑπάρξειν τὸ χρεὼν ἔμελλεν ἥ τε ἀσιτία καὶ ἡ ἀϋπνία. ἀστόργων βαρβάρων ἐκ διαδοχῆς ἀλλήλοις ὑβριζόντων, οἱ δὲ καὶ ἀφιείσαις τὰς ψυχὰς, οἱ δὲ καὶ ἤδη νεκραῖς συνεγίνοντο ὅμως.

Αἰτωλοὶ δὲ πεπυσμένοι τε παρὰ ἀγγέλων ἦσαν ὁποῖαι σφᾶς κατειλήφεσαν συμφοραί· καὶ αὐτίκα B ὡς τάχους εἶχον, ἀναστήσαντες ἀπὸ τῶν Θερμοπυλῶν τὴν δύναμιν, ἠπείγοντο ἐς τὴν Αἰτωλίαν, τά τε παθήματα τῶν Καλλιέων ἐν ὀργῇ ποιούμενοι, καὶ πλέον ἔτι τὰς οὐχ ἑαλωκυίας πω διασώσασθαι πόλεις προθυμούμενοι. ἐξεστρατεύοντο δὲ καὶ οἴκοθεν ἀπὸ τῶν πόλεων πασῶν οἱ ἐν ἡλικίᾳ· ἀναμεμιγμένοι δ' ἦσαν ὑπὸ ἀνάγκης τε καὶ φρονήματος καὶ οἱ γεγηρακότες. συνεστρατεύοντο δέ σφισι καὶ αἱ γυναῖκες ἑκουσίως πλέον ἐς τοὺς Γα- C λάτας καὶ τῶν ἀνδρῶν τῷ θυμῷ χρώμεναι. ὡς δὲ οἱ βάρβαροι συλήσαντες τούς τε οἴκους καὶ τὰ ἱερὰ, καὶ ἐνέντες πῦρ ἐς τὸ Κάλλιον, ἐκομίζοντο τὴν αὐτὴν, ἐνταῦθα Πατρεῖς μὲν ἐπικουροῦντες Αἰτωλοῖς Αχαιῶν μόνοι, προσέκειντο ἐξεναντίας τοῖς βαρβάροις, ἅτε ὁπλιτεύειν δεδιδαγμένοι. καὶ ὑπὸ πλήθους τε τῶν Γαλατῶν, καὶ τῆς ἐς τὰ ἔργα ἀπονοίας μάλιστα ἐταλαιπώρησαν· οἱ δὲ Αἰτωλοὶ καὶ αἱ γυναῖκες αἱ Αἰτωλαὶ παρὰ πᾶσαν τεταγμένοι τὴν ὁδὸν, ἐσηκόντιζόν τε ἐς τοὺς βαρβάρους, D καὶ οὐδὲν ἄλλο ὅτι μὴ τοὺς ἐπιχωρίους ἐχόντων θυρεοὺς, ὀλίγα αὐτῶν ἡμάρτανον· διώκοντάς τε ἀπέφευγον οὐ χαλεπῶς, καὶ ἀναστρέφουσιν ἀπὸ τῆς διώξεως ἐπέκειντο αὖθις σπουδῇ. Καλλιεῦσι δὲ καίπερ δεινὰ οὕτω παθοῦσιν, ὡς μηδὲ τὰ ὑπὸ Ομήρου πεποιημένα ἔς τε Λαιστρυγόνας καὶ ἐς Κύκλωπα ἐκτὸς εἶναι δοκεῖν ἀληθείας, ὅμως κατὰ τὴν ἀξίαν ἐγένετο ἡ ὑπὲρ αὐτῶν δίκη. ἀπὸ γὰρ τεσσάρων μυριάδων προσόντων σφίσι καὶ ὀκτακο- E σίων, ἐλάσσονες ἡμίσεων ἐς τὸ στρατόπεδον οἱ βάρβαροι τὸ πρὸς Θερμοπύλας ἀπεσώθησαν.

Περὶ δὲ τοὺς Ελληνας ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ τοὺς ἐν Θερμοπύλαις συνέβαινεν ἄλλα τοιαῦτα. ἀτραπός ἐστι διὰ τῶν ὄρους τῆς Οἴτης, μία μὲν ἡ ὑπὲρ Τραχῖνος, ἀπότομός τε τὰ πλείω καὶ ὄρθιος δεινῶς· ἑτέρα τε ἡ διὰ τῆς Αἰνειάνων ὁδεῦσαι στρατῷ ῥᾴων, δι' ἧς καὶ Υδάρνης ποτὲ Μῆδος κατὰ νώτου τοῖς περὶ Λεωνίδην ἐπέθετο Ελλησι. κατὰ ταύτην τὴν ὁδὸν ἐπηγγέλλοντο ἄξειν

Digitized by Google

Βρέννον οἱ Ηεακλεῶ) κ) οἱ Αἰνειᾶνες, ὑ κα- A racleotæ & Ænianes pollicebantur se
κονοίᾳ τῇ ἐς τὸ Ελλωικὸν, τὺς) Κελτὺς ἐκ Brennum ducturos, non quòd in Græ-
τ χώρας σφίσιν ἀπελθεῖν, μηδὲ ἐγκαθημένους cos animo essent infenso, sed quòd
φθεῖραι, ἀλλὰ πολλῶ ποιύμενοι. καί μοι φαίνε) bene secum actum iri putarent, si è
Πίνδαρ@ ἀληθῆ κ) ἐν τῷδε εἰπεῖν, ὃς πάν- finibus suis Galli discederent, priusquàm
τα πινὰ ὑπὸ κακῶν οἰκείων ἔφη πιέζεσθαι, ὄπι omnia pessumdarent. Verissimum qui-
) ἀλλοτρίοις κήδεσιν (a) ἐυπήμαζον ἦ). τότε dem est quod ait Pindarus, suis quem-
) ἡ τ Αἰνειάνων κ) ἡ τ Ηεακλεωτῶν ὑπόχε- que malis opprimi, calamitatibus alie-
σις ἐπήγειρε τ Βρέννον, κ) Αχιχώριον μ κα- nis minimè lædi. Tunc itaque Bren-
τέλιπεν ὅπι τῇ τραπείᾳ, προεπὼν ἐπειδὰν πα- nus Ænianum & Heracleotarum pro-
ειλάβωσιν αὐτοὶ τὸ Ελλωικὸν, τίωι καῦτα κ) missis excitatus, Acichorium in castris
ἐκείνοις ἐφόδῳ χαιρὸν ἦ). ἀπολέξας) αὐτὸς μι- reliquit, cùm priùs monuisset tempus
B
ei fore in Græcos irruendi, ubi eos
ipse circumvenisset. Ipse delectis è toto
exercitu militum quadraginta millibus,
per hunc tramitem iter instituit. Eo Pag. 652.
die fortè accidit, ut mons densa ne-
bula obduceretur, eaque sol obscura-
retur, adeò ut Phocenses, qui eas an-
gustiarum fauces cum præsidio obtine-
bant, non antè Gallos adesse animad-
verterint, quàm se propè circumven-
tos senserunt. Tum pugnam alii inire,
C
alii strenuè hostis impetum sustinere;
postremò loco pulsi, ab angustiis illis
retrocedere coacti sunt. Ad socios ita-
que confugientes, antequàm ex omni
parte Græci prorsus circumvallarentur,
qui foret rerum status nuntiarunt. Athe-
nienses exercitum Græcorum è Ther-
mopylis in triremes recipere matura-
runt: atque illi omnes in suam quis-
que patriam dispersi sunt.

An. U. C. 474.

D At Brennus ne tantisper quidem
commoratus, dum Acichorius cum
sua manu è castris adveniisset, Delphos
contendit. Oppidanos præ metu ad
oraculum confugientes, bono animo
esse ac nihil formidare jussit deus, se
sua defensurum pollicitus. Qui è Græ-
cis deum ulturi venerunt, hi fuere:
Phocenses ex omnibus civitatibus; ab
Amphissa gravis armaturæ pedites qua-
dringenti: ab Ætolis pauci quidem
E ad primum de barbarorum progressione
nuntium accurrerunt; mille verò post-
modùm & ducentos duxit Philome-
lus. Ætoli quod roboris habuerunt,
in Acichorii agmen converterunt: ne-
que tamen acie dimicarunt, sed iter
facientium terga lacessebant, cùm im-
pedimenta diripientes, tum homines
ipsos trucidantes: quam ob causam
lentè procedebant barbari. Relicta est

βάλλοντες τὺς ὀπίσω τ πορείας, κ) τὰ ἐμπόδια
ἐποιέντο. ἐπεὶ δὲ ἐγένοντο ἐν τοῖς στενοῖς τ
Θερμοπυλῶν, ἔνθα δὴ ἐπὶ τῷ στόματι τ ὁδοῦ
τὸ τῶν Αἰτωλῶν ἔθνος ἐτετείχιστο, ἐπὶ τὸ ὄρος
τὸ ὑπὲρ τ ὁδοῦ ἀναβάντες, ἐκ τῶν ὑπερτέρω
ἐπέκειντο τοῖς Γαλάταις, ἐκ τῶν ἐπιτειχισμάτων
ἀκοντίοις τε καὶ τοξεύμασι βάλλοντες. ἐν δὲ τῇ
ἀπορίᾳ τῶν Γαλατῶν, ἐπιφαίνεται ὁ Ακιχώριος
ἐκ τῶν ὀπισθοφυλακίων, καὶ τοὺς ἐν τῷ στόματι
τ ὁδοῦ ἐπιθέμενος, ἐκβάλλει τοὺς Αἰτωλούς.
ἐκ δὲ τούτου ἀμφοτέρωθεν ἐπιθέμενοι οἱ Γαλάται
τοῖς Ἕλλησι, πολλοὺς μὲν ἀπέκτειναν, πολλοὺς
δὲ ζῶντας ἔλαβον. ἐπὶ δὲ τοῖς ἐν Θερμοπύλαις
γενομένοις, ἐπὶ τὸν Παρνασσὸν ἐπορεύοντο.

(a) Leg. ἀπήμαντον, ut patet ex Pindari verbis, *Nem. Oda* 1.
(b) Leg. ἐπ' ἐκείνης.
(c) Leg. ἐπ' αὐτῆς, hoc pronomine ad ὁμίχλῃ relato, & delendum ἡμέρας.

An. U. C. 474. ab Acichorio pars copiarum apud Heracleam, quæ pecuniam in caſtris repoſitam aſſervaret. Adverſus Brennum & ejus exercitum, qui Delphos convenerant Græci, in acie ſtetere. Prodigia repentina, & omnium quæ unquam audierimus evidentiſſima in barbaros divinitus exſtitere: omnis enim terra, quantam Gallorum acies occupabat, ingenti motu ad multas horas contremuit: crebra deinde tonitrua & fulmina Gallos non ſolùm exterruerunt, ſed & impediverunt quominùs ſigna, quæ dabantur à ducibus, auribus exciperent. Neque verò ſinguli tantùm homines cæleſtibus ignibus corripiebantur: ſed etiam proximi quique cum ipſis armis conflagrabant. Viſæ præterea in eos conſurgere heroum ſpecies, Hyperochus, Laodocus & Pyrrhus, quibus Phylacum civem ſuum Delphi quartum annumerant.

Pag. 653.

Conciderunt in prælio è Phocenſibus & alii complures, & Aleximachus, qui in ea pugna cùm animi egregiam quamdam alacritatem ad florentis ætatis vigorem & corporis robur adjunxiſſet, magnas ediderat barbarorum ſtrages. Ejus effigiem Phocenſes Delphos ad Apollinem miſere. Hujuſmodi quidem interdiu Galli terroribus & cladibus perculſi ſunt; nocte verò funeſtioribus afflicti fuerunt caſibus: nam frigus erat acerrimum, ſimul cum frigore nix: ſaxa prætereà ingentia & rupes è Parnaſſo avulſæ in barbaros, quaſi in ſignum propoſitum, corruerunt. Neque verò ſinguli aut bini opprimebantur; ſed triceni & eo plures, uti fortè ſimul aut præſidium cuſtodiebant, aut unà quieſcebant, ingruentibus rupibus collidebantur. Prima luce Græci Delphis erumpentes, cæteri quidem rectà in hoſtium exercitum impetum fecerunt; Phocenſes verò locorum notitia freti, per medias nives ex arduis & præruptis Parnaſſi anfractibus deſcendentes, ac de improviſo Gallos à tergo adorti, miſſilibus illos & ſagittis impunè figebant. Inito prælio ii præcipuè qui cum Brenno erant, ut erant eminentibus corporibus & omnium fortiſſimi, præſenti animo reſtiterunt: nam etſi undique jaculis petebantur, nec minùs ex frigore mole-

ἢ κὴ ὡδὶ τὴν Ηεράκλειαν ὁ Ακιχώριος μοῖραν, οἳ ἔμελλον φυλάσσειν τὰ ὄπιθ' ἅ στρατοπέδου χρήματα. Βρέννῳ ἢ ἐπὶ τῇ στρατείᾳ τῇ θ' Ελλήνων οἱ ἐς Δελφοὺς ἀθροισθέντες ἀντετάξαντο. κὴ τοῖς βαρβάροις ἀντεσήμηνε τὰ ἐκ τοῦ θείου ταχύ τε ἐν ἴσῳ φανερώτατα· ἥ τε γὰρ γῆ πᾶσα ὅσην ἐπεῖχεν ἡ τῶν Γαλατῶν στρατιὰ, βιαίως ἐκ ὀλίγου πλεῖστον ἐσείετο τῆς ἡμέρας· βρονταί τε κὴ κεραυνοὶ συνεχεῖς ἐγίνοντο, ἐκ οἱ μὲν ἐξέπληττόν τε τοὺς Κελτοὺς, ἐκ διέχεσθαι τοῖς ὠσὶ τὰ ἐπιβοώμενα ἐκώλυον. τὰ ἢ ἐκ τοῦ ὑραυοῦ οὐκ ἐς ὀντινα, (a) καταισκήψαι μόνον, ἀλλὰ κὴ τοὺς πλησίον ἐκ αὐτοὺς ὁμοίως κὴ τὰ ὅπλα ἐξῆπτε. τά τε τῶν ἡρώων τιμιώτατα σφίσιν ἐφαίη φάσματα, ὁ Υπέροχος κὴ ὁ (b) Λαοδόκος τε κὴ Πύρρος· οἱ ἢ κὴ τέταρτον Φύλακον ἐπιχώριον Δελφοῖς ἀπαριθμοῦσιν ἥρωα.

Απέθανον ἢ ἐκ αὐτῶν παρὰ τὸ ἔργον τῶν Φωκέων ἄλλοι τε ἀριθμὸν πολλοὶ, κὴ Αλεξίμαχος, ὃς ἐν τῇ μάχῃ ταύτῃ μάλιστα Ελλήνων ἡλικίας τῷ ἀκμάζοντι ἐκ ἰσχύϊ σώματος κὴ τῷ ἐῤῥωμένῳ τῆς θυμοῦ κατεχρήσατο ἐς τοὺς βαρβάρους τὸν φόνον. Φωκεῖς ἢ εἰκόνα τοῦ Αλεξιμάχου ποιησάμενοι ἀπέστειλαν τῷ Απόλλωνι ἐς Δελφούς. τοιούτοις μὲν οἱ βάρβαροι παρὰ πᾶσαν τὴν ἡμέραν παθήμασί τε κὴ ἐκπλήξει συνείχοντο· τὰ ἢ τῇ νυκτὶ πολλῷ σφᾶς ἔμελλεν ἀλγεινότερα ὑπολήψεσθαι. ῥῖγός τε γὰρ ἰσχυρὸν ἐκ νιφετοῦ ὑπὸ δόμου τοῦ ῥίγους· πέτραι τε ὑπολιθάνουσαι τοῦ Παρνασσοῦ μεγάλαι κὴ κρημνοὶ καταῤῥηγνύμενοι σκοπὸν τοὺς βαρβάρους εἶχον. κὴ αὐτοῖς ὑ κῦ ἕνα ἢ δύο, ἀλλὰ κῦ τεσσαράκοντα ἐκ ἔτι πλείοσιν, ὡς ἕκαστοι ἐν τῷ αὐτῷ φρουροῦντες, ἢ κὴ ἀναπαυόμενοι τύχοιεν, ἀθρόοις ἡ ἀπώλεια ἐγίνετο ὑπὸ τῆς ἐμβολῆς τῶν κρημνῶν. ἅμα ἢ τῷ ἡλίῳ ἀνίσχοντι οἱ Ελληνες ἐπῆσαν σφίσιν ἐκ τοῦ Δελφῶν, οἱ μὲν ἄλλοι τὸ ὄπιθ στράτευμα εὐθεῖαν, οἱ Φωκεῖς ἢ, ἅτε κὴ μᾶλλον ἐγχῶρες τῶν χωρίων ἐμπειρως, καταβησάν τε διὰ τοῦ χόνου κῦ τὰ ὑπόζυμα τοῦ Παρνασσοῦ, ἐκ ἔλαθον κατὰ νώτου γιγνόμενοι τοῖς Κελτοῖς, ἐκόντιζόν τε ἐς αὐτοὺς κὴ ἐτόξευον συὶ ῥᾳθυμίᾳ ὑπὸ τῶν βαρβάρων δείματι. οἱ ἢ ἀρχόμενοι μὲν τῆς μάχης ἐκ μάλιστα οἱ περὶ τὸν Βρέννον, ὅτοι ἢ μήκιστοί τε ἦσαν ἐκ ἀλκιμώτατοι τῶν Γαλατῶν, τότε μὲν ὑπὸ ἀφθυμίας ἐπ αὐτεῖχον βαλλόμενοί τε παντα χόθεν, κὴ ὑχ

(a) Fortè καπίσηψι.

(b) Scribitur in Atticis, Αμφίλοχος.

Digitized by Google

ἧσσον ὑπὸ τοῦ ῥίγους μάλιστα οἱ τραυματίαι ταλαιπωροῦντες. ὡς δὲ καὶ ὁ Βρέννος ἔλαβε τραύματα, ἐκεῖνον μὲν λιποψυχήσαντα ἐκκομίζουσιν ἐκ τῆς μαχῆς· οἱ δὲ βάρβαροι, πανταχόθεν σφίσιν ἐγκειμένων τῶν Ελλήνων, ὑπέφευγόν τε ἄκοντες, καὶ ἑαυτῶν τοὺς ἀδυνάτους διὰ τραύματα ἕπεσθαι καὶ ἀῤῥωστίαν φονεύουσιν. καὶ οἱ μὲν ἐστρατοπεδεύσαντο ἔνθα νὺξ κατελάμβανεν ἀναχωροῦντας· ἐν δὲ τῇ νυκτὶ φόβος σφίσιν ἐμπίπτει Πανικός· τὰ γὰρ ἀπὸ αἰτίας οὐδεμιᾶς δείματα ἐκ τούτου φασὶ γίνεσθαι. ἐνέπεσε μὲν ἐς τὸ στράτευμα ἡ ταραχὴ περὶ βαθεῖαν τὴν ἑσπέραν, καὶ ὀλίγοι τοκαταρχὰς ἐγένοντο οἱ παραχθέντες ἐκ τῆς νοῦ· ἐδόξαζόν τε οὗτοι κτύπου τε ἐπελαυνομένων ἵππων καὶ ἐφόδου πολεμίων αἰσθάνεσθαι. μετὰ δὲ οὐ πολὺ καὶ ἐς ἅπαντας διέδρα ἡ (a) ἄγνοια. ἀναλαβόντες οὖν τὰ ὅπλα καὶ διαστάντες ἔκτεινόν τε ἀλλήλους, καὶ ἀνὰ μέρος ἐκτείνοντο, οὔτε γλώσσης τῆς ἐπιχωρίου συνιέντες, οὔτε τὰς ἀλλήλων μορφὰς, οὔτε τῶν θυρεῶν καθορῶντες τὰ σχήματα· ἀλλὰ ἀμφοτέραις τῆς τάξεσιν ὁμοίως ὑπὸ τῆς ἐν τῷ παρόντι ἀγνοίας οἵ τε ἄνδρες οἱ ἀνθεστηκότες εἶναί σφισιν Ελληνες, καὶ αὐτοὶ καὶ τὰ ὅπλα ἐφαίνοντο, καὶ Ελλάδα ἀφιέναι τὴν φωνήν. ἥ τε ἐκ τῆς θεοῦ μανία πλεῖστον ἐξειργάσατο ὑπ' ἀλλήλων τοῖς Γαλάταις τὴν φόνον.

Τῶν δὲ Φωκέων ὅσοι κατελίποντο κατὰ τοὺς ἀγροὺς φυλακῆς βοσκημάτων εἵνεκα, πρῶτοί τε ᾔσθοντο, καὶ ἀπαγγέλλουσι τοῖς Ελλησι τὰ ἐν τῇ νυκτὶ κατασχόντα τοὺς βαρβάρους. ἀναθαρσήσαντες δὲ οἱ Φωκεῖς προθυμότερον ἔτι ἐνέκειντο τοῖς Κελτοῖς, διὰ φυλακῆς τε πλέονος τὰς ἐπαύλεις ἐποιοῦντο, καὶ τὰ ἐς βίου χρείαν οὐ περιεώρων σφᾶς ἐκ τῆς χώρας ἀμαχεὶ λαμβάνοντας. ἐγεγόνει τε αὐτίκα τοῖς Γαλάταις διὰ παντὸς τῆς στρατοῦ, καὶ σίτου καὶ ὅσα ἐς τροφὴν ἄλλα ἔνδεια ἰσχυρά. πλῆθος δὲ τὸ ἐν τῇ Φωκίδι αὐτῶν ἀναλωθὲν, ὀλίγῳ μὲν ἑξακισχιλίων ἐλάσσονες οἱ ἐν τῆς μάχαις· οἱ δὲ ἐν τῇ χειμερίῳ διαφθαρέντες νυκτὶ, καὶ ὕστερον ἐν τῷ Πανικῷ δείματι, ἐγένοντο ὑπὲρ τοὺς μυρίους· τοσοῦτοι δὲ ἄλλοι καὶ ὑπὸ τῆς λιμοῦ. Αθηναίων δὲ ἄνδρες ἐπισκεψόμενοι μὲν ἀφίκοντο ἐν Δελφοῖς· τότε δὲ ἐπανήκοντες, τά τε ἄλλα ἤγγελλον ὁποῖα συμβεβήκει τοῖς βαρβάροις, καὶ τὰ ἐκ τῆς θεοῦ κατειληφότα. οἱ δὲ αὐτοί τε ἐξεστρατεύοντο, καὶ ὡς τὴν Βοιωτίαν διώδευον, οἱ Βοιωτοί σφισιν ἀνεμίχθησαν· οὕτω δὴ

A stiæ sentiebant; ii maximè qui vulnera acceperant; non tamen priùs loco deturbati sunt, quàm Brennum, aliquot acceptis vulneribus, jam propè animam agentem extra aciem extulerunt. Tum barbari, urgentibus ab omni parte Græcis, fugam coacti fecerunt, ac suos, qui vel ob vulnera, vel ob imbecillitatem sequi non possent, occidêre. Fugientes castra habuerunt quo loco nox eos primùm oppressit: ea nocte Panicus illos incessit terror: terrores B enim ortos subitò, nulla apparente causa, Pani imputant. Cœptum est hoc pavoris genere agmen exagitari intempesta jam nocte; & pauci ab initio adeò mente fuerunt alienati, ut equorum & hostium ingruentium sonitum audire sibi viderentur. Non ita multò pòst ad omnes eadem pervasit insania. Arreptis igitur armis, & inter se facto agminis dissidio, vicissim & occidebant alii alios, & occidebantur, cùm neque patriam linguam intelligerent, C neque vultus inter se, nec scutorum signa possent agnoscere; sed contrariis ordinibus utrinque per hunc errorem Græcos esse qui contrà pugnarent, Græca esse arma, Græcamque emitti vocem putarent. Furor hic divinitus immissus effecit, ut maxima barbarorum multitudo mutuis vulneribus caderet.

Primi hanc rem animadvertêre, qui è Phocensibus in agris relicti fuerant ad pecoris custodiam, & quæ barbaris per noctem accidissent, Græcis an- D nuntiarunt. Excitati eo nuntio Phocenses, multò alacriùs in Gallos irruerunt; greges prætereà accuratiore custodia servarunt, ac ne commeatus ex agris sine pugna sumi possent, providerunt. Quo factum est ut mox ingenti cùm frumenti, tum cibariorum omnium penuriâ universus Gallorum exercitus laboraret. Fuere eorum qui in Phocide præliantes periere, non multò pauciores quàm sex millia: nocturno ge- E lu, & posteà Panico terrore confecti, ampliùs decem millia; totidem & alii fame consumti. Qui ex Athenienſibus Delphos speculatum missi sunt, & alia quæ Gallis evenerant, & quibus à Deo cladibus affecti essent, ad suos reversi nuntiarunt. Ibi cùm Athenienses eductis copiis per Bœotiam iter facerent, Bœoti se illis adjunxerunt: sic utrique

An. U. C. 474.

Pag. 654.

(a) Convenientiùs, ἄνοια.

Digitized by Google

An. U. C. 474. barbaros infectantes, paſſim ex inſidiis extremos interficiebant. Brenni agmen Acichorii copiæ ſuperiori tantùm nocte aſſecutæ fuerant: ſiquidem Ætolis inceſſentibus cùm jaculis, tum fortuitorum quovis miſſilium genere, lentiùs iter fecerant. Quare ad caſtra, quæ ad Heracleam metati fuerant, non magna
Pag. 655. omnino ipſorum manus effugit. Brenno certè vulnera reliquam fecerant aliquam vitæ ſpem: eum tamen metu civium, vel pudore potiùs, quòd auctor ipſe fuiſſet ſuſcipiendæ in Græciam tam calamitoſæ expeditionis, ultrò aiunt hauſto mero mortem oppetiiſſe. Eo mortuo, Ætolis acriter urgentibus, barbari ad Sperchium magno cum labore retroceſſerunt: ibi eos ex inſidiis Theſſali & Malienſes adorti, ita ſunt hoſtium cæde ſatiati, ut ne unus quidem ſalvus domum redierit. Gallorum hæc in Græciam irruptio & ſtrages facta eſt, ſummum Athenis Magiſtratum gerente Anaxicrate, anno altero Olympiadis centeſimæ & viceſimæ quintæ, qua de
An. U. C. 475. ſtadio vicit Ladas Ægienſis. Inſequenti verò anno, Democle Athenis eumdem honorem gerente, rurſus in Aſiam Galli tranſmiſere.

Pag 668. Aiunt [Phryges] Marſyam contra Gallorum exercitum ſibi opem tuliſſe, cùm eos irrumpentes in Phrygiam & fluvii aquis, & tibiarum modis exterruiſſet.

Pag. 671. Cùm Gallorum exercitus Ioniam & finitimas Ioniæ oras ferret ageretque, Themiſonenſes narrant Herculem, Apollinem & Mercurium ad ferendum auxilium præſtò fuiſſe.

Pag. 681. Hunc fruticem Iones & reliquæ Græci nominis gentes coccum nominant; Galatæ verò, qui ſupra Phrygiam habitant, vernacula ſibi voce hyſgen appellant.

ἀμφότεροι τοῖς βαρβάροις ἐπακολυθοῦντες, ἐλοχων τε & ἔκτεινον τὺς ἀεὶ ἐχάτυς. τοῖς ἢ φεύγυσιν ὁμῶ τῷ Βρέννῳ, ἢ οἱ περὶ τὸ Ακιχώριον ἐν τῇ πρυτέρᾳ νυκτὶ ἀνεμίχθησαν· βεαδεῖαν γὰρ τὴν πορείαν ἐποίησαν σφίσιν οἱ Αἰτωλοὶ, τοῖς τε ἀκοντίοις ἐς αὐτὺς ἀφειδέστερον, ἢ ὅτῳ τύχοιεν ἢ ἄλλῳ χεφμῷοι· ὥστε ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ πρὸς τῇ Ηεακλείᾳ μοῖρα ὑ πολλὴ διέφυγεν αὐτῶν. τῷ ἢ Βρέννῳ ἢ μὲ τὰ πεώματα ἐλείπετο ἔτι σωτηρίας ἐλπὶς· τὸν ἢ πολιτῶν φόβῳ φασὶν αὐτὸν, ἢ τῇ αἰδοῖ πλέον, ἅτε τὸν ἐν τῇ Ελλάδι κακῶν αἴτιον, ἑκυσίως ἀφεῖναι τὴν ψυχὴν, ἀκρήτυ (a) πίνοντα τὸν οἶνον. ἢ τὸ ἀπὸ τύτυ ἢ οἱ βάρβαροι μέχρι μὲν τὸ Σπερχειῦ χαλεπῶς ἐκομίσθησαν, τὸν Αἰτωλῶν βιαίως σφίσιν ἐγκειμένων· ὡς ἢ ἀφίκοντο ὅπι τὸ Σπερχειὸν, οἱ ἐνλεῦθεν ὑποκαθήμενοι Θεσσαλοὶ ἢ οἱ Μαλιεῖς ἐπεφορήθησαν ὅτω σφῶν, ὡς μηδένα οἰκάδε ἀποσωθῆναι. ἐγλύετο ἢ τὸν Κελτῶν στρατεία τε ὅπι τὸν Ελλάδα ἢ ἡ ἀπώλεια, Αναξικράτυς Αθλύησιν ἄρχοντος, δευτέρῳ ἢ ἔτει τὸν πέμπτης Ολυμπιάδος ὅπι εἴκοσι ἢ ἑκατὸν, ᾧ Λάδας Αἰγιεὺς ἐνίκα στάδιον. τῷ ἢ ἔτει τῷ ἐφεξῆς Δημοκλέυς Αθλύησιν ἄρχοντος, οἱ ἢ αὖθις ἐς τὴν Ασίαν διαβαίνυσιν οἱ Κελτοί.

Φασὶ ἢ ὡς ἢ τὸν Γαλατῶν ἀπώσαιντο στρατείαν, τὸν Μαρσύυ σφίσιν ὅπι τὺς βαρβάρους ὕδατί τε ἐκ τὸν ποταμῦ ἢ μέλει τὸν αὐλῶν ἀμύναντος.

Οτε ἢ ὁ Γαλατῶν στρατὸς ἔφερε ἢ ἤγλυ Ιωνίαν & Ιωνίας τὰ ὅμορα, οἱ Θεμισονεῖς φασιν αὐτοῖς Ηεακλέα βοηθὸν ἢ Απόλλωνα γλύσθαι ἢ Ερμεῖν.

Τῳ ἢ θάμνον ταύτῳ Ιωνες μὲ ἢ τὸ ἄλλο Ελληνικὸν κόκκον, Γαλάται ἢ οἱ ὑπὲρ Φρυγίας φωνῇ τῇ ὁπιχωρίῳ σφίσιν ὀνομάζυσιν (b) ὗς.

(a) Juſtinus non mero, ſed pugione vitam finiſſe Brennum teſtatur l. 24. c. 8.

(b) Turnebus pro ὗς ſagaci conjectura ὕσγη legendum eſſe tradit: & ὕσγης etiam meminerunt Heſychius & Suidas; hic herbæ, ille coloris eſſe ſpeciem docens: à qua ὑσγινον χρῶμα, ὑσγινοβαφῆ ἱμάτια & ſimilia, quorum apud Latinos quoque ſcriptores mentio, Plinium, Vitruvium, alios. *Sylburgius.*

EX JUSTINI HISTORIIS, DE GALLIS.

Edit. Pariſiis in 4°. 1677.

EX LIBRO XII.

Cap. 13. An. U. C. 427. AB ultimis littoribus Oceani Babyloniam [Alexandro] revertenti nuntiatur, legationes Carthaginienſium, ceterarumque Africæ civitatum, ſed & Hiſpaniarum, Siciliæ, Galliæ, Sardiniæ, nonnullas quoque ex Italia ejus adventum Babyloniæ opperiri.

Digitized by Google

A

EX LIBRO XX.

Sed Dionyſium gerentem bellum legati Gallorum, qui ante menſes Romam incenderant, ſocietatem amicitiamque petentes adeunt; gentem ſuam inter hoſtes ejus poſitam eſſe, magnoque uſui ei futuram vel in acie bellanti, vel de tergo intentis in prælium hoſtibus, affirmant. Grata legatio Dionyſio fuit. Ita pacta ſocietate, & auxiliis Gallorum auctus, bellum velut ex integro reſtaurat. His autem Gallis cauſa in Italiam veniendi, ſedeſque novas quærendi, inteſtina diſcordia, & aſſiduæ domi diſſenſiones fuere; quarum tædio, cùm in Italiam veniſſent, ſedibus Tuſcos expulerunt; & Mediolanum, Comum, Brixiam, Veronam, Vergamum, Tridentum, Vicentiam condiderunt. Cap. 5. An. U. 363.

B

EX LIBRO XXIV.

Sed nec Ptolemæo inulta ſcelera fuerunt: quippe diis immortalibus tot perjuria, & tam cruenta parricidia vindicantibus, brevi pòſt à Gallis ſpoliatus regno, captuſque, vitam ferro, ut meruerat, amiſit. Cap. 3. An. U. C. 473.

Namque (a) Galli abundanti multitudine, cùm eos non caperent terræ quæ genuerant, trecenta millia hominum ad ſedes novas quærendas, velut ver ſacrum miſerunt. Ex his (b) portio in Italia conſedit, quæ & urbem Romanam captam incendit: & portio Illyricos ſinus, ducibus avibus (nam augurandi ſtudio Galli præter ceteros callent) per ſtrages barbarorum penetravit, & in Pannonia conſedit: gens aſpera, audax, bellicoſa, quæ prima poſt Herculem, cui ea res virtutis Cadmirationem & immortalitatis fidem dedit, Alpium invicta juga, & frigore intractabilia loca tranſcendit: ibi domitis (c) Pannoniis, per multos annos cum finitimis varia bella geſſerunt. Hortante deinde ſucceſſu, diviſis agminibus, alii Græciam, alii Macedoniam, omnia ferro proterentes, petivêre: tantuſque terror Gallici nominis erat, ut etiam reges non laceſſiti, ultrò pacem ingenti pecunia mercarentur. Solus rex Macedoniæ Ptolemæus adventum Gallorum intrepidus audivit; hiſque cum paucis & incompoſitis, quaſi bella non difficiliùs quàm ſcelera patrarentur, parricidiorum furiis agitatus occurrit. Dardanorum quoque legationem, viginti millia armatorum in auxilium offerentem, ſprevit; addita inſuper contumelia, actum de Macedonia dicens, ſi cùm totum Orientem ſoli domuerint, nunc in vindictam finium Dardanis egeant: milites ſe habere filios eorum, qui ſub Alexandro rege ſtipendia, toto orbe terrarum victores, fecerint. Quæ ubi Dardano regi nuntiata ſunt, Dinclytum illud Macedoniæ regnum brevi, immaturi juvenis temeritate, caſurum dixit. Cap. 4.

Igitur Galli, duce (d) Belgio, ad tentandos Macedonum animos legatos ad Ptolemæum mittunt, offerentes pacem, ſi emere velit: ſed Ptolemæus inter ſuos belli metu pacem Gallos petere gloriatus eſt. Nec minùs ferociter ſe legatis, quàm inter amicos jactavit, aliter ſe pacem daturum negando, niſi principes ſuos obſides dederint, & arma tradiderint: non enim fidem ſe niſi inermibus habiturum. Renuntiata legatione, risêre Galli, undique acclamantes, brevi ſenſurum, ſibi an illi conſulentes, pacem obtulerint. Interjectis diebus, prælium conſeritur, victique Macedones cæduntur. Ptolemæus multis vulneribus ſaucius capitur: caput ejus amputatum, & lancea fixum, tota acie ad terrorem hoſtium circumfertur. Paucos ex Macedonibus fuga ſervavit: ceteri aut capti, aut occiſi. Hæc cùm nuntiata per omEnem Macedoniam eſſent, portæ urbium clauduntur; luctu omnia replentur: nunc orbitatem amiſſorum filiorum dolebant: nunc excidia urbium metuebant: nunc Alexandri Philippique regum ſuorum nomina, ſicuti numina, in auxilium vocabant: ſub illis ſe non ſolùm tutos, verùm etiam victores orbis terrarum exſtitiſſe: ut tuerentur patriam ſuam, quam gloria rerum geſtarum cælo proximam reddidiſſent; Cap. 5. An. U. C. 473.

(a) Hæc Gallorum è ſuis ſedibus emigratio facta eſt à Sigoveſo & Belloveſo fratribus, de qua Livius lib. 1. cap. 34. & Plutarchus in Camillo. Multa ſimul conjungit Juſtinus, quæ diverſis temporibus peracta ſunt.

(b) Gallorum portio Belloveſo duce Italiam invadit; altera, quæ Illyricum & Pannoniam penetravit, ducem habuit Sigoveſum. Barbari, quos proſtrarunt Galli, antequàm in Pannonia ſedes figerent, Germani ſunt, quorum loca quædam incoluiſſe Gallos circum Hercyniam ſilvam teſtatur Cæſar lib. 6. de Bel. Gal.

(c) Galli, qui Pannonios domuerunt, non ii ſunt qui Alpes tranſcenderant, ſed illi qui tranſito Rheno, ſuperatis Germanis, domitis Pannoniis, Thraciæ, Græciæ & Aſiæ infeſta arma intulerunt.

(d) Hunc Bolgium vocat Pauſanias.

Digitized by Google

An. U. C. 473. ut opem afflictis ferrent, quos furor & temeritas Ptolemæi regis perdidiſſet, ora- A
bant. Deſperantibus omnibus, non votis agendum Soſthenes unus de Macedonum
principibus ratus, contracta juventute, & Gallos victoria exultantes compeſcuit; &
Macedoniam ab hoſtili populatione defendit. Ob quæ virtutis beneficia, multis no-
bilibus regnum Macedoniæ affectantibus, ignobilis ipſe præponitur: & cùm rex ab
exercitu appellatus eſſet, ipſe non in regis, ſed ducis nomen jurare milites com-
pulit.

Cap. 6. Interea Brennus, quo duce portio Gallorum in Græciam ſe effuderat, audita
victoria ſuorum, qui Belgio duce Macedones vicerant, indignatus partâ victoriâ
opimam prædam & Orientis ſpoliis onuſtam tam facilè relictam eſſe, ipſe aduna-
An. U. C. 474. tis CL. millibus peditum, & XV. millibus equitum, in Macedoniam irrumpit. Cùm
agros villaſque popularetur, occurrit ei cum inſtructo exercitu Macedonum Soſthe-
nes: ſed pauci à pluribus, trepidi à valentibus facilè vincuntur. Itaque cùm victi B
ſe Macedones intra muros urbium condidiſſent; victor Brennus, nemine prohi-
bente, totius Macedoniæ agros deprædatur. Inde quaſi terrena jam ſpolia ſorde-
rent, animum ad deorum immortalium templa convertit, ſcurriliter jocatus, locu-
pletes deos largiri hominibus oportere. Statim igitur Delphos iter vertit, prædam
religioni, aurum offenſæ deorum immortalium præferens, quos nullis opibus egere,
ut qui eas largiri hominibus ſoleant, affirmabat. Templum autem Apollinis Del-
phis poſitum eſt in monte Parnaſo, in rupe undique impendente: ibi civitatem fre-
quentia hominum facit; qui ad affirmationem majeſtatis undique concurrentes, in
eo ſaxo conſedêre: atque ita templum & civitatem non muri, ſed præcipitia; nec
manu facta, ſed naturalia præſidia defendunt, prorſus ut incertum ſit utrùm muni-
mentum loci, an majeſtas dei plus hîc admirationis habeat. Media ſaxi rupes in
formam theatri receſſit. Quamobrem & hominum clamor, & ſi quando accedit C
tubarum ſonus, perſonantibus & reſpondentibus inter ſe rupibus, multiplex audiri,
ampliorque quàm auditur, reſonare ſolet. Quæ res majorem majeſtatis terrorem
ignaris rei, & admirationem ſtupentibus plerumque affert. In hoc rupis anfractu,
media fermè montis altitudine, planities exigua eſt, atque in ea profundum terræ
foramen, quod in oracula patet; ex quo frigidus ſpiritus, vi quadam velut vento in
ſublime expulſus, mentes vatum in vecordiam vertit; impletaſque deo reſponſa
conſulentibus dare cogit. Multa igitur ibi & opulenta regum populorumque viſun-
tur munera; quæque magnificentia ſui, reddentium vota gratam voluntatem, &
deorum reſponſa manifeſtant.

Cap. 7. Igitur Brennus cùm in conſpectu haberet templum, diu deliberavit, an confe-
ſtim rem aggrederetur: an verò feſſis via militibus, noctis ſpatium ad reſumendas
vires daret. Emanus & Theſſalorus duces, qui ſe ad prædæ ſocietatem junxerant, D
amputari moras jubent, dum imparati hoſtes, & recens adventus ſui terrori eſſet:
interjecta nocte & animos hoſtibus, forſitan & auxilia acceſſura, & vias, quæ tunc
pateant, obſtructum iri. Sed Gallorum vulgus ex longa inopia, ubi primùm vino
ceteriſque commeatibus referta rura invenit, non minùs abundantia quàm victoria
lætum per agros ſe ſparſerat; deſertiſque ſignis ad occupanda omnia pro victoribus
vagabantur. Quæ res dilationem Delphis dedit. Prima namque opinione adventûs
Gallorum prohibiti agreſtes oraculis feruntur, meſſes vinaque villis efferre. Cujus
rei ſalutare præceptum non priùs intellectum eſt, quàm vini ceterarumque copia-
rum abundantiâ, velut morâ, Gallis objectâ, auxilia finitimorum convenere. Priùs
itaque urbem ſuam Delphi, aucti viribus ſociorum, permunivere, quàm Galli vino
velut prædæ incubantes, ad ſigna revocarentur. Habebat Brennus lecta ex omni
exercitu peditum ſexaginta quinque millia: Delphorum ſociorumque nonniſi qua- E
tuor millia militum erant; quorum contemtu Brennus ad acuendos ſuorum animos,
prædæ ubertatem omnibus oſtendebat, ſtatuaſque cum quadrigis, quarum ingens co-
pia procul viſebatur, ſolido auro fuſas eſſe: pluſque in pondere, quàm in ſpecie
habere prædæ affirmabat.

Cap. 8. Hac aſſeveratione incitati Galli, ſimul & heſterno mero ſaucii, ſine reſpectu pe-
riculorum in bellum ruebant. Contrà, Delphi plùs in deo quàm in viribus repo-
nentes, cum contemtu hoſtium reſiſtebant, ſcandenteſque Gallos è ſummo montis
vertice, partim armis obruebant. In hoc partium certamine, repentè univerſorum
templorum antiſtites, ſimul & ipſi vates, ſparſis crinibus, cum inſignibus atque
infulis, pavidi vecordeſque in primam pugnantium aciem procurrunt: adveniſſe
deum clamant; eumque ſe vidiſſe deſilientem in templum per culminis aperta faſtigia.

Dum

Digitized by Google

A Dùm omnes opem dei ſuppliciter implorant, juvenem ſupra humanum mo- An. U. C.
dum inſignis pulchritudinis, comiteſque ei duas armatas virgines, ex propinquis 474.
duabus Dianæ Minervæque ædibus occurriſſe, nec oculis tantùm hæc ſe perſpexiſſe; audiſſe etiam ſtridorem arcûs, ac ſtrepitum armorum. Proinde ne cunctarentur, diis anteſignanis, hoſtem cædere, & victoriæ deorum ſocios ſe adjungere, ſummis obſecrationibus monebant. Quibus vocibus incenſi, omnes certatim in prælium proſiliunt. Præſentiam dei & ipſi ſtatim ſenſêre; nam & terræ motu portio montis abrupta, Gallorum ſtravit exercitum, & confertiſſimi cunei non ſine vulneribus hoſtium diſſipati ruebant. Inſecuta deinde tempeſtas eſt, quæ grandine & frigore ſaucios ex vulneribus abſumſit. Dux ipſe Brennus, cùm dolorem vulnerum ferre non poſſet, pugione vitam finivit. Alter ex ducibus, punitis belli auctoribus, cum decem millibus ſauciorum citato agmine Græciâ excedit. Sed nec fugientibus
B fortuna commodior fuit: ſiquidem pavidis nulla ſub tectis acta nox; nullus ſine labore & periculo dies; aſſidui imbres & gelu, nix concreta, & fames, & laſſitudo, & ſuper hæc maximum pervigiliæ malum, miſeras infelicis belli reliquias obterebant. Gentes quoque nationeſque, per quas iter habebant, palantes velut prædam ſectabantur. Quo pacto evenit ut (a) nemo ex tanto exercitu, qui paulò antè fiducia virium etiam adverſus deos contendebat, vel ad memoriam tantæ cladis ſupereſſet.

EX LIBRO XXV.

Inter duos reges, Antigonum (b) & Antiochum, ſtatuta pace, cùm in Macedo- Cap. 1.
niam Antigonus reverteretur, novus eidem repentè hoſtis exortus eſt. Quippe Gal- An. U. C.
li, qui à Brenno duce, cùm in Græciam proficiſceretur, ad terminos gentis tuen- 477.
C dos relicti fuerant, ne ſoli deſides viderentur, peditum quindecim millia, equitum tria millia armaverunt: fugatiſque Getarum Triballorumque copiis, Macedoniæ imminentes, legatos ad regem miſerunt, qui pacem ei venalem offerrent, ſimul & regis caſtra ſpecularentur. Quos Antigonus pro regali munificentia, ingenti apparatu epularum ad cenam invitavit. Sed Galli expoſitum grande auri argentique pondus admirantes, atque prædæ ubertate ſolicitati, infeſtiores quàm venerant reverſuntur. Quibus & elephantos ad terrorem, velut inuſitatas barbaris formas, rex oſtendi juſſerat, & naves onuſtas copiis demonſtrari: ignarus quòd quibus oſtentatione virium metum ſe injicere exiſtimabat, eorum animos ut ad opimam prædam ſolicitabat. Itaque legati ad ſuos reverſi, omnia in majus extollentes, opes pariter & negligentiam regis oſtendunt: referta auro & argento caſtra: ſed neque vallo foſſave munita: & quaſi ſatis munimenti in divitiis haberent, ita eos omnia officia mili-
D taria intermiſiſſe, prorſus quaſi ferri auxilio non indigerent, quoniam abundarent auro.

Hac relatione, avidæ gentis animi ſatis ad prædam incitabantur. Accedebat ta- Cap. 2.
men & exemplum Belgii, qui non magno antè tempore Macedonum exercitum cum rege trucidaverat. Itaque conſentientibus omnibus, nocte caſtra regis aggrediuntur: qui præſentiens tantam tempeſtatem, ſignum pridie dederat, ut omnibus rebus ablatis, in proxima ſilva taciti ſe occultarent. Neque aliter ſervata caſtra, quàm quòd deſerta ſunt. Siquidem Galli, ubi omnia vacantia, nec ſine defenſoribus modò, verùm etiam ſine cuſtodibus vident, non fugam hoſtium, ſed dolum arbitrantes, diu intrare portas timuerunt: poſtremùm integris & intactis munimentis, ſcrutantes potiùs quàm diripientes, caſtra occupaverunt. Tunc ablatis quæ invenerant, ad littus converſuntur. Ibi dum naves incautiùs diripiunt, à remigibus
E & ab exercitûs parte, quæ eò cum conjugibus & liberis confugerant, nihil tale metuentes trucidantur: tantaque cædes Gallorum fuit, ut Antigono pacem opinio hujus victoriæ, non à Gallis tantùm, verùm etiam à finitimorum feritate præſtiterit. Quamquam Gallorum ea tempeſtate tantæ fecunditatis juventus fuit, ut Aſiam omnem velut examine aliquo implerent. Denique neque reges Orientis ſine mercenario Gallorum exercitu ulla bella geſſerunt: neque pulſi regno ad alios quàm ad Gallos confugerunt. Tantus terror Gallici nominis, & armorum invicta felicitas erat, ut aliter neque majeſtatem ſuam tutam, neque amiſſam recuperare ſe poſſe ſine Gallica virtute arbitrarentur. Itaque in auxilium à Bithyniæ rege invocati,

(a) Non ſibi conſtat Juſtinus, nam infrà, lib 32. c. 3. ſcribit Gallorum, amiſſo Brenno, partem in Aſiam, partem in Thraciam exortes fugiſſe. Vide Polybium l. 4.

(b) Antigonus Gonatâ & Antiochus Soter de regno Macedoniæ certabant inter ſe.

Digitized by Google

regnum cum eo parta victoria diviſerunt, eamque regionem Gallogræciam cognominaverunt. A

Cap. 3. An. U. C. 478. Antigonus autem cum paucis equitibus, fugæ comitibus, repentè fortunæ ornamentis deſtitutus, amiſſi regni ſpeculaturus eventus, Theſſalonicam ſe recepit, ut inde cum conducta Gallorum mercenaria manu bellum repararet.

EX LIBRO XXVI.

Cap. 2. An. U. C. 482. INTEREA Antigonus cùm multiplici bello & (a) Ptolemæi regis & Spartanorum premeretur; novuſque illi hoſtis Gallogræciæ exercitus affluxiſſet; in ſpeciem caſtrorum parva manu adverſus ceteros relicta, adverſus Gallos totis viribus proficiſcitur. Quibus cognitis, Galli cùm & ipſi ſe prælio pararent, in auſpicia pugnæ hoſtias cædunt: quarum extis cùm magna cædes interituſque omnium prædiceretur, non in timorem, ſed in furorem verſi, ſperanteſque deorum minas expiari cæde ſuorum poſſe; conjuges & liberos ſuos trucidant, auſpicia belli à parricidio incipientes. Tanta rabies feros animos invaſerat, ut non parcerent ætati, cui etiam hoſtes peperciſſent, bellumque internecivum cum liberis liberorumque matribus gererent, pro quibus bella ſuſcipi ſolent. Itaque quaſi ſcelere vitam victoriamque redemiſſent, ſicut erant cruenti ex recenti ſuorum cæde, in prælium non meliore eventu quàm omine proficiſcuntur. Siquidem pugnantes priùs parricidiorum furiæ quàm hoſtes circumvenere; obverſantibuſque ante oculos manibus interemtorum, omnes occidione cæſi. Tanta ſtrages fuit, ut pariter cum hominibus dii conſenſiſſe in exitium parricidarum viderentur. B

EX LIBRO XXVII. C

Cap. 2. An. U. C. 510. INTEREA (b) Ptolemæus cùm Antiochum in auxilium Seleuco venire cognoviſſet, ne cum duobus uno tempore dimicaret, in annos decem cum Seleuco pacem facit; ſed pax ab hoſte data interpellatur à fratre, qui conducto Gallorum mercenario exercitu, pro auxilio bellum, pro fratre hoſtem imploratus exhibuit. In eo prælio virtute Gallorum victor quidem Antiochus fuit; ſed Galli arbitrantes Seleucum in prælio cecidiſſe, in ipſum Antiochum arma vertêre, liberiùs depopulaturi Aſiam, ſi omnem ſtirpem regiam exſtinxiſſent. Quod ubi ſenſit Antiochus, velut à prædonibus, auro ſe redimit, ſocietatemque cum mercenariis ſuis jungit.

Cap. 3. Interea rex Bithyniæ Eumenes, ſparſis conſumtiſque fratribus bello inteſtinæ diſcordiæ, quaſi vacantem Aſiæ poſſeſſionem invaſurus, victorem Antiochum, Galloſque aggreditur..... Hinc Bithynus Eumenes, inde Galli, humiliorum ſemper mercenaria manus, Aſiam depopulabantur: cùm interea nemo defenſor Aſiæ inter tot prædones inveniebatur. D

EX LIBRO XXVIII.

Cap. 2. SED Ætoli legationem Romanorum ſuperbè audivere: Pœnos illis & Gallos, à quibus tot bellis occidione cæſi ſunt, exprobrantes, dicenteſque, priùs illis portas adverſus Carthaginienſes aperiendas, quas clauſerit metus Punici belli, quàm in Græciam arma transferenda. Meminiſſe deinde jubent, qui quibus minentur, adversùs Gallos urbem eos ſuam tueri non potuiſſe, captamque non ferro defendiſſe, ſed auro redemiſſe. Quam gentem ſe aliquantò majore manu Græciam ingreſſam, non ſolùm nullis externis viribus, ſed ne domeſticis quidem totis adjutos, E univerſam deleſſe; ſedemque ſepulcris eorum præbuiſſe, quam illi urbibus imderioque ſuo propoſuerant. Contrà, Italiam, trepidis ex recenti urbis ſuæ incendio Romanis, univerſam fermè à Gallis occupatam. Priùs igitur illis Gallos Italia pellendos, quàm minentur Ætolis: priúſque ſua defendenda.

EX LIBRO XXXII.

Cap. 1. QUÆ conditio tantò amarior illis [Ætolis] quantò ſerior fuit, reputantibus tempora illa, quibus tantis Perſarum opibus, domeſticis viribus reſtiterant, quibus

(a) Is erat Ptolemæus Philadelphus Rex Ægypti.

(b) Ptolemæus Evergetes Philadelphi filius. Antiochus Hierax frater Seleuci Callinici Syriæ Regis.

Digitized by Google

A Gallorum violentiam, Asiæ Italiæque terribilem, Delphico bello fregerant.

Nam & [Perseus] Gallos Scordiscos ad belli societatem perpulerat: feciſſetque Romanis grave bellum, niſi deceſſiſſet. Namque Galli bello adverſus Delphos infeliciter geſto, in quo majorem vim numinis quàm hoſtium ſenſerant, amiſſo Brenno duce, pars in Aſiam, pars in Thraciam extorres fugerant. Inde per eadem veſtigia qua venerant, antiquam patriam repetivere. Ex his manus quædam in confluente Danubii & Sabi conſedit, Scordiſcoſque ſe appellari voluit. Tectoſagi autem, cùm in antiquam (a) patriam Toloſam veniſſent, comprehenſique peſtifera lue eſſent, non priùs ſanitatem recuperavere, quàm aruſpicum reſponſis moniti, aurum argentumque bellis ſacrilegiiſque quæſitum, in Toloſenſem lacum mergerent. Quod omne magno pòſt tempore Cæpio Romanus Conſul abſtulit. Fuere autem argenti pondo centum decem millia, auri pondo quinquies decies centum millia. Quod B ſacrilegium cauſa excidii Cæpioni exercituique ejus poſteà fuit. Romanos quoque Cimbrici belli tumultus, velut ultor ſacræ pecuniæ, inſecutus eſt. Ex gente Tectoſagorum non mediocris populus prædæ dulcedine, Illyricum repetivit, ſpoliatiſque Iſtris, in Pannonia conſedit.

Cap. 3. An. U. C. 581.

An. U. C. 647.

EX LIBRO XXXVII.

Capto Ariſtonico, Maſſilienſes pro (b) Phocenſibus conditoribus ſuis, quorum urbem Senatus, & omne nomen, quòd & tunc, & antea Antiochi bello, infeſta contra populum Romanum arma tulerant, deleri juſſerat, legatos Romam deprecatum miſere, veniamque his à Senatu obtinuere.

Cap. 1. An. U. C. 623.

C EX LIBRO XXXVIII.

Post hæc Mithridates intelligens, quantum bellum ſuſcitaret, legatos ad Cimbros, alios ad Gallogræcos, & Sarmatas, Baſtarnaſque, auxilium petitum mittit.

Cap. 3. An. U. C. 663.

In oratione Mithridatis ad milites.

[Mithridates ait ſe] audire populos Tranſalpinæ Galliæ Italiam ingreſſos, maximis eam plurimiſque urbibus poſſidere; & latius aliquantò ſolum finium, quàm in Aſiâ, quæ dicatur imbellis, eoſdem Gallos occupaſſe: nec victam ſolùm dici ſibi Romam à Gallis, ſed etiam captam, ita ut unius illis montis tantùm cacumen relinqueretur, nec bello hoſtem, ſed pretio remotum: Gallorum autem nomen, D quod ſemper Romanos terruit, in partem virium ſuarum ipſe numeret. Nam hos qui Aſiam incolunt Gallos, ab illis qui Italiam occupaverant, ſedibus tantùm diſtare, originem quidem ac virtutem, genuſque pugnæ idem habere, tantòque his ſagaciora eſſe quàm illis ingenia, quantò longiori ac difficiliori ſpatio, per Illyricum Thraciamque prodierint, penè operoſiùs tranſitis eorum finibus, quàm, ubi conſedere, poſſeſſis.

Cap. 4. An. U. C. 664.

EX LIBRO XLI.

Erat eo tempore Arſaces, vir, ſicut incertæ originis, ita virtutis expertæ. Hic ſolitus latrociniis & rapto vivere, accepta opinione, Seleucum à Gallis in Aſia victum, ſolutus regis metu, cum prædonum manu Parthos ingreſſus, præfe- E ctum eorum Andragoram oppreſſit; ſublatoque eo, imperium gentis invaſit.

Cap. 4. circa An. U. C. 507.

EX LIBRO XLIII.

Temporibus Tarquinii regis, ex Aſia Phocenſium juventus, oſtio Tiberis invecta, amicitiam cum Romanis junxit: inde in ultimos Galliæ ſinus navibus profecta, Maſſiliam inter Ligures & feras gentes Gallorum condidit: magnaſque res,

Cap. 3.

(a) Gallos, quos nunc Juſtinus Toloſam in patriam ſuam reduxit, ſuprà lib. 24. è Pannonia eduxerat. Cùm ex veteribus alii Gallos, qui expeditioni Delphicæ interfuerunt, è Galliis profectos eſſe tradant, alii ex regionibus Thraciæ & Græciæ vicinis; dicendum eſt cum novæ Hiſtoriæ Occitaniæ Auctoribus, Gallos Tectoſagas ſeſe cum Tectoſagis Germaniæ conjunxiſſe, ſimulque hanc expeditionem ſuſcepiſſe.

(b) Non Phocenſes, Græciæ populi in Phocide, Maſſiliam condidere, ſed Phocæenſes, Phocææ incolæ urbis Ioniæ.

Digitized by Google

sive dum armis se adversus Gallicam feritatem tuentur, sive dum ultrò lacessunt, A à quibus fuerant antè lacessiti, gesserunt. Namque Phocenses exiguitate ac macie terræ coacti, studiosiùs mare quàm terras exercuere : piscando, mercando, plerumque etiam latrocinio maris, quod illis temporibus gloriæ habebatur, vitam tolerabant. Itaque in ultimam Oceani oram procedere ausi, in sinum Gallicum ostio Rhodani amnis devenere. Cujus loci amœnitate capti, reversi domum referentes quæ viderant, plures solicitavere. Duces classis Simos & Protis fuere. Itaque regem (a) Segobrigiorum, Nannum nomine, in cujus finibus urbem condere gestiebant, amicitiam petentes conveniunt. Fortè eo die rex occupatus in apparatu nuptiarum Gyptis filiæ erat : quam, more gentis, electo inter epulas genero, nuptum tradere illic parabat. Itaque cùm ad nuptias invitati omnes processissent, rogantur etiam Græci hospites ad convivium. Introducta deinde virgo, cùm juberetur à patre aquam porrigere ei quem virum eligeret ; tunc omissis omnibus, ad Græcos conversa, B aquam Proti porrigit : qui factus ex hospite gener, locum condendæ urbis à socero accepit. Condita igitur Massilia est prope ostia Rhodani amnis, in remoto sinu, veluti in angulo maris. Sed Ligures incrementis urbis invidentes, Græcos assiduis bellis fatigabant. Qui pericula propulsando in tantum enituerunt, ut victis hostibus, in captivis agris multas colonias constituerent.

Cap. 4. Ab his igitur Galli & usum vitæ cultioris, deposita & mansuefacta barbaria, & agrorum cultus, & urbes mœnibus cingere didicerunt. Tunc & legibus, non armis vivere ; tunc & vitem putare, tunc olivam serere consueverunt : adeóque magnus & hominibus & rebus impositus est nitor, ut non Græcia in Galliam emigrasse, sed Gallia in Græciam translata videretur. Mortuo rege Nanno Segobrigiorum, à quo locus acceptus condendæ urbis fuerat, cùm regno filius ejus Comanus successisset, affirmante regulo quodam, quandoque Massiliam exitio finitimis C populis futuram, opprimendamque in ipso ortu ; ne mox validior ipsum obrueret : subnectit & hanc fabulam ; Canem aliquando partu gravidam locum à pastore precariò petisse, in quo pareret : quo obtento, iteratò petisse ut sibi educare eodem in loco catulos liceret : ad postremum, adultis catulis, fultam domestico præsidio, proprietatem loci sibi vindicasse. Non aliter Massilienses, qui nunc inquilini videantur, quandoque dominos regionum futuros. His incitatus rex, insidias Massiliensibus exstruit. Itaque solenni Floraliorum die, multos fortes ac strenuos viros hospitii jure in urbem misit ; plures scirpiis latentes, frondibusque supertectos induci vehiculis jubet : & ipse cum exercitu in proximis montibus delitescit ; ut cùm nocte à prædictis apertæ portæ forent, tempestivè ad insidias adesset ; urbemque somno ac vino sepultam armatis invaderet. Sed has insidias mulier quædam, regis cognata, prodidit, quæ adulterare cum Græco adolescente solita, in amplexu juvenis D miserata formæ ejus, insidias aperuit, periculumque declinare jubet. Ille rem statim ad Magistratus defert : atque ita patefactis insidiis, cuncti Ligures comprehenduntur, latentesque de scirpiis protrahuntur. Quibus omnibus interfectis, insidianti regi insidiæ tenduntur. Cæsa sunt cum ipso rege hostium septem millia. Exinde Massilienses festis diebus portas claudere, vigilias agere, stationem in muris observare, peregrinos recognoscere, curas habere, ac veluti bellum habeant, sic urbem pacis temporibus custodire. Adeò illic bene instituta, non temporum necessitate, sed rectè faciendi consuetudine, servantur.

Cap. 5. Post hæc magna illis cum Liguribus, magna cum Gallis bella fuere : quæ res & urbis gloriam auxit, & virtutem Græcorum, multiplicata victoria, celebrem inter finitimos reddidit. Carthaginiensium quoque exercitus, cùm bellum captis piscatorum navibus ortum esset, sæpe fuderunt, pacemque victis dederunt : cum Hispanis E amicitiam junxerunt : cum Romanis propè ab initio conditæ urbis fœdus summa fide custodierunt, auxiliisque in omnibus bellis industriè socios juverunt. Quæ res illis & virium fiduciam auxit, & pacem ab hostibus præstitit. Cùm igitur Massilia fama rerum gestarum, & abundantia opum, & virium gloria virente floreret, repentè finitimi populi ad nomen Massiliensium delendum, veluti ad commune exstinguendum incendium, concurrunt. Dux consensu omnium Catumandus regulus eligitur, qui cùm magno exercitu lectissimorum virorum urbem hostium obsideret, per quietem specie torvæ mulieris, quæ se deam dicebat, exterritus, ultrò pacem Massiliensibus fecit : petitoque ut intrare illi urbem, & deos eorum adorare liceret, cùm in arcem Minervæ venisset, conspecto in porticibus simulacro

(a) Hadr. Valesius *Segoreiorum* legit, quos *Reios* esse putat. Segobrigios mox Justinus Ligures vocat.

Digitized by Google

A deæ, quam per quietem viderat, repentè exclamat, illam esse quæ se nocte exterruisset; illam quæ recedere ab obsidione jussisset. Gratulatusque Massiliensibus, quòd animadverteret eos ad curam deorum immortalium pertinere, torque aureo donata dea, in perpetuum amicitiam cum Massiliensibus junxit. Parta pace, & securitate fundata, revertentes à Delphis Massiliensium legati, quò missi munera Apollini tulerant, audierunt urbem Romanam à Gallis captam, incensamque. Quam rem domi nuntiatam publico funere Massilienses prosequuti sunt, aurumque & argentum publicum privatumque contulerunt, ad explendum pondus Gallis, à quibus redemtam pacem cognoverant. Ob quod meritum, & immunitas illis decreta, & locus spectaculorum in Senatu datus, & fœdus æquo jure percussum. In postremo libro Trogus majores suos à Vocontiis originem ducere; avum suum Trogum Pompeium, Sertoriano bello, civitatem à Cn. Pompeio percepisse dicit: patruum Mi-
B thridatico bello turmas equitum sub eodem Pompeio duxisse, patrem quoque sub Caio Cæsare militasse, epistolarumque & legationum, simul & anuli curam habuisse.

An. U. C. 363.

EX LIBRO XLIV.

HÆC [Hispania] inter Africam & Galliam posita, Oceani freto, & Pyrenæis montibus clauditur. Sicut minor utrâque terrâ, ita utrâque fertilior. Nam neque, ut Africa, violento sole torretur, neque, ut Gallia, assiduis ventis fatigatur. Cap. 1.

EX HERODIANO, DE GALLIS.

Ex Editione Oxoniensi, in 8°. 1704.

EX LIBRO I.

ΠΑσάν τε κατατρέχοντες τὴν Κελτῶν καὶ Ιβήρων χώραν, πόλεσί τε μεγίσταις ἐπιόντες, καὶ μέρη μὲν ἐμπιπράντες, τὰ δὲ λοιπὰ ἁρπαγῆς ποιούμενοι, ἀνεχώρουν.

G GALLIAM omnem atque Hispaniam vastabant [Maternus & socii] & ut quamque ex magnis urbibus vi ceperant, incensa direptaque, protinus abibant. Cap. 30. An. Chr. 187.

EX LIBRO III.

Επεμψε δὲ [Σεβῆρος] καὶ στρατὸν (a) δυνάμεως, τὴν τὰ στενὰ τῶν Αλπεων καταληψόμενον, καὶ φρουρήσοντα τῆς Ιταλίας τὰς εἰσβολάς. ὡς δὲ ἀπηγγέλη τῷ Αλβίνῳ μὴ μέλλων ὁ Σεβῆρος, ἀλλ' ἤδη παρεσόμενος, ὑπτιάζοντι καὶ τρυφῶντι μεγάλην ταραχὴν ἐνέβαλλε. περαιωθεὶς δὲ ἀπὸ τῆς Βρεττανίας ἐς τὴν ἀντικειμένην Γαλλίαν ἐστρατοπέδευσεν· ἔπεμψέ τε εἰς πάντα τὰ γειτνιῶντα ἔθνη, τοῖς τε ἡγουμένοις ἐπέστειλε χρήματά τε πέμπειν, καὶ τροφὰς τῷ στρατῷ. καὶ οἱ μὲν πεισθέντες ἔπεμψαν ὀλεθρίως· ὕστερον γὰρ ἐκολάσθησαν· ὅσοι δὲ οὐκ ἐπίστευσαν, εὐτυχῶς μᾶλλον γνόντες ἢ εὐβούλως, ἐσώθησαν. ἡ γὰρ ἀπόβασις καὶ τύχη τοῦ πολέμου τὰς ἑκατέρων γνώμας ἔκρινεν. ἀφικομένης δὲ τῆς τοῦ Σεβήρου δυνάμεως εἰς τὴν Γαλλίαν, γεγόνασι μέν τινες ἀκροβολισμοὶ καθ' ἕτερα χωρία· ἡ δὲ τελευταῖα περὶ

D

MISIT Severus qui angustias Alpium atque aditus Italiæ obsiderent. Enimverò postquàm nunciatum Albino est, nihil cunctari Severum, sed adesse jam; supinus hactenus ac delitias agitans, magno tum metu perculsus, statim è Britannia transmittens, in adverso Galliæ litore castra collocavit: literisque ad vicinarum gentium præsides missis, pecunias commeatumque exercitibus juvandis conrogabat. Qui igitur dicto audientes fuerunt, pessimè illud in se contulerunt, nullo non supplicio dein post bellum affecti: qui verò imperium detrectaverunt, cùm quidem feliciùs quàm prudentiùs id egissent, evasere incolumes, eventu ac fortuna rerum utraque consilia decernentibus. Sed ubi jam in Galliam Severi copiæ pervenerunt, leves quædam primò pugnæ, quasique velitares fuerunt, donec postremò apud Cap. 20. Cap. 21.

E

(a) Sthephanus censet legendum, μετὰ δυνάμεως.

Digitized by Google

Lugdunum, magnam urbem atque opulentam, prælium in manibus fuit: nam cùm se mœnibus tenuisset Albinus, exercitum emisit in pugnam. Ut verò ad manus ventum, diu quidem utrinque decertatum est æquis viribus, sic ut ambigua victoriæ fortuna penderet. Neque enim Britanni vel animi magnitudine vel aviditate cædis Illyricis concesserint. Ita conflictu primo valentissimorum exercituum neutram in partem acies inclinabat. Atque ut nonnulli prodiderunt ejus ætatis auctores, qui non ad gratiam, sed ad fidem loquuntur, longè potior fuit Albini acies, qua in parte Severus curabat, sic ut fugerit quoque, & ab equo deciderit, abjectoque paludamento regio delituerit. Sed
Cap. 22. insequentibus jam vitulantibusque Britannis ceu planè victoribus, apparuit extemplò Lætus Severi dux cum recenti adhuc exercitu. Quippe malè audiit quasi eventum pugnæ exspectaverit, cunctatus de industria retento milite, ut sibimet imperium vindicaret: siquidem non priùs in pugnam protulit pedem, quàm ubi Severus cecidisse nunciatus est. Quam suspicionem etiam deinde eventus approbavit. Quippe rebus omnibus ex sententia mox compositis, atque in maxima securitate agitans Severus, cùm quidem cæteros belli duces magnis affecisset præmiis, Lætum ipsum tamen, ut par fuit, memor proditionis morte mulctavit. Sed ista quidem pòst fuere. Tunc autem conspecto, ut diximus, Læto cum recenti exercitu, spes addita Severianis est; ac sublatus in equum Severus, & paludamento purpureo circumdatus. At Albiniani jam se victores rati, confusis ordinibus, incitante se in eos de improviso valida recentique hostium manu, cùm paulùm primò restitissent, terga demum verterunt. Fusos igitur fugatosque eos persecuti Severiani, magna edita strage, ad urbem ipsam pervenerunt. Occisorum utrinque aut captivorum numerus variè, prout visum ejus ætatis scriptoribus, proditur. Direpta mox in-
Cap. 23. An. Chr. 198. censaque urbs Lugdunum, & (a) Albino caput abscissum perlatumque ad Severum est. Ita duo maxima excitata tropæa ad Orientem ac Septentriones.....

Cap. 23. Severus, omni Gallia, quemadmodum quidem videbatur, composita ex

Λουγδουνον μεγάλην πόλιν & εὐδαίμονα, ἐν ᾗ καταπλείσας ἑαυτὸν ὁ Αλβῖνος ἔμεινε, & δὲ στρατὸν εἰς & μάχην ἐξέπεμψε. γενομένης δὲ συμβολῆς καρτερᾶς, ὅτι πλεῖστον μὲν ἰσόρροπος ἔμεινεν ἑκατέροις & νίκης ἡ τύχη. οὐ γὰρ οἱ Βρεττανοὶ ἀνδρείᾳ τε καὶ θυμῷ φονικῷ ὑπῆν & Ιλλυρικῶν ὑπολείπονται. γενναίων γὰρ στρατῶν μαχομένων, ὑ ῥᾳδίως ἦν ἡ τροπή. ὡς δέ τινες & τότε ἱστόρησαν, ὑ σφὸς χάριν, ἀλλὰ σφὸς ἀλήθειαν λέγοντες, πολύ τι ἐφέρετο ἡ φάλαγξ & Αλβίνου στρατῷ καθ' ὃ μέρος ἐτετάχτο Σεβῆρος, καὶ ὁ σὺν αὐτῷ στρατὸς, ὡς φυγεῖν τε αὐτὸν, καὶ τῷ ἵππῳ ἐκπεσεῖν, ὑπορρίψαντα δὲ & χλαμύδα & βασιλικὴν λαθεῖν. ἤδη δὲ διωκόντων καὶ παιανιζόντων & Βρεττανῶν, ὡς δὲ νενικηκότων, ὑπφανὴς Λαῖτον στρατηγὸν ὄντα Σεβήρου, σὺν τῷ στρατῷ ἧρχεν ἀκμῇ τε ὄντι, & ἔξω μάχης γεγονότι. διαβάλλουσι δὲ αὐτὸν, ὡς καταδοκήσαντα & ὑπόβασιν & μάχης, καὶ ἑκόντα βεβαιώσαντα· & δὲ ὑφ' ἑαυτῷ στρατὸν ἀκμῇ τηρήσαντα, & ἀρχὴν ἑαυτῷ μνώμενον τότε ὑπφανείας, ὅτε ἔμαθε & Σεβῆρον πεπτωκότα. πίστιν δὲ & διαβολὴν ταύτην ἡ ὑπόβασις. ὕστερον γὰρ ὁ Σεβῆρος μὴ τὰ πάντα κατορθώσας, & εἰ ἐν ἀμείνονι βίῳ, τοὺς μὲν ἄλλους πάντας αὐτῷ στρατηγοὺς μεγάλως ἠμείψατο· & δὲ Λαῖτον μόνον, ὡς εἰκὸς, μνησικακήσας διεχρήσατο. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον ἐγένετο. τότε δ' ὧν, ὡς προείρηται, ὑ Λαίτου ὑπφανέντος σὺν νεαρῷ τῷ στρατῷ, οἱ μὲν Σεβήρου ἐπερρώσθησαν, τὸν δὲ Σεβῆρον τῷ ἵππῳ ἐπεβίβασαν, καὶ & χλαμύδα περιέθεσαν. οἱ δὲ & Αλβίνου οἰόμενοι ἤδη νενικηκέναι, καὶ ἀτακτότεροι εὑρεθέντες, αἰφνιδίως αὐτοῖς ὑπεισούσης γενναίας & ὑ προηγωνισμένης δυνάμεως, ἐπ' ὀλίγον ἀντεχόντες εἶξαν. τροπῆς τε καρτερᾶς γενομένης, ἐδίωξαν αὐτοὺς φονεύοντες οἱ Σεβήρου, μέχρις ὑ ἐς & πόλιν ἐσέβαλον. τὸ μὲν οὖν πλῆθος & ἑκατέρωθεν ἀνηρημένων, ἢ ἁλόντων, ὡς ἕκαστος ἐβουλήθη & τότε συλλαμβάνων, ἱστόρηται. οἵ τε & Σεβήρου τὴν τε πόλιν Λουγδοῦνον διαρπάσαντες καὶ ἐμπρήσαντες, τόν τε Αλβῖνον συλλαβόντες, & κεφαλὴν ἀφελόντες, κομίσαντες αὐτὴν τῷ Σεβήρῳ, διὰ & μέσης ἤγειραν τροπαῖα, τὸ μὲν ἐν ἀνατολῇ, τὸ δὲ ὑπ' ἄρκτον.

Τά τε καὶ τὰς Γαλλίας, ὡς ᾤετο, ἄρτι

(a) Vulgaris fert sententia, Albinum debellatum fuisse anno 197. Attamen cùm statim post victoriam Severus Romam petierit, atque certum sit eum ibi anno 198. Quinquennalia celebrasse, in hunc annum Albini cædem refundit Pagius in Crit. in Annal. Baronii.

Digitized by Google

ἀφθεὶς..... εἰς τὴν Ρώμην ἀπεκόμισε.

Αὐτοὶ δὲ τὸν στρατὸν ἀναλαβόντες, νικηφόροι δὴ καὶ Βρεττανῶν εἰς τὴν ἀντικειμένην Γαλλίαν, διαβάντες τὸν ὠκεανὸν, ἀφίκοντο.

A ſententia..... continuò Romam proficiſcitur.

Antoninus & Geta exercitum deportantes, victoreſque jam Britanniæ, in adverſam Galliam, emenſo Oceano, pervenerunt. Cap. 51. An. Chr. 211.

EX DIONIS CASSII HISTORIA ROMANA, DE GALLIS.

Edit. Hanoviæ, in fol. 1606.

EX LIBRO XXXVI.

Τοῦ Πίσωνος μὴ ἐπιτρέψαντος τοῖς ὑπάρχοις καταλόγους ἐν τῇ Γαλατίᾳ τῇ Ναρβωνησίᾳ, ἧς ἦρχε, ποιήσασθαι, δεινῶς ὁ δῆμος ἠγανάκτησε.

B CUM Piſo in Gallia Narbonenſi, ſua provincia, legatis Pompeii delectuum habendorum poteſtatem denegaſſet, vehementer ejus rei ergo indignatus eſt populus. Pag. 18. An. U. C. 686.

EX LIBRO XXXVII.

Καὶ διὰ ταῦτα δὲ ὁ Κικέρων καὶ χώραν ἔμεινεν. εἰλήχει γὰρ τὴν Μακεδονίας ἀρχήν· ὅτε δὲ ἐς ἐκείνην (τὸν γὰρ συνάρχοντα αὐτῆς διὰ τὰς δίκας ἀναβαλὼν ἔξεσι) ὅτε ἐς τὴν Γαλατίαν τὴν πλησίον, ἵν' ἀντέλαβε διὰ τὰ παρόντα, ἐξήλασεν· ἀλλ' αὐτὸς μὲν τὴν πόλιν διὰ φυλακῆς ἐποιήσατο, ἐς δὲ τὴν Γαλατίαν τὸν Μέτελλον, ὅπως μὴ καὶ ὁ Κατιλῖνας αὐτὴν σφετερίσηται, ἔπεμψε. καὶ ἐν καιρῷ γε ἐς τὰ μάλιστα τοῖς Ρωμαίοις κατέμεινε. παρεσκευάζοντο γὰρ οἱ Λεντύλου κατασφῆσαί τε πινὰς, καὶ σφαγὰς ἐργάσασθαι, μετά τε τῶν ἄλλων τῶν συνομωμοκότων, καὶ μὴ Ἀλλοβρίγων, οὓς καὶ πρεσβείαν παρόντας ἀνέπεισε συμφρονῆσαί τε αὐτοῖς.

E Ασdem ob cauſas Cicero etiam Romæ permanſit. Obtigerat ei ſorte Macedonia provincia: ſed eam collegæ, conceſſerat, ut judiciis adeſſe poſſet: ipſe Galliam vicinam, ob præſentem rerum ſtatum, pro ea receperat, in quam tamen non ivit: ſed urbis cuſtodiam geſſit, miſſo in Galliam Metello, ne hanc etiam ſui juris Catilina faceret. Fuit hæc ejus ad urbem manſio Romanis in primis opportuna. Jam enim Lentulus ſe ad urbem quibuſdam locis incendendam paraverat, adque cædes patrandas, auxilio cùm aliorum conjuratorum, tum legatorum Allobrogum, quos ad ſocietatem impulerat. Pag. 45. An. U. C. 690.

Τῶν δὲ Ἀλλοβρίγων τὴν Γαλατίαν τὴν περὶ Νάρβωνα πορθούντων, Γαΐῳ Πομπτίνῳ ὁ ἄρχων αὐτῆς, τοὺς μὲν ὑποστρατήγους δὴ τοὺς πολεμίους ἔπεμψεν· αὐτὸς δὲ ἐν ὀπισθοφύλακος ἱδρυθεὶς, ἐπετήρει τὰ γινόμενα, ὅπως καὶ καιρὸν πρὸς τὸ ἀεὶ χρήσιμον καὶ γνώμην σφίσι διδόναι καὶ ἐπαμυνεῖν δυνήσῃ. καὶ Μάλλιος μὲν Λεντῖνος ὀπὶ Οὐεντίαν πόλιν στρατεύσας, ὅπως αὐτοὺς κατέπληξεν, ὥστε τοὺς πλείους ἐκδραμεῖν, καὶ τοὺς λοιποὺς ὑπὲρ εἰρήνης πρεσβεύσασθαι. καὶ τούτῳ συμβοηθησάντων τῶν ἐν τοῖς ἀγροῖς ὄντων, καὶ προσπεσόντων αἰφνιδίως, ὃν μὲν τείχους ἀπώσθη, ἡ δὲ χώραν ἀδεῶς ἐλεηλάτει, μάχεις δέ τε Κατύγναῖος, ὁ δὲ παντὸς αὐτοῦ ἔθνους στρα-

C Legæ, conceſſerat, ut judiciis adeſſe poſſet: ipſe Galliam vicinam, ob præſentem rerum ſtatum, pro ea receperat, in quam tamen non ivit: ſed urbis cuſtodiam geſſit, miſſo in Galliam Metello, ne hanc etiam ſui juris Catilina faceret. Fuit hæc ejus ad urbem manſio Romanis in primis opportuna. Jam enim Lentulus ſe ad urbem quibuſdam locis incendendam paraverat, adque cædes patrandas, auxilio cùm aliorum conjuratorum, tum legatorum Al-

D lobrogum, quos ad ſocietatem impulerat.

Allobrogibus autem Galliam Narbonenſem populantibus, C. Pomptinus prætor legatos adverſum hoſtes emiſit: ipſe loco commodo caſtris poſitis, exſpectabat rerum eventum, ut pro quavis occaſione ſuis & conſulere, & ſubvenire, ut ex uſu eſſet, poſſet. Manlius Lentinus ad Ventiam (a) urbem caſtrametatus, ita hoſtium animos perculit, ut plerique ex urbe aufuge-

E rent, reliqui pacem per legatos peterent. Interea temporis agreſtibus ad defendendam urbem concurrentibus, atque ex improviſo irruentibus, muris quidem pulſus, agrum autem omnem tutò deprædatus eſt: tantiſper dum Catugnatus dux ejus gentis, cum Pag. 50. An. U. C. 692.

(a) Putat Valeſius *Ventiam* nunc eſſe caſtrum vulgò *Vinay* dictum, ad Iſaram in Diœceſi Gratianopolitana ſeu Cularonenſi, non longè diſtans ab oppido *Solonio*, de quo mox Dio, quod *Solo* dicitur in Epitome 103. Livii, quodque eidem Valeſio videtur eſſe *la Sone*, locus itidem ad Iſaram in finibus Allobrogum.

Digitized by Google

An. U. C. 692. nonnullis aliis Isaræ accolis, regioni subsidio venit. Lentinus cùm eos transitu fluminis prohibere non auderet, quòd plurimum navium habebant: veritus ne in unum coirent barbari, si ipsum copias in aciem educere viderent, in locis fluvio proximis, quæ silvis erant obsita, insidias collocat: ita ut quique fluvium trajecerant, eos excipit: dumque fugientes nonnullos insequitur, ab iis pertractus, in ipsum Catugnatum incidit: occidioneque ibi tum occidisset, ni vehemens tempestas repentè oborta barbaros ab insequendo hoste avertisset. Post hæc, Catugnato in longinqua profecto, Manlius iterum incursionem in regionem eam fecit: oppidumque apud quod adversam priùs fortunam expertus erat, vi cepit. L. verò Marius, & Sergius Galba, transmisso Rhodano, Allobrogum ditione vastata, ad oppidum tandem Solonium pervenerunt, validumque supra ipsum positum castellum ceperunt, hostes obsistentes prælio vicerunt: ipsiusque oppidi, quà è ligno ædificatum erat, partem aliquam incenderunt: ne autem totum caperent, adventu Catugnati prohibiti sunt. Ea re cognita, Pomptinus toto exercitu in Catugnatum versus, eum obsedit: omnesque hostes, excepto Catugnato, manu cepit. His actis, reliqua deinde haud difficulter in suam potestatem redegit.

τηνὸς, καί τινες ἄλλοι τῶν παρὰ τὴν Ισαραν οἰκούντων, ἐπεκούρησαν σφίσι. τότε γὰρ οὐκ ἐτόλμησε μὲν αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν πλοίων περαιωθῆναι κωλῦσαι, μὴ καὶ συνεφφῶσιν, ἰδόντες σφᾶς ἀπεσπασμένους· ὑλώδης δὲ τοῦ χωρίου μὴ τὸν ποταμὸν εὐθὺς ὄντος, ἐνέδρας ἐν αὐτῷ ἐποιήσατο, καὶ τοὺς ἀεὶ διαβαίνοντας ὑπολαμβάνων ἔφθειρε, φεύγουσί τε ποσὶν ὀπισπώμενος, ἐνέπεσεν αὐτῷ Κατυγνάτῳ· καὶ πᾶσι δηλώσετο, εἰ μὴ χειμὼν σφοδρὸς ἐξαίφνης ἐπιγενόμενος ἐπέσχε τοὺς βαρβάρους τῆς διώξεως. καὶ ὁ μὲν τοῦτο, τῷ Κατυγνάτῳ πόρρω που ἀφορμήσαντος, τήν τε χώραν αὖθις κατέδραμε, καὶ τὸ τεῖχος παρ' ᾧ ἐδυσύχησεν, ἐξεῖλε. Λούκιος δὲ δὴ Μάριος καὶ (a) Σεργούιος Γάλβας τόν τε Ροδανὸν ἐπεραιώθησαν, καὶ τὰ τῶν Αλλοβρόγων λυμηνάμενοι, πόλιν μὲν τὴν Σολωνιον πόλιν ἦλθον, καὶ χωρίον μέν τι ὑπὲρ αὐτῆς ἰσχυρὸν κατέλαβον, μάχῃ τε τοὺς αὐτοσὰτας σφίσιν ἐνίκησαν, καὶ πυρὶ καὶ σιδήρῳ πολίσματος ξυλίνου μὲν ὄντος ἐνέπρησαν· οὐ μέντοι καὶ εἷλον αὐτό· ὁ γὰρ Καλουγνάτος ἐπιθὼν ἐκώλυσε. μαθὼν οὖν τοῦτο ὁ Πομπτῖνος, ἐπεστράτευσέ τε ἐπ' αὐτῷ παντὶ τῷ στρατῷ, καὶ πολιορκήσας σφᾶς ἐχειρώσατο, πλὴν τοῦ Κατυγνάτου. καὶ ὁ μὲν τὰ λοιπὰ ῥᾴδιον ἐκ τούτου διεπράξατο.

EX LIBRO XXXVIII.

Pag. 63. An. U. C. 694. NAM plebs quidem Cæsari Illyrium Galliamque Cisalpinam decrevit, ut in eas quinquennio toto imperium obtineret, cum tribus legionibus; Senatus autem Galliam trans Alpes positam unamque legionem adjecit.

Ὁ τε γὰρ δῆμος τῷ τε Ιλλυρικῷ καὶ τῇ Γαλατίᾳ τῇ ἐντὸς τῶν Αλπεων ἄρξαι αὐτὸν μὲν τριῶν στρατοπέδων ἔτη πέντε ἔδωκε, καὶ ἡ βουλὴ τήν τε Γαλατίαν τὴν ἐπέκεινα τῶν ὄρεων, καὶ στρατόπεδον ἕτερον προσεπέταξε.

Pag. 78. An. U. C. 695. Interim Cæsar, cùm nullum in Gallia bellum, omnia quietissima inveniisset, non tamen in pace permansit, sed ut primùm forte fortuna sese bellum obtulit, aliud ex eo tractum est: ita ut, quod maximè in votis habuerat, omnia & bello conficeret, & victoriam obtineret. Nam Helvetii, cùm magnopere excrevissent, ac pro multitudine hominum parum sufficientem terram possiderent, partem quidem aliquam suorum aliò in coloniam quamdam dimittere noluerunt, ne à sese invicem divulsi, insidiis eorum, quos aliquando

Καῖσαρ ἦ εὗρε μὲν ἡδὲν ἐν τῇ Γαλατίᾳ πολέμιον, ἀλλὰ ἀκεραίως πάντα ἡσύχαζεν. ἐ μέντοι καὶ ἐν εἰρήνῃ διεγένετο, ἀλλὰ καὶ αὐτομάτου τοῦ προῶντος πολέμου τινὸς αὐτῷ συμβαίνοντος, ἕτερος ἐσωήχθη· ὡς αὐτὸν, ὥσπερ ἐς τὰ μάλιστα ἐπεθύμει, πάντα καὶ πολεμῆσαι καὶ κατορθῶσαι. Ελβήτιοι γὰρ πλήθει τε ἀκμάζοντες, καὶ χώραν οὐκ αὐτάρκη τῇ πολυανθρωπίᾳ σφῶν ἔχοντες, μέρος μέν τι ἐκπέμψαι ἐς ἀποικίαν οὐκ ἠθέλησαν, μὴ καὶ (b) διασπαρέντες εὐεπιβουλευτότεροι τοῖς λυπηθεῖσι ποτὲ ὑπὸ αὐ-

(a) Legendum Σέργιος.
(b) Xylander legendum censet διασπαρέντες, Leunclavius διασπασθέντες.

τῶν

τῆς χθονῶν). παίντες δὴ ἀπαναστῶαι βυλη- A
θέντες, ὡς ἐς ἑτέραν τινὰ καὶ πλείω καὶ βελ-
τίω χώραν μετοικισθησόμενοι, τάς τε κώμας
τὰς πόλεις αὐτῶν ἁπάσας ἔκαυσαν, ὥστε μηδέ-
να μεταμελον τῆς ἀναστάσεως ποιήσασθαι· καὶ πει-
θὰς μὲν καὶ ἑτέρους τῶν αὐτῆς ὁμορύγους Τευτα-
βόντες ἀπῆραν, Ορκετόριγος σφίσιν ἡγεμόνα,
(a) ἑλόντες τόν τε Ροδανὸν διαβλῶαι, καὶ θεὸς
ἦν Αλπεσί τι καὶ οἰκιστὴς ἦν. καὶ ἐπειδὴ ὁ Καῖ-
σαρ τῷ τε γέφυραν διέκοψε, καὶ τἄλλα, ὡς B
κωλύσων αὐτὺς διαβλῶαι, ἡτοιμάζετο, ἔπεμ-
ψαν πρὸς αὐτὸν, ὁδὸν τε αἰτήσομοι, καὶ πρόσ-
υπισχνούμενοι μηδὲν ἐς τῶν Ρωμαίων γῆν κακώ-
σειν. καὶ ὃς, εἰ καὶ τὰ μάλιστα μήτε ὑπίστευεν
αὐτοῖς, μήτε προχωρῆσαί που ὑπὸ ἔφυλλεν, ἀλλ' ὅπη γε ὑδέπω καλῶς παρεσκεύασο,
βυλεύσεσθαί τε ὑπὲρ ὧν ἠξίουν μετὰ τῶν ἑταί-
ρων ἔφη, καὶ ἐς ὑπόκεισιν ἐν ῥητῇ τινὶ ἡμέ-
ρᾳ δώσειν· καί τι καὶ ἐλπίδος, ὡς ἐς ὑπερέ- C
ψων σφίσι ἐς ὁδόν, ὑπεδείκνατο. καὶ τούτῳ
τὰ ὑπικαθέσταλα διέταφρευσε καὶ ἀπετείχισεν,
ὥς σφισιν ἀπορον αὐτοῖς ἐς ὁδὸν γενέσθαι. οἱ οὖν βάρ-
βαροι χρόνον μέν τινα ἐπέσχον, ἔπειτ' ἐπειδὴ
μηδὲν ἤκουσαν καὶ τὸ συγκείμενον, ἄρασάντες, τὸ
μὲν πρῶτον διὰ τῶν Αλλοβρίγων ἐπορεύοντο ἥπερ
ὥρμηντο· ἔπειτ' ἐντυχόντες τοῖς κωλύμασιν, ἐς
Σηκουανὺς ἀπελαύνοντο· καὶ διά τε τούτων καὶ διὰ
τῶν Αἰδύων ἐθελοντὶ σφίσι ἐς ὁδὸν, ἐφ' ᾧ μη- D
δὲν ἀδικηθῶσι, παρεχόντων, ἤιόντες, οὐκ ἐνέ-
μειναν τοῖς ὁμολογημένοις, ἀλλὰ καὶ χώραν αὐ-
τῆς ἐλεηλάτουν. πέμψαντες οὖν οἵ τε Σηκυανοὶ
καὶ οἱ Αἴδυοι πρὸς τὸν Καίσαρα, ὑπικρίαν τε
παρ' αὐτοῦ ἥτουν, καὶ ἐδίοντο, τὸ μὴ σφᾶς πρόσ-
δεῖν ὑπολημμένους. καὶ ἔλεγον μὲν ὑδὲν ὁμοῖα οἷς
ἐπρεσβευσαν, ἔτυχον δ' οὖν ὅμως ὧν ἠξίουν. ὁ γὰρ
Καῖσαρ, φοβηθεὶς μὴ καὶ ὅλη ἡ Τόλοσσα οἱ Ελυή- E
τοι τεφάτων), εἵλετο μετ' ἐκείνων αὐτὺς ἀμύ-
νασθαι μᾶλλον, ἢ συμφρονήσασι σφίσιν (ὅπερ
εὔδηλον ἦν ἐσόμενον) πολεμῆσαι.

Πεφασισὸν οὖν δὴ ταῦτα τοῖς Ελυητίοις ἦν
λαβεῖν διαβαίνουσι, τὺς μὲν τελευταίους ἐπακο-
λουθοῦντας ἐν αὐτῷ τῷ πόρῳ διέφθειρε· τὺς δ'
ὑπερεχωρηκότας, ἐς τοσοῦτον ἐκ τῆς αἰφνιδίου καὶ

læſerant, opportuniores fierent. Igitur poſtquàm omnes domo ſua exire ſtatuerunt, ac in meliorem aliquam atque ampliorem regionem tranſire, omnes ſuos vicos oppidaque incendunt; ne quis ſpem de reditu in patriam habere in poſterum poſſet: ipſi, duce Orgetorige, aſcitis nonnullis aliis etiam populis, quos eædem cauſæ ad mutandum ſolum compulerant, Rhodanum tranſire, regionemque aliquam ad Alpes ſitam occupare inſtituunt. Cæſar, ponte reſciſſo, alia etiam, quæ ad eos tranſitu prohibendos facerent, parabat: ad eum Helvetii legatos mittunt, rogantes ut ſibi ejus voluntate liceret tranſire, promittenteſque ſe ſine ullo maleficio per agrum Romanorum iter facturos. Quamquam minimè ipſis fidem haberet Cæſar, neque conceſſurus erat ut aliquò progrederentur; tamen quòd nondum ſatis paratus erat, deliberaturum ſe cum ſuis legatis de eorum poſtulatis reſpondit: diemque ipſis conſtituit, qua reſponſum acciperent: nonnullam quoque eis ſpem obtinendi tranſitûs oſtendit. Interim opportuniſſima quæque loca foſſis muriſque communiit, ut iter ipſis obſtrueret. Barbari, cùm ad tempus exſpectaſſent, poſtquàm nihil eorum de quibus convenerat, præſtari ſibi audiunt, iter ingreſſi, primùm per Allobroges, eò quò inſtituerant, contenderunt: pòſt cùm ad obſtacula pervenere, in Sequanos converſi ſunt, per eos & Æduos, tranſitum ipſis, quòd ſe ab omni maleficio temperaturos pollicerentur, haud invitè concedentes, iter facientes. Verùm cùm pactis non ſtarent, ſed eorum regionem popularentur, Sequani & Ædui legatos ad Cæſarem mittunt rogatum auxilium; enixéque precantur ne ſe perire patiatur. Et quamquam eorum oratio cum factis parum conveniret, tamen id quod petebant impetraverunt. Cæſar enim veritus ne ad Toloſam Helvetii proficiſcerentur, ſtatuit potiùs, junctis ſibi Æduis Sequaniſque, eis reſiſtere, quàm, ſi cum Helvetiis ii conſpiraſſent, (quod haud dubiè futurum erat) bellum adverſum omnes ſimul ſuſcipere.

Itaque Helvetios tranſeuntes Ararim flumen adortus, noviſſimos in ipſo fluminis tranſitu concîdit; qui verò progreſſi jam erant, eos repentina ac

Ab. U. C. 695.

Pag. 80.

(a) Stephanus γεφύρᾳ ἴχνεσι legit: Leunclavius τῶν ἴχνεσι, vel ἐν τῷ ἴχνεσι.

An. U. C. 695.

An. Chr. 68. ſuit. Tandem ambo, miſſis ad ſe litteris, incolloquium ſoli venerunt, remotis arbitris. Ibi ſuſpicio fuit, eos unà contra Neronem conjuraſſe. Poſt hæc Vindex properat cum exercitu, quaſi ſtatuiſſet urbem capere: quorum adventum ubi cognoſcunt milites Rufi, rati eos apertè contra ſe venire, injuſſi impetum faciunt, & inopinantes atque confuſos invadunt, ac magnum numerum eorum concidunt. Quod cùm Vindex videret, ferretque graviter, ipſe ſibi manus attulit. Id enim verum eſſe conſtat, quamvis multi illatis mortuo vulneribus falſam opinionem injecerint, eum ab ſe interfectum fuiſſe. Rufus caſum ejus acerbè luxit, & principatum, quem facilè poterat adipiſci, deferentibus ſæpenumerò militibus, atque urgentibus, repudiavit.

A λαν μὲ ἀλλήλοις πινὰ, καὶ τέλος καὶ ἐς λόγους ἦλθον μόνοι, καὶ μηδενὸς σφίσι τῶν ἄλλων παρόντος, καὶ κατὰ τοῦ Νέρωνος, ὡς εἰκάζετο, συνεῖθεντο πρὸς ἀλλήλους. μὴ ἢ τοῦτο ὁ Βίνδιξ ὥρμησε μὴ ἐπὶ στρατιᾶς, ὡς ἐπὶ πόλιν καταληψόμενος· καὶ αὐτοὺς οἱ ἔτι Ῥούφου στρατιῶται προσιόντας αἰφνιδίως, καὶ νομίσαντες ἐφ' ἑαυτοὺς αὐτικρὺς χωρεῖν, αὐτεξώρμησαν αὐτοκέλευστοι, καὶ προσπεσόντες σφίσιν ἀπροσδοκήτοις τε καὶ ἀσυντάκτοις ὖσι, πολλοὺς κατέκοψαν. ἰδὼν ἢ τοῦτο καὶ περιαλγήσας B ὁ Βίνδιξ, αὐτὸς ἑαυτὸν ἔσφαξε. καὶ τὸ μὲ ἀληθὲς ὅπως ἔχῃ· πολλοὶ ἢ δὴ μὴ ταῦτα τὸ σῶμα αὐτοῦ καταζώσαντες, δόξαν ποιὰ μάτην, ὡς καὶ αὐτοὶ ἀποκτόνοτες αὐτὸν, παρέσχον. Ῥοῦφος ἢ τοῦτον μὲ ἰσχυρῶς ἐπένθησε, καὶ ἢ αὐτοκράτορα ἀρχὴν, καίτοι τῶν στρατιωτῶν πολλάκις αὐτῷ ἐγχειριδίων, οὐκ ἠθέλησε δέξασθαι, δυνηθεὶς αὖ ῥᾳδίως ὑπατεύειν αὐτῶν.

EX LIBRO LXV.

Pag. 737. An. Chr. 69. LEGIONES quæ erant in Myſia, cognitis iis, quæ de Veſpaſiano perferrentur, Muciano nequaquam exſpectato, quem audiebant eſſe in itinere, Antonium Primum ducem ſuum deligunt. Is Nerone imperante ex condemnationis ſententia miſſus fuerat in exſilium, pòſt verò à Galba reſtitutus, Pannonico exercitui præerat: ſicque neque ab imperatore, neque à Senatu delectus, ſummum imperium habuit.

C Οἱ δ' ἐν τῇ Μυσίᾳ στρατιῶται, τὰ κατ' αὐτὸν πεπυσμένοι, οὐδ' ἀνέμειναν τὸν Μουκιανόν, (ἐπιῶντα γὰρ ἐν ὁδῷ ἦν) ἀλλ' Ἀντώνιον (a) Πεῖμον, φυγόντα μὲ ἐκ καταδίκης ἐπὶ τοῦ Νέρωνος, καταχθέντα ἢ ὑπὸ τοῦ Γάλβα, καὶ τῶ Παννονικῶ στρατοπέδω ἄρχοντα, εἵλοντο στρατηγόν. καὶ ἔσχεν (b) οὕτω τοῦ αὐτοπαλῆ ἀρχὴν, μήθ' ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος, μήθ' ὑπὸ τῆς γερουσίας αἱρεθείς.

In Excerptis per Theodoſium.

Pag. 738. NON propterea tamen vel ab inſtituto diſceſſere milites, vel aliquid remiſere: ſed Vitelliani Primum, qui eos poſtridie per internuntios ad paciſcendum ſollicitabat, ſuis & ipſi miſſis viciſſim exhortabantur, ut Vitellii partes amplecteretur. Cúmque ad manus cum milite Primi veniſſent, alacerrimè dimicarunt.

D Οὐ μὴν τοί καὶ παρὰ τοῦτο ἔτι μεθῆκαν, ἔτε ἐνέδοσαν· ἀλλ' οἱ στρατιῶται τῶ Βιτελλίου τοῦ Πείμῳ τῇ ὑστεραίᾳ ἐπαγομένῳ σφᾶς δι' ἀγγέλων ὁμολογῆσαι, ἀντέπεμψαν ἀντιπαραινοῦντες τὰ τοῦ Βιτελλίου προσκλίνεσθαι. καὶ εἰς χεῖρας ἐλθόντες τοῖς στρατιώταις αὐτοῦ, προθυμότατα ἠγωνίσαντο.

In Excerptis per Xiphilinum.

Pag. 740. CUM milites legionis tertiæ quæ Gallica nominatur (hiberna quidem ejus in Syria eſſe ſolent, tunc verò forte fortuna in Veſpaſiani partibus erat) ſubitò ſalutabundi pro more

E Τῶν στρατιωτῶν ἐν ᾧ τρίτῃ στρατοπέδῳ ᾧ Γαλατικῷ καλουμένῳ, καὶ ἐν τῇ Συρίᾳ χειμάζοντος, τότε ἢ καὶ τύχῃ ἐν τῇ τοῦ Οὐεσπασιανοῦ μοίρᾳ (c) ὄντες, ἀσπασάμενοι αὐτὸν ἐξαί-

(a) Ἀντώνιον Πεῖσον repono, & rectè quidem. *Leunclavius.* Suetonio tamen & Tacito dicitur *Primus.*

(b) Fortè ὕστερος. *Idem.*

(c) Leg. ὄντος, ἀσπασαμένου. *Sylburgius.*

Digitized by Google

φνης, ὥσπερ εἰώθεσαν, ὑποζυπόποιλες οἱ Βιτελλίου τὸν Μουκιανὸν παρεῖναι, ἠλλοιώθησαν, καὶ ἡττηθέντες ὑπὸ τῶν βοῶν, ἔφυγον.

A nomen ejus inclamaſſent ; ſuſpicati Vitelliani Mucianum adeſſe, mutati ſunt animis, clamoreque victi fugerunt.

EX LIBRO LXVI.

Ἰούλιος γάρ τις Σαβῖνος, ἀνὴρ πρῶτος τῶν Λιγγόνων, δύναμιν καὶ αὐτὸς ἰδίαν ἤθροισε, καὶ Καῖσαρ ἐπωνομάσθη, λέγων (a) ἔγγονος τοῦ Καίσαρος τοῦ Ἰουλίου εἶναι. ἡττηθεὶς δὲ μάχαις πολλαῖς, ἔφυγε εἰς ἀγρόν τινα, κἀνταῦθα εἰς μνημεῖον ὑπόγειον, πρηκταπεπήσας αὐτό, κατέδυ· καὶ οἱ μὲν φόνος κἀκεῖνον ἀπολωλέναι, ὁ δὲ κρυφθεὶς ἐν αὐτῷ ἐννέα ἔτη μετὰ τῆς γυναικὸς, καὶ παῖδας ἐξ αὐτῆς δύο ἄῤῥενας ἐκύησε.

Καὶ ὁ Σαβῖνος ἐκεῖνος ὁ Γαλάτης ὁ Καίσαρά ποτε ἑαυτὸν ὀνομάσας, καὶ ἐς ὅπλα χωρήσας, ἡττηθείς τε καὶ ἐς τὸ μνημεῖον καταχρυφθείς, ἐφανερώθη τε καὶ ἐς τὴν Ῥώμην ἀνήχθη· σωσπόθανε δὲ αὐτῷ καὶ ἡ γυνὴ Πεπονίλλα, ἣν πως καὶ (b) διεσέσωτο αὐτόν· καίτοι καὶ τὰ παιδία τῷ Οὐεσπασιανῷ προβαλοῦσα, καὶ ἐλεεινόταθον ἐπ' αὐτοῖς λόγον εἰποῦσα ὅτι, Ταῦτα, Καῖσαρ, καὶ ἐγκύησα ἐν τῷ μνημείῳ, καὶ ἔθρεψα, ἵνα σε πλείονες ἱκετεύσωμεν· δακρύσαι μὲν γὰρ αὐτὸν, καὶ τοὺς ἄλλους ἐποίησεν, ὑπὸ μισοῦσι καὶ ἠλεήθησαν.

JULIUS Sabinus vir inter Lingones primarius, exercitum peculiarem collegit; fuitque Cæſar cognominatus, quòd ſe Julio Cæſare prognatum diceret. Deinde præliis aliquot victus, rus abiit, ibique in ſepulcrum ſubterraneum, quod ipſe priùs incenderat, ingreſſus eſt : cúmque conſtans eſſet opinio illum interiiſſe, in eo novem annos cum uxore delituit, ex eaque duos filios ſuſtulit. Pag. 745. An Chr. 70.

Sabinus ille Gallus, qui ſe Cæſarem eſſe dixerat, atque cùm ad arma veniſſet, victuſque eſſet, in monumentum ſe abdiderat, agnitus & Romam adductus eſt; cum eoque occiſa eſt Pepolina uxor, quæ eum incolumen ſervaverat, quamvis ea Veſpaſiano filios ſuos propoſuerit, dixeritque ad captandam miſericordiam; *Ego, Cæſar, hos in monumento peperi, aluique, ut plures tibi ſupplices eſſemus.* Qua oratione etſi ei cæteriſque qui aderant excivit lacrymas, tamen eis non pepercit. Pag. 752. An. Chr. 79.

EX LIBRO LXIX.

[Ἀδριανὸς] τοὺς ἔν τινι προέχοντων πολλοὺς μὲν καθεῖλε, συχνοὺς δὲ καὶ ἀπώλεσε, βουλόμενος πάντων ἐν πᾶσι προεῖναι. καὶ τοῦτο καὶ τὸν Φαβωρῖνον τὸν Γαλάτην, τόν τε Διονύσιον τὸν Μιλήσιον τοὺς σοφιστὰς καταλύειν ἐπεχείρει.

ADRIANUS ex iis, qui in re aliquâ excellerent, multos loco ſuo dejecit, multoſque ſuſtulit, cupiens omnibus in omnibus antecellere. Hinc eſt quòd Favorinum (c) Gallum & Dionyſium Mileſium ſophiſtas convellere conaretur. Pag. 789.

Οὕτω καλῶς ἤσκητο τὸ στρατιωτικὸν αὐτῷ, ὥστε καὶ τὸ ἱππικὸν τῶν καλουμένων (d) Βατάων τὸν Ἴστρον μετὰ τῶν ὅπλων διενήξατο.

Tam egregiè milites ejus [Adriani] exerciti erant, ut etiam equitatus ille, quem Batavorum appellant, armatus Iſtrum natatu tranſmiſerit. Pag. 792.

EX LIBRO LXXIV.

Ἐν Λουγδούνῳ ἄρχοντι πᾶσα αὐτῷ ἡ τῶν Ῥωμαίων δύναμις προσῆλθέ τε καὶ ἀπασάσθαι· ὄναρ φημί.

LUGDUNI cùm Prætor eſſet Severus, omnis exercitus populi Romani eum venit ſalutatum : in ſomnis dico. Pag. 840. An. Chr. 186.

(a) Fortè ἔκγονος. *Leunclavius.*
(b) Fortè διεσώθη. *Idem.*
(c) De Favorino, inter alia, hæc habet Philoſtratus in Vita Apollonii Thyanei lib. 5. cap. 4. Φαβωρῖνον τὸν φιλόσοφον ἡ Δύγλωσσα ἐν σοφισταῖς ἐκήρυττεν. ὢν μὲν γὰρ τῶν ἑσπερίων Γαλατῶν ἦν, Ἀρελάτης πόλεως, ἣ ἐπ' Ἠριδανῷ [*Leg.* ἐπὶ Ῥοδανῷ] ποταμῷ ἔκκειται· δίφυης δὲ ἐτύγχανε καὶ ἀνδρόγυνος. *Favorinum philoſophum eloquentia inter ſophiſtas prædicavit. Ex Arelatenſi Gallorum occidentalium urbe fuit, quæ Rhodano fluvio imminet : hermaphroditus natus eſt, & utriuſque ſexûs compos.*
(d) Βατάων legendum probat multis argumentis Leunclavius contra H. Stephanum, qui Βαστάρνων legebat.

Digitized by Google

EX LIBRO LXXV.

Pag. 851. An. Chr. 196.

ISDEM temporibus quidam Numerianus Grammaticus, ex eorum numero, qui pueros litteras docent, Roma, neſcio quo conſilio adductus, in Galliam profectus eſt: ubi dum ſe Senatorem eſſe ſimulat, miſſumque ab Severo ad comparandum exercitum, primò parvas copias cogit, aliquotque Albini equites occidit, atque alia multa pro Severo fortiter gerit. Quibus cognitis rebus, Severus verè Senatorem eſſe ratus, ad eum ſcripſit, collaudavitque per litteras, & ut ſibi majores copias compararet, juſſit. Is majore facto exercitu, præter cætera, quæ præclarè ac mirabiliter geſſit, miſit ad Severum pecuniam, quam coëgerat ad mille ſeptingentas quinquaginta myriades drachmarum. Pòſt venit ad Severum potitum victoria, eumque nihil celavit, neque petiit ab eo, ut ſe verè cooptaret in ordinem Senatorium: & cùm magnos honores opeſque conſequi potuiſſet, tamen noluit, ſed ruri, contentus parvo, quod à Severo in diem accipiebat, vitam egit..... Prælium verò Severi & Albini apud Lugdunum ita factum eſt. Erant utrique militum quinquaginta millia, aderatque præſens uterque in bello, quaſi de capite certaretur: etſi Severus antè nulli prælio interfuerat. Albinus nobilitate & doctrina antecellebat: alter ſcientia rei militaris & peritia ducendi exercitûs potior erat.

An. Chr. 198.

Νυμεριανός τις γραμματιστὴς τῶν τὰ παιδία γράμματα διδασκόντων, ἐκ τῆς Ρώμης ἐς τὴν Γαλατίαν, οὐκ οἶδ' ὅ τι δόξαν αὐτῷ, ἀφορμηθεὶς, βουλευτὴς τε εἶη τῶν Ρωμαίων πλασάμενος, καὶ ὑπὸ στρατιᾶς ἄθεσιν ὑπὸ τοῦ Σεβήρου πεμφθῆναι, συμμαχίαν τινὰ βεβαίαν αὐτῶν ἴσχοι, καί τινας τῶν τοῦ Αλβίνου ἱππέων διέφθειρε, καὶ ἄλλα τινὰ ὑπὲρ τοῦ Σεβήρου ἐστρατεύσατο· ἀκούσας ἡ ὁ Σεβῆρος, καὶ νομίσας ὄντως τινὰ τῶν βουλευτῶν εἶη, ἐπέστειλεν ἐπαινῶν τε αὐτὸν, καὶ δύναμιν πολεμίων πλείονα συλλαβεῖν· καὶ ὃς λαβὼν πλείονα δύναμιν, ἄλλα τε θαυμαστὰ ἐπεδείξατο, καὶ χιλίας καὶ ἑπτακοσίας καὶ πεντήκοντα μυριάδας δραχμῶν ἤλασε, τῷ Σεβήρῳ ἔτι νικῶντι· ἡ δὲ Σεβήρου, ἐς αὐτὸν ἐλθὼν, οὔτ' ἀπεκρύψατό τι, οὔτ' ἤτησεν ὡς ἀληθῶς βουλευτὴς γενέσθαι· καὶ τιμῆς μεγάλας πλούτῳ τε αὖ αὐξηθεὶς δυνηθεὶς, οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλ' ἐν ἀγρῷ τινι, σμικρόν τι ἐφ' ἡμέραν λαμβάνων παρ' αὐτοῦ, διεῖτο..... ὁ δὲ ἀγὼν τῷ τε Σεβήρῳ καὶ τῷ Αλβίνῳ ἐς τὴν Λουγδοῦνον τοιόσδε ἐγένετο. πεντεκαίδεκα μὲ μυριάδες στρατιωτῶν σὺν ἀμφοτέροις ὑπῆρχον· παρῆσαν δὲ καὶ ἀμφότεροι τῷ πολέμῳ, ἅτε περὶ ψυχῆς θέοντες, καίτοι τοῦ Σεβήρου μηδεμιᾷ πω μάχῃ ἑτέρᾳ παραγενομένου. ἦν δὲ ὁ μὲ Αλβῖνος καὶ τῷ γένει καὶ τῇ παιδείᾳ προήκων, ἄνερ ἦ πολέμια κρείττων καὶ δεινὸς στρατηγῆσαι.

EX LIBRO LXXIX.

Pag. 909. An. Chr. 219.

SEVERUS autem, & ipſe regnum adfectare auſus eſt in legione Gallica tertia, cujus dux erat..... Alius quidam Centurionis filius in eadem legione Gallica turbas excitare conatus eſt.

Ὁ δὲ Σεβῆρος ὑποτολμήσας καὶ αὐτὸς τὴν μοναρχίαν ἐν τῷ τρίτῳ στρατοπέδῳ τῷ Γαλλικῷ ἦρχε..... ἑτερός τις ἑκατοντάρχου υἱὸς ἐπεχείρησε τὸ αὐτὸ ἐκεῖνο στρατόπεδον τὸ Γαλλικὸν συνταράξαι.

Ex Excerptis è prioribus 34. libris Dionis.

Pag. 919. An. U. C. 362.

EXPEDITIONIS Gallorum hæc cauſa fuit: Cluſini bello à Gallis vexati ad Romanos confugerunt, quòd ſpem non minimam haberent, quandoquidem Veientes, licèt gentiles ſuos, adverſus Romanos non defendiſſent, opem ab eis aliquam ſe conſecuturos. Romani nullo decreto auxilio, ſaltem

Τῆς στρατείας τῶν Γαλατῶν αἰτία αὕτη ἐγένετο· οἱ Κλύσιοι πολέμῳ ὑπ' αὐτῶν κακωθέντες, πρὸς τοὺς Ρωμαίους κατέφυγον, ἐλπίδα οὐκ ἐλαχίστην ἔχοντες, ἐπειδὴ τοῖς Βειΐνταις, καίπερ ὁμοφύλοις ὄσιν, οὐ συνήρανσε, πάντως τινὰ ὠφέλειαν παρ' αὐτῶν εὑρήσεσθαι. ὡς δὲ ἐκεῖνοι τὴν βοηθείαν οὐκ ἐψηφίσαντο, πρέσβεις

ἦλθ

ἢ πρὸς τοὺς Γαλάτας πέμψαντες, εἰρήνην αὐτοῖς ἐπορίσαντο, ταύτην παρὰ μικρὸν (ὅτι γὰρ μέρη τῆς χώρας προσετίνετο) σφίσιν ἐποιήσαντο. συμπεσόντας δὲ τοῖς βαρβάροις ἐν τῷ λόγων ἐς μάχην τοὺς τῶν Ρωμαίων πρέσβεις προσπαρέλαβον. οἱ οὖν Γαλάται χαλεπῶς ὅτι τῇ αὐτοπάξει αὐτῶν ἐναγκούντες, τὸ μὲν πρῶτον αὐτοπρόσταλάν τινας ἐς τὴν Ρώμην, αἰτιώμενοι τοὺς πρέσβεις. εἶτ' ἐπειδὴ μήτε τιμωρία σφίσιν ἐγένετο, καὶ χιλίαρχοι πάντες ἀπεδείχθησαν, θυμοῦ τε ἐπλεώθησαν, ὄντες καὶ ἄλλως ὀργῆς ἄκροι, καὶ τοὺς Κλουσίους ἐν ὀλιγωρίᾳ θέμενοι, πρὸς τὴν Ρώμην ὥρμησαν.

A legatis ad Gallos missis, pacem Clusinis per eos conficiebant; jamque propemodùm eam sub conditione, parte regionis ut aliqua cederetur, impetraverant. At cùm legati populi Romani à verbis ad pugnam cum barbaris veniſſent, excepti fuerunt à Clusinis. Itaque Galli graviter ac molestè ferentes, quòd ipsis semet oppoſuiſſent; primùm quoſdam è suis viciſſim Romam misere, qui legatos accuſarent. Deinde cùm illis supplicium nullum irrogaretur, & B omnes tribuni crearentur; toti furore succenſi, quòd alioquin etiam maximè proni eſſent ad iram, neglectis Clusinis, Romam contenderunt.

Πυθομένων δὲ τῶν Ρωμαίων, ὡς Ταραντῖνοί τε ἄλλοι τινὲς πόλεμον ἀρτύουσι κατ' αὐτούς, πρεσβευτὴν Φαβρίκιον ἐς τὰς πόλεις τὰς συμμαχίδας, ὅπως μηδὲν νεωτερίσωσιν, ἔστειλαν. οἱ δὲ ἐκεῖνόν τε συνέλαβον, καὶ πέμψαντες πρὸς τοὺς Τυρσηνοὺς, καὶ Ομβρικοὺς, καὶ Γαλάτας, συχνοὺς αὐτῶν, τοὺς μὲν προδοχῇ, τοὺς δὲ καὶ πολλῷ ὕστερον, προσαπέστησαν.

Cùm Romani Tarentinos & alios quoſdam bellum in se moliri intelligerent, Fabricium ad civitates ſocias, ne quis ab eis motus novus excitaretur, legatum miſerunt. At illi hunc comprehenderunt, ac suis ad Thuſcos, & Umbros, & Gallos ablegatis; complures horum partim mox, partim non C multò pòst, secum ut deficerent, impulerunt.

Pag. 920. An. U. C. 472.

Οἱ Ρωμαῖοι ἐν τῷ Καπιτωλίῳ ὄντες καὶ πολιορκούμενοι, ἐλπίδα σωτηρίας πλὴν παρὰ τοῖς δαιμονίοις οὐδεμίαν εἶχον. τὸ γὰρ δὴ θεῖον, καίπερ ἐν παντὶ κακῷ ὄντες, ἐθεράπευον ὅτως, ὥστε ἐπειδή τι τῶν ἱερῶν ἐκ τοῦ ποντιφίκων ἄλλοθί που τῆς πόλεως χωρίου, Καίσων Φάβιος, ᾧ ἡ ἱερουργία ἐνενεύκει, κατέβη τε ἐπ' αὐτὴν ἐκ τοῦ Καπιτωλίου στειλάμενος, ὥσπερ εἰώθει, καὶ διὰ τῶν πολεμίων διεξελθών, τά τε νομιζόμενα ἐποίησε, καὶ αὐθημερὸν ἀνεκομίσθη. θαυμάζω μὲν οὖν καὶ τῶν βαρβάρων, ὅτι αὐτῶν εἴτ' οὖν διὰ τοὺς θεοὺς, εἴτε καὶ διὰ τὴν ἀρετὴν ἐφείσαντο. πολύ γε μὴν μᾶλλον αὐτὸν ἐκεῖνον ἐν θαύμασι ποιοῦμαι καθ' ἑκάτερον, ὅτι τε ἐς τοὺς πολεμίους μόνος κατελθεῖν ἐτόλμησε, καὶ ὅτι δυνηθεὶς ἀναχωρῆσαί ποι ἀσφαλῶς, οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλ' ἐς τὸ Καπιτώλιον αὖθις ἑκὼν ὅτι προῦπτον κίνδυνον ἀνεχώρησεν· δεισάμενος μὴ ὀκνοῦντας αὐτοὺς τὸ χωρίον, ὃ μόνον ἔτι τῆς πατρίδος εἶχον, ἐκλιπεῖν· ὀρθῶς γὰρ μηδ' εἰ πάνυ ἐπεθύμουν ἐκφυγεῖν, δυναμένους ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν πολιορκούντων τοῦτο ποιῆσαι.

ROMANIS, qui in Capitolio obſidebantur, præterquàm in Deorum auxilio nulla ſpes ſalutis ſupererat. Deos certè, tametsi ad extremum adducti discrimen, tantâ colebant curâ, ut cùm quadam die ſacrum à Pontificibus in certo urbis loco faciendum eſſet, Cæ- D ſo Fabius, cujus ea die ſacrificandi munus ac pontificium erat, degreſſus sit ex Capitolio ornatus, ut ſolebat, ac per medias hoſtium ſtationes tranſgreſſus, & ſacrum ritè peregerit, & protinus eadem die in Capitolium redierit. Ac mihi quidem barbaros mirari subit, qui seu Deorum religione, seu hominis virtute etiam moti, ei pepercerunt. Sed tamen Fabium ipſum longè majori admiratione proſequor, tum quòd ad hoſtium ſtationes ſolus deſcendere non E dubitavit, tum quòd proripere se fugâ ad pacatiora loca, cùm ei liceret, noluit, ſed in Capitolium ad propoſitum ante oculos periculum ſponte eſt reverſus: cùm probè sciret Romanos quidem arcem, quam ſolam amiſſa patria adhuc retinebant, deſerere minimè velle: videret verò etiam, nec si maximè vellent, effugere eos poſſe ob circumfuſam multitudinem Gallorum.

Pag. 581. An. U. C. 363.

(Αννίβας) δὲ πόλεμον ἐκεῖθεν διὰ τῶν Γαλατῶν, οὐχ ὅτι ἀπόνδων, ἀλλὰ καὶ ἀγνώστων

Annibal inde per Galliæ populos non modò nullo fœdere conjunctos, ſed

Pag. 597. An. U. C. 535.

Ex Excerptis editis ab Henrico Valeſio 4°. Pariſiis 1634.

Digitized by Google

etiam ferè ignotos, bellum in Italiam intulit.

Pag. 617. An. U. C. 610. Claudius (a) Salaſſos, gentem Gallicam, quibus nihil erat quod objici poſſet, aggreſſus, adverſus populum Romanum concitavit. Miſſus enim, ut eos cum finitimis conciliaret, quibuſcum de aquis ad metalla auri neceſſariis diſſidebant, agrum eorum latè vaſtavit.

Pag. 630. An. U. C. 647. Cùm Toloſates ſocii ac fœderati populi Romani ſpe ac pollicitationibus Cimbrorum concitati, milites Romanos qui præſidio erant, in vincula conjeciſſent, noctu repentè introducti ab amicis Romani, urbem occuparunt, & fana diripuerunt, aliaque innumerabili pecunia ſunt potiti: quippe ea civitas jam inde ab antiquis temporibus opulentiſſima, ac prætereà donariis, quæ olim Galli duce Brenno in Græciam profecti, è Delphico (b) templo abſtulerant, ornata erat. Neque tamen grande aliquod emolumentum publico ærario populi Romani inde acceſſit: ſed pleraque ab iis ipſis, qui oppidum ceperant, interverſa ſunt. Quare poſtmodùm graviſſimæ quæſtiones de peculatu in urbe ſunt habitæ.

Pag. 694. An. Chr. 68. Julius Vindex, ortus majoribus Aquitanis è ſtirpe regia, propter patrem Senator populi Romani, vir fuit & corporis viribus, & animi ſagacitate non vulgari præditus: ad hæc peritus rei militaris, & ad omne præclarum facinus audaciſſimus: libertatis etiam ac gloriæ ingens cupido inerat. Is tum Gallis ſe ducem præbuit.

Pag. 698. An. Chr. 69. Vitellius munus gladiatorium ſpectavit Lugduni & Cremonæ, quaſi non contentus cæde tot millium in acie peremptorum, quorum cadavera etiam tum inſepulta jacebant, ut & ipſe viderat.

Pag. 743. (c) Antoninus tres diverſas gentes origine ſua complectebatur: quarum præcipuis quidem bonis ac virtutibus prorſus carebat, vitia verò omnia in ſe collegerat. Nam levitas & timiditas, ſimulque inſolentia Gallicæ gentis, & aſperitas ac feritas Afrorum in eo inerat, ac poſtremò malitia & calliditas Syrorum, ex quibus maternam originem ducebat.

A οἱ τῶν πλείστων ὄντων, ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐσήγαγε.

(Κλαύδιος) Σαλάσσους Γαλάτας, μὴ ἐγκαλουμένους τι ἐξεπολέμωσε τοῖς Ῥωμαίοις. ἐπέμφθη γὰρ ὡς συμβιβάσων αὐτοὺς τοῖς ὁμόρροις περὶ ὕδατος ἐς τὰ χρυσεῖα ἀναλήμματα διαφερομένους, καὶ τὴν τε χώραν αὐτῶν πᾶσαν κατέδραμε.

Τόλοσσαν πρότερον μὲν ἐναυφόρον οὖσαν τοῖς B Ῥωμαίοις, στασιάσασαν δὲ πρὸς τὰς τῶν Κιμβρῶν ἐλπίδας, ὡς καὶ τοὺς φρουροὺς διθλῶσι, πεσπεπόκοτο νυκτὸς ἐξαπίνης ὑπὸ τῶν ὁπηδείων ἐσαχθέντες, καὶ τὰ ἱερὰ διήρπασαν, καὶ ἄλλα χρήματα πολλὰ ἔλαβον· τὸ γὰρ χωρίον ἄλλως τε παλαιόπλουτον ἦν, καὶ τὰ ἀναθήματα ἃ ποτε οἱ Γαλάται οἱ μετὰ Βρέννου στρατεύσαντες ἐκ τῶν Δελφῶν ἐσύλησαν, εἶχεν. ὑπ' μβύτοι ἀξιόλογόν τι ἀπ' αὐτῶν τοῖς οἴκοι Ῥωμαίοις C ὠφελήνεσε· ἀλλ' αὐτοὶ ἐκεῖνοι τὰ πλείω ἐσφετερίσαντο· καὶ ὅθεν τούτῳ συχνοὶ ἐδικάσθησαν.

Ἰούλιος Οὐίνδηξ ἦν ἀνὴρ ἐκ μὲν προγόνων Ἀκουιτανὸς τὸ βασιλικὸν φύλου, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ βουλευτὴς τῶν Ῥωμαίων· τὸ σῶμα ἰσχυρὸς, καὶ τὴν ψυχὴν σωφρονικὸς, τά τε πολεμικὰ ἔμπειρος, καὶ πρὸς πᾶν ἔργον μέγα εὐτολμος· τό τε φιλελεύθερον καὶ τὸ φιλότιμον πλεῖστον εἶχεν· ὃς πρώτιστος τῶν Γαλατῶν.

Ὁ Βιτέλλιος εἶδεν ἐν Λουγδούνῳ μονομάχων ἀγῶνας, καὶ ἐν Κρεμώνῃ, ὥσπερ οὐκ ἀρκούντως τοῦ πλήθους τῶν ἐν ταῖς μάχαις ἀπολωλότων, καὶ τότε καὶ ἔτι ἀτάφων ἐῤῥιμμένων, ὡς καὶ αὐτὸς ἐθεάσατο.

Τρισὶν ἔθνεσιν ὁ Ἀντωνῖνος προσῆκεν ὤν· καὶ τῶν μὲν ἀγαθῶν αὐτῷ οὐδὲν τὸ παράπαν, τὰ δὲ κακὰ πάντα συλλαβὼν ἐκτήσατο· τῆς μὲν Γαλατίας τὸ κοῦφον καὶ τὸ δειλὸν, καὶ τὸ θρασὺ, τῆς δὲ Ἀφρικῆς τὸ τραχὺ καὶ ἄγριον, τῆς Συρίας, ὅθεν πρὸς μητρὸς ἦν, τὸ πανοῦργον.

(a) In Epitome libri 53. Livii, *Ap. Claudius conſul Salaſſos gentem Alpinam domuit.* Strabo l. 4. ſcribit, prætoribus Romanis, qui in Galliam mittebantur, cauſas belli cum Salaſſis gerendi, ob aurifodinarum poſſeſſionem, nunquam defuiſſe.

(b) Gallos non tantùm è Delphico templo nihil abſtuliſſe, ſed & omnes ferè ibi periiſſe teſtantur Polybius & Strabo.

(c) Is eſt Antoninus Caracalla, qui regnare cœpit anno Chriſti 211.

Digitized by Google

Ex Scholiis Isacii Tzetzis in Lycophronis Cassandram.

(a) Δίων δὲ Κοκκειανὸς τοὺς Ναρβωνησίους Βέβρυκας λέγει γράφων οὕτως· τὸν πάλαι μὲν Βεβρύκων, νῦν δὲ Ναρβωνησίων ἐστὶ τὸ Πυρηναῖον ὄρος. τὸ δὲ ὄρος τοῦτο χωρίζει Ιβηρίαν καὶ Γαλατίαν. A

DIO Cocceianus Narbonenses Bebrycas vocat his verbis : *Olim Bebrycum, nunc Narbonensium est Pyrenæus mons. Hic mons Hispaniam & Galliam disterminat.* Pag. 773.

(a) Hæc habet Tzetzes ad vers. 516. Ad versum verò 1306. cùm locutus fuisset de Bebrycibus Asiaticis, hæc addit : ἕτεροι Βέβρυκες ἔθνος Γαλατῶν, οἱ καλοῦνται Ναρβωνήσιοι. *Alii Bebryces populus sunt Gallorum, qui Narbonenses vocantur.* Zonaras Tom. 1. pag. 406. eadem habet : τὸ ὄρος τοῦτο ἐκ τῆς θαλάσσης τὸ πάλαι μὲν Βεβρύκων, ὕστερον δὲ Ναρβωνησίων, ἀρξάμενος ἐς τὴν ἔξω τὴν μεγάλην διατείνει. *Mons Pyrenæus à mari, quod olim Bebrycium, pòst Narbonense dictum fuit, usque ad exterius mare magnum pertinet.* B

EX L. ANNÆO FLORO, DE GALLIS.

Edito Parisiis in 8°. an. 1656.

EX LIBRO I.

IDEM tunc Fæsulæ, quod Carræ nuper : idem nemus Aricinum, quod Hercynius saltus : Fregellæ, quod (a) Gesoriacum : Tiberis, quod Euphrates. Cap. 11.

C

Bellum Gallicum.

Hinc sive invidia deûm, sive fato, rapidissimus procurrentis imperii cursus parumper Gallorum Senonum incursione supprimitur. Quod tempus populo Romano nescio utrùm clade funestius fuerit, an virtutum experimentis speciosius. Ea certè fuit vis calamitatis, ut in experimentum illatam putem divinitus, scire volentibus immortalibus diis, an Romana virtus imperium orbis mereretur. Galli Senones, gens natura ferox, moribus incondita, ad hoc ipsa corporum mole, perinde armis ingentibus, adeò omni genere terribilis fuit, ut planè nata ad hominum interitum, urbium stragem videretur. Hi quondam ab ultimis terrarum oris, & cingente omnia Oceano, ingenti agmine profecti, quum jam media vastassent, positis inter Alpes & Padum sedibus, ne his quidem contenti, per Italiam (b) vagabantur. Tunc Clusium obsidebant. Pro sociis ac fœderatis Romanus intervenit, missis ex more legatis (c) : sed quod jus apud barbaros ? ferociùs agunt ; & inde certamen. Conversis igitur à Clusio, Romamque venientibus ad Alliam flumen cum exercitu Fabius Consul occurrit. Non Cremeræ fœdior clades. Itaque hunc diem fastis Roma damnavit. Fuso exercitu, jam mœnibus urbis appropinquabant. Erant nulla præsidia. Tum igitur, aut nunquam aliàs apparuit vera illa Romana virtus. Jam primùm majores natu, amplissimis usi honoribus, in forum coëunt : ibi devovente Pontifice, diis se Manibus consecrant : statimque in suas quisque ædes regressi, sicut in trabeis erant, & amplissimo cultu, in curulibus sellis sese posuerunt : ut quum venisset hostis, in sua dignitate morerentur. Pontifices & Flamines, quicquid religiosissimi in templis erat, partim in doliis defossa terræ recondunt, partim imposita plaustris secum auferunt. Virgines simul ex sacerdotio Vestæ, nudo pede fugientia sacra comitantur. Tamen excepisse fugientes unus è plebe fertur Lucius Albinus, qui, depositis uxore & liberis, virgines in plaustrum recepit : adeò tum quoque in ultimis religio publica privatis affectibus antecellebat. Juventus verò, quam satis constat vix mille hominum fuisse, duce Manlio arcem Capitolini montis insedit, obtestata ipsum quasi præsentem Jovem, ut quemadmodum ipsi ad defendendum templum ejus concurrissent, ita ille virtutem eorum numine suo tueretur.

Cap. 13.

An. U. C. 362.

An. U. C. 363.

D

E

(a) Hic Florus de Gesoriaco tamquam de oppido loquitur, idque cum Fregellis Italiæ oppido comparat. Hinc cùm ait Dio Cassius, Morinos nullas urbes habuisse, sed in tuguriis habitasse, de Cæsaris dumtaxat ætate loqui existimandus est.

(b) Aliàs, *bacchabantur.*

(c) Al. *Missi ex more legati.*

Digitized by Google

An. U. C. 363. Aderant interim Galli, apertamque urbem, primò trepidi, ne quis ſubeſſet dolus, mox ubi ſolitudinem vident, pari clamore & impetu invadunt: patentes paſſim domos adeunt: ubi ſedentes in curulibus ſuis prætextatos ſenes velut deos genioſque venerati; mox eoſdem, poſtquàm eſſe homines liquebat, alioqui nihil reſpondere dignantes, pari vecordia mactant, faceſque tectis injiciunt: & totam urbem igne, ferro, manibus exæquant. Sex menſibus barbari (quis crederet?) circa montem unum pependerunt, nec diebus modò, ſed noctibus quoque omnia experti: quum tandem Manlius nocte ſubeuntes, clangore anſeris excitatus, à ſumma rupe dejecit. Et ut ſpem hoſtibus demeret, quamquam in ſumma fame, tamen ad ſpeciem fiduciæ, panes ab arce jaculatus eſt. Et ſtato quodam die per medias hoſtium cuſtodias, Fabium Pontificem ab arce demiſit, qui ſolemne ſacrum in Quirinali monte conficeret. Atque ille per media hoſtium tela incolumis religionis auxilio rediit; propitioſque deos renunciavit. Noviſſimè, quum jam obſidio ſua barbaros fatigaſſet, mille pondo auri receſſum ſuum venditantes, idque ipſum per inſolentiam, quum ad iniqua pondera addito adhuc gladio, ſuperbè, *væ victis*! increparent, ſubitò aggreſſus à tergo Camillus adeò cecîdit, ut omnia incendiorum veſtigia Gallici ſanguinis inundatione deleret. Agere gratias diis immortalibus, ipſo tantæ cladis nomine, libet. Paſtorum caſas ignis ille, & flamma paupertatem Romuli abſcondit. Incendium illud quid egit aliud, niſi ut deſtinata hominum ac deorum domicilio civitas, non deleta, non obruta, ſed expiata potiùs & luſtrata videatur? Igitur poſt aſſertam à Manlio, reſtitutam à Camillo urbem, acriùs etiam vehementiúſque in finitimos reſurrexit. Ac primùm omnium illam ipſam Gallicam gentem non contentus mœnibus expuliſſe, quum per Italiam naufragia ſua latiùs traheret, ſic perſequutus eſt duce Camillo, ut hodie nulla Senonum veſti-
An. U. C. 392. gia ſuperſint. Semel apud Anienem trucidati, quum ſingulari certamine Manlius aureum torquem barbaro inter ſpolia detraxit: inde Torquati. Iterum Pomptino
An. U. C. 404. agro, quum in ſimili pugna Lucius Valerius, inſidente galeæ ſacra alite adjutus, retulit ſpolia: & inde Corvini. Tandem poſt aliquot annos, omnes reliquias eorum
An. U. C. 470. in Etruria ad lacum Vadimonis Dolabella delevit: ne quis extaret in ea gente, qui incenſam à ſe Romam urbem gloriaretur.

EX LIBRO II.

In Bello Liguſtico.

Cap. 3. LIGURES (a) imis Alpium jugis adhærentes inter Varum & Macram flumen, implicitoſque dumis ſilveſtribus, major aliquantò labor erat invenire, quàm vincere. Tuti locis & fuga, durum atque velox genus, ex occaſione magis latrocinia quàm bella faciebant. Itaque quum diu multúmque eluderent Salyi, Deceates, Oxybii, Euburiates, Ingauni, tandem Fulvius (b) latebras eorum ignibus ſepſit: (c) Bæbius in plana deduxit: Poſthumius ita exarmavit, ut vix reliquerit ferrum, quo terra coleretur.

Bellum Gallicum.

Cap. 4. Gallis Inſubribus, & his accolis Alpium, animi ferarum, corpora pluſquàm humana erant: ſed experimento deprehenſum eſt quòd ſicut primus impetus eis major quàm virorum eſt, ita ſequens minor quàm feminarum. Alpina corpora humenti cælo educata, habent quiddam ſimile cum nivibus ſuis: quæ mox ut caluere pugna, ſtatim in ſudorem eunt, & levi motu, quaſi ſole, laxantur. Hi ſæpe & aliàs, ſed
An. U. C. 528. Britomaro duce, non priùs ſoluturos ſe baltea, quàm Capitolium aſcendiſſent, juraverant. Factum eſt. Victos enim Æmilius in Capitolio diſcinxit. Mox (d) Arioviſto

(a) Florus Ligures Italos initio deſignat, quum inter fluvios Varum & Macram ſub Maritimis vel Liguſticis Alpibus ſedes eis (uti facere debuit) attribuit: ſed paullò pòſt velut oblitus aſſignatorum Liguribus Italis finium, magno errore omnes in unum Ligures, Tranſalpinos & Ciſalpinos, Gallos Italoſque conjungit, quum Liguribus Italis, nimirum *Euburiatibus* & *Ingaunis* Albingauni incolis Ligures Gallos, videlicet *Salyos*, *Deciates*, *Oxubios* admiſcet, atque etiam præponit: quos inter Rhodanum & Alpes Maritimas ſedes habuiſſe conſtat. Prætereà ut gentes, ſic & bella confudit. Nam Fulvius Flaccus cum Tranſalpinis Liguribus vel Gallis, nimirum cum Salyis bellum geſſit: cum cæteris Liguribus Gallis Italiſve nullum quod ſciam geſſit. *Valeſius Notit. Gall. pag.* 23.

(b) Q. Fulvius Flaccus Conſul an. U. C. 574. Salyos in deditionem accepit.

(c) M. Bæbius Conſul an. U. C. 572. & L. Poſthumius Conſul an. 580. Ligures provinciam ſortiti ſunt.

(d) Aneroëſtus Polybio dicitur.

Digitized by Google

A duce vovere de noſtrorum militum præda Marti ſuo torquem. Intercepit Jupiter votum : nam de torquibus eorum aureum trophæum Jovi Flaminius erexit. An. U. C. 530.
Viridomaro rege Romana arma Vulcano promiſerant. Aliorsùm vota ceciderunt: occiſo enim rege, Marcellus tertia poſt Romulum patrem Feretrio Jovi arma ſuſpendit. An. U. C. 531.

Bellum Gallogræcum.

Gallogræciam quoque Syriaci belli ruina convolvit. Fuerint (a) inter auxilia Regis Antiochi ; an fuiſſe, ac cupidus triumphi Manlius eos viſos ſimulaverit, dubium eſt. Certè negatus eſt victori triumphus ; quia cauſſam belli non approbavit [Senatus.] Ceterùm gens Gallogræcorum, ſicut ipſum nomen indicio eſt, mixtæ B & adulteratæ reliquiæ Gallorum, qui Brenno duce vaſtaverant Græciam; mox Orientem ſequuti, in media Aſiæ parte ſederunt. Itaque ut frugum ſemina mutato ſolo degenerant; ſic illa genuina feritas eorum Aſiatica amœnitate mollita eſt. Duobus itaque præliis fuſi fugatique ſunt : quamvis ſub adventu hoſtis relictis ſedibus, in altiſſimos ſe montes recepiſſent. Toloſtobogi (b) Olympum, Tectoſagi Magabam inſederant. Utrique fundis ſagittiſque adacti, in perpetuam ſe pacem dediderunt. Sed alligati miraculo quodam fuere, quum catenas morſibus & ore tentaſſent, quum offocandas invicem fauces præbuiſſent. Nam Ortiagontis Regis uxor à Cen- An. U. C. turione ſtuprum paſſa, memorabili exemplo cuſtodiam evaſit, revulſumque militis caput ad maritum ſuum retulit. Cap. 11. An. U. C. 566. 564.

C

EX LIBRO III.

Bellum Allobrogicum.

Sic ad meridiem populus Romanus. Multò atrociùs, & multipliciter & magis à Septentrione ſævitum. Nihil hac plaga infeſtius. Atrox cælum perinde * ingenio. Omni igitur tractu violentus hoſtis, à dextris atque lævis, & medio Septentrionis, erupit. Prima trans Alpes arma noſtra ſenſere Salyi, quum de incurſionibus eorum fidiſſima atque amiciſſima civitas Maſſilia quereretur. Allobroges deinde & Arverni, quum adverſus eos ſimiles Æduorum querelæ opem & auxilium noſtrum flagitarent. Varus victoriæ teſtis, Iſara & (c) Vindelicus amnis, & impiger fluminum Rhodanus. Maximus barbaris terror elephanti fuere, immanitati gentium D pares. Nil tam conſpicuum in triumpho, quàm Rex ipſe Bituitus, diſcoloribus in armis, argenteoque carpento, qualis pugnaverat. Utriuſque victoriæ quod quantumque gaudium fuerit, vel hinc exiſtimari poteſt, quòd & Domitius Ænobarbus, & Fabius Maximus, ipſis quibus dimicaverant in locis, ſaxeas * erexere turres, & deſuper exornata armis hoſtilibus trophæa fixere : quum hic mos inuſitatus fuerit noſtris. Nunquam enim populus Romanus hoſtibus domitis victoriam ſuam exprobravit. Cap. 2. * *Al.* ingenia. An. U. C. 628. An. U. C. 631. An. U. C. 632. * *Al.* exſtruxere.

Bellum Cimbricum, Theutonicum ac Tigurinum.

Cimbri, Theutoni atque Tigurini ab extremis * Germaniæ profugi, quum terras eorum inundaſſet Oceanus, novas ſedes toto orbe quærebant : excluſique Gallia & Hiſpania, quum in Italiam remigrarent, miſere legatos in caſtra Silani, inde ad E Senatum, petentes ut Martius populus aliquid ſibi terræ daret quaſi ſtipendium : ceterùm, ut vellet, manibus atque armis ſuis uteretur. Sed quas daret terras populus Romanus agrariis legibus intra ſe dimicaturus ? Repulſi igitur, quod nequiverant precibus, armis petere conſtituunt. Sed nec primum quidem impetum barbarorum Silanus, nec ſecundum Manlius, nec tertium Cæpio ſuſtinere potuerunt. An. U. C. Omnes fugati, exuti caſtris. Actum erat, niſi Marius illi ſæculo contigiſſet. Ille quoque non auſus congredi ſtatim, militem tenuit in caſtris, donec invicta illa rabies, & impetus, quem pro virtute barbari habent, conſeneſceret. Receſſere igitur increpantes, & (tanta erat capiendæ Urbis fiducia) conſulentes, ſi quid ad uxores Cap. 3. * *Al.* Galliæ. An. U. C. 644. 648. An. U. C. 651.

(a) Sic corrigit Grævius. Editi habent : *Fuerant inter auxilia Regis Antiochi. An fuiſſent, an cupidus* &c.
(b) Sic emendat Freinshemius. In Editis legitur: *quos Toloſtobogi Tectoſagique jam inſederant.*
(c) Non *Vindelicus*, ut in Editis, ſed *Vindalicus* amnis, ut obſervat Cellarius, ſic dictus ab oppido Vindalio quod adluit, & ad quod in Epitome libri 61. Livii Cn. Domitius Proconſul contra Allobroges feliciter pugnaſſe dicitur. *Vindalicus* amnis idem qui *Sulgas* Strabonis, hodie *Sorgue*.

Digitized by Google

An. U. C. 651. suas mandarent. Nec segniùs quàm minati fuerant, tripertito agmine per Alpes, A id est claustra Italiæ, ferebantur. Marius mira statim velocitate occupatis compendiis, prævenit hostem: prioresque Theutonos sub ipsis Alpium radicibus assequutus, in locum, quem Aquas Sextias vocant, qua * fide numinum, prælio oppressit. Vallem fluviumque medium hostes tenebant: nostris aquarum nulla copia. Consultó-ne id egerit Imperator, an errorem in consilium verterit, dubium. Certè necessitate aucta virtus, caussa victoriæ fuit. Nam flagitante aquam exercitu, *Viri*, inquit, *estis*: *en illic habetis*. Itaque tanto ardore pugnatum est, eaque cædes hostium fuit, ut victor Romanus de cruento flumine non plus aquæ biberit, quàm sanguinis barbarorum. Certè Rex ipse Theutobochus quaternos senosque equos transilire solitus, vix unum, quum fugeret, ascendit, proximoque in saltu comprehensus, insigne spectaculum triumphi fuit: quippe vir proceritatis eximiæ super trophæa ipsa eminebat. B

* *Al.* quo, fidem numinum!

Sublatis Theutonis, in Cimbros convertitur. Hi jam (quis crederet?) per hiemem, quæ altiùs Alpes levat, Tridentinis jugis in Italiam provoluti ruina descenderant. Athesim flumen non ponte, nec navibus, sed quadam stoliditate barbarica primùm corporibus aggressi; postquàm retinere amnem manibus & clipeis frustrà tentaverant, ingesta obrutum silva transiluere. Et si statim infesto agmine urbem petiissent, grande discrimen esset. Sed in Venetia, quo ferè tractu Italia mollissima est, ipsâ soli cælique clementiâ robur elanguit: ad hoc panis usu carnisque coctæ, & dulcedine vini mitigatos, Marius in tempore aggressus est. Jam diem pugnæ à nostro Imperatore petierunt: & sic proximum dedit. In patentissimo, quem Raudium vocant, (a) campo procurrere: millia inde ad sexaginta ceciderunt, hinc trecentis minùs. Per omnem diem conciditur barbarus. Istic quoque Imperator addiderat virtuti dolum, sequutus Annibalem artemque Cannarum. Primùm nebulosum C nactus diem, ut hosti inopinatus occurreret; tum ventosum quoque, ut pulvis in oculos & ora ferretur; tum acie conversa in orientem, ut, quod ex captivis mox cognitum est, ex splendore galearum ac repercussu quasi ardere cælum videretur.

Nec minor cum uxoribus eorum pugna, quàm cum ipsis fuit: quum objectis undique plaustris atque carpentis, altæ desuper quasi è turribus lanceis contisque pugnarent. Perinde speciosa mors earum fuit quàm pugna. Nam quum, missa ad Marium legatione, libertatem ac sacerdotium non impetrassent (nec fas erat) suffocatis elisisque passim infantibus suis, aut mutuis concidêre vulneribus, aut vinculo è crinibus suis facto, ab arboribus jugisque plaustrorum pependerunt. Boiorix Rex in acie dimicans impigrè, nec inultus occubuit. Tertia Tigurinorum manus, quæ quasi subsidio Noricos insederat Alpium tumulos, in diversa lapsi, fuga ignobili & latrociniis evanuit. D

Bellum Gallicum.

Cap. 10. Asiâ Pompeii manibus subactâ, reliqua, quæ restabant in Europa, fortuna in Cæsarem transtulit. Restabant autem immanissimi gentium Galli atque Germani: & quamvis toto orbe divisa, tamen qui vinceret habuit Britannia. Primus Galliæ motus ab Helvetiis cœpit, qui Rhodanum inter & Rhenum siti, non sufficientibus terris, venere sedes petitum, incensis mœnibus suis: hoc sacramentum fuit, ne redirent. Sed petito tempore ad deliberandum, quum inter moras Cæsar, Rhodani ponte rescisso, abstulisset fugam; statim bellicosissimam gentem sic in sedes suas, quasi greges in stabula pastor, deduxit. Sequens longéque cruentior pugna Belgarum, quippe pro libertate pugnantium. Hic cùm multa Romanorum militum insignia, E tum illud egregium ipsius ducis, quòd nutante in fugam exercitu, rapto fugientis è manu scuto, in primam volitans aciem, manu prælium restituit. Inde cum Venetis etiam navale bellum: sed major cum Oceano quàm cum ipsis navibus rixa: quippe illæ rudes & informes, & statim naufragæ, quum rostra sensissent. Sed hærebat in vadis pugna, quum æstibus solitis cum ipso certamine subductus Oceanus intercedere bello videretur. Illæ quoque accessere diversitates pro gentium locorumque natura. Aquitani callidum genus, in speluncas se recipiebant, jussit includi: Morini dilabebantur in silvas; jussit incendi. Nemo tantùm feroces dixerit Gallos; fraudibus agunt. Induciomarus Treviros, Ambiorix concitavit Eburones.

An. U. C. 695.

An. U. C. 696.

An. U. C. 697.

(a) Plutarchus in Mario pag. 419. hunc campum situm dicit apud Vercellas, χώραν τε καὶ πεδίον τὸ περὶ Βερκέλλας. Veilleius Paterculus lib. 2. cap. 12. *Campos Raudios* vocat.

Digitized by Google

A Utrique, abſente Cæſare conjuratione facta, invenere legatos. Sed ille fortiter à Dolabella ſummotus eſt, relatumque regis caput. Hic inſidiis in valle diſpoſitis, dolo perculit. Itaque & caſtra direpta ſunt, & aurum ablatum. Cottam cum Titurio Sabino legato ibi amiſimus. Nec ulla de rege mox ultio: quippe perpetua trans Rhenum fuga latuit. Nec Rhenus ergo immunis: nec enim fas erat ut liber eſſet receptator hoſtium atque defenſor. An. U. C. 699.

Sed prima contra Germanos illius pugna, juſtiſſimis quidem ex cauſſis. Hædui enim de incurſionibus eorum querebantur. Quæ Arioviſti ſuperbia? Quum legati dicerent, *Veni ad Cæſarem. Quis eſt autem Cæſar? Et, ſi vult, veniat*, inquit: &, *quid ad illum, quid agat noſtra Germania? Num ego me interpono Romanis?* Itaque tantus gentis novæ terror in caſtris, ut teſtamenta paſſim, etiam in principiis ſcriberentur. Sed illa immania corpora, quò erant majora, eò magis gladiis ferroque patuerunt. An. U. C. 695.

B Qui calor in præliando militum fuerit, nullo magis exprimi poteſt, quàm quòd elatis ſuper caput ſcutis, quum ſe teſtudine barbarus tegeret, ſuper ipſa Romani ſcuta ſalierunt: & inde in jugulos gladiis deſcendebant. Iterum de Germano Tencteri querebantur. Hîc verò jam Cæſar ultrò Moſulam navali ponte tranſgreditur, ipſumque Rhenum: & Hercyniis hoſtem quærit in ſilvis: ſed in ſaltus & paludes genus omne diffugerat: tantùm pavoris incuſſit intra ripam ſubitò Romana vis. Nec ſemel Rhenus, ſed iterum quoque, & quidem ponte facto, penetratus eſt. Sed major aliquantò trepidatio: quippe quum Rhenum ſuum ſic ponte, quaſi jugo captum viderent, fuga rursus in ſilvas ac paludes: &, quod acerbiſſimum Cæſari fuit, non fuere qui vincerentur. Omnibus terra marique captis, reſpexit Oceanum: & quaſi hic Romanus orbis non ſufficeret, alterum cogitavit. Claſſe igitur comparata, Britanniam tranſit mira celeritate: quippe quum tertia vigilia Morino ſol- An. U. C. 698.

C viſſet à portu, minùs quàm medio die inſulam ingreſſus eſt. Plena erant tumultu hoſtico litora & trepidantia ad conſpectum rei novæ carpenta volitabant. Itaque trepidatio pro victoria fuit. Arma & obſides accepit à trepidis: & ulteriùs iiſſet, niſi improbam claſſem naufragio caſtigaſſet Oceanus.

Reverſus igitur in Galliam, claſſe majore, auctiſque admodùm copiis, in eumdem rurſus Oceanum, eoſdemque rursus Britannos, Calidonias ſequutus in ſilvas, unum quoque è regibus Caſſivelauni in vincula dedit. Contentus his (non enim provinciæ, ſed nomini ſtudebatur) cum majore quàm priùs præda revectus eſt; ipſo quoque Oceano tranquillo magis & propitio, quaſi imparem ſe fateretur. Sed maxima omnium, eademque noviſſima conjuratio fuit Galliarum; quum omnes pariter Arvernos atque Biturigas, Carnutas ſimul Sequanoſque contraxit, ille corpore, armis, ſpirituque terribilis, nomine etiam quaſi ad terrorem compoſito Vercingeto- An. U. C. 699. An. U. C. 701.

D rix: ille feſtis diebus & comitialibus, quum frequentiſſimos in lucis haberet, ferocibus dictis ad jus priſtinum libertatis erexit. Aberat tunc Cæſar, Ravennæ delectum agens; & hieme creverant Alpes: ſic intercluſum putabant iter. Sed iſle, qualis erat feliciſſimæ temeritatis, ad nuncium rei per invios ad id tempus montium tumulos, per intactas vias & nives expedita manu emerſus, occupat Galliam; & ex diſtantibus hibernis caſtra contraxit, & antè in media Gallia fuit, quàm ab ultima timeretur. Tum ipſa capita belli aggreſſus urbes, Avaricum cum quadraginta millibus propugnantium ſuſtulit: Alexiam ducentorum quinquaginta millium juventute ſubnixam flammis adæquavit. Circa Gergoviam Arvernorum tota belli moles fuit: quippe quum octoginta millia muro & arce, & abruptis defenderent; maximam civitatem, vallo, ſudibus & foſſa, inductoque foſſæ flumine, ad hoc decem & octo caſtellis, ingentique lorica circumdatam primùm fame domuit: mox au-

E dentem eruptiones, in vallo gladiis ſudibuſque concîdit; noviſſimè in deditionem redegit. Ipſe ille Rex, maximum victoriæ decus, ſupplex quum in caſtra veniſſet, tum & phaleras & ſua arma ante Cæſaris genua projecit: *Habes*, inquit, *fortem virum, vir fortiſſime, victiſti.*

EX LIBRO IV.

In Bello Catilinario.

Legatis Allobrogum, qui tum fortè aderant, in arma ſolicitatis, iiſſet ultra Alpes furor, niſi altera proditione Vulturcii, Prætoris literæ tenerentur. Statim Ciceronis imperio injecta eſt barbaris manus. Cap. 1. An. U. C. 690.

Digitized by Google

A

In Bello Cæſaris & Pompeii.

Cap. 2. An. U. C. 704. Nihil hoſtile erat in Gallia: pacem ipſe [Cæſar] fecerat. Sed ad Hiſpanienſes Pompeii exercitus tranſeunti per eam duci portas claudere auſa Maſſilia eſt. Miſera, dum cupit pacem, belli metu in bellum incidit: ſed quia tutis muris erat, vinci eam ſibi juſſit abſenti. Græcula civitas, non pro mollitie nominis, & vallum *rumpere, & incendere machinas auſa, & congredi navibus: ſed Brutus, cui mandatum erat bellum, victos terra marique perdomuit. Mox dedentibus ſeſe ablata omnia præter, quam potiorem omnibus habebant, libertatem.....

*Al. cædere.

An. U. C. 707. Cæſar in patriam victor invehitur. Primum de Gallia triumphum tranſmiſerat Rhenus & Rhodanus, & ex auro captivus Oceanus.

B

In Bellis adverſus gentes exteras.

Cap. 12. An. U. C. 744. [Druſus] in tutelam provinciarum præſidia atque cuſtodias ubique diſpoſuit, per Moſam flumen, per Albin, per Viſurgim. Nam per Rheni quidem ripam quinquaginta ampliùs caſtella direxit. Bonnam (a) & Noveſium pontibus junxit, claſſibuſque firmavit..... Maſſiliæ Lucius [Cæſar Auguſti nepos] morbo ſolvitur. An. Chr. 2.

(a) Mſſ. omnes, ut obſervat Gruterus, habent: *Bonnam & Geſoniam cum pontibus junxit.* Sed cùm ignota ſit *Geſonia*, *Geſoriacum* legit Vinetus, & ex *Bonna* Bononiam facit. At recentius eſt *Bononiæ* vocabulum, & ipſum Geſoriacum *Bononia* poſteriori ævo dictum, ut ex vita Conſtantini ab Henrico Valeſio evulgata, & ex Tabula Peutingeriana clarum eſt. Hinc Hadr. Valeſius delet præpoſitionem *cum*, & *Noveſiam* vel *Noveſium* pro *Geſonia* vel *Genoſia*, ut in aliis libris ſcribitur, ſubſtituit. Editio Pariſienſis an. 1661. *Bonnam & Geldubam pontibus junxit.*

C

EX ÆLIO SPARTIANO, DE GALLIS.

Inter Scriptores VI. Hiſtoriæ Auguſtæ, Edit. Pariſiis, in fol. an. 1620.

In Adriano.

An. Chr. 120. [ADRIANUS] profectus in Gallias, omnes (a) cauſariis liberalitatibus ſublevavit.

An. Chr. 121. Per idem tempus in honorem Plotinæ Baſilicam apud Nemauſum opere mirabili extruxit.

In Didio Juliano.

D

Belgicam ſanctè ac diu rexit [Didius.]

In Severo.

[Severus] legioni IV Scythicæ præpoſitus eſt circa Maſſiliam..... Lugdunen-
An. Chr. 186. ſem (b) provinciam legatus accepit..... A Gallis ob ſeveritatem & honorificentiam & abſtinentiam tantùm, quantùm nemo, dilectus eſt.....

An. Chr. 193. Romam iter contendit, cedentibus ſibi cunctis quacumque iter fecit, quum jam Illyriciani exercitus & Gallicani, cogentibus ducibus, in ejus verba juraſſent.

An. Chr. 196. Redeunti ſanè Romam poſt bellum civile Nigri, aliud bellum civile Clodii Albini nunciatum eſt, qui rebellavit in Gallia..... Multis interim variè geſtis in Gallia, primò apud (c) Tinurtium contra Albinum feliciſſimè pugnavit Severus: quum quidem ingens periculum equi caſu adiit, ita ut mortuus ictu plumbeæ crederetur..... Deinde Albini corpore ablato, penè ſeminecis caput abſcindi juſſit, E
An. Chr. 198. Romamque deferri: idque literis proſequutus eſt. Victus eſt Albinus die XI. Calendas Martii. Reliquum autem cadaver ejus ante domum propriam exponi ac dividi juſſit. Equum præterea, ipſe reſidens, ſupra cadaver Albini egit, expaveſcentemque

(a) Salmaſius legendum putat, *cauſarios*, id eſt egentes, & facultatibus defectos, & quibus non ſine cauſa ſubveniretur.

(b) Hinc efficitur nondum Lugdunenſem provinciam in primam & ſecundam eſſe diviſam.

(c) *Tinurtium*, quod etiam memoratur in Itinerario Antonini & in Tabula Peuting. oppidum eſt, nunc *Tournus* dictum, quod ab urbe Lugduno viginti circiter leucis diſtat. Verùm cùm Dio & Herodianus aſſerant prope Lugdunum pugnam initam eſſe, Albinianoſque uſque ad urbem iſtam fuſos ac fugatos fuiſſe; cùm præterea campi Tinurtio adjacentes parùm ſint pugnæ idonei, putat Chifletius apud Spartianum legendum *Tivurtium* aut *Trivurtium*, quod poſtea *Trevoltium*, vulgò *Trevoux*, dictum fuit. Hoc oppidum planities tribus leucis longa, & ad pugnam apta, à Lugduno diſterminat.

admonuit

Digitized by Google

A admonuit ut effrenatus audacter protereret. Addunt alii quòd idem cadaver in Rhodanum abjici præcepit, simul etiam uxoris liberorumque ejus..... Tum Hispanorum & Gallorum proceres multi occisi sunt.

In Pescennio Nigro.

Et Pescennius quidem Severo eo tempore, quo Lugdunensem provinciam re- An.Chr. 186.
gebat, amicissimus fuit : nam ipse missus erat ad comprehendendos desertores, qui innumeri Gallias tunc vexabant.....

Extat Epistola Severi quam scribit ad Ragonium Celsum Gallias regentem : *Miserum est ut imitari ejus disciplinam militarem non possimus, quem bello vicimus. Milites tui vagantur, tribuni medio die lavant, pro triclinîis popinas habent, pro cubiculis*
B *meritoria : saltant, bibunt, cantant, & mensuris conviviorum vacant, quum sine mensura potent.*

[Pescennius] sacra quædam in Gallia, quæ castissimis decernuntur, consensu publico celebranda suscepit.

In Antonino Caracallo.

His gestis [Antoninus] Galliam petiit : atque ut primùm in eam venit, Nar- An.Chr. 213.
bonensem Proconsulem occidit. Cunctis deinde turbatis qui in Gallia res regebant, odium tyrannicum meruit.

EX JULIO CAPITOLINO, DE GALLIS.

C

Inter Scriptores sex Historiæ Augustæ, Edit. Paris. in fol. an 1620.

In Antonino Pio.

TITO Aurelio Fulvio Boionio Antonino Pio paternum genus è Gallia Transalpina, Nemausense scilicet : avus Titus Aurelius Fulvius, qui per honores diversos ad secundum Consulatum & præfecturam Urbis pervenit : pater Aurelius Fulvius, qui & ipse fuit Consul, homo castus & integer.

Adversa ejus temporibus hæc provenerunt..... Et Narbonensis civitas, & An- An.Chr. 138.
tiochense oppidum, & Carthaginense forum arsit.

D

In Clodio Albino.

Pescennius Niger in Oriente, Clodius Albinus in Gallia, Imperatores appellati An.Chr. 193.
sunt. Et Clodium quidem Herodianus dicit Severi Cæsarem fuisse. Sed quum alter alterum indignaretur, nec Galli ferre possent aut Germaniani exercitus, quòd & ipsi suum specialem principem haberent, undique cuncta turbata sunt....

Et in Gallia quidem eum [Albinum] multas gentes domuisse constat.....Per Commodum ad Galliam translatus, in qua fusis Frisiis Transrhenanis, celebre no- An.Chr. 186.
men suum apud Romanos & apud Barbaros fecit.....

Severus ipse quum id egisset apud Senatum ut hostis judicaretur Albinus, contra eum profectus, acerrimè fortissiméque pugnavit, non sine varietate fortunæ..... Quum apud Lugdunum eumdem interfecisset, statim literas inquiri jussit. An.Chr. 198.

E

In Maximinis duobus.

Quum in Gallia esset, & non longè ab urbe quadam castra posuisset, subitò im- *Maximino.
missis militibus, ut quidam dicunt, ab *ipso; ut alii, à tribunis barbaris, Alexander ad matrem fugiens interemptus est.....quòd ille nimis severus esset, & vo- An.Chr. 235.
luisset ita in Gallia legiones exauctorare, ut exauctoraverat in Oriente.

In Maximo & Balbino.

[Maximus] Proconsulatum Bithyniæ egit, & deinceps Græciæ, ac tertiò Narbonæ.....[Balbinus] Gallias civilibus administrationibus rexerat.

Digitized by Google

A

EX ÆLIO LAMPRIDIO, DE GALLIS.

Inter Scriptores ſex Hiſtoriæ Auguſtæ, Edit. Pariſiis, in fol. 1620.

In Alexandro Severo.

An.Chr. 234. ERAT autem graviſſimum reipublicæ & ipſi [Alexandro] quòd Germanorum vaſtationibus Gallia diripiebatur..... Magnis igitur itineribus, lætis militibus, contendit. Sed quum ibi quoque ſeditioſas legiones comperiſſet, abjici eas præcepit. Verùm Gallicanæ mentes, ut ſeſe habent, duræ ac retorridæ, & ſæpe imperatoribus graves, ſeveritatem hominis nimiam & longè majorem poſt Heliogabalum B non tulerunt. Denique agentem eum cum paucis in Britannia, ut alii volunt, in Gallia in vico, cui Sicila (a) nomen eſt, non ex omnium ſententia, ſed latrocinantium
An.Chr. 235. modo quidam milites..... occiderunt..... Mulier Druias (b) eunti exclamavit Gallico ſermone; *Vadas, nec victoriam ſperes, nec militi tuo credas.*

[Alexander] cenotaphium in Gallia, Romæ ſepulcrum ampliſſimum meruit.

(a) *Sicila* putatur vicus eſſe *Siclingen* dictus prope Moguntiacum, vel *Veſalia*, *Ober Weſſel* in pago Trevirenſi, inter Bodobrigam & Bingium.

(b) Leg. *Dryas*. Quam verò cognationem habeant iſtæ Dryades cum antiquis illis Δρυΐδαις Galliarum non poſſum videre. Druidarum religionem penitus aboleviſſe Claudius perhibetur apud Suetonium: non tamen genus illud omne videtur exſtinxiſſe. Nam & Druidarum mentio apud recentiores, & ſtirpe Druidarum ſati quidam in Galliis dicuntur apud Auſonium. Verùm hi noſtri Auctores Druidarum hominum nuſquam meminerunt, ſed ubique mulierum Dryadum: quæ mulieres ferè ſemper fatidicæ & vaticinatrices & ſagæ. Nominatiſſimæ autem videntur fuiſſe iſtæ Gallicanæ Dryades, ut quæ conſulerentur in rebus dubiis non ſecùs atque olim oracula Delphica. *Salmaſius.*

C

EX TREBELLIO POLLIONE, DE GALLIS.

Inter Scriptores ſex Hiſtoriæ Auguſtæ, Edit. Pariſiis, in fol. an. 1620.

In Gallienis duobus.

QUUM ludibriis & helluationi vacaret [Gallienus,] neque aliter Rempublicam gereret, quàm quum pueri fingunt per ludibria poteſtates: (a) Galli quibus inſitum eſt eſſe leves, ac degenerantes à civitate Romana & luxurioſos prin-
An.Chr. 260. cipes ferre non poſſe, Poſthumium ad imperium vocarunt: exercitibuſque conſen- D tientibus, qui occupatum Imperatorem in libidinibus ſentiebant querebanturque. (b) Contra hunc Theodotus exercitum duxit: quumque urbem, in qua erat Poſthumius, obſidere cœpiſſet, decernentibus Gallis, Gallienus muros circumiens ſagitta ictus eſt. Nam & per annos (c) ſeptem Poſthumius imperavit, & Gallias ab omnibus circumfluentibus barbaris validiſſimè vindicavit.

Perdita Gallia arriſiſſe ac dixiſſe perhibetur [Gallienus,] *Non ſine Atrebaticis ſagis*
An.Chr. 262. *tuta Reſpublica eſt?*..... Quum multis auxiliis Poſthumius juvaretur Celticis ac Francicis, in bellum [Gallienus] cum Victorino proceſſit, cum quo imperium participaverat.

In Poſthumio.

Quum Galli vehementiſsè Gallienum odiſſent, puerum autem apud ſe imperare E ferre non poſſent, eum qui commiſſum regebat imperium, Imperatorem appellarunt, miſſiſque militibus adoleſcentem interfecerunt. Quo interfecto, ab omni exer-
An.Chr. 260. citu & ab omnibus Gallis Poſthumius gratanter acceptus talem ſe præbuit per annos ſeptem, ut Gallias (d) inſtauraverit..... Nimius amor erga Poſthumium omnium erat in Gallica gente populorum, quòd ſubmotis omnibus Germanicis

(a) *Galli* &c. Si audiamus veterem librum, erit ita legendum: *Galli quibus inſitum eſt, leves ac degenerantes à virtute Romana principes, & luxurioſos ferre non poſſe, Poſthumum ad imperium vocarunt.* Salmaſius.

(b) *Contra hunc Theodotus* &c. Hanc lectionem commenti ſunt ex depravatis & truncatis antiquæ ſcripturæ veſtigiis..... Illa fragmenta ſic poſſe reſtitui puto: *Contra hunc ipſe Gallienus exercitum duxit: quumque urbem, in qua erat Poſthumus, obſidere cœpiſſet, acriter eam defendentibus Gallis, Gallienus muros circumiens ſagitta ictus eſt.* Salmaſius.

(c) Leg. *decem*, ut apud Eutropium.

(d) *Inſtauraverit.* Hinc in ejus nummo, quem deſcripſerunt eruditi viri, RESTITVTORI GALLIÆ. *Salmaſius.*

Digitized by Google

A gentibus, Romanum in priſtinam ſecuritatem revocaſſet imperium. Sed quum ſe graviſſimè regeret, more illo quo Galli novarum rerum ſemper ſunt cupidi, Lolliano agente, interemptus eſt. Si quis ſanè Poſthumii meritum requirit, judicium de eo Valeriani ex hac epiſtola, quam ille ad Gallos miſit, intelliget: *Tranſrhenani limitis ducem, & Galliæ præſidem Poſthumium fecimus, virum digniſſimum ſeveritate Gallorum..... Hujus filio Poſthumio nomine tribunatum Vocontiorum dedi, adoleſcenti qui ſe dignum patris moribus reddet.* An Chr. 269.

In Lolliano.

[Lollianus] pleraſque Galliæ civitates, nonnulla etiam caſtra, quæ Poſthumius per ſeptem (a) annos in ſolo barbarico ædificaverat, quæque interfecto Poſthumio
B ſubita irruptione Germanorum & direpta fuerant & incenſa, in ſtatum veterem reformavit: deinde à ſuis militibus, quòd in labore nimius eſſet, occiſus eſt. Ita Gallieno perdente Rempublicam, in Gallia primùm Poſthumius, deinde Lollianus, Victorinus deinceps, poſtremò Tetricus (nam de Mario nihil dicimus) aſſertores Romani nominis exſtiterunt. An.Chr. 269.

In Victorino.

Tunc interfecto etiam Lolliano ſolus Victorinus in imperio remanſit, qui & ipſe..... compoſita factione Agrippinæ percuſſus, Victorino filio Cæſare à matre Victorina, ſive Victoria, quæ *mater caſtrorum* dicta eſt, appellato: qui & ipſe puerulus ſtatim eſt interemptus, quum apud Agrippinam pater ejus eſſet occiſus. An.Chr. 271.

C

In Victorino juniore.

Exſtant denique ſepulcra circa Agrippinam brevi marmore impreſſa humilia, in quibus unus [verſus] eſt inſcriptus, HIC DVO VICTORINI TYRANNI SITI SVNT.

In Baliſta. Initio Epiſtolæ Valeriani.

Valerianus Ragonio Claro præfecto Illyrici & Galliarum.

In Tetrico Seniore.

D. Interfecto Victorino & ejus filio, mater ejus Victoria ſive Victorina Tetricum Senatorem populi Romani præſidatum in (b) Gallia regentem, ad imperium hortata, quòd ejus erat, ut plerique loquuntur, affinis, Auguſtum appellari fecit, filiumque ejus Cæſarem nuncupavit. Et quum multa Tetricus feliciter egiſſet, diuque imperaſſet, ab Aureliano principe victus, quum militum ſuorum impudentiam & procacitatem ferre non poſſet, volens ſe graviſſimo principi & ſeveriſſimo dedit..... Quare quum Aurelianus nihil ſimplex neque mite aut tranquillum facilè cogitaret, Senatorem populi Romani eumdemque Conſularem, qui jure præſidiali omnes Gallias rexerat, per triumphum duxit. An.Chr. 273. An.Chr. 273.

In Victoria.

E

Cuſi ſunt ejus [Victoriæ] nummi ærei, aurei & argentei, quorum hodieque forma exſtat apud Treviros.

(a) Eutropius & Oroſius decem Poſtumo annos aſſignant, eorumque ſententiam confirmat nummus Poſtumi in Cimelio regio aſſervatus, & in poſtica inſcriptus, P. M. Tr. P. X. Cos. V. P. P. Hinc Poſtumus non Gallieno, ſed Claudio imperante interfectus eſt.

(b) Tetricus præſidatum regebat in Aquitania, quæ nondum in primam & ſecundam erat diviſa.

Digitized by Google

A

EX FLAVIO VOPISCO, DE GALLIS.

Inter Scriptores VI Hiſtoriæ Auguſtæ, Edit. Pariſiis, in fol. an. 1620.

In Divo Aureliano.

IDEM [Aurelianus] apud Maguntiacum tribunus legionis ſextæ Gallicanæ, Francos irruentes, quum vagarentur per totam Galliam, ſic adflixit, (a) ut trecentos ex his captos, ſeptingentis interemptis, ſub corona vendiderit. Unde iterum de eo facta eſt cantilena: *Mille Francos, mille Sarmatas ſemel* [*& ſemel*] *occidimus: mille, mille, mille, mille, mille* (b) *Perſas quærimus.* B

Inter (c) hæc fuit Tetricus chlamyde coccinea, tunica Galbina, braccis Gallicis ornatus, adjuncto ſibi filio, quem imperatorem in Gallia nuncupaverat.

Dicebat [Diocletianus,] quodam tempore Aurelianum Gallicanas conſuluiſſe (d) Druidas, ſciſcitantem utrùm apud ejus poſteros imperium permaneret: tum illas reſpondiſſe dixit, Nullius clarius in Republica nomen quàm Claudii poſterorum futurum.

In Floriano.

An.Chr. 275. Alia epiſtola. SENATUS AMPLISSIMUS [ſalutem dicit] CURIÆ TREVIRORUM. *Ut eſtis liberi, & ſemper fuiſtis, lætari vos credimus. Creandi principis judicium ad Senatum redit, ſimul etiam præfecturæ urbanæ appellatio univerſa decreta eſt.* C

In Probo. In Epiſtola Valeriani.

Valerianus Auguſtus Mulvio Gallicano præfecto prætorii..... Huic [Probo] *igitur dari jubebis (quoniam mediocris eſt fortunæ) ut ejus dignitas incrementis juvetur, tunicas ruſſulas duas,* (e) *pallia Gallica duo fibulata.*

An.Chr. 277. His geſtis, [Probus] cum ingenti exercitu Gallias petiit; quæ omnes, occiſo Poſthumio, turbatæ fuerant, interfecto Aureliano, à Germanis (f) poſſeſſæ. Tanta autem illic prælia feliciter geſſit; ut à barbaris ſexaginta per Gallias nobiliſſimas reciperet civitates, prædam deinde omnem, qua illi præter divitias etiam efferebantur ad gloriam. Et quum jam in noſtra ripa, imò per omnes Gallias ſecuri vagarentur, cæſis propè quadringentis millibus qui Romanum occupaverant ſolum, reliquias ultra Nicrum fluvium & Albam removit. D

Compoſitis igitur rebus in Gallia, tales ad Senatum litteras [Probus] dedit: *Ago diis immortalibus gratias, Patres conſcripti, quia veſtra in me judicia comprobarunt. Subacta eſt omnis, quà tenditur latè, Germania: novem* (g) *Reges gentium diverſarum ad meos pedes, imò ad veſtros, ſupplices ſtrati jacuerunt. Omnes jam barbari vobis arant, vobis jam ſerunt, & contra interiores gentes militant. Supplicationes igitur veſtro more decernite. Nam & quadringenta millia hoſtium cæſa ſunt, & ſedecim millia*
Eod. anno. *armatorum nobis oblata, &* (h) *ſeptuaginta urbes nobiliſſimæ captivitate hoſtium vindicatæ, & omnes penitus Galliæ liberatæ. Coronas quas mihi obtulerunt omnes Galliæ civitates aureas, veſtræ P. C. clementiæ dedicavi..... Arantur Gallicana rura barbaris bobus, & juga Germanica captiva præbent noſtris colla cultoribus.*

(a) Fortè ob hanc cauſam Aurelianus *Galliarum reſtitutor* appellatur à Valeriano in Epiſtola quam anno 256. ſcripſit Albino Urbis præfecto.

(b) Cùm hæc cantilena, in qua Franci memorantur, in procinctu belli Perſici compoſita ſit, cúmque *Gordiano jam iterum & Pompeiano Coſſ. bellum Perſicum natum* ſit, id eſt anno Chriſti 241. ut teſtatur Capitolinus in Gordiano tertio; conſequens eſt jam tunc temporis auditam fuiſſe appellationem *Franci.*

(c) Id eſt in triumpho quem egit Aurelianus an. 273.

(d) Legendum *Dryadas*, ut libri veteres nobis ſemper exhibent. Nam ſive à Druidis dicantur, & eo nomine Druidarum feminæ accipiantur, conſtat rectè Dryadas appellari: ſive mulieres quaſdam fatidicas ſic appellatas fuiſſe credamus à lucis & ſilvis, in quibus plurimùm verſabantur, quæ nihil commune cum Druidis haberent, rectum hoc illis erit nomen, *Dryades.* In lucis enim & ſilvis frequentes vaticinæ mulieres & ſortilegæ ſagæque & incantatrices. Atque inde fortaſſe nomen quæſivere iſtæ Gallicanæ Dryades. *Salmaſius.* E

(e) Pallium fibulatum & ſagochlamys res eadem: ſagochlamys enim dicta eſt chlamys ad ſagi Gallici modum facta, vel potiùs ex utroque compoſita, ſago nempe & chlamyde. Chlamys erat quidem undantior & profuſior ſago, & fibula ſtringebatur: ſagum autem adſtrictius & brevius. Temperatum igitur ex utraque forma veſtimentum, ſagochlamys, pro qua hoc loco pallium fibulatum dicitur. *Idem.*

(f) Idem Vopiſcus in Tacito: *Limitem trans Rhenum Germani rupiſſe dicuntur, occupaſſe urbes validas, nobiles, divites & potentes.*

(g) Francos hoc anno à Probo victos teſtatur Zoſimus lib. 1.

(h) Suprà, ſexaginta tantùm dicuntur receptæ civitates.

Digitized by Google

A Quum Proculus & Bonoſus apud Agrippinam in Gallia imperium arripuiſſent, omneſque ſibi Britannias, Hiſpanias, & Braccatæ (a) Galliæ provincias vindicarent, barbaris ſemet juvantibus vicit [Probus]..... Gallis omnibus & Hiſpanis ac Britannis hinc permiſit ut vites haberent, vinumque conficerent. An.Chr. 280. An.Chr. 281.

In Saturnino.

Saturninus oriundus fuit Gallis ex gente hominum inquietiſſima & avida ſemper vel faciendi principis vel imperii. Huic inter cæteros duces qui (b) verè ſummus videretur, Aurelianus limitis Orientalis ducatum dedit, ſapienter præcipiens, ne unquam Ægyptum videret. Cogitabat enim, quantùm videmus, vir prudentiſſimus Gallorum naturam, & verebatur ne, ſi perturbidam civitatem vidiſſet, quò eum natura ducebat, ſocietate quoque hominum duceretur..... Ut primùm Ægy- B ptii magnam poteſtatem ad ſe veniſſe viderunt, ſtatim clamaverunt, *Saturnine Auguſte, dii te ſervent* : & ille quidem, quod negari non poteſt, vir ſapiens, de Alexandrina civitate mox fugit, atque ad Palæſtinam rediit. Ibi tamen quum cogitare cœpiſſet, tutum ſibi non eſſe, ſi privatus viveret, depoſita purpura ex ſimulacro Veneris, cyclade uxoria militibus circumſtantibus amictus & adoratus eſt.... Fertur autem Probus & clementes ad eum literas ſæpe miſiſſe, & veniam eſſe pollicitum: ſed milites, qui cum eo fuerant, non credidiſſe: obſeſſum denique in caſtro quodam ab iis quos Probus miſerat, invito Probo eſſe jugulatum. An.Chr. 280.

In Proculo.

Hic [Proculus] tamen, quum etiam poſt honores militares ſe improbè & libidinosè, tamen fortiter ageret, hortantibus Lugdunenſibus, qui & ab Aureliano gra- C viter contuſi videbantur, & Probum vehementer pertimeſcebant, in imperium vocitatus eſt ludo pene & joco, ut Oneſimus dicit: quod quidem apud nullum alium reperiſſe me ſcio. Nam quum in quodam convivio ad latrunculos luderetur, atque ipſe decies imperator exiſſet; quidam non ignobilis ſcurra, *Ave*, inquit, *Auguſte*. Allataque lana purpurea, humeris ejus junxit, eumque adoravit. Timor inde conſciorum, atque inde jam exercitûs tentatio & imperii. Nonnihilum tamen Gallis profuit. Nam Alemannos, qui tunc adhuc Germani dicebantur, non ſine gloriæ ſplendore contrivit, nunquam aliter quàm latrocinandi pugnans modo. Hunc tamen Probus fugatum uſque ad ultimas terras, & cupientem in Francorum auxilium venire, à quibus originem ſe trahere ipſe dicebat, ipſis prodentibus Francis, quibus familiare eſt ridendo fidem frangere, vicit & interemit. Eod. anno.

In Caro.

D Et dicitur quidem [Carus] ſæpe dixiſſe ſe miſerum, quòd Carinum ad Gallias principem mitteret, neque illa ætas eſſet Numeriani, ut illi Gallicanum, quod maximè conſtantem principem quærit, crederetur imperium. An.Chr. 283.

In Numeriano.

Quum Diocletianus apud Tungros in Gallia quadam in caupona moraretur, in minoribus adhuc locis militans, & cum (c) Druide quadam muliere rationem convictûs ſui quotidiani faceret; at illa diceret, *Diocletiane, nimiùm avarus, nimiùm parcus es*: joco, non ſeriò Diocletianus reſpondiſſe fertur; *Tunc ero largus, quum imperator fuero.* Poſt quod verbum Druias dixiſſe fertur; *Diocletiane, jocari noli: nam* E *imperator eris, quum Aprum occideris.*

In Carino.

Donati ſunt ab Atrebaticis (d) birri petiti.

(a) Hinc optimè colligunt novæ Hiſtoriæ Occitaniæ Scriptores, provinciam Braccatam ſeu Narbonenſem jam in plures provincias eſſe diviſam. Et certè initio ſæculi tertii Viennenſis provincia à Narbonenſi erat ſeparata, provinciamque particularem conſtituebat; quod patet ex Actis S. Ferreoli, qui martyrium paſſus eſt anno 304. in quibus Criſpinus dicitur *præſes in civitate Viennenſi*. Illud etiam conſtat ex Epiſcoporum ſubſcriptionibus in Concilio Arelatenſi habito anno 314. Euſebius Hiſt. Eccleſ. lib. 5. cap. 1. Viennam Metropolim dicit: ἣν [Γαλλίας] μητροπόλεως ἐπίσημοι, ἢ παρὰ τὰς ἄλλας ἅπασι διαφέρουσι βιβόνν). Λούγδουνόν τε Βιέννα, δι' ἧν ἀμφοτέρων τὸν πάντα χώρον ποταμὸς ὁ ῥόδανος εὐρρέων ὀξυτάτοις πολλαῖς διέξεισι. *In Gallia duæ præ cæteris inſignes præſtanteſque urbium matres celebrantur, Lugdunum ac Vienna, quarum utramque permeat Rhodanus fluvius, univerſam regionem præcipiti curſu circumfluens.*

(b) Salmaſius putat legendum, *quos verè ſcire*, id eſt cognoſcere, *videretur*.

(c) Lege cum Codice Palatino *Dryade*, & paulò pòſt *Dryas*.

(d) Suprà in Trebellio Pollione dicuntur *Atrebatica ſaga*; apud Suidam & Codinum Ἀτρεβατικαὶ χλαμύδες.

Digitized by Google

EX AMMIANO (a) MARCELLINO, DE GALLIS.

Edit. Pariſiis in fol. an. 1681.

EX LIBRO XIV.

Cap. 5. An. Chr. 353. DUM hæc in Oriente aguntur, Arelate hiemem agens Conſtantius, poſt theatrales ludos atque circenſes ambitioſo editos apparatu, die ſexto Idus Octobres qui imperii ejus annum triceſimum terminabat, inſolentiæ pondera graviùs librans, ſi quid dubium deferebatur aut falſum, pro liquido accipiens & comperto, inter alia excarnificatum Gerontium Magnentianæ Comitem partis exſulari mœrore multavit. A

Cap. 10. An. Chr. 354. Conſtantius Conſulatu ſuo ſepties, & Cæſaris ter, egreſſus Arelate Valentiam petit, in Gundomadum & Vadomarium fratres Alamannorum reges arma moturus, quorum crebris excurſibus vaſtabantur confines limitibus terræ Gallorum. Dumque ibi diu moratur, commeatus opperiens, quorum tranſlationem ex Aquitania verni imbres ſolito crebriores prohibebant, auctique torrentes, Herculanus advenit Protector Domeſticus..... Miles tamen intereà omnis apud Cabillona collectus, morarum impatiens ſæviebat, hoc irritatior, quòd nec ſubſidia vivendi ſuppeterent, alimentis nondum ex uſu tranſlatis. Unde Rufinus (b) ea tempeſtate Præfectus Prætorio ad diſcrimen truſus eſt ultimum..... Euſebius Præpoſitus cubiculi miſſus eſt Cabillona, aurum ſecum perferens: quo per turbulentos ſeditionum concitores occultiùs diſtributo, & tumor conſenuit militum, & ſalus eſt in tuto locata Præfecti. Deinde cibo abundè perlato, caſtra die prædicto ſunt mota. Emenſis itaque difficultatibus multis, & nive obrutis callibus pluribus, ubi prope (c) Rauracum ventum eſt ad ſupercilia fluminis Rheni, reſiſtente multitudine Alamanna, pontem ſuſpendere navium compage Romani vi nimia vetabantur, ritu grandinis undique convolantibus telis: & cùm id impoſſibile videretur, Imperator cogitationibus magnis attonitus, quid capeſſeret ambigebat. Ecce autem ex improviſo index quidam regionum gnarus advenit, & mercede accepta, vadoſum locum nocte monſtravit, unde ſuperari potuit flumen: & potuiſſet, aliorsùm intentis hoſtibus, exercitus inde tranſgreſſus, nullo id opinante, cuncta vaſtare, ni pauci ex eadem gente, quibus erat honoratioris militiæ cura commiſſa, populares ſuos hæc per nuntios docuiſſent occultos..... At Barbari ſuſcepto pro inſtantium rerum ratione conſilio..... optimates misêre delictorum veniam petituros & pacem..... Icto poſt hæc fœdere gentium ritu, perfectaque ſollemnitate, Imperator Mediolanum ad hiberna diſceſſit. B C

EX LIBRO XV.

Cap. 5. An. Chr. 355. CUM diuturnâ incuriâ Galliæ cædes acerbas, rapinaſque & incendia, Barbaris licenter graſſantibus, nullo juvante perferrent; Silvanus pedeſtris militiæ rector, ut efficax ad hæc corrigenda, Principis juſſu perrexit..... Memorato itaque duce Gallias ex re publica diſcurſante, Barbaroſque propellente jam ſibi diffidentes & trepidantes..... Hæc Malarichus (d) ſubitò nactus, etiam tunc ſqualens & mœſtus, ſuamque & popularis Silvani vicem graviter ingemiſcens, adhibitis Francis, quorum ea tempeſtate in palatio multitudo florebat, erectiùs jam loquebatur: tumultuabaturque, patefactis inſidiis, retectaque jam fallacia, per quam ex confeſſo ſalus eorum appetebatur..... D

Agens inter hæc apud Agrippinam Silvanus, aſſiduiſque ſuorum compertis nuntiis, quæ Apodemius in labem ſuarum ageret fortunarum, & ſciens animum tenerum verſabilis Principis, timens ne abſens & indemnatus perageretur reus; in difficultate poſitus maxima, barbaricæ ſe fidei committere cogitabat. Sed Laniogaiſo vetante, tunc Tribuno, quem dum militaret Candidatus, ſolum adfuiſſe morituro Conſtanti ſuprà retulimus, docenteque Francos, unde oriebatur, interfecturos eum, aut accepto præmio produturos: nil tutum ex præſentibus ratus, in conſilia cogebatur E

(a) Henrici Valeſii Notas adhibebimus: quæ ſunt Hadriani Valeſiii, uncinis includentur: noſtras, ſi quas ponimus, aſteriſco diſtinguemus.

(b) * Volcatius Rufinus Galli Cæſaris fuit avunculus: nam Conſtantius Galli pater Gallam Rufini ſororem uxorem duxerat. Rufinus Conſul fuit anno 347.

(c) * Id eſt, *Auguſtam Rauracorum* vel *Rauracûm*. Nunc vocatur *Augſt*, eſtque vicus exiguus à Baſilea ſex millibus diſtans.

(d) * Suprà Malarichus dicitur Gentilium rector.

Digitized by Google

A extrema : & ſenſim cum (a) Principiorum verticibus ſecretiùs collocutus, iiſ- An.Chr. 353.
demque magnitudine promiſſæ mercedis accenſis, cultu purpureo à draconum &
vexillorum inſignibus ad tempus abſtracto, ad culmen imperiale ſurrexit. Dumque
hæc aguntur in Galliis, ad occaſum inclinato jam die, perfertur Mediolanum in-
ſperabilis nuntius, apertè Silvanum, dum ex magiſterio peditum altiùs nititur, ſol-
licitato exercitu, ad Auguſtum culmen evectum. Hac mole caſûs inopini Conſtan-
tio icto, quaſi fulmine fati; Primates, conſilio ſecunda vigilia convocato, properа-
runt omnes in regiam. Cúmque nulli ad eligendum quid agi deberet, mens ſuppe-
tere poſſet aut lingua; ſubmiſſis verbis perſtringebatur Urſicini mentio, ut conſiliis
rei bellicæ præſtantiſſimi, fruſtráque gravi injuria laceſſiti.....

Habita igitur deliberatione multiplici, potiſſimùm tractabatur, quo commento
B Silvanus geſta etiamtum Imperatorem ignorare exiſtimaret. Et probabili argumento
ad firmandam fidem reperto, monetur honorificis ſcriptis, ut accepto Urſicino ſuc-
ceſſore, cum poteſtate rediret intacta. Poſt hæc ita digeſta, protinus jubetur exire,
Tribunis & Protectoribus Domeſticis decem, ut poſtularat, ad juvandas neceſſitates
publicas ei conjunctis: inter quos ego quoque eram cum Veriniano collega.....
Feſtinabamus itaque itineribus magnis, ut ambitioſus Magiſter armorum, ante alla-
pſum per Italicos de tyrannide ullum rumorem, in ſuſpectis finibus appareret. Verùm
curſim nos properantes aëria quædam antevolans prodiderat fama : & Agrippinam
ingreſſi, invenimus cuncta noſtris conatibus altiora. Namque convena undique mul-
titudine trepidè cœpta fundante, coactiſque copiis multis; pro ſtatu rei præſentis id
aptius videbatur, ut ad Imperatoris novelli, per ludibrioſa auſpicia virium acceſſu
firmandi, ſenſum ac voluntatem dux flebilis verteretur: quò variis aſſentandi figmen-
C tis in mollius vergente ſecuritate, nihil metuens hoſtile deciperetur..... Terre-
bant nos tamen, cùm dicerentur hæc & ſimilia, circumfrementia undique mur-
mura cauſantis inopiam militis, & rapida celeritate ardentis anguſtias Alpium per-
rumpere Cottiarum. In hoc æſtu mentis ancipiti, ad effectum tendens conſilium
occultâ ſcrutabamur indagine: ſederatque tandem, mutatis præ timore ſæpe ſenten-
tiis, ut quæſitis magna induſtria cautis rei miniſtris, obſtricto religionum conſecra-
tione colloquio, Bracati ſollicitarentur atque Cornuti, fluxioris fidei, & ubertate
mercedis ad momentum omne verſabiles. Firmato itaque negotio per ſequeſtres
quoſdam gregarios, obſcuritate ipſa ad id patrandum idoneos, præmiorum exſpe-
ctatione accenſos, ſolis ortu jam rutilo ſubitus armatorum globus erupit: atque, ut
ſolet in dubiis rebus, audentior, cæſis cuſtodibus regia penetrata, Silvanum extra-
ctum ædicula, quò exanimatus confugerat, ad conventiculum ritûs Chriſtiani ten-
D dentem, denſis gladiorum ictibus trucidarunt. Ita dux haud exſilium meritorum hoc
genere oppetit mortis, metu calumniarum, quibus factione iniquorum irretitus eſt
abſens, ut tueri poſſit ſalutem, ad præſidia progreſſus extrema. Licèt enim ob tem-
peſtivam illam cum (b) Armaturis proditionem ante Murſenſe prælium, obligatum
gratiâ retineret Conſtantium; ut dubium tamen & mutabilem verebatur: licèt patris
quoque Boniti prætenderet fortia facta, Franci quidem, ſed pro Conſtantini parti-
bus in bello civili acriter contra Licinianos ſæpe verſati.

Pœmenius raptus ad ſupplicium interiit, qui, ut ſuprà retulimus, cùm. Treveri Cap. 6.
civitatem Cæſari clauſiſſent Decentio, ad defendendam plebem electus eſt. Tum
Aſclepiodotus & (c) Lutto & Mandio Comites interempti ſunt, aliique plures.

Conſtantium verò exagitabant adſidui nuntii, deploratas jam Gallias indicantes, Cap. 8.
nullo renitente ad internecionem Barbaris vaſtantibus univerſa : æſtuanſque diu qua
E vi propulſaret ærumnas..... Julianum patruelem fratrem, haud ita dudum ab
Achaico tractu accitum, etiam tum palliatum, in ſocietatem imperii adſciſcere co-
gitabat.....

Deductus [Julianus] ab Auguſto aduſque locum duabus columnis inſignem, qui
Laumellum interjacet & Ticinum, itineribus rectis Taurinos pervenit: ubi nuntio
percellitur gravi, qui nuper in comitatum Auguſti perlatus, de induſtria ſilebatur,

(a) *Principia* ſunt principales milites, qui privilegiis muniuntur. Principiorum igitur vertices ſunt Tribuni, Centuriones, Ordinarii, Draconarii, & ſimiles.

(b) Silvanus Armaturarum Tribunus paullò ante Murſenſe prælium à Magnentio ad Conſtantium unà cum militibus ſuis tranſierat: quo facto Conſtantius ad perſequendum Magnentium longè alacrior eſt factus, ut narrat Julianus in Orat. 1. ad Conſtantium. Ex Juliani verbis *Armaturas* equites fuiſſe apparet, quamquam Zonaras pedites videtur vocare.

(c) Erant ambo hi Comites, ut Silvani Franci amici ac conſiliorum participes, ſic & ipſi natione Franci, ut vel eorum nomina docent. * Hinc conſtat Francos tum temporis aulam Imperatoris frequentaſſe, & dignitates obtinuiſſe Imperiales.

Digitized by Google

An. Chr. 355. ne parata diffluerent. Indicabat autem, Coloniam Agrippinam, ampli nominis urbem in secunda Germania, pertinaci Barbarorum obsidione reseratam magnis viribus & deletam. Quo mœrore perculsus, velut primo adventantium malorum auspicio, murmurans querulis vocibus sæpe audiebatur, nihil se plus adsecutum, quàm ut occupatior interiret. Cúmque Viennam venisset, ingredientem optatum quidem & impetrabilem, honorificè susceptura omnis ætas concurrebat & dignitas: proculque visum plebs universa cum vicinitate finitima, Imperatorem clementem appellans & faustum, prævia consonis laudibus celebrabat, avidiùs pompam regiam in Principe legitimo cernens: communiumque remedium ærumnarum in ejus locabat adventu, salutarem quemdam Genium adfulsisse conclamatis negotiis arbitrata. Tunc anus quædam orba luminibus, cùm percontando quinam esset ingressus, Julianum Cæsarem comperisset, exclamavit, hunc deorum templa reparaturum. A

Cap. 9. Proinde, quoniam (ut Mantuanus vates prædixit excelsus) majus opus moveo, majorque mihi rerum nascitur ordo, Galliarum tractus & situm ostendere puto nunc tempestivum, ne inter procinctus ardentes præliorumque varios casus ignota quibusdam expediens, imitari videar desides nauticos, adtrita lintea cum rudentibus, quæ licuit parari securiùs, inter fluctus resarcire coactos & tempestates. Ambigentes super origine prima Gallorum Scriptores veteres, notitiam reliquere negotii semiplenam: sed postea Timagenes & diligentia Græcus & lingua, hæc quæ diu sunt ignorata, collegit ex multiplicibus libris: cujus fidem secuti, obscuritate dimota, eadem distinctè docebimus & apertè. (a) Aborigines primos in his regionibus quidam visos esse firmarunt, (b) Celtas nomine regis amabilis, & matris ejus vocabulo Galatas dictos: ita enim Gallos sermo Græcus appellat. Alii Dorienses antiquiorem se- B

*F. Druidæ. cutos Herculem, Oceani locos inhabitasse confines. * Dryside memorant revera fuisse populi partem indigenam: sed alios quoque ab insulis extimis confluxisse & tractibus Transrhenanis, crebritate bellorum, & alluvione fervidi maris sedibus suis expulsos. Aiunt quidam, paucos post excidium Trojæ fugitantes Græcos ubique dispersos, loca hæc occupasse tunc vacua. Regionum autem incolæ id magis omnibus adseverant, quod etiam nos legimus in monumentis eorum incisum, Amphitruonis filium Herculem ad Geryonis & Tauriscí sævium tyrannorum perniciem festinasse, quorum alter Hispanias, alter Gallias infestabat: superatisque ambobus, coisse cum generosis feminis, suscepisseque liberos plures, & eas partes quibus imperitabant, suis nominibus appellasse. A Phocæa verò Asiaticus populus (c) Harpali inclementiam vitans, Cyri regis præfecti, Italiam navigio petiit. Cujus pars in Lucania Veliam; alia condidit in Viennensi Massiliam: dein secutis ætatibus oppida auctâ virium copiâ instituêre non pauca: sed declinanda varietas sæpe satietati conjuncta. Per hæc loca hominibus paullatim excultis, viguere studia laudabilium doctri- C narum, inchoata per Bardos, & Euhages, & Druidas. Et Bardi quidem fortia virorum illustrium facta (d) heroïcis composita versibus cum dulcibus lyræ modulis cantitarunt: (e) Euhages verò scrutantes seriem & sublimia naturæ pandere conabantur. Inter hos Druidæ ingeniis celsiores, ut auctoritas Pythagoræ decrevit, sodalitiis adstricti consortiis, quæstionibus occultarum rerum altarumque erecti sunt, & despectantes humana, pronuntiarunt (f) animas immortales. D

Cap. 10. Hanc Galliarum plagam, ob suggestus montium arduos, & horrore nivali semper obductos, orbis residui incolis antehac pene ignotam, (nisi quà litoribus est vicina) munimina claudunt undique, naturâ velut arte circumdata. Et à latere quidem australi Tyrrheno alluitur & Gallico mari: quà cæleste suscipit plaustrum, à feris gentibus fluentis distinguitur Rheni: ubi occidentali subjecta est sideri, oceano & altitudine Pyrenæi cingitur: unde ad solis ortus adtollitur, aggeribus cedit Al- E pium Cottiarum; quas rex Cottius perdomitis Galliis, solus in angustiis latens, inviaque locorum asperitate confisus, lenito tandem tumore in amicitiam Octaviani

(a) Aborigines hîc sunt indigenæ: quemadmodum in veteribus Glossis legitur: *Aborigines*, Αὐτόχθονες.

(b) Parthenius in Eroticis cap. 30. scribit, Herculem cùm ab Erythia rediret, regionem quam nunc Celtæ habitant peragrasse, & ad Bretannum quemdam venisse: cujus filia Celtine amore Herculis capta boves Geryonis ei occultavit, nec reddere priùs voluit, quàm Hercules secum coisset. Ex hoc coitu natus Celtus, à quo Celtæ dicti fuere. * Parthenii verba suprà recitavimus pag. 303.

(c) Dicitur etiam Harpalus Hygino apud Gellium l. 10. c. 16. Hunc vocat Harpagum Herodotus l. 1. & Antiochus apud Strabonem l. 6.

(d) *Heroïcis*, &c. Non videtur probabile, Bardos hexametris versibus cecinisse: neque id veterum quisquam scripsit. Itaque id admensus de suo videtur noster Marcellinus: nisi fortè heroïcos versus appellavit, quibus heroum præclarè facta canebantur à Bardis, non autem hexametros.

(e) Strabo l. 4. Οὐάτεις δ' ἱεροποιοὶ καὶ φυσιολόγοι.

(f) Vide Valerium Maximum l. 2. Pomponium Melam c. 2. l. 3.

receptus

Digitized by Google

A receptus Principis, molibus magnis exſtruxit ad vicem memorabilis muneris, compendiarias & viantibus opportunas, medias inter alias Alpes vetuſtas, ſuper quibus comperta paullò poſteà referemus. In his Alpibus Cottiis, quarum initium à Seguſione eſt oppido, præcelſum erigitur jugum, nulli ferè ſine diſcrimine penetrabile. Eſt enim è Galliis venientibus prona humilitate devexum, pendentium ſaxorum altrinſecùs viſu terribile, præſertim verno tempore: cùm liquente gelu, nivibuſque ſolutis flatu calidiore ventorum, per diruptas utrinque anguſtias, & lacunas pruinarum congerie latebroſas, deſcendentes cunctantibus plantis homines & jumenta procidunt & carpenta: idque remedium ad arcendum exitium repertum eſt ſolum, quòd pleraque vehicula vaſtis funibus illigata, ponè cohibente virorum vel boum niſu valido, vix greſſu reptante paullò tutiùs devolvuntur. Et hæc, ut diximus, anni verno contingunt. Hieme verò humus cruſtata frigoribus, & tamquam levi-
B gata, ideóque labilis, inceſſum præcipitantem impellit, & patulæ valles per ſpatia plana glacie perfidæ vorant nonnumquam tranſeuntes. Ob quæ locorum callidi, eminentes ligneos ſtylos per cautiora loca defigunt, ut eorum ſeries viatorem ducat innoxium: qui ſi nivibus operti latuerint, montanis defluentibus rivis everſi, agreſtibus præviis difficilè pervaduntur. A ſummitate autem hujus Italici clivi, planities aduſque ſtationem nomine Martis, per ſeptem extenditur milia: & hinc alia celſitudo erectior, ægréque ſuperabilis, ad (a) Matronæ porrigitur verticem, cujus vocabulum caſus feminæ nobilis dedit. Unde declive quidem iter, ſed expeditius aduſque Caſtellum (b) Virgantiam patet. Hujus ſepulcrum Reguli, quem itinera ſtruxiſſe retulimus, Seguſione eſt mœnibus proximum: maneſque ejus ratione gemina religiosè coluntur: quòd juſto moderamine rexerat ſuos, & adſcitus in ſocietatem rei Romanæ, quietem genti præſtitit ſempiternam. Et licèt hæc, quam diximus
C viam, media ſit & compendiaria, magiſque celebris, tamen etiam aliæ multò anteà temporibus ſunt conſtructæ diverſis. Primam Thebæus Hercules ad Geryonem exſtinguendum, ut relatum eſt, & Tauriſcum leniùs gradiens, prope Maritimas compoſuit Alpes: (c) hicque harum indidit nomen: Monœci ſimiliter arcem & portum ad perennem ſui memoriam conſecravit. Deinde emenſis poſteà ſæculis multis, hac ex cauſa ſunt Alpes excogitatæ Pœninæ. Superioris Africani pater P. Cornelius Scipio Saguntinis memorabilibus ærumnis & fide, pertinaci deſtinatione Afrorum obſeſſis, iturus auxilio in Hiſpaniam, traduxit onuſtam manu valida claſſem: ſed civitate Pœnorum Marte deleta, Hannibalem aſſequi nequiens, triduo antè tranſito Rhodano ad Italiæ partes contendentem, navigatione veloci intercurſo ſpatio maris haud longo, degreſſurum montibus apud Genuam obſervabat Liguriæ oppidum, ut cum eo, ſi copiam fors dediſſet, viarum aſperitate fatigato
D decerneret in planitie. Conſulens tamen rei communi, Cn. Scipionem fratrem ire monuit in Hiſpanias, ut Haſdrubalem exinde ſimiliter erupturum arceret. Quæ Hannibal doctus à perfugis, ut erat expeditæ mentis & callidæ, Taurinis ducentibus accolis, per Tricaſtinos & oram Vocontiorum extremam, ad ſaltus Tricorios venit. Indeque exorſus, aliud iter antehac inſuperabile fecit: exciſaque rupe in immenſum elata, quam cremando vi magna flammarum, acetoque infuſo diſſolvit, per Druentiam flumen gurgitibus vagis intutum, regiones occupavit Etruſcas. Hactenus ſuper Alpibus: nunc ad reſtantia veniamus.

An. U. C. 535.

Temporibus priſcis cùm laterent hæ partes ut barbaræ, tripartitæ fuiſſe creduntur, in Celtas eoſdemque Gallos diviſæ, & Aquitanos, & Belgas, lingua, inſtitutis legibuſque diſcrepantes. Et Gallos quidem, qui Celtæ ſunt, ab Aquitanis Garumna diſterminat flumen, à Pyrenæis oriens collibus, poſtque oppida multa tranſ-
E curſa in oceano deliteſcens: à Belgis verò eamdem gentem Matrona diſcernit & Sequana, amnes magnitudinis geminæ: qui fluentes per Lugdunenſem, (d) poſt

Cap. 11.

(a) * In Itinerario Hieroſ. *Manſio Brigantium MXVII. Inde aſcendis Matronam.* Ennodius in Itinerario Brigantionis Caſtelli:

Matronas taceo, ſcopulos atque invia dictas,
In foribus blandas, cætera difficiles.

Ennodius & Marcellinus Matronam cis Brigantium locant; Auctor verò Itinerarii Jeroſol. quia iter orditur è Galliis, poſt Brigantium. Matrona Genevræ montis pars eſt.

(b) Legendum, *Brigantiam*, hodie *Briançon* in Delfinatu.

(c) Meliùs legeretur: *Hiſque Graiarum indidit nomen.*

(d) Atqui paullò ſupra Pariſios Matrona in Sequanam influit; ut Marcellinum falli neceſſe ſit, qui infra Luteciam influere ſcribit. Tamen ſi propiùs attenderis, nihil hîc peccat Marcellinus. Neque enim negat, ſupra Luteciam Pariſiorum Matronam miſceri Sequanæ: immò idipſum tacitè ſignificat, cùm dicit hos duos amnes poſt circumclauſam ambitu inſulari Luteciam ſociatim meare: proximè enim ſupra Pariſios conjuncti, Pariſiorum inſulam cingunt, deinde ſociatim meant. Verùm illud æquè excuſari non poteſt, quod ſubjicit, *prope caſtra Conſtantia* in mare evolvi. * Nam, ut notat Hadr. Valeſius in Not. Gall. pag. 1. inter Conſtantiam & flumen Sequanam

Digitized by Google

circumclauſum ambitu inſulari Pariſiorum caſtellum, Luteciam nomine, conſociatim meantes protinùs prope caſtra Conſtantia funduntur in mare. Horum omnium apud veteres Belgæ dicebantur eſſe fortiſſimi, eapropter quòd ab humaniore cultu longè diſcreti, nec adventiciis effeminati deliciis, diu cum Tranſrhenanis certavere Germanis. Aquitani enim, ad quorum litora ut proxima placidaque merces adventiciæ convehuntur, moribus ad mollitiem lapſis, facilè in ditionem venere Romanam. (a) Regebantur autem Galliæ omnes, jam inde uti crebritate bellorum urgenti ceſſere Julio Dictatori, poteſtate in partes diviſa quatuor: quarum Narbonenſis una Viennenſem intra ſe continebat, & Lugdunenſem: altera Aquitanis præerat univerſis: ſuperiorem & inferiorem Germaniam, Belgaſque duæ juriſdictiones iiſdem rexere temporibus. At nunc numerantur provinciæ per omnem ambitum Galliarum: ſecunda Germania, prima ab occidentali exordiens cardine, Agrippinâ & Tungris munita, civitatibus amplis & copioſis. Dein prima Germania, ubi præter alia municipia Mogontiacus eſt, & Vangiones, & Nemetæ, & Argentoratus barbaricis cladibus nota. Poſt has Belgica prima Mediomatricos prætendit, & Treviros domicilium Principum clarum. Huic adnexa ſecunda eſt Belgica, quà Ambiani ſunt, urbs inter alias eminens, & Catelauni & Remi. Apud Sequanos Biſontios videmus & Rauracos, aliis potiores oppidis multis. Lugdunenſem primam Lugdunus ornat, & Cabillonus, & Senones (b) & Biturigæ, & mœnium Auguſtuduni magnitudo vetuſta. Secundam enim Lugdunenſem (c) Rotomagi & Turini, Mediolanum oſtendunt & Tricaſini: Alpes Graiæ & Pœninæ, exceptis obſcurioribus **** (d) habent & Aventicum, deſertam quidem civitatem, ſed non ignobilem

interſunt longè latéque medii Bajocaſſes & Lexovii. Monet idem ſimili errore ſcripſiſſe Ptolemæum, Abrincatuos ſeſe extendere uſque ad Sequanam, niſi fortè pro Σηγόανα legatur Σηνόανα vel Σηνόνα. Ad Senunam enim (*la Selune*) Abrincatui ſedes habent.

(a) Si de Julii Cæſaris temporibus intelligitur hic locus, quo modo ferri poſſit neſcio. Tunc enim Galliæ omnes unica juriſdictione regebantur ab eo, cui ſenatus eam provinciam decreverat: poſteà Auguſtus nova Galliæ diviſione facta quatuor juriſdictiones conſtituit. Sed ne tum quidem Belgicæ juriſdictio à juriſdictione utriuſque Germaniæ ſeparata eſt, ut docet Dio in lib. 53. nec diu poſteà: quod ex Plinio & Ptolemæo colligitur, qui ſub Belgica provincia utramque Germaniam comprehendunt.

[Julius Cæſar tres Galliæ partes, Belgicam, Celticam, quæ poſteà Lugdunenſis dicta eſt, & Aquitaniam ferè totam, in provinciarum formam redegit, ac tributarias fecit. Nam quarta pars Galliarum, ſeu provincia Narbonenſis pridem Romanis parebat. Sed uni, an quatuor rectoribus Galliam is omnem attribuerit, ſcire non poſſumus. At ſub Auguſto Julii ſucceſſore, à quo Aquitania perdomita & cum Belgica aucta, atque Celtica ſeu Lugdunenſis imminuta eſt; conſtat quatuor ſummis totius Galliæ partibus, nimirum Belgicæ, Celticæ vel Lugdunenſi, Aquitaniæ, ac Galliæ Narbonenſi (ne de Germania Ciſrhenana loquar) ſuum cuique rectorem præfuiſſe. Unde alium *Belgicæ provinciæ Legatum;* alium *Lugdunenſis Galliæ Legatum*, Suetonio *Propratorem* dictum; hunc *Legatum Aquitaniæ*, aliàs Præſidem; illum *Galliæ Narbonenſis rectorem* à Tacito, Suetonio, Spartiano, Eutropio, aliiſque Hiſtoricis nuncupari videmus. Ex quo intelligitur, quatuor iſtas Galliæ partes non modò ſub Auguſto, ſed etiam ſub Severo, Gallieno & Aureliano Principibus ſuos ſibi ac ſeorsùm rectores habuiſſe. Non igitur ſub C. Julio Cæſare Dictatore, ut aſſerit Ammianus, ac ne ſub Auguſto quidem, inſequentibuſve Principibus provincia Narbonenſis Viennenſem Lugdunenſemque continebat, & Narbonenſis, Viennenſis ac Lugdunenſis uni eidemque rectori parebant: cùm Viennenſis provincia nulla tum eſſet. Quippe tractus omnis terrarum, qui provinciæ Viennenſis nomine diu pòſt cenſeri cœpit, tum Narbonenſis Galliæ pars erat, ac eundem quem ipſa rectorem habebat. Celtica verò vel Gallia Lugdunenſis tum ſuum ſibi Legatum habuit à provinciæ Narbonenſis rectore diverſum: ut docui in mea Notitia Galliarum, in diſceptatione de variis Galliæ diviſionibus pag. 298. & 299. Denique (qui eſt tertius error Ammiani Marcellini) non ut Belgicæ unus Legatus præerat, ita & ſuperioris inferioriſque Germaniæ, à corpore Belgicæ circa Auguſti principatum avulſæ, rector unus ac unicus fuit: ſed ſuperior Germania vel prima Legatum ſibi ſuum habuit; inferior aut ſecunda ſimiliter ſuum: utrumque à Belgicæ Legato diverſum. Unde Suetonius Tranquillus Vitellium *Legatum à Galba in inferiorem Germaniam miſſum eſſe* tradit; & in Domitiano *Lucium Antonium ſuperioris Germaniæ Præſidem* nuncupat. Tacitus quoque *Viſellium Varronem inferioris Germaniæ Legatum* vocat in lib. 111. Annalium; & Spartianus ſcribit, *Didium Julianum Germaniam inferiorem rexiſſe*. Ut appareat Legatos iſtos utriuſque Germaniæ partim militares, partim etiam civiles Magiſtratus exſtitiſſe, nec tantùm Germanicis exercitibus ſeu legionibus ſuperioris inferioriſque Germaniæ, ad ripam Rheni hiberna habentibus, ſed etiam alterum provinciæ Germaniæ ſuperiori, alterum inferiori præfuiſſe: cùm Lucius Antonius *ſuperioris Germaniæ Præſes* fuiſſe; Julianus *Germaniam inferiorem rexiſſe* dicatur. Non ergo, uti ait Ammianus, quatuor primùm fuere toti Galliæ juriſdictiones aut poteſtates, una Narbonenſi ſimul & Lugdunenſi, una Aquitaniæ, una Belgicæ, una ambabus Germaniis. Sed ſex omnem Galliam tum rexere Magiſtratus, Narbonenſem provinciam unus, Aquitanicam alter, tertius Celticam vel Lugdunenſem Galliam, quartus Belgicam, quintus ſuperiorem Germaniam, ſextus ac ultimus inferiorem.]

(b) * Ætate Ammiani Senonia provincia à Lugdunenſi prima, & Turonia à ſecunda Lugdunenſi nondum erant ſeparatæ; ſed mirum videri debet *Biturigas* in Lugdunenſi prima collocari, cùm hæc urbs ad Aquitaniam primam pertinuerit.

(c) Hunc locum ſic legendum atque diſtinguendum eſſe exiſtimo: *Et Turoni, Mediolanum oſtendunt & Tricaſſini.* Turoni enim in tertia Lugdunenſi locantur in Notitia provinciarum Galliæ. Mediolanum verò, quod in Lugdunenſi etiam Ptolemæus ponit, intelligo Mediolanum Aulercorum, cujus mentio fit in Itinerario Antonini. Porrò duas tantùm Lugdunenſes agnoſcit noſter Marcellinus, perinde ac Rufus Feſtus in Breviario, qui iiſdem ferè temporibus ſcripſit. Poſteà quatuor ſunt factæ.

(d) Immò Aventicus eſt in Sequanis, ut docet Notitia provinciarum & civitatum Galliæ, non in Alpibus Graiis & Peninis. Pari errore Ammianus *Biturigas* metropolim Aquitaniæ in Lugdunenſi prima collocat; & Narbonenſi attribuit Eluſam, quæ tum erat metropolis provinciæ Novempopulanæ. * Lacarrius in Hiſt. Gall. ſub Præfectis Præt. pag. 16. exiſtimat Aventicum tempore Juliani Imper. exſtitiſſe metropolim Alpium Graiarum & Penninarum, Ammianumque talem enarraſſe diſpoſitionem Provinciarum Galliæ, qualis fuit Juliano Gallias obtinente. Poſtquàm verò, addit idem Lacarrius, civitas

Digitized by Google

A quondam, ut ædificia ſemiruta nunc quoque demonſtrant. Hæ provinciæ urbeſque ſunt ſplendidæ Galliarum. (a) In Aquitania quæ Pyrenæos montes & eam partem ſpectat oceani, quæ pertinet ad Hiſpanos, prima provincia eſt Aquitanica, amplitudine civitatum admodùm culta: omiſſis aliis multis, Burdegala & Arverni excellunt, & Santones, & Pictavi. Novempopulos Auſci commendant & Vaſatæ. (b) In Narbonenſi Eluſa, & Narbona, & Toloſa principatum urbium tenent. Viennenſis civitatum exſultat decore multarum, quibus potiores ſunt Vienna ipſa, & Arelate, & Valentia: quibus Maſſilia jungitur, cujus ſocietate & viribus in diſcriminibus arduis fultam aliquoties legimus Romam. His propè Salluvii ſunt, & Nicæa, & Antipolis, inſulæque Stœchades. Et quoniam ad has partes opere contexto pervenimus, ſilere ſuper Rhodano maximi nominis flumine incongruum eſt & abſurdum. A Pœninis Alpibus effuſiore copia fontium Rhodanus fluens, &
B proclivi impetu ad planiora degrediens, proprio agmine ripas occultat, & paludi ſeſe ingurgitat nomine Lemanno, eamque intermeans, nuſquam aquis miſcetur externis: ſed altrinſecùs ſummitates undæ præterlabens ſegnioris, quæritans exitus, viam ſibi impetu veloci molitur. Unde ſine jactura rerum per (c) Sapaudiam fertur & Sequanos; longéque progreſſus, Viennenſem latere ſiniſtro perſtringit, dextro Lugdunenſem: & emenſus ſpatia flexuoſa, (d) Ararim, quem Sauconnam appellant, inter Germaniam primam fluentem, ſuum in nomen adſciſcit: qui locus exordium eſt Galliarum. Exindeque non millenis paſſibus, ſed (e) leugis itinera metiuntur. Hinc Rhodanus aquis advenis locupletior, vehit grandiſſimas naves, ventorum difflatu jactari ſæpius adſuetas: finitiſque intervallis, quæ ei natura præſcripſit, ſpumeus Gallico mari concorporatur, per patulum ſinum, quem vocant (f) *Ad gradus*, ab Arelate octavo decimo fermè lapide diſparatum. Sit ſatis de ſitu
C locorum: nunc figuras & mores hominum deſignabo.

Celſioris ſtaturæ & candidi penè Galli ſunt omnes, & rutili, luminumque tor- Cap. 12.
vitate terribiles, avidi jurgiorum, & ſublatiùs inſoleſcentes. Nec enim eorum quemquam adhibita uxore rixantem, multò fortiore & glauca, peregrinorum ferre poterit globus: tum maximè cum illa inflata cervice ſuffrendens, ponderanſque niveas ulnas & vaſtas, admiſtis calcibus emittere cœperit pugnos, ut catapultas tortilibus

Helvetiorum Aventicus Sequanis acceſſit, Provincia Alpium Graiarum & Penninarum caruit metropoli: atque inde fit ut in Notitia Sirmondi, quæ poſt Ammianum fuit in uſu, in ſola Provincia Alpium Graiarum & Penninarum metropolis deſit.

(a) Ex his verbis apparet, Marcellinum Gallias omnes in duas partes diſtinguere, Galliam ſcilicet & Aquitaniam. Ac Galliæ quidem ſeptem provincias ſuprà recenſuit. Nunc provincias Aquitaniæ aggreditur, primamque ex his ponit Aquitanicam: quod quidem nemini mirum videri debet. Nam & Rufus Feſtus in Breviario eandem diſtinctionem agnoſcit, cùm ait. *Sunt Galliæ cum Aquitania & Britanniis provinciæ ſeptemdecim*: & Auſonius in Arelate:

Populoſque alios & mœnia ditat;
Gallia quis fruitur, gremioque Aquitania lato:

& Maximus Aug. in Epiſtola ad Valentinianum Juniorem, relata à Baronio an. Chr. 387. Denique Sulpicius Severus in lib. 3. de vita Martini: *ſed dum cogito, me hominem Gallum inter Aquitanos verba facturum*, &c. Et in lib. 2. Hiſtoriæ ſacræ: *ſed noſtris, id eſt, Aquitanis, Gallis, Britannis indecens viſum eſt*, &c. Apparet igitur Galliæ & Aquitaniæ nomen modò ſtrictiùs, modò latiùs ſumi. Ceterùm miror, à Marcellino unicam provinciam Aquitanicam poni: quippe cùm Rufus Feſtus, qui ante eum ſcripſit, duas jam tum Aquitanias agnoſcat.

(b) Scio quidem Eluſam fuiſſe in Novempopulania, olim etiam metropolim, mediam inter Auſcos & Vaſatas, ut docent Notitia provinciarum Galliæ, & Burdigalenſe Itinerarium. Sed nihilominùs ita hîc ſcriptum fuiſſe, tot codicum teſtimoniis non poſſum non credere: & Marcellinum in hoc lapſum eſſe facilè concedam. * Ægidius Lacarrius in Hiſt. Gall. ſub Præfectis Prætorio pag. 20. legit: *Novempopulos Auſci commendant & Eluſates. In Narbonenſi cluſa eſt Narbona & Toloſa.*

(c) Sapaudia olim dicta eſt tractus ille Galliæ Riparenſis, quem olim Allobroges habuere: in eaque Ebrodunum & Cularonem, quæ nunc Gratianopolis dicitur, ponit Imperii Notitia. Eadem poſteà Burgundionibus data eſt cum indigenis dividenda anno XX. Theodoſii, ut ſcribit Proſper in Chronico. Major difficultas eſt in Sequanis, per quos ferri Rhodanum ait Marcellinus, poſtquàm è lacu Lemano erupit.

[Immò nulla heic eſt difficultas. Rectè ait Ammianus Marcellinus Rhodanum, etiam poſtquàm Lemanum exiit, *per Sapaudiam & Sequanos ferri*, id eſt, inter Sapaudiam & provinciam Maximam Sequanorum fluere. Quippe tum Rhodanus ſiniſtrâ ripâ Sapaudiam, dextrâ Sequanos ſtringit, videlicet Brexiam, in qua eſt Belica vel Bellica civitas cum Seſſelio, Veſontioni metropoli Sequanorum hodieque ſubjecta: ſicuti docui in Notitia Galliarum pag. 79, & 475.]

(d) [Cluverius in lib. 2. de Germania mendoſum hunc locum eſſe ſuſpicatur. Quomodo enim dicere potuit Marcellinus, *Ararim inter Germaniam primam fluere*, ac non potiùs per Germaniam? Reſcribit igitur Cluverius, *inter Germaniam primam fluentem & Sequanos*. Sed ne ſic quidem errore vacabit Marcellinus. Quippe Arar inter Lugdunenſem primam & Maximam Sequanorum fluit, Sequanoſque à Lingonibus & Æduis provinciæ Lugdunenſis primæ populis dividit. Sed fortè deceptus eſt Marcellinus à paſtore, apud Virgilium Ararim in Germania ponente Ecloga 1. ut docui in Notitia Galliarum in pag. 34.]

(e) A Lugduno quod eſt ad confluentes Rhodani & Araris, leugis itinera, non milliaribus metiri incipiebant. Unde in Itinerario Antonini poſt Lugdunum leugæ conjunctim cum milliaribus ad intervalla notanda ponuntur. Et in Tabula Itineraria Peutingerorum id ſic notatum eſt: *Lugdunum caput Galliarum: uſque hîc Leugas.* Eſt autem id vocabulum merè Gallicum, 1500. paſſuum ſpatium ſignificans, teſte Jordane & aliis. Heſychius, λεύγη, inquit, μέτρον τι Γαλατικόν.

(f) Quia ſcilicet plures erant Gradus in eo ſinu, per quos adſcenſio & exſcenſio fiebat in naves. Ac Gradûs quidem Maſſilitanorum, qui unus erat ex illis gradibus, & quidem, ut credere eſt, notiſſimus, mentio fit in Itinerario Antonini. * Vide Notit. Gall. pag. 475.

Digitized by Google

nervis excuſſas. Metuendæ voces complurium & minaces, placatorum juxtà & ira- A
ſcentium : terſi tamen pari diligentia cuncti & mundi : nec in tractibus illis, maximéque apud Aquitanos, poterit aliquis videri, vel femina, licèt perquàm pauper, ut alibi, fruſtis ſqualere pannorum. Ad militandum omnis ætas aptiſſima : & pari pectoris robore ſenex ad procinctum ducitur & adultus, gelu duratis artubus & labore adſiduo, multa contemturus & formidanda : nec eorum aliquando quiſquam, ut in Italia, munus Martium pertimeſcens, pollicem ſibi præcidit, quos jocaliter Murcos appellant. Vini avidum genus, affectans ad vini ſimilitudinem multiplices potus : & inter eos humiles quidam obtuſis ebrietate continua ſenſibus, quam furoris voluntariam ſpeciem eſſe Catoniana ſententia definivit, raptantur diſcurſibus vagis : ut verum illud videatur, quod ait defendens Fonteium Tullius, Gallos poſt hæc dilutius eſſe poturos, quod illi venenum eſſe arbitrabantur. Hæ regiones, præcipuè quæ confines Italicis, paullatim levi ſudore ſub Imperium venere Romanum : B
An. ab U. C. 628. 630. & 632. primò tentatæ per Fulvium, deinde præliis parvis quaſſatæ per Sextium, ad ultimum per Fabium Maximum domitæ : cui negotii plenus effectus, aſperiore Allobrogum gente devicta, hoc indidit cognomentum. Nam omnes Gallias, niſi quà paludibus inviæ fuere, ut Salluſtio docetur auctore, poſt decennalis belli mutuas clades ſubegit Cæſar, ſocietatique noſtræ fœderibus junxit æternis. Evectus ſum longiùs, ſed remeabo tandem ad cœpta.

EX LIBRO XVI.

Cap. 1. HÆC per orbem Romanum fatorum ordine contexto verſante, Cæſar apud Vien-
An. Chr. 356. nam in collegium faſtorum à Conſule octies Auguſto adſcitus, urgente genuino vigore, pugnarum fragores cædeſque barbaricas ſomniabat. C

Cap. 2. Agens itaque negotioſam hiemem apud oppidum antè dictum, inter rumores qui volitabant adſidui, comperit Auguſtuduni civitatis antiquæ muros, ſpatioſi quidem ambitûs, ſed carie vetuſtatis invalidos, barbarorum impetu repentino infeſſos, tor-
Liban. orat. 7. pag. 237. & orat. 10. pag. 271. pente præſentium (a) militum manu, veteranos (b) concurſatione pervigili defendiſſe ; ut ſolet abrupta ſæpe diſcrimina ſalutis ultima deſperatio propulſare. Nihil itaque remittentibus curis, ancillari adulatione poſthabita, qua eum proximi ad amœnitatem flectebant & luxum, ſatis omnibus comparatis, VIII. Kal. Julias Auguſtudunum pervenit, velut dux diuturnus, viribus eminens & conſiliis, per diverſa palantes barbaros, ubi dediſſet fors copiam, aggreſſurus. Habita itaque deliberatione, adſiſtentibus locorum peritis, quodnam iter eligeretur ut tutum, multa ultrò citróque dicebantur, aliis per Arbor *** quibuſdam (c) per Sedelaucum & Coram iri debere firmantibus. Sed cum ſubſererent quidam, Silvanum paullò antè D
Magiſtrum peditum, per compendioſas vias, verùm ſuſpectas, quia tenebris multis umbrantur, cum VIII. auxiliarium milibus ægrè tranſiſſe, fidentiùs Cæſar audaciam viri fortis imitari magnopere nitebatur. Et ne qua interveniret mora, adhibitis Cataphractariis ſolis, & Balliſtariis, parum ad tuendum rectorem idoneis, percurſo eodem itinere, Autoſidorum pervenit. Ubi brevi, ſicut ſolebat, otio cum milite recreatus, ad Tricaſſinos tendebat : & barbaros in ſe catervatim ruentes, partim cùm timeret ut ampliores, confertis lateribus obſervabat : alios occupatis habilibus locis decurſu facili proterens, nonnullos pavore traditos cepit : reſiduos in curam celeritatis omne quod poterant conferentes, quia ſequi non valebat gravitate præpeditus armorum, innocuos abire perpeſſus eſt. Proinde certiore jam ſpe ad reſiſtendum ingruentibus confirmatus, per multa diſcrimina venerat Tricaſſas adeò inſperatus, ut eo portas penè pulſante, diffuſæ multitudinis barbaræ metu, aditus urbis E
non ſine anxia panderetur ambage. Et paulliſper moratus dum fatigato conſulit

(a) * In Notitia Imperii non ſolùm *milites præſentes* vocantur, ſed etiam *milites in præſenti*, *milites præſentanei*, *milites præſentales*. Ex iſtis militibus alii ab Imperatoris latere nunquam recedebant, alii, de quibus hîc ſermo, ibant quocumque ab Imperatore mittebantur, ut notat doctiſſimus Abbas Dubos in Hiſtoria Critica Monarchiæ Francicæ lib. 1. cap. 9. Exiſtimat idem Abbas eos qui Imperatoris corpus cuſtodiebant, *Palatinos* vocari, eos verò qui Duces ab Imperatore miſſos comitabantur, *Comitatenſes* appellari in lege Honorii. *Cod. Juſtin. lib. 12. tit. 36. leg. 14.*

(b) * Suprà laudatus Abbas per *veteranos* deſignari putat *milites limitaneos*, de quibus Vopiſcus in Probo, quibus Imperii finium cuſtodiendorum cura commiſſa erat, & qui in Provinciis, quas tuebantur, domicilium habebant.

(c) Ab Auguſtoduno Autiſiodorum petentibus per *Sedelaucum* iter eſt, ut patet ex Antonini Itinerario, & Tabula Peutingerorum. In Epiſtola Amulonis Lugdun. Epiſcopi ad Theodboldum *Sedelocus* dicitur : manetque hodie nomen *Saulieu* [*Cora* vicus vulgò *Cure* dictus, nomine fluminis cui inſidet, in Ducatûs Nivernenſis pagique Autiſſiodorenſis confinio.]

Digitized by Google

militi, civitatem Remos nihil prolatandum existimans petit : ubi in unum congregatum exercitum (a) vehentem **** jusserat opperiri præsentiam suam : cui præsidebat Ursicini successor Marcellus, & ipse Ursicinus adusque expeditionis finem agere præceptus iisdem in locis. Post variatas itaque sententias plures, cùm placuisset per (b) Decem-pagos Alamannam adgredi plebem, densatis agminibus tendebat illuc solito alacrior miles. Et quia dies humectus & decolor vel contiguum eripiebat adspectum, juvante locorum gnaritate, hostes tramite obliquo discurso post Cæsaris terga, legiones duas arma cogentes adorti penè delessent, ni subitò concitus clamor sociorum auxilia coëgisset. Hinc & deinde nec itinera nec flumina transire posse sine insidiis putans, erat providus & cunctator : quod præcipuum bonum in magnis ductoribus, opem ferre solet exercitibus & salutem. Audiens itaque Argentoratum, Brocomagum, (c) Tabernas, Salisonem, Nemetas & Vangionas, & Mogontiacum civitates barbaros possidentes, territoria earum habitare : (nam ipsa oppida ut circumdata retiis busta declinant) primam omnium (d) Brocomagum occupavit : eique jam adventanti Germanorum manus pugnam intentans occurrit. Cúmque in bicornem figuram acie divisa, collato pede res agi cœpisset, exitioque hostes urgerentur ancipiti, captis nonnullis, aliis in ipso prælii fervore truncatis, residui discessere celeritatis præsidio tecti. An.Chr. 356. *Liban. orat. 10. pag. 272.*

Nullo itaque post hæc repugnante, ad recuperandam ire placuit Agrippinam, ante Cæsaris in Gallias adventum excisam : per quos tractus nec civitas ulla visitur, nec castellum ; nisi quòd apud Confluentes, locum ita cognominatum, ubi amnis Mosella confunditur Rheno, (e) Rigomagum oppidum est, & una prope ipsam Coloniam turris. Igitur Agrippinam ingressus, non antè motus est exinde, quàm Francorum Regibus furore mitescente perterritis, pacem firmaret Reipublicæ interim profuturam, & urbem reciperet munitissimam. Quibus vincendi primitiis lætus, per Treveros hiematurus apud Senonas oppidum tunc opportunum abscessit. Ubi bellorum inundantium molem humeris suis, quod dicitur, vehens scindebatur in multiplices curas : ut milites, qui à solitis descivere præsidiis, reducerentur ad loca suspecta, & conspiratas gentes in noxam Romani nominis disjectaret, ac provideret ne alimenta deessent exercitui per varia discursuro. Cap. 3.

Hæc sollicitè perpensantem hostilis aggreditur multitudo, oppidi capiundi spe in majus accensa : ideò confidentes, quòd ei nec Scutarios adesse & quidem monentibus perfugis didicerant, nec Gentiles per municipia distributos, ut commodiùs vescerentur. Cùm autem *** Clausa ergo urbe, murorumque in tuta parte firmata, ipse cum armatis die noctuque inter propugnacula visebatur & pinnas, ira exundante substridens, cùm erumpere sæpe conatus, paucitate præsentis manûs impediretur. Post tricesimum denique diem abiere barbari tristes, inaniter stultéque cogitasse civitatis obsidium mussitantes. At, quod indignitati rerum est adsignandum, periclitanti Cæsari distulit suppetias ferre Marcellus Magister equitum, agens in stationibus proximis : cùm etiamsi civitas absque Principe vexaretur, oppositа multitudine malis obsidionalibus expediri deberet. Hoc metu solutus efficacissimus Cæsar providebat constanti sollicitudine, ut militum diuturno labori quies succederet Cap. 4. An.Chr. 357.

(a) Ut conjecturam meam proponam, sic ferè à Marcellino scriptum puto : *Ubi in unum congregatum exercitum vehentem mensis cibaria jusserat opperiri præsentiam suam.*

(b) Oppidum est in agro Mettensi, 30. millibus distans à Mettis, teste Paulo Warnefrido de Mettensibus Episcopis. [Duodecim circiter millia passuum à civitate Mediomatricorum abest oppidum vetus, quod *Decem-pagos* dixere, quoniam decem pagi vel vici in unum conjuncti erant. Vulgò *Dieuze* appellamus.]

(c) Tabernas Rhenanas heic intelligi asserit Cluverius in libri 2. de antiqua Germania capite 12. cui non accedo. Nam cùm Ammianus heic singula oppida suo ordine recenseat, si Tabernas ad Rhenum sitas dicere voluisset, Salisoni profectò eas postposuisset. Quod cùm ille non fecerit, sed ante Salisonem posuerit, apparet eum Tabernas Alsaticas intellexisse. * Hoc tamen loco *Tabernas* Rhenanas intelligunt Hadr. Valesius in Not. Gall. p. 542. & Cellarius Geogr. Antiq. l. 2. c. 3. pag. 197. qui rectiùs Salisonem ante Tabernas ponendum fuisse observat.

(d) In Itinerario Antonini Brocomagus dicitur, à Ptolemæo Βρεύκομαγος, in veteri Peutingerorum Tabula Brocomacus. Nunc *Brumat* dicitur, & est ad Sornum fluvium sita.

(e) * Cùm *Rigomagus* inter Autunnacum & Bonnam ferè medio loco positus sit, nomenque in *Rimagen* ibidem conservetur, ad Confluentes situs esse non potuit, sed ultra Obringam fluvium, in principio Germaniæ inferioris. *Rigodulum* vulgò legebatur : sed ista etiam lectio ferri non potest. Rigodulum enim ad Confluentes esse non potest ; siquidem Tacitus l. 4. histor. c. 72. Cerealem, capto Rigodulo, postero die coloniam Trevirorum ingressum esse asserit : ab ista porrò colonia longiùs remoti sunt Confluentes, per XIII. rimirum milliaria Germanica, quàm ut altero inde die Coloniam ingredi potuisset Cerealis. Cùm igitur neque *Rigodulum*, neque *Rigomagus* illi Ammiani loco conveniat, Cluverius utroque rejecto, *exiguum* censet legendum esse, quasi Marcellinus significari velit, oppidum *Confluentes* clade illorum temporum tenue ac exiguum oppidum factum esse. Cellarius, qui violentiorem Cluverii medelam existimat, aliam excogitavit, eamque mitiorem, & sic legendum suspicatur : *Per quos tractus nec civitas ulla visitur, nec castellum, nisi quod est apud Confluentes, locum ita cognominatum, ubi amnis Mosella confunditur Rheno : & Rigomagum oppidum, & una prope ipsam coloniam turris.*

Digitized by Google

An. Chr. 357. aliqua, licèt brevis, ad recreandas tamen sufficiens vires: quamquam ultimâ A squalentes inopiâ terræ sæpe vastitatæ exigua quædam victui congrua adgerebant. Verùm hoc quoque diligentia curato pervigili, affusa lætiore spe prosperorum, sublato animo ad exsequenda plurima consurgebat.

Cap. 5. Quòd profuerit [Julianus] anhelantibus extrema pænuria Gallis, hinc maximè claret; quòd primitus partes eas ingressus, (a) pro capitibus singulis tributi nomine vicenos quinos aureos reperit flagitari: discedens septenos tantùm, munera universa complentes: ob quæ tamquam solem sibi serenum post squalentes tenebras affulsisse, cum alacritate & tripudiis lætabantur.

Cap. 8. Tunc illud apud Aquitanos evenit, quod latior fama vulgarat. Veterator quidam ad lautum convivium rogatus & mundum, qualia sunt in his regionibus plurima, cùm vidisset linteorum toralium par, duos clavos ita latissimos, ut sibi vicissim arte ministrantium cohærerent, mensamque operimentis paribus tectam: anteriorem B chlamydis partem utraque manu vehens, intrinsecùs structuram omnem ut amictus adornaverat principales quærens, patrimonium dives evertit.

Cap. 10. In Galliis, cùm marem genuisset infantem [Helena Juliani conjux,] hoc perdidit dolo [Eusebia Regina;] quòd obstetrix corrupta mercede, mox natum, præsecto plusquàm convenerat umbilico, necavit.

Cap. 11. At Cæsar exacta apud Senonas hieme turbulenta, Augusto novies, seque iterum Consulibus, Germanicis undique circumfrementibus minis, secundis ominibus motus, Remos properavit, alacrior magisque lætus, quòd exercitum regebat Severus, nec discors, nec arrogans, sed longa militiæ frugalitate compertus, & eum rectà præeuntem secuturus, ut ductorem morigerus miles. Parte alia Barbatio post Silvani interitum promotus ad peditum Magisterium, ex Italia jussu Principis cum XXV millibus armatorum Rauracos venit. Cogitatum est enim, sollicitéque præ- C structum, ut sævientes ultra solitum Alamanni, vagantesque fusiùs, multitudine geminata nostrorum, forcipis specie trusi in angustias cæderentur. Dum hæc tamen ritè disposita celerantur, (b) Læti barbari ad tempestiva furta sollertes, inter utriusque exercitûs castra occultè transgressi, invasere Lugdunum incautam: eamque populatam nisu valido concremassent, ni clausis aditibus repercussi, quidquid extra oppidum potuit inveniri, vastassent. Qua clade cognita, agili studio Cæsar missis cuneis tribus equitum expeditorum & fortium, tria observavit itinera, sciens per ea erupturos procul dubio grassatores: nec conatus irritus fuit: cunctis enim, qui per eos tramites exiere, truncatis, receptaque præda omni intacta, hi soli innoxii absoluti sunt, qui per vallum Barbationis transiere securi.:.... Iisdem diebus exercituum adventu perterriti barbari, qui domicilia fixere cis Rhenum, partim difficiles vias, & suapte natura clivosas concædibus clausere sollerter, arboribus immensi ro- D boris cæsis: alii occupatis insulis sparsis crebrò per flumen Rhenum, ululantes lugubre conviciis & Romanos incessebant & Cæsarem: qui graviore motu animi percitus, ad corripiendos aliquos, septem à Barbatione petierat naves, ex his quas velut transiturus amnem, ad compaginandos paraverat pontes: qui ne quid per eum impetraretur, omnes incendit. Doctus denique exploratorum delatione recens captorum, æstate jam torrida fluvium vado posse transiri, hortatus auxiliares velites cum Bainobaude Cornutorum tribuno misit, facinus memorabile, si juvisset fors, patraturos. Qui nunc incedendo per brevia, aliquoties scutis in modum alveorum suppositis nando, ad insulam venere propinquam: egressique promiscuè virile & muliebre secus, sine ætatis ullo discrimine, trucidabant ut pecudes: nactique vacuas lintres, per eas licèt vacillantes evecti, hujusmodi loca plurima perruperunt: & ubi cædendi satietas cepit, opimitate prædarum onusti, cujus partem vi fluminis E amiserunt, rediere omnes incolumes. Hocque comperto residui Germani, ut infido præsidio insularum relicto, ad ulteriora necessitudines & fruges opesque barbaricas

Liban. orat. 10. pag. 272.

(a) Ea pecunia pro capitibus dicitur ab Arcadio in lege 18. de muneribus, itemque capitatio; quam solvebant plebeii tantùm: Honorati verò & Decuriones ab hac præstatione erant immunes, ut docet lex 2. de Protostasia, lex 36. de Decurionibus in Codice Theodos.

(b) Aliter in animum meum inducere non possum, quin *Læti* nomen hîc proprium sit barbarorum: alioquin inutile & ineptum sit, si pro adjectivo vocabulo sumatur. Sanè *Lætos* quosdam barbaros ita dictos reperio in Notitia Imperii Romani. Eorum meminit Zosimus in lib. 2. Μαγνέντιος ἕλκων μὲν γένος ἀπὸ βαρβάρων, μετοικήσας δὲ εἰς Λετοὺς ἔθνος Γαλατικόν. Et auctor Panegyrici dicti Constantio Cæsari: *Sicut posteà tuo [jussu] Maximiane Aug. Nerviorum & Trevirorum arva jacentia Lætus postliminio restitutus, & receptus in leges Francus excoluit*, &c. *Læti* igitur à Maximiano Herculio in Gallias reducti, Nerviorum arva colenda acceperunt. Unde in Notitia Imperii Rom. Læti Nervii appellantur, quia scilicet ex illorum posteris erant oriundi. * Infra l. 20. c. 8. *Læti* dicuntur, cis Rhenum edita barbarorum progenies.

Digitized by Google

A contulerunt. Converſus hinc Julianus ad reparandas (a) tres Tabernas, munimentum ita cognominatum, haud ita dudum obſtinatione ſubverſum hoſtili; (quo ædificato conſtabat ad intima Galliarum, ut conſueverant adire, Germanos arceri;) & opus ſpe celeriùs conſummavit, & victum defenſoribus ibi locandis ex barbaricis meſſibus, non ſine diſcriminis metu collectum militis manu, condidit in uſus anni totius..... Dum caſtrorum opera maturè conſurgunt, militiſque pars ſtationes prætendit agrarias, alia frumenta inſidiarum metu colligit cautè; multitudo barbarica rumorem nimia velocitate præverſa, Barbationem cum exercitu quem regebat, ut prædictum eſt, Gallico vallo diſcretum impetu repentino aggreſſa, ſequenſque fugientes aduſque Rauracos, & ultrà quoad potuit, rapta ſarcinarum & jumentorum cum calonibus parte maxima, redit ad ſuos. Et ille tamquam expeditione eventu proſpero terminata, milite diſperſo per ſtationes hibernas, ad comitatum Impera- An. Chr. 357.
B toris revertit, crimen impoſiturus in Cæſarem, ut ſolebat.

Quo diſpalato fœdo terrore, Alamannorum reges Chnodomarius & Veſtralpus, Cap. 12.
Urius quinetiam & Urſicinus cum Serapione & Suomario & Hortario, in unum robore virium ſuarum omni collecto, conſedere prope urbem Argentoratum, extrema metuentem Cæſarem arbitrati retroceſſiſſe, cùm ille tum etiam perficiendi munimenti ſtudio ſtringeretur. Erexit autem confidentiam caput altiùs adtollentium Scutarius perfuga, qui commiſſi criminis metuens pœnam, tranſgreſſus ad eos poſt Ducis fugati diſceſſum, armatorum tredecim millia tantùm remanſiſſe cum Juliano docebat: is enim numerus eum ſequebatur, barbara feritate certaminum rabiem undique concitante. Cujus aſſeveratione eadem ſubinde replicantis, ad majora ſtimulati fiducia, miſſis legatis ſatis pro imperio Cæſari mandaverunt, ut terris abſcederet virtute ſibi quæſitis & ferro: qui ignarus pavendi, nec ira nec dolore per-
C culſus, ſed faſtus barbaricos ridens, detentis legatis aduſque perfectum opus caſtrorum, in eodem gradu conſtantiæ ſtetit immobilis. Agitabat autem miſcebatque omnia ſine modo, ubique ſeſe diffunditans, & princeps audendi periculoſa Rex Chnodomarius, ardua ſubrigens ſupercilia, ut ſæpe ſecundis rebus elatus. Nam & Decentium Cæſarem ſuperavit æquo marte congreſſus, & civitates erutas multas vaſtavit & opulentas, licentiúſque diu nullo refragante, Gallias perſultavit. Ad cujus roborandam fiduciam recens quoque fuga Ducis acceſſit numero præſtantis & viribus. Alamanni enim ſcutorum inſignia contuentes, norant eos milites permiſiſſe paucis ſuorum latronibus terram, quorum metu aliquoties cùm gradum conferrent, amiſſis pluribus abiere diſperſi. Quæ anxiè ferebat ſollicitus Cæſar, quòd trudente ipſa neceſſitate digreſſo Barbatione periculis, cum paucis licèt fortibus, populoſis gentibus occurrere cogebatur. Jamque ſolis radiis rutilantibus, tubarumque conci-
D nente clangore, pedeſtres copiæ lentis inceſſibus educuntur, earumque lateri equeſtres conjunctæ ſunt turmæ, inter quas cataphractarii erant & ſagittarii, formidabile genus armorum. Et quoniam à loco, unde Romana promota ſunt ſigna aduſque vallum barbaricum quarta leuga ſignabatur & decima, id eſt unum & viginti millia paſſuum; utilitati ſecuritatique rectè conſulens Cæſar, revocatis præcurſatoribus jam antegreſſis, indictaque ſolitis vocibus quiete, cuneatim circumſiſtentes alloquitur genuina placiditate ſermonis.....

Nec finiri perpeſſi quæ dicebantur, ſtridore dentium infrendentes, ardoremque pugnandi haſtis illidendo ſcuta monſtrantes, in hoſtem ſe duci jam conſpicuum exorabant, cælitis Dei favore, fiduciaque ſui, & fortunati rectoris expertis virtutibus freti: atque, ut exitus docuit, ſalutaris quidam genius præſens ad dimicandum eos, dum adeſſe potuit, incitabat. Acceſſit huic alacritati plenus celſarum poteſta-
E tum aſſenſus, maximéque Florentii Præfecti Prætorio *, periculosè quidem, ſed * Galliarum.
ratione ſecunda pugnandum eſſe cenſentis, dum inſtarent barbari conglobati: qui ſi diffluxiſſent, motum militis in ſeditiones nativo calore propenſioris ferri non poſſe aiebat, extortam ſibi victoriam, ut putavit, non ſine ultimorum conatu graviter toleraturi.....

Dum hæc aguntur, Rex Chnodomarius, reperta copia diſcedendi, lapſus per funerum ſtrues, cum ſatellitibus paucis celeritate rapida properabat ad caſtra, quæ prope (b) Tribuncos & Concordiam munimenta Romana fixit intrepidus, ut

(a) Tabernas intelligit quæ ſunt in Elſatia prope Argentoratum & Saliſonem, ut Scaliger notavit in lib 1. Auſonianarum lectionum, & Lindenbrogius ad hunc locum: non verò Tabernas Rhenanas, quæ ad Rhenum ſunt in Nemetibus, ut perperam cenſet Cluverius in lib. 2. Germaniæ Antiquæ cap. 12. quem doctè refellit D. Petavius in Notis ad Juliani Epiſtolas.

(b) * *Tribunci* munimentum erat Romanum, ſed ubi ſitum fuerit, an ſupra Concordiam, an infra

Digitized by Google

An. Chr. 357. adſcenſis navigiis, dudum paratis ad caſus ancipites, in ſecretis ſe feceſſibus amanda- A
ret..... Compulſus ad ultimos metus, ultrò ſe dedit, ſolus egreſſus: comiteſque
ejus ducenti numero, & tres amici junctiſſimi, flagitium arbitrati poſt Regem vi-
vere, vel pro Rege non mori, ſi ita tulerit caſus, tradidere ſe vinciendos.....
Ceciderunt autem in hac pugna Romani quidem CCCXL & III, rectores verò IV,
Bainobaudes Cornutorum Tribunus, adæquè Laipſo, & Innocentius Cataphracta-
rios ducens, & vacans quidam Tribunus, cujus non ſuppetit nomen: ex Alaman-
nis verò ſex millia corporum inventa ſunt in campo conſtrata, & inæſtimabiles
mortuorum acervi per undas fluminis ferebantur. Tunc Julianus, ut erat fortuna
ſui ſpectatior, meritiſque magis quàm imperio potens, Auguſtus acclamatione con-
cordi totius exercitûs appellatus, ut agentes petulantiùs milites increpabat, id ſe
nec ſperare, nec adipiſci velle jurando confirmans. Et ut augeret eventûs ſecundi
lætitiam, concilio Chnodomarium juſſit ſibi offerri: qui primò curvatus, deinde B
humi ſuppliciter fuſus, gentilique prece veniam poſcens, bono animo eſſe eſt juſſus.
Et diebus poſteà paucis ductus ad comitatum Imperatoris, miſſuſque exinde Romam,
in caſtris peregrinis, quæ in monte ſunt Cælio, morbo veterni conſumtus eſt.

EX LIBRO XVII.

MARTIUS juvenis Rheno poſt Argentoratenſem pugnam otioſè fluente ſecu-
Cap. 1. An. Chr. 357. rus..... ad Tres-tabernas revertit. Unde cum captivis omnibus prædam Mediomatricos, ſervandam ad reditum uſque ſuum, duci præcepit: & petiturus ipſe Mogontiacum, ut ponte compacto tranſgreſſus, in ſuis requireret barbaros, cùm nullum reliquiſſet in noſtris, refragante vetabatur exercitu: verùm facundia jucunditateque ſermonum allectum in voluntatem traduxerat ſuam.

Remos Severus Magiſter equitum per Agrippinam petens & Juliacum, Franco- C
Cap. 2. rum validiſſimos cuneos in ſexcentis (a) velitibus, ut poſteà claruit, vacua præſidiis loca vaſtantes offendit: hac opportunitate in ſcelus audaciam erigente, quòd Cæſare in Alamannorum feceſſibus occupato, nulloque vetante, explere ſe poſſe prædarum opimitate ſunt arbitrati. Sed metu jam reverſi exercitus, munimentis duobus, quæ olim exinanita ſunt, occupatis, ſe quoad fieri poterat tuebantur. Hac Julianus rei novitate perculſus, & conjiciens quorſum erumperet, ſi iiſdem tranſiſſet intactis, retento milite circumvallare diſpoſuit.*** (b) Moſa fluvius præterlambit: & aduſque quartum & quinquageſimum diem, Decembri ſcilicet & Januario menſe, obſidionales tractæ ſunt moræ, deſtinatis barbarorum animis incredibili pertinacia reluctatis. Tunc pertimeſcens ſollertiſſimus Cæſar, ne obſervata nocte illuni, barbari gelu vinctum amnem pervaderent, quotidie à ſole in veſperam flexo aduſque lucis
principium, luſoriis navibus diſcurrere flumen ultrò citróque milites ordinavit, ut D
cruſtis pruinarum diffractis, nullus ad erumpendum quopiam facilè perveniret. Hocque commento, inedia & vigiliis & deſperatione poſtrema laſſati, ſponte ſe propria dederunt: ſtatimque ad comitatum Auguſti ſunt miſſi. Ad quos eximendos periculo multitudo Francorum egreſſa, cùm captos comperiſſet & aſportatos, nihil ampliùs auſa repedavit ad ſua. Hiſque perfectis, acturus hiemem revertit Pariſios Cæſar.

Quia igitur plurimæ gentes vi majore collaturæ capita ſperabantur, dubia bello-
Cap. 3. An. Chr. 358. rum conjectans ſobrius rector, magnis curarum molibus ſtringebatur. Dumque per inducias licèt negotioſas & breves ærumnoſis poſſeſſorum damnis mederi poſſe credebat, tributi ratiocinia diſpenſavit. Cumque Florentius (c) Præfectus Prætorio cuncta permenſus, ut contendebat, quidquid in capitatione deeſſet, ex (d) conquiſitis ſe ſupplere firmaret talium gnarus, animam priùs amittere quàm hoc ſinere fieri memorabat. Norat enim hujuſmodi (e) proviſionum, imò everſionum, ut veriùs di- E
xerim, inſanabilia vulnera ſæpe ad ultimam egeſtatem provincias contraxiſſe: quæ res, ut docebitur poſteà, penitus evertit Illyricum. Ob quæ Præfecto Prætorio ferri non poſſe clamante, ſe repentè factum infidum, cui Auguſtus ſummam commiſerit rerum; Julianus eum ſedatiùs leniens, ſcrupulosè computando & verè, docuit non ſufficere ſolùm, verùm etiam exuberare capitationis calculum ad commeatuum

illam, incertum. *Concordiam* Simlerus *Kochersberg* interpretatur, quod impugnat Cluverius, quia id longiùs à Rheno reductum ſit.

(a) Mille dicit Libanius Orat. 10. pag. 278.

(b) In Codd. Mſſ. ſpatium relictum eſt vacuum. Libanius lococitato φρούριον ἔρημον appellat locum illum, in quo incluſi ſunt Franci.

(c) Julianus in Epiſt. 17. ad Oribaſium de iſto Florentio queritur, eumque μιαρὸν ἀνδρόγυνον appellat.

(d) Quod hîc *conquiſitum*, infrà *indictionale augmentum* dicitur: Indictio verò eſt quidquid præter canonem indicitur.

(e)* Quæ hîc *proviſiones*, mox pòſt *incrementa* vocantur.

neceſſarios

A neceſſarios apparatus. Nihilominùs tamen diu poſteà indictionale augmentum oblatum ſibi, nec recitare, nec ſubnotare perpeſſus, humi projecit. Litteriſque Auguſti monitus ex relatione Præfecti non agere ita perplexè, ut videretur parum Florentio credi; reſcripſit gratandum eſſe, ſi provincialis hinc inde vaſtatus ſaltem (a) ſollemnia præbeat, nedum incrementa, quæ nulla ſupplicia egenis poſſent hominibus extorquere. Factumque eſt tunc & deinde unius animi firmitate, ut præter ſolita nemo Gallis quidquam exprimere conaretur (b) *** iniquè. Inuſitato exemplo id petendo Cæſar impetraverat (c), ut ſecundæ Belgicæ multiformibus malis oppreſſæ diſpoſitio ſibi committeretur, ea videlicet lege, ut nec Præfectianus, nec Præſidialis Apparitor ad ſolvendum quemquam urgeret. Quo levati ſolatio cuncti, quos in curam ſuſceperat ſuam, nec interpellati, ante præſtitutum tempus debita contulerunt. An. Chr. 358.

At Cæſar hiemem apud Pariſios agens, Alamannos prævenire ſtudio maturabat Cap. 8.
B ingenti, nondum in unum coactos, ſed in inſaniam poſt Argentoratum audaces omnes & ſævos: opperienſque Julium menſem, unde ſumunt Gallicani procinctus exordia, diutiùs angebatur. Nec enim egredi poterat, antequàm ex Aquitania, æſtatis remiſſione ſolutis frigoribus & pruinis, veheretur annona. Sed ut eſt difficultatum penè omnium diligens ratio victrix, multa mente verſans & varia, id tandem reperit ſolum: ut anni maturitate non exſpectata, barbaris occurreret inſperatus; firmatoque conſilio XX. dierum frumentum, ex eo quod erat in ſedibus conſumendum, ad uſûs diuturnitatem excoctum, buccellatum, ut vulgò appellant, humeris impoſuit libentium militum: hocque ſubſidio fretus, ſecundis ut antè auſpiciis profectus eſt, intra menſem quintum vel ſextum duas expeditiones conſummari poſſe urgentes & neceſſarias arbitratus. Quibus paratis, petit primos omnium Francos, eos videlicet quos conſuetudo Salios appellavit, auſos olim in Romano ſolo apud
C (d) Toxiandriam locum habitacula ſibi figere prælicenter. Cui cùm Tungros veniſſet, occurrit legatio prædictorum, opinantium reperiri Imperatorem etiamtum in hibernis, pacem ſub hac lege prætendens, ut quieſcentes eos tamquam in ſuis nec laceſſeret quiſquam, nec vexaret. Hos legatos, negotio plenè digeſto, oppoſitaque conditionum perplexitate, ut in iiſdem tractibus moraturus dum redeunt, muneratos abſolvit. Dictoque citiùs ſecutus profectos, Severo duce miſſo per ripam, ſubitò cunctos adgreſſus, tamquam fulminis turbo perculſit: jamque precantes potiùs quàm reſiſtentes, in opportunam clementiæ partem effectu victoriæ flexo, dedentes ſe cum opibus liberiſque ſuſcepit. Chamavos itidem auſos ſimilia adortus, eadem celeritate partim cecîdit, partim acriter repugnantes, vivoſque captos compegit in vincula: alios præcipiti fuga trepidantes, ad ſua, ne militem ſpatio longo defatigaret, abire interim permiſit innocuos: quorum legatis paullò poſteà miſſis
D precatum conſultumque rebus ſuis, humi proſtratis ſub obtutibus ejus, pacem hoc tribuit pacto, ut ad ſua redirent incolumes.

Cunctis igitur ex voto currentibus, ſtudio pervigili properans modis omnibus Cap. 9.
utilitatem fundare provinciarum, munimenta tria recta ſerie ſuperciliis impoſita fluminis Moſæ, ſubverſa dudum obſtinatione barbarica, reparare pro tempore cogitabat: & ilicò ſunt inſtaurata, procinctu paulliſper omiſſo. Atque ut conſilium prudens celeritas faceret tutum, ex annona decem dierum & ſeptem, quam in expeditionem pergens vehebat cervicibus miles, portionem ſubtractam in iiſdem condidit caſtris, ſperans ex Chamavorum ſegetibus id ſuppleri poſſe quod ablatum eſt. Longè autem aliter accidit: frugibus enim nondum etiam maturis, miles expenſis quæ portabat, nuſquam reperiens victus, extrema minitans Julianum compellationibus inceſſebat & probris.

E

EX LIBRO XVIII.

At in Galliis cùm in meliore ſtatu res eſſent, & Euſebium atque Hypatium fratres Cap. 1.
ſublimarent vocabula Conſulum, Julianus contextis ſucceſſibus clarus, apud hiberna, An. Chr. 359.

(a) *Sollemnia* ſunt ſollemnes & antiquæ præſtationes.

(b) Hîc lacuna eſt tam in Editione Romana quàm in MSS. P. Caſtellus per ſummam audaciam inſeruit hæc verba, *Camelaſii nomine*. Equidem nihil deeſſe exiſtimo, ſi ita ſcribatur: *Ut præter ſolita nemo Gallis quidquam exprimere conaretur. Denique inuſitato*, &c.

(c) * Editio Gronovii, *impetraverat à Præfecto*.

(d) Toxiandria locus eſt ita dictus à Toxiandris ſeu Toxandris populis, quos in Belgica locat Plinius in lib. 4. cap. 17. non longè à Scaldi fluvio. Hoſce Toxandros inſulas tenuiſſe Scaldim inter & Moſam fluvios, quæ nunc Selandicæ dicuntur, Cluverius affirmat lib. 11. cap. 29. Hoc in loco ſedes fixerant Salii, tunc cùm à Saxonibus patria pulſi, Bataviam inſulam & vicina loca occupaverunt, ut refert Zoſimus in lib. 3.

Digitized by Google

An.Chr. 359. sequestratis interim sollicitudinibus bellicis, haud minore cura provinciarum fortunis A multa conducentia disponebat; diligenter observans ne quem tributorum sarcina prægravaret, neve potentia præsumeret aliena, aut ii versarentur in medio, quorum patrimonia publicæ clades augebant, vel judicum quisquam ab æquitate deviaret impunè. Idque ea re levi labore correxit, quòd ipse jurgia dirimens, ubi causarum cogebat magnitudo vel personarum, erat indeclinabilis justorum injustorumque distinctor. Et licèt multa sint ejus laudanda in hujusmodi controversiis, unum tamen sufficiet poni, ad cujus similitudinem acta vel dicta sunt. Numerium Narbonensis paullò antè rectorem accusatum ut furem, inusitato censorio vigore pro tribunali palam admissis volentibus audiebat: qui cùm inficiatione defenderet objecta, nec posset in quoquam confutari; Delphidius orator acerrimus vehementer eum impugnans, documentorum inopia percitus, exclamavit: *Ecquis, florentissime Cæsar, nocens esse poterit usquam, si negare suffecerit?* Contra quem Julianus prudenter B motus ex tempore, *Ecquis*, ait, *innocens esse poterit, si accusasse sufficiet?*

Cap. 2. [Julianus] anni tempore opportuno, ad expeditionem undique milite convocato profectus, id inter potissima maturè duxit implendum, ut ante præliorum fervorem civitates multò antè excisas introiret, receptasque communiret: horrea quinetiam exstrueret pro incensis, ubi condi posset annona à Britannis sueta transferri. Et utrumque perfectum est spe omnium citiùs. Nam & horrea veloci opere surrexerunt, alimentorumque in iisdem satias condita: & civitates occupatæ sunt septem; (a) Castra Herculis, Quadriburgium, Tricesimæ, Novesium, Bonna, Autunnacum & Bingio: ubi læto quodam eventu etiam Florentius Præfectus apparuit subitò, partem militum ducens, & commeatuum perferens copiam sufficientem usibus longis. Post hæc impetrata, restabat adigente necessitatum articulo, receptarum urbium mœnia reparari, nullo etiamtum interturbante: idque claris indiciis apparet, ea tem- C pestate utilitati publicæ metu barbaros obedisse, rectoris amore Romanos. Reges ex pacto superioris anni ædificiis habilia multa suis misère carpentis: & auxiliarii milites semper munia spernentes hujusmodi, ad obsequendi sedulitatem Juliani blanditiis deflexi, quinquagenarias longioresque materias vexere cervicibus ingravatè, & fabricandi ministeriis opem maximam contulerunt. Quæ dum diligenti maturantur effectu, Hariobaudes exploratis omnibus rediit, docuitque comperta. Post cujus adventum incitatis viribus omnes venere Mogontiacum: ubi Florentio & Lupicino Severi successore destinatè certantibus, per pontem illic constitutum transiri debere: renitebatur firmissimè Cæsar, asserens pacatorum terras non debere calcari, ne, ut sæpè contigit, per incivilitatem militis occurrentia vastantis abruptè fœdera frangerentur. Alamanni tamen omnes, quos petebat exercitus, confine periculum cogitantes, Suomarium Regem, amicum nobis ex pactione præterita, monuerunt D minaciter, ut à transitu Romanos arceret. Ejus enim pagi Rheni ripis ulterioribus adhærebant. Quo testante resistere solum non posse, in unum coacta barbarica multitudo venit prope Mogontiacum, prohibitura viribus magnis exercitum, ne transmitteret flumen. Gemina itaque ratione visum est habile, quod suaserat Cæsar, ne pacatorum terræ corrumperentur, neve renitente pugnacissima plebe, pons cum multorum discrimine jungeretur, iri in locum ad compaginandum pontem aptissimum. Quod hostes sollertissimè contemplati, per contrarias ripas leniter incedentes, ubi nostros figere tentoria procul cernebant, ipsi quoque noctes agebant exsomnes, custodientes pervigili studio, ne transitus tentaretur. Verùm cùm nostri locum adventarent provisum, vallo fossaque quievere circumdati: & adscito Lupicino in consilium, Cæsar certis imperavit Tribunis, ut trecentenos pararent cum sudibus milites expeditos, quid agi, quóve iri deberet penitus ignorantes. Et collecti nocte E provecta, impositique omnes, quos lusoriæ naves quadraginta, quæ tunc aderant solæ, ceperunt, decurrere jubentur per flumen adeò taciti, ut etiam remi suspenderentur, ne barbaros sonitus excitaret undarum: atque mentis agilitate & corporum, dum hostes nostrorum ignes observant, adversas perrumpere limitis ripas.... Rex quoque Vadomarius venit, cujus erat domicilium contra Rauracos.

EX LIBRO XIX.

Cap. 5. ERANT nobiscum (b) duæ legiones Magnentiacæ, recens è Galliis ductæ, ut

(a) Urbem hanc intelligit Libanius in orat. funebri, his verbis: πόλιν δὲ Ἡράκλειαν Ἡρακλέους ἔργον ἀνέστη. Ejusdem mentio fit in Tabula Peuting. Hanc etiam intelligere videtur Stephanus Byzantius, cùm scribit, Ἡράκλεια Κελτικῆς.

(b) * In urbe Amida, quæ à Persis oppugnabatur.

Digitized by Google

A prædiximus, virorum fortium & pernicium, ad planarios conflictus aptorum: ad eas verò belli artes, quibus ſtringebamur, non modò inhabiles, ſed contrà nimii turbatores: qui cùm neque in machinis, neque in operum conſtructione juvarent aliquem, ſtolidiùs erumpentes, dimicanteſque fidentiſſimè, minuto numero revertebant; tantùm proficientes, quantùm in publico, ut aiunt, incendio aqua unius hominis manu adgeſta. Poſtremò obſeratis portis, precantibuſque Tribunis egredi nequeuntes, frendebant ut beſtiæ. Verùm ſecutis diebus efficacia eorum eminuit, ut docebimus. An.Chr. 359.

Alia munimenta iiſdem diebus rapta ſunt & incenſa, unde hominum milia extracta complura ſervituri ſequebantur: inter quos multi ſenecta infirmi, & mulieres jam grandævæ, cùm ex variis deficerent cauſis, itineris longinquitate offenſæ, abjecta vivendi cupiditate, ſuris vel ſuffraginibus relinquebantur exſectis. Has miſerabiles turB mas Galli milites contuentes, rationabili quidem ſed intempeſtivo motu, conſerendæ cum hoſtibus manûs copiam ſibi dari poſcebant, mortem Tribunis vetantibus primiſque ordinibus minitantes, ſi deinceps prohiberent. Ut quæ tentatæ in caveis beſtiæ, tetro pedore acerbiùs efferatæ, evadendi ſpe repagulis verſabilibus illiduntur; ita gladiis portas cædebant, quas ſuprà diximus obſeratas; admodùm anxii, ne urbe exciſa, ipſi quoque ſine ullo ſpecioſo facinore deleantur, aut exuta periculis, nihil egiſſe operæ pretium pro magnanimitate Gallica memorentur: licèt anteà ſæpe egreſſi, ſtructoreſque aggerum confoſſis quibuſdam impedire conati, paria pertulerunt. Inopes nos conſilii, & quid opponi deberet ſævientibus ambigentes, id potiſſimùm, ægrè iiſdem adſentientibus, tandem elegimus, ut, quoniam ultrà ferri non poterant, paulliſper morati cuſtodias aggredi permitterentur hoſtiles, quæ non procul erant à conjectu locatæ telorum, ut eis perruptis pergerent prorsùs. Apparebat enim eos, ſi imC petraſſent, ſtrages maximas edituros.... Cap. 6.

Inter hæc Galli morarum impatientes, ſecuribus gladiiſque ſuccincti, patefacta ſunt egreſſi poſtica, obſervata nocte ſqualida & interluni; orantes cæleſte præſidium, ut propitium adeſſet & libens. Atque ipſum ſpiritum reprimentes, cùm propè veniſſent, conferti valido curſu, quibuſdam ſtationariis interfectis, exteriores caſtrorum vigiles, ut in nullo tali metu ſopitos obtruncantes, ſupervenire ipſi regiæ, ſi proſperior juviſſet eventus, occultè meditabantur. Verùm audito ruentium ſonitu, gemituque cæſorum, diſcuſſo ſomno, excitatis multis, & ad arma pro ſe quoque clamitante, ſteterunt milites veſtigiis fixis, progredi ultrà non auſi: neque enim cautum deinde, expergefactis quos petebant inſidiæ, in apertum properare diſcrimen, cùm jam undique frendentium catervæ Perſarum in prælia venirent accenſæ. Contrà Galli corporum robore audaciaque quoad poterant inconcuſſi, gladiis ſecantes adverſos, parD te ſuorum ſtrata, vel ſagittarum undique volantium crebritate confixa, cùm unum in locum totam periculi molem converſam, & currentium hoſtium agmina advertiſſent, nullo terga vertente evadere feſtinabant: & velut repedantes ſub modulis, ſenſim extra vallum protruſi, cùm manipulos confertiùs invadentes ſuſtinere non poſſent, tubarum perciti clangore caſtrenſium, diſcedebant. Et reſultantibus è civitate lituis multis, portæ panduntur recepturæ noſtros, ſi pervenire illuc uſque valuiſſent: tormentorumque machinæ ſtridebant ſine jaculatione ulla telorum, ut ſtationibus præſidentes, poſt interemptos ſocios ponè agerentur ignari, urbis oppoſiti mœnibus nudatis, ut viri fortes ſuſciperentur innoxii. Hacque arte Galli portam prope confinia lucis introiere minuto numero, quidam pernicioſè, pars leviter vulnerati, quadringentis ea nocte deſideratis: qui non Rhœſum, nec cubitantes pro muris Iliacis Thracas, ſed Perſarum regem armatorum centum millibus circumſeptum, ni obſtitiſſet violenE tior caſus, in ipſis tentoriis obtruncarant. Horum Campiductoribus, ut fortium factorum anteſignanis, poſt civitatis excidium armatas ſtatuas apud Edeſſam in regione celebri locari juſſerat Imperator, quæ ad præſens ſervantur intactæ.

EX LIBRO XX.

HIEMEM agens apud Pariſios Cæſar, diſtractuſque in ſollicitudines varias, verebatur ire ſubſidio tranſmarinis (ut retulimus antè feciſſe Conſtantem) ne rectore vacuas relinqueret Gallias, Alamannis ad ſævitiam etiam tum incitatis & bella. Cap. 1. An.Chr. 360.

Properantem Conſtantium Orienti ferre ſuppetias..... urebant Juliani virtutes, quas per ora gentium diverſarum fama celebrior effundebat, magnorum ejus laborum factorumque vehens adoreas celſas, poſt Alamanniæ quædam regna proſtrata, receptaque Cap. 4.

Digitized by Google

An.Chr. 360. oppida Gallicana antè direpta à barbaris & exciſa, quos tributarios ipſe fecit & vectigales. Ob hæc & ſimilia percitus, metuenſque ne augerentur in majus, ſtimulante, ut ferebatur, Præfecto Florentio, Decentium Tribunum & Notarium miſit, auxiliares milites exinde protinùs abſtracturum Ærulos & Batavos, cumque Petulantibus Celtas, & lectos ex numeris aliis trecentenos, hac ſpecie juſſos accelerare, ut adeſſe poſſint armis primo vere movendis in Parthos ..... [Julianus] redire ad ſe Præfectum [Florentium] hortatus eſt, olim Viennam (a) ſpecie annonæ parandæ digreſſum, ut ſe militari eximeret turba. Perpendebat enim ad relationem ſuam, quam olim putabatur miſiſſe, abſtrahendos à Galliarum defenſione pugnaces numeros barbariſque jam formidatos. Qui cùm ſuſcepiſſet Cæſaris litteras monentis petentiſque ut venire acceleraret, rempublicam conſiliis juvaturus, obſtinatiſſimè detrectabat: ea ratione pavore mente confuſa, quòd aperta ſcripta ſignificabant, ab Imperatore nuſquam dijungi debere Præfectum in ardore terribilium rerum. Adjectumque eſt, quòd ſi * procurare diſſimularet, ipſe propria ſponte projiceret inſignia principatûs: glorioſum eſſe exiſtimans juſſa morte oppetere, quàm ei provinciarum interitum aſſignari. Sed vicit Præfecti propoſitum pertinax, his, quæ rationabiliter poſcebantur, parere contentione maxima reluctantis .....

A B

* Procurrere.

Julianus contemplans rationabiles querelas, cum familiis * eos ad Orientem proficiſci præcepit (b) clavularis curſûs facultate permiſſa: & cùm ambigeretur diutiùs qua pergerent via, placuit, Notario ſuggerente Decentio, per Pariſios homines tranſire, ubi morabatur adhuc Cæſar nuſquam motus. Et ita factum eſt. Iiſdemque adventantibus in ſuburbanis Princeps occurrit ex more, laudans quos agnoſcebat, factorumque fortium ſingulos monens, animabat lenibus verbis, ut ad Auguſtum alacri gradu pergerent, ubi poteſtas eſt amplè patens & larga, præmia laborum adepturi digniſſima. Utque honoratiùs procul abituros tractaret, ad convivium Proceribus corrogatis, petere jure ſi quid in promtu eſſet edixit. Qui liberaliter ita ſuſcepti, dolore duplici ſuſpenſi diſceſſerunt & mœſti, quòd eos fortuna quædam inclemens & moderato rectore & terris genitalibus diſpararet. Hocque angore impliciti in ſtativa ſolita receſſerunt. Nocte verò cœptante in apertum erupere diſcidium: incitatiſque animis, ut quemque inſperata res adflictabat, ad tela convertuntur & manus: fremituque ingenti omnes petivere (c) Palatium, & ſpatiis ejus ambitis, ne ad evadendi copiam quiſquam perveniret, Auguſtum Julianum horrendis clamoribus concrepabant, eum ad ſe prodire deſtinatiùs adigentes: exſpectareque coacti dum lux promicaret, tandem progredi compulerunt. Quo viſo, iterata magnitudine ſonûs, Auguſtum appellavere conſenſione firmiſſima. Et ille mente fundata univerſis reſiſtebat & ſingulis, nunc indignari ſemet oſtendens, nunc manus tendens, oranſque & obſecrans, ne poſt multas feliciſſimaſque victorias agatur aliquid indecorum; neve intempeſtiva temeritas & prolapſio diſcordiarum materias excitaret. Hæcque adjiciebat, tandem ſedatos leniter allocutus: *Ceſſet ira, quæſo, paulliſper: abſque diſſenſione, vel rerum appetitu novarum impetrabitur facilè quod poſtulatis: quoniam vos dulcedo patriæ retinet, & inſueta peregrinaque metuitis loca, redite jam nunc ad ſedes, nihil viſuri, quia diſplicet, Tranſalpinum, Hocque apud Auguſtum capacem rationis & prudentiſſimum ego competenti ſatisfactione purgabo.*

C D

* milites.

Conclamabatur poſthæc ex omni parte nihilominùs, uno parique ardore nitentibus univerſis: maximoque contentionis fragore, probro & conviciis miſto, Cæſar aſſentire coactus eſt. Impoſituſque ſcuto pedeſtri, & ſublatiùs eminens, (d) *nullo* ſilente Auguſtus renuntiatus, jubebatur diadema proferre: neganſque unquam habuiſſe, uxoris colli vel capitis poſcebatur. Eoque adfirmante, primis auſpiciis non congruere aptari muliebri mundo, equi phalera quærebatur, uti coronatus ſpeciem ſaltem obſcuram ſuperioris prætenderet poteſtatis. Sed cùm id quoque turpe eſſe

E

(a) * Anno ſcilicet 357. ut ſuprà vidimus.

(b) Clabularis (ſic enim ſemper in Codice ſcribitur) curſus militibus concedebatur, quoties ex aliis in alia loca transferri eos oporteret. * *Clabulare*, vehiculi genus.

(c) Hinc patet amplum fuiſſe hoc Palatium. In cap. 5. Diſceptationis de Baſilicis obſervavi, in hocce Palatio Pariſiaco Julianum biennio, Valentinianum quoque majorem duobus annis hiemem egiſſe, quam Regiam noſtri *domum Thermarum*, & *Palatium Thermarum* appellaverint. Jam tum ergo clara erat urbs Lutecia, & omnibus ad capiendum alendumque Comitatum Imperatorium rebus neceſſariis inſtructiſſima, cùm & Palatium ſpatioſum extra inſulam ſuam, & ampla ſuburbana, ac Campum magnæ multitudinis capacem, in quo milites exercebantur, jam haberet.

(d) Cum Mſſ. Regius, Florentinus, [ac Colbertinus] Editioque Rom. præferant *pullo ſilente*, erit fortaſſe, qui eam ſcripturam tuebitur, ut Marcellinus his verbis deſignet horam diei, quâ Julianus ab exercitu coronatus eſt. Id autem contigiſſe ὥρᾳ πὺ τρίτῃ, ait Julianus in Ep. ad Athen. Igitur *pullo ſilente* hora eſt quâ ſilent galli, quos pullos antiqui vocabant.

Digitized by Google

A aſſeveraret; Maurus nomine quidam, poſteà Comes, qui rem malè geſſit apud Suc- An. Chr. 360.
corum anguſtias, Petulantium tunc Haſtatus, abſtractum ſibi torquem, quo ut Draconarius utebatur, capiti Juliani impoſuit confidenter: qui truſus ad neceſſitatem extremam, jamque periculum præſens vitare non poſſe advertens, ſi reniti perſeveraſſet, quinos omnibus aureos, argentique ſingula pondo promiſit. Hiſque geſtis haud minore quàm anteà cura conſtrictus, futuraque celeri providens corde, nec diadema geſtavit, nec procedere ausus eſt uſquam, nec agere ſeria quæ nimis urgebant. Sed cùm ad latebras ſeceſſiſſet occultas, accidentium varietate perterritus Julianus; aliquis Palatii Decurio, qui ordo eſt dignitatis, pleniore gradu ſigna Petulantium ingreſſus atque Celtarum, facinus indignum turbulentè exclamat, pridie Auguſtum eorum arbitrio declaratum, clam interemptum.

Hocque comperto, milites quos ignota pari ſollicitudine movebant & nota,
B pars criſpantes miſſilia, alii minitantes nudatis gladiis, diverſo vagoque, ut in repentino ſolet, excurſu occupavere volucriter regiam: ſtrepituque immani excubitores perculſi, & Tribuni, & Domeſticorum Comes Excubitor nomine, veritique verſabilis perfidiam militis, evanuere metu mortis ſubitæ diſpalati. Viſo tamen otio ſummo, quieti ſtetere paulliſper armati: & interrogati quæ cauſa eſſet inconſulti motûs & repentini, diu tacendo hæſitantes ſuper ſalute Principis, non anteà diſceſſerunt, quàm acciti in Conſiſtorium fulgentem eum auguſto habitu conſpexiſſent.

His tamen auditis, etiam illi, quos antegreſſos retulimus ducente Sintula, cum Cap. 5.
eo jam ſecuri Pariſios revertuntur: edictoque ut futura luce cuncti convenirent (a) in Campo, progreſſus Princeps ambitioſiùs ſolito tribunal adſcendit, ſignis aquiliſque circumdatus & vexillis, ſeptuſque tutiùs armatarum cohortium globis.

C Julianus apud Pariſios hibernis locatis, ſumma cœptorum quorsùm evaderet per- Cap. 8.
timeſcens, erat anxius, nuſquam aſſenſurum Conſtantium factis multa volvendo conſiderans, apud quem ſordebat ut infimus & contemptus. Circumſpectis itaque trepidis rerum novarum exordiis, legatos ad eum mittere ſtatuit geſta docturos, eiſque concinentes litteras dedit, quid actum ſit, quidve fieri oporteat deinceps, monens apertiùs & demonſtrans..... Ad id munus implendum electi viri ſunt graves, Pentadius Officiorum Magiſter, & Eutherius Cubiculi tunc Præpoſitus, poſt oblatas litteras relaturi nullo ſuppreſſo quæ viderunt, & ſuper ordine futurorum fidenter acturi. Auxerat inter hæc cœptorum invidiam Florentii fuga Præfecti: qui velut præſagiens concitandos motus ob militem, ut ſermone tenus jactabatur, accitum, conſultò diſceſſerat Viennam, alimentariæ rei gratia divelli cauſatus à Cæſare, quem ſæpe tractatum aſperiùs formidabat. Dein cùm comperiſſet eum ad Auguſtum culmen
D evectum, exigua ac propè nulla vivendi ſpe verſus in metum, ut longè disjunctus, malis ſe quæ ſuſpicabatur exemit; & neceſſitudine omni relicta, digreſſus venit ad Conſtantium itineribus lentis: utque ſe nulli obnoxium culpæ monſtraret, Julianum ut perduellem multis criminibus appetebat. Cujus poſt abitum bene Julianus cogitans & prudenter, ſcirique volens quòd præſenti quoque peperciſſet, caritates (b) ejus cum re familiari intacta, publici curſûs uſu permiſſo, ad Orientem (c) redire tutiùs imperavit.

[Legati Juliani] apud Cæſaream Cappadociæ etiamtum degentem invenere Con- Cap. 9.
ſtantium, Mazacam antehàc nominatam, opportunam urbem & celebrem, ſub Argæi montis pedibus ſitam. Qui intromiſſi, data poteſtate, offerunt ſcripta: iiſque recitatis, ultra modum ſolitæ indignationis excanduit Imperator, limibuſque oculis eos aduſque metum contuens mortis, egredi juſſit, nihil poſthæc percontatus, vel au-
E dire perpeſſus. Perculſus tamen ardenter cunctatione ſtringebatur ambigua, utrùm in Perſas, an contra Julianum moveri juberet acies quibus fidebat: hæſitanſque diu perpenſis conſiliis, flexus eſt quorumdam ſententia utilium ſuaſorum; & iter Orientem verſus edixit. Statim tamen & legatos abſolvit, & Leonam Quæſtorem ſuum in Gallias cum litteris datis ad Julianum pergere celeri ſtatuit gradu, nihil novatorum ſe aſſerens ſuſcepiſſe, ſed eum, ſi ſaluti ſuæ proximorumque conſulit, tumenti flatu depoſito, intra Cæſaris ſe poteſtatem continere præcipiens. Utque id facile formido intentatorum efficeret, velut magnis viribus fretus, in locum Florentii Præfectum

(a) Locus erat extra Pariſios, in quo Julianus cum militibus ſuis exercebatur.

(b) * *Caritates* ſunt uxor ac liberi.

(c) *Florentius, ut teſtatur Marcellinus lib. 21. cap. 6. creatus eſt Præfectus Prætorio Illyrici, & Conſul anno 361.

Digitized by Google

An.Chr. 360. Prætorio (a) Nebridium, tum Quæſtorem ejuſdem Cæſaris, promoverat, & Felicem Notarium Officiorum Magiſtrum, & quoſdam alios. Gumoharium enim ſucceſſorem Lupicini, antequàm ſciretur hujuſmodi quidquam, Magiſtrum provexit armorum. A

Ingreſſus itaque Pariſios Leonas, ſuſceptus ut honoratus & prudens, poſtridie Principi progreſſo in Campum cum multitudine armata pariter & plebeia, quam de induſtria convocarat, & tribunali ut emineret altiùs ſuperſtanti, ſcripta jubetur offerre. Replicatoque volumine edicti quod miſſum eſt, & legi ab exordio cœpto, cùm ventum fuiſſet ad locum id continentem, quòd geſta omnia Conſtantius improbans, Cæſaris poteſtatem ſufficere Juliano cenſebat, exclamabatur undique vocum terribilium ſonu: *Auguſte Juliane, ut provincialis, & miles, & Reipublicæ decrevit auctoritas, recreatæ quidem, ſed adhuc metuentis redivivos barbarorum excurſus.* Quibus auditis Leonas cum Juliani litteris hæc eadem indicantibus revertit incolumis: ſoluſque admiſſus eſt ad Præfecturam Nebridius: id enim Cæſar quoque ſcribens, ex ſententia ſua fore apertè prædixit. Magiſtrum enim Officiorum jam pridem ipſe Anatolium ordinavit. B

Cap. 10. Julianus tamen jam celſiore fortuna militiſque fiducia lætior, ne intepeſceret; neve ut remiſſus argueretur & deſes, legatis ad Conſtantium miſſis, in limitem Germaniæ ſecundæ eſt egreſſus: omnique apparatu, quem flagitabat inſtans negotium, communitus, (b) Tricenſimæ oppido propinquabat. Rheno exinde tranſmiſſo, regionem ſubitò pervaſit Francorum, quos (c) Attuarios vocant, inquietorum hominum, licentiùs etiamtum percurſantium extima Galliarum. Quos adortus ſubitò nihil metuentes hoſtile, nimiúmque ſecuros, quòd ſcrupoſa viarum difficultate arcente, nullum ad ſuos pagos introiſſe meminerant Principem, ſuperavit negotio levi: captiſque plurimis & occiſis; orantibus aliis qui ſuperfuere, pacem ex arbitrio dedit, hoc prodeſſe poſſeſſoribus finitimis arbitratus. Unde reverſus pari celeritate per flumen, præſidiaque limitis explorans diligenter & corrigens, aduſque Rauracos venit; lociſque recuperatis, quæ olim barbari intercepta retinebant ut propria, iiſdemque pleniore cura firmatis, per Beſantionem Viennam hiematurus abſceſſit. C

EX LIBRO XXI.

Cap. 1. JULIANUS agens apud Viennam..... quinquennalia Auguſtus jam edidit.

Cap. 2. Cùm apud Pariſios adhuc Cæſar Julianus, quatiens ſcutum variis motibus exerceretur in Campo, axiculis, queis * orbis erat compaginatus, in vanum excuſſis, anſa remanſerat ſola: quam retinens valida manu ſtringebat. Territiſque ut omine diro præſentibus cunctis, *Nemo*, inquit, *vereatur: habeo firmiter quod tenebam.* Item cùm apud Viennam poſteà quieſceret ſobrius, horrore medio noctis imago quædam viſa ſplendidior..... Feriarum die, quem celebrantes menſe Januario Chriſtiani Epiphania dictitant, progreſſus in eorum eccleſiam, ſolemniter numine adorato diſceſſit. D

* *Hoc eſt*, Scutum.

An.Chr. 361.

Cap. 8. An Chr. 361. Diſcedens inter hæc Julianus à Rauracis, peractis quæ docuimus dudum, Salluſtium Præfectum promotum remiſit in Gallias, Germaniano (d) juſſo vicem tueri Nebridii: itidemque Nevittæ magiſterium commiſit armorum.

(a) *Julianus, ut narrat idem Marcellinus lib. 21. cap. 5. Conſtantio bellum illaturus, dum ad ſacramentum milites & primates adigit, ſolus omnium audacter repugnavit Præfectus Nebridius, *juriſjurandi nexu contra Conſtantium nequaquam ſe conſtringi poſſe commemorans, cujus beneficiis obligatus erat crebris & multis.* Id ipſum narrat Libanius in Oratione funebri.

(b) In Editione Rom. legitur *Obtricenſimæ*, prout etiam habent Editio Auguſtana, & Codex Regius, Flor. & Valentinus [ac Colbertinus.] At Caſtellus audacter emendaverat *Taſandro*, quod opidi nomen alicubi legerat. Ego verò non dubito quin legendum ſit, *Tricenſimæ opido*; cujus meminit in lib. 18. *Caſtra Herculis, Quadriburgium, Triceſimæ, Noveſium, Bonna.* [Ego in Notitia Galliarum pag. 150. docui obſervavique, Coloniam Trajanam, Caſtra Ulpia, & Triceſimam tria unius ejuſdemque loci nomina eſſe: quem locum Marcellinus in lib. 18. *Triceſimam* vel *Tricenſimam*, in lib. 20. Obtricenſimam opidum dicat ab hibernis legionis Triceſimæ Ulpiæ Victricis.]

(c) Horum mentio fit in Geſtis Francorum Epitomatis, cap. 19. de Danis: *Theodorici pagum Attoarios vel alios devaſtantes.* [Attuariorum nomen retinet hodieque oppidum Tranſrhenanum ad flumen Lupiam, *Hatterch*, aliàs *Halteren* vulgò dictum. Hæc regio vetus patria fuit Attuariorum eorum, qui in Galliam tranſlati ſunt, aut ſponte commigraverunt.]

(d) *Brevi certè tempore circa menſem Decembrem hujus anni 361. vices egit Nebridii in Præfectura Galliarum Germanianus: verùm hunc ſub Valentiniano ſeniore anno 364. Galliis præfuiſſe, teſtis eſt idem Marcellinus lib. 26. cap. 5.

Digitized by Google

A

EX LIBRO XXII.

HARUSPICINÆ peritus Aprunculus Gallus Orator, promotus rector poſteà Narbonenſis. Cap. 1.

EX LIBRO XXIII.

JULIANUS jam ter Conſul, adſcito in collegium trabeæ Salluſtio Præfecto per Gallias, quater ipſe ampliſſimum inierat magiſtratum. Cap. 1. An.Chr. 363.

EX LIBRO XXV.

B IN Galliis bellorum tenore gliſcente, diffuſis per noſtra Germanis, jamque Alpibus ad vaſtandam Italiam perrumpendis, multa & nefanda perpeſſis hominibus, nihil præter lacrimas ſupererat & terrores: ubi & præteritorum recordatio erat acerba, & exſpectatio triſtior impendentium. Cap. 4. Eod. anno.

Collecti duces exercitûs, advocatiſque legionum Principiis & turmarum, ſuper creando Principe conſultabant. Diſciſſique ſtudiis turbulentis, Arinthæus & Victor, & è palatio Conſtantii reſidui, de parte ſua quemdam habilem ſcrutabantur: contrà Nevitta & Dagalaïphus, procereſque Gallorum virum talem ex commilitio ſuo quæritabant. Quæ dum ambiguntur, nulla variante ſententia, itum eſt voluntate omnium in (a) Salluſtium: eoque cauſante morbos & ſenectutem, honoratior aliquis miles advertens deſtinatiùs reluctantem: *Et quid ageretis*, ait, *ſi illud bellum vobis curandum commiſiſſet abſens, ut ſæpe factum eſt, Imperator?* &c. Inter has exiguas C ad tantam rem moras, nondum penſatis ſententiis, tumultuantibus paucis, ut in rebus extremis ſæpe factum eſt, Jovianus eligitur Imperator, Domeſticorum ordinis primus, paternis meritis mediocriter commendabilis. Cap. 5.

Id imperatur ægerrimè, ut miſti cum Arctois Sarmatis Galli amnem [Tigridem] primi omnium penetrarent..... Electique ſunt ad id negotium habiles, qui maxima præ cæteris flumina tranſmeare in regionibus genuinis à prima pueritia ſunt inſtituti: & cùm latendi copiam nocturna quies daret, tamquam è tranſenna ſimul emiſſi, ſpe citiùs ripas occupavere contrarias: Perſarumque conculcatis pluribus & truncatis, quos loca ſervare diſpoſitos ſecuritas placido vinxerat ſomno, efficacis audaciæ ſignum elatis manibus, contortiſque ſagulis oſtendebant. Cap. 6. Eod. an.

Procopius alter Notarius & Memoridus militaris Tribunus ad tractus Illyricos mittuntur & Galliarum, nuntiaturi Juliani mortem, & Jovianum poſt ejus obitum ad culmen Auguſtum evectum..... Prudenti conſilio [Jovianus] Malarichum ex D familiaribus negotiis agentem etiamtum in Italia, miſſis inſignibus Jovino juſſit ſuccedere armorum Magiſtro per Gallias. Cap. 8. Eod. an.

His ita triſtibus lætum aliud addebatur, miſſos à Jovino milites adventare, quos Capita ſcholarum ordo caſtrenſis appellat, nuntiantes æquo animo Joviani imperium amplecti exercitum Gallicanum..... Confeſtimque mittitur in Gallias Arinthæus, ferens litteras ad Jovinum, ut conſtanter ageret ſuum obtinens locum: eique mandatum eſt, ut animadverteretur in concitorem tumultûs, auctoreſque ſeditionis ad comitatum vincti tranſmitterentur. Poſt quæ ut videbantur expedire diſpoſita, apud Aſpuna Galatiæ municipium breve Gallicani milites viſi Principi, ingreſſique Conſiſtorium, poſt audita gratanter quæ pertulerant, munerati redire jubentur ad ſigna. Cap. 10. An.Chr. 364.

EX LIBRO XXVI.

E GALLIAS Rætiaſque ſimul Alamanni populabantur. Cap 4.

Orientem quidem regebat poteſtate Præfecti Salluſtius; Italiam verò cum Africa & Illyrico Mamertinus, & Gallias provincias Germanianus..... Cap. 5.

Verùm ardens ad redeundum ejus [Valentiniani] impetus molliebatur conſiliis proximorum ſuadentium & orantium, ne interneciva minantibus barbaris exponeret Gallias, neve hac cauſatione provincias deſereret egentes adminiculis magnis: iiſque legationes urbium acceſſere nobilium, precantes ne in rebus duris & dubiis impropugnatas eas relinqueret, quas præſens eripere poterit diſcriminibus maximis, An.Chr 365.

(a) * Salluſtius iſte jam Præfectus erat Prætorio Galliarum ab initio anni 362. & Conſul hoc anno 363. factus eſt.

Digitized by Google

metu ambitioſi nominis ſui Germanis incuſſo. Tandem denique utilitate rei perpenſiùs excogitata, in multorum ſententias flexus, replicabat aliquoties, hoſtem ſuum fratriſque ſolius eſſe Procopium; Alamannos verò totius orbis Romani: ſtatuitque nuſquam interim extra confinia moveri Gallorum. A

EX LIBRO XXVII.

Cap. 1. An. Chr. 366. [ALAMANNI] Gallicanos limites formidati jam perſultabant. Statimque poſt Kal. Januarias, cùm per glaciales tractus hiemis rigidum inhorreſceret ſidus, cuneatim egreſſa multitudo licentiùs vagabatur. Horum portioni primæ Charietto, tunc per utramque Germaniam Comes, occurſurus cum milite egreditur ad bella ineunda promptiſſimo, adſcito in ſocietatem laboris Severiano itidem Comite, invalido & ſongævo, qui apud Cabilona Divitenſibus præſidebat & Tungricanis. Proinde confertiùs agmine in unum coacto, ponteque brevioris aquæ firma celeritate tranſmiſſo, viſos eminùs barbaros Romani ſagittis aliiſque levibus jaculis inceſſebant, quæ illi reciprocis jactibus validè contorquebant. Ubi verò turmæ congreſſæ ſtrictis conflixere mucronibus, noſtrorum acies impetu hoſtium acriore concuſſa, nec reſiſtendi, nec faciendi fortiter copiam reperit, cunctis metu compulſis in fugam, cùm Severianum vidiſſent equo deturbatum, miſſilique telo peroffenſum. Ipſe denique Charietto, dum cedentes objectu corporis & vocis jurgatorio ſonu audentiùs pertinet, pudendumque diluere dedecus fiducia diu ſtandi conatur, oppetiit telo letali confixus. Poſt cujus interitum, Erulorum Batavorumque vexillum direptum, quod inſultando tripudiantes barbari crebrò ſublatum altiùs oſtendebant, poſt certamina receptum eſt magna. B

Cap. 2. Qua clade cum ultimo mœrore comperta, correcturus ſeciùs geſta Dagalaïphus à Pariſiis mittitur. Eoque diu cunctante, cauſanteque diffuſos per varia barbaros ſemet adoriri non poſſe, accitoque paullò pòſt ut cum Gratiano etiamtum privato ſuſciperet inſignia Conſulatûs; Jovinus equitum Magiſter accingitur: & inſtructus paratuſque, cautiſſimè obſervans utrumque ſui agminis latus, venit prope locum (a) Scarponna: ubi inopinus majorem barbarorum plebem, antequàm armaretur, temporis brevi puncto præventam ad internecionem exſtinxit. Exſultantes innoxii prælii gloriâ milites ad alterius globi perniciem ducens, ſenſimque incedens rector eximius, ſpeculatione didicit fida, direptis propiùs villis vaſtatoriam manum quieſcere prope flumen; jamque adventans, abdituſque in valle denſitate arbuſtorum obſcura, videbat lavantes alios, quoſdam comas rutilantes ex more, potanteſque nonnullos. Et nactus horam impendiò tempeſtivam, ſigno repentè per lituos dato latrocinalia caſtra perrupit: contráque Germani nihil præter inefficaces minas jactanter ſonantes & fremitum, nec expedire arma diſperſa, nec componere aciem, nec reſurgere in vires permittebantur, urgente inſtanter victore. Quocircà forati pilis & gladiis cecidere complures, abſque iis quos verſos in pedes texere flexuoſi tramites & anguſti. Hoc proſpero rerum effectu, quem virtus peregerat & fortuna, aucta fiducia Jovinus militem ducens, diligenti ſpeculatione præmiſſa, in tertium cuneum, qui reſtabat, properè caſtra commovit: & maturato itinere omnem prope Catelaunos invenit ad congrediendum promptiſſimum. Et vallo opportunè metato, ſuiſque pro temporis copia cibo recreatis & ſomno, primo auroræ exortu in aperta planitie compoſuit aciem dilatatam arte ſollerti, ut ſpatiis amplioribus occupatis æquiperare Romani hoſtium multitudinem apparerent, inferiores numero, licèt viribus pares. C D

Signo itaque per buccinas dato, cùm pede collato res agi cœpiſſet, ſueta vexillorum ſplendentium facie territi ſtetere Germani. Quibus hebetatis parumper, reparatiſque confeſtim, aduſque diei extimum concertatione protenta, validiùs imminens miles fructum rei bene geſtæ ſine diſpendio quæſiſſet, ni Balchobaudes Armaturarum Tribunus magniloquentia ſocordi coalitus, propinquante jam veſpera ceſſiſſet inconditè. Quem ſi ſecutæ reſiduæ cohortes abiiſſent, ad triſtes exitus eouſque negotium venerat, ut nec acta nuntiaturus quiſquam poſſet ſupereſſe noſtrorum. Sed reſiſtens animorum acri robore miles ita lacertis eminuit, ut hoſtium quatuor millibus ſauciis, ſex alia interficeret millia: ipſe verò non ampliùs mille ducentis amitteret, ducentis tantummodò vulneratis. Noctis itaque adventu prælio jam E

(a) Quod caſtrum duodecimo à Mettenſium urbe milliario ſitum eſt, ut ſcribit Paulus Diaconus de Epiſcopis Mettenſibus.

dirempto,

Digitized by Google

A dirempto, refectiſque viribus feſſis, prope confinia lucis ductor egregius in agminis quadrati figuram producto exercitu, cùm comperiſſet occultantibus tenebris barbaros lapſos: ſecurus inſidiarum per aperta camporum ſequebatur & mollia, calcando ſemineces & conſtrictos, quos vulneribus frigorum aſperitate contractis dolorum abſumpſerat magnitudo. Exin progreſſus ulteriùs, revertens ubi nullum repererat, didicit Regem hoſtilium agminum cum paucis captum ab Aſcariis, quos ipſe per iter aliud ad diripienda tentoria miſerat Alamannica, ſuffixum patibulo. Ideóque iratus in Tribunum animadvertere ſtatuit, auſum hoc inconſulta poteſtate ſuperiore feciſſe: eumque damnaſſet, ni militari impetu commiſſum facinus atrox, documentis evidentibus conſtitiſſet. Et poſt hæc redeunti Pariſios poſt claritudinem rectè geſtorum Imperator lætus occurrit: eumque poſteà Conſulem deſignavit: illo videlicet ad gaudii cumulum accedente, quòd iiſdem diebus Procopii ſuſceperat ca- An. Chr. 366.

B put à Valente tranſmiſſum. Præter hæc, alia multa narratu minùs digna conſerta ſunt prælia per tractus varios Galliarum, quæ ſuperfluum eſt explicare, quoniam neque operæ pretium aliquod eorum habuere proventus, nec hiſtoriam producere per minutias ignobiles decet.

Cap. 6.

Inter hæc Valentiniano magnitudine quaſſato morborum, agitanteque extrema *, convivio occultiore Gallorum, qui aderant in commilitio Principis, ad imperium Ruſticus Julianus tunc Magiſter memoriæ poſcebatur. An. Chr. 367. * f. conſilio.

Cap. 7.

Cùm in negotio Maxentii cujuſdam Pannonii, ob exſecutionem à judice rectè maturari præceptam, trium oppidorum ordines mactari [Valentinianus] juſſiſſet, interpellavit Eupræmius tunc Quæſtor..... cujus ſalutarem fiduciam Præfectus imitatus (a) Florentius. An. Chr. 368.

Profectus itaque [Valentinianus] ab Ambianis, Treveroſque feſtinans, nuntio Cpercellitur gravi, qui Britannias indicabat barbarica conſpiratione ad ultimam vexatas inopiam..... Gallicanos (b) verò Tractus Franci (c) & Saxones iiſdem confines, quò quiſque erumpere potuit terra vel mari, prædis acerbis incendiiſque, & captivorum funeribus hominum violabant. Ad hæc prohibenda ſi copiam dediſſet fortuna proſperior, orbis extrema Dux efficaciſſimus petens, cùm veniſſet ad Bononiæ litus, quod à ſpatio controverſo terrarum anguſtiis reciproci diſtinguitur maris, attolli horrendis æſtibus adſueti, rurſuſque ſine ulla navigantium noxa in ſpeciem complanari camporum: exinde tranſmeato lentiùs freto, defertur Rutupias, ſtationem ex adverſo tranquillam. Cap. 8.

Sub idem ferè tempus, Valentiniano ad expeditionem cautè ut rebatur profecto, Alamannus Regalis, Rando nomine, diu præſtruens quod cogitabat, Mogontiacum præſidiis vacuum cum expeditis ad latrocinandum latenter irrepſit. Et quo- Cap. 10. An. Chr. 368.

D niam caſu Chriſtiani ritûs invenit celebrari ſollemnitatem, impræpeditè cujuſquemodi fortunæ virile & muliebre ſecus cum ſupellectili non parva indefenſum abduxit.

Hiſque tali caſuum diverſitate perfectis, milites ad hiberna, Imperatores Treveros reverterunt. Eod. ann.

EX LIBRO XXVIII.

VALENTINIANUS magna animo concipiens & utilia, Rhenum omnem à Ræ- Cap. 2.
tiarum exordio aduſque fretalem Oceanum magnis molibus communiebat, caſtra An. Chr. 369.
extollens altiùs & caſtella, turreſque adſiduas per habiles locos & opportunos, quà Galliarum extenditur longitudo..... Hæc inter per Galliam latrociniorum rabies ſæva ſcatebat in perniciem multorum, obſervans celebres vias, fundenſque indubitanter quidquid inciderat fructuoſum. Denique præter complures alios, quos ab-

E ſumpſerunt inſidiæ tales, Conſtantianus Tribunus ſtabuli, impetu eſt clandeſtino exceptus, moxque interfectus, Valentiniani adfinis, Cerealis & Juſtinæ germanus.

EX LIBRO XXIX.

VALENTINIANUS..... aduſque quinquagenteſimum lapidem terris hoſtilibus Cap. 4.
An. Chr. 371.

(a) * Ad hunc Florentium Præfectum Prætorio Galliarum miſſa eſt anno 367. Lex V. Cod. Theod. *de cenſu.*

(b) * Hi Tractus Armoricanus erant & Nervicanus, fortè tunc temporis nondum ſimul conjuncti, ut in ſæculo quinto. In Notitia Imperii: *Extenditur Tractus Armoricani & Nervicani limitis per Provincias quinque, per Aquitaniam primam & ſecundam, Senoniam, Lugdunenſem tertiam & ſecundam.*

(c) Inter Saxonas quippe & Alamannos ſita erat Francia, ut ſcribit Hieronymus in Hilarionis vita, & Itineraria Tabula Peutingerorum. Hinc in hiſtoriis ferè Franci Saxoneſque junguntur.

Digitized by Google

inflammatis, rediit Treveros mœstus. Ubi tamquam leo ob cervum amissum vel capream morsus vacuos concrepans, dum hostium disjecta frangeret timor, in Macriani locum Bucinobantibus, quæ contra Mogontiacum gens est Alamanna, Regem Fraomarium ordinavit. A

EX LIBRO XXX.

Cap. 2. An. Chr. 373. REMIGIUS, quem populanti provincias retulimus Comiti favisse Romano, postquàm Leo in ejus locum Magister esse cœpit Officiorum, à muneribus reipublicæ jam quiescens, negotiis se ruralibus dedit prope Mogontiacum in genitalibus locis. Quem ibi morantem securiùs, Præfectus Prætorio Maximinus reversum ad otium spernens, ut solebat diræ luis ritu grassari per omnia, lædere modis quibus poterat affectabat: utque rimaretur plura quæ latebant, Cæsarium antehac ejus Domesticum, posteà Notarium Principis, raptum, quæ Remigius egerit, vel quantum acceperit, ut Romani juvaret actus infandos, per quæstionem cruentam interrogabat. Quibus ille cognitis, cùm esset, ut dictum est, in secessu, conscientia malorum urgente, vel rationem formidine superante calumniarum, innodato gutture laquei nexibus interiit. B

Cap. 3. An. Chr. 374. Secuto post hæc anno, Gratiano, adscito in trabeæ societatem Æquitio Consule, Valentiniano post vastatos aliquos Alamanniæ pagos munimentum ædificanti prope Basiliam, quod appellant accolæ Robur, offertur Præfecti relatio Probi, docentis Illyrici clades..... Statimque ut conducebat rei communi, prope Mogontiacum blandiùs Rex antedictus [Macrianus] accitur, proclivis ipse quoque ad excipiendum fœdus, ut apparebat. Et venit immane quo quantoque flatu distentus, ut futurus arbiter superior pacis; dieque prædicto colloquii ad ipsam marginem Rheni caput altiùs erigens stetit, hinc inde sonitu scutorum intonante gentilium. Contrà Augustus, adscensis amnicis lembis, septus ipse quoque multitudine castrensium ordinum, tutiùs prope ripas accessit, signorum fulgentium nitore conspicuus: & immodestis gestibus murmureque barbarico tandem sedato, post dicta & audita ultrò citróque versùs, amicitia mediâ sacramenti fide firmatur. Hisque perfectis discessit turbarum Rex artifex delinitus, futurus nobis deinceps socius: & dedit posteà aduque vitæ tempus extremum constantis in concordiam animi facinorum documentum pulcrorum. Periit autem in Francia posteà, quam dum internecivè vastando perrumpit avidiùs, oppetiit Mellobaudis bellicosi Regis insidiis circumventus. Post fœdus tamen sollemni ritu impletum, Treveros Valentinianus ad hiberna discessit. C

Cap. 10. An. Chr. 375. Post conclamata Imperatoris [Valentiniani] suprema, corpusque curatum ad sepulturam, ut missum Constantinopolim inter divorum reliquias humaretur: suspenso instante procinctu, anceps rei timebatur eventus cohortibus Gallicanis, quæ non semper dicatæ legitimorum Principum fidei, velut imperiorum arbitræ, ausuræ novum quiddam in tempore sperabantur: hoc tentandæ novitati res adjuvante, quòd gestorum ignarus etiamtum Gratianus agebat tum apud Treveros: ubi profecturus eum morari dispositerat pater. D

EX LIBRO XXXI.

Cap. 10. An. Chr. 377. VERUM retrocedere coacti Germani, atque noscentes exercitûs pleramque partem in Illyricum, ut Imperatore mox affuturo, prægressam, exarsere flagrantiùs: majoraque conceptantes, pagorum omnium incolis in unum collectis, cum quadraginta armatorum millibus, vel septuaginta, ut quidam laudes extollendo Principis jactitarunt, sublati in superbiam, nostra confidentiùs irruperunt. Quibus Gratianus cum formidine magna compertis, revocatis cohortibus, quas præmiserat in Pannonias, convocatisque aliis, quas in Galliis retinuerat dispositio prudens, Nannieno negotium dedit virtutis sobriæ Duci: eique Mallobaudem junxit pari potestate collegam, Domesticorum Comitem, Regemque Francorum, virum bellicosum & fortem. Nannieno igitur pensante fortunarum versabiles casus, ideóque cunctandum esse censente, Mallobaudes altâ pugnandi cupiditate raptatus, ut consueverat, ire in hostem differendi impatiens angebatur. Proinde horrifico adversùm fragore terrente, primùm apud (a) Argentariam signo per cornicines dato concurri est cœptum: E

(a) Hieronymus in Chronico an. Dom. 378. *Alamannorum*, ait, *triginta circiter millia apud Argentuariam opidum Galliarum ab exercitu Gratiani strata.* Melius in Chronico Cassiodori id refertur Gratiano IV.

Digitized by Google

A sagittarum verutorumque missilium pulsibus crebriores hinc inde sternebantur. Sed in ipso præliorum ardore infinita hostium multitudine milites visa, vitantesque aperta discrimina, per calles consitas arboribus & angustas, ut quisque potuit, dispersi, paullò posteà stetere fidentiùs: & splendore consimili, proculque nitore fulgentes armorum, Imperatorii adventûs injecere barbaris metum. Qui repentè versi in terga, resistentesque interdum, ne quid ultimæ rationis omitterent; ita sunt cæsi, ut ex prædicto numero non plusquàm quinque millia, ut æstimabatur, evaderent densitate nemorum tecta, inter complures alios audaces & fortes Rege quoque Priario interfecto, exitialium concitore pugnarum. An. Chr. 377.

& Merobaude Coss. qui erat annus Natalis Dominici 377. Hujus victoriæ meminit etiam Victor in Epitome. Est autem *Argentaria* seu *Argentuaria* Germaniæ opidum in Triboccis situm, teste Ptolemæo: B cujus mentio fit in Itinerario Antonini & Tabula Peutingerorum. Hodie *Colmar* dicitur, urbs clara Elsatiæ, ut censet Cluverius in lib. 2. Germ. cap. 12. vel potiùs *Arburg*, cujus parietinæ visuntur. Cetèrùm hic locus haud paullò meliùs sic legeretur: *Ubi primùm apud Argentariam signo per cornicines dato pugnari est cœptum, sagittarum*, &c.

EX EXCERPTIS AUCTORIS IGNOTI,

De Constantio Chloro, Constantino Magno & aliis Imperatoribus.

Pag. 657.

[CONSTANTINUS] ad patrem Constantium venit apud Bononiam, quam Galli priùs Gesoriacum vocabant. An. Chr. 306.

C

Pag. 659.

Nuptiis celebratis, Gallias repetit Constantinus. An. Chr. 313.

Pag. 662.

Gallias Constantinus minor regebat. An. Chr. 335.

Pag. 666.

[Theodericus] accepit uxorem de Francis nomine Augofladam. Nam uxorem D habuit ante regnum, de qua susceperat filias: unam dedit nomine (a) Arevagni Alarico Regi Wisigotharum in Gallia, & aliam filiam Theodegotham Sigismundo filio Gundebai Regis.

(a) Procopius in lib. 1. Goth. Θευδιχέου vocat. Jordanes & Auctor Historiæ Miscellæ in fin. lib. 16. Theodericum duas habuisse naturales filias scribunt, Theudigotham & Ostrogotham: quarum alteram Alarico, alteram Sigismundo Gundobadi Burgundionum Regis filio copulavit.

EX SEXTI RUFI (a) BREVIARIO RERUM GESTARUM POPULI ROMANI.

Edito Lugduni, in 16. 1552.

E

CUM Gallis gravissima bella populus Romanus habuit. Galli enim etiam illam partem Italiæ, in qua nunc Mediolanum est, usque ad Rubiconem fluvium tenebant: in tantum viribus freti, ut Romam ipsam bello peterent, & cæsis exercitibus Romanis apud Alliam fluvium, mœnia urbis intrarent, Capitoliumque obsiderent; ad cujus arcem sexcenti nobilissimi Senatores confugerant, qui mille auri pondo se ab obsidione redemerunt. Posteà Gallos victores remeantes Camillus, qui in exsilio erat, collecta de agris multitudine, oppressit: aurum & signa, quæ Galli ceperant reportavit. Cum Gallis multi Consules, Prætores ac Dictatores eventu vario conflixerunt. Marius Gallos de Italia expulit; & transcensis Alpibus, feliciter adversus eos pugnavit. Ceterùm C. Cæsar cum decem legionibus, quæ quaterna An. U. C. 363. An. U. C. 651.

(a) Hoc Breviarium anno Christi 369. aut insequenti editum putat Pagius ad an. 401. Num. 32.

Digitized by Google

millia militum Italorum habuerunt, per annos octo ab Alpibus ad Rhenum usque A
Gallias subegit : cum barbaris ultra Rhenum positis conflixit : in Britanniam transivit : decimo anno Gallias & Britannias tributarias fecit. Sunt in Gallia cum Aquitania & Britanniis provinciæ (a) octodecim : Alpes (b) Maritimæ, provincia Narbonensis, (c) Viennensis, Novempopulana (d), Aquitaniæ duæ, Lugdunenses (e) duæ, Alpes Graiæ, Maxima (f) Sequanorum, Germaniæ (g) duæ, Belgicæ duæ : in Britannia, Maxima Cæsarienſis, Flavia, Britannia prima, Britannia secunda.

Gallogræciam, id est Galatiam (sunt enim, ut nomen sonat, è Gallis Galatæ)
An. U. C. 564. quòd Antiocho contra Romanos auxilium præbuissent, invasimus. Manlius Proconsul Galatas persequutus est, & confugientes partim in Olympum, partim in Magabam montem, qui nunc Modiacus dicitur, de arduis eos in plana detrusit : victosque in perpetuam pacem redegit. Postea Galatiam Dejotarus tetrarches nobis
An. U. C. 728. permittentibus tenuit. Ad extremum sub Octaviano Cæsare Augusto Galatia in for- B
mam provinciæ redacta est. Eam primus Lollius prætor administravit.

(a) Si ex eo numero quatuor provincias, quas in Britanniis transmarinis ponit, demas, supererunt quatuordecim. Quidam hanc divisionem ab Adriano, quidam à Constantino, quidam à Theodosio inductam volunt. Sed ultimos manifestè hallucinari ostendit Pagius ad an. 374. Num. 19. Theodosius enim anno 379. imperare cœpit, & jam initio imperii Valentiniani & Valentis hæc divisio vigebat. Rejicit etiam idem Pagius sententiam Petri de Marca, qui in Dissert. de Primatu Lugdun. Num. 62. verosimile esse existimat, introductam primò esse hanc divisionem in quibusdam provinciis ex mero Principum arbitrio ; deinde sub Adriano vel Antonino, qui disponendi Imperii curam singularem gessere, ad numerum quatuordecim provinciarum perductam esse. Ille itaque provinciarum Gallicarum numerus, ut notat Pagius, paulatim auctus est, & Valentiniani senioris tempore ad numerum illum perductus.

(b) Alpes Maritimas & Alpes Graias Italiæ attribuit Ptolemæus, qui sub Antonino Pio & Marco Aurelio florebat.

(c) Paulus Jurisconsultus, qui exeunte sæculo secundo vivebat, Viennam in Narbonensi provincia collocat, *l. ult. ff. de censibus* : circa illud tamen tempus Vienna à Narbonensi separata est, ut suprà vidimus in Vopisco pag. 541. in Notis.

(d) Hilarius in libro de synodis, quem an. 358. composuit, meminit Novempopulanæ, sed unius tantùm Aquitaniæ, licet duarum Belgicarum & duarum Lugdunensium mentionem faciat. Vide quæ suprà notavimus pag. 123.

(e) Lugdunensem provinciam jam in duas sectam esse Constantino Magno imperante, probavimus suprà pag. 122.

(f) Maximam Sequanorum jam à Belgica separatam esse tempore Diocletiani, nos docet Inscriptio à Grutero relata, & suprà pag. 166. C

(g) Tacitus lib. 1. Histor. dum narrat res sub Othone gestas, duarum Germaniarum meminit, quæ à Belgica avulsæ creduntur imperante Nerone. Belgicam in duas à Constantino Magno distractam putat Valesius.

EX SEXTO AURELIO VICTORE, DE GALLIS.

Edito Trajecti ad Rhenum in 8. 1696.

DE VIRIS ILLUSTRIBUS. D

Cap. 23. MOX cùm Galli Senones, relictis ob sterilitatem agris suis, Clusium Etruriæ opidum obsiderent, missi sunt Roma tres legati, qui Gallos monerent ut ab oppugnatione desisterent. Ex his unus contra jus gentium in aciem processit, & ducem Senonum interfecit. Quo commoti Galli, petitis in deditionem legatis, nec impetratis, Romam petierunt, & exercitum Romanum apud Aliam fluvium ceci-
An. U. C. 363. derunt, die XVI. Kal. Augusti : qui dies inter nefastos relatus, Aliensis dictus. Victores Galli Urbem intraverunt, ubi nobilissimos senum in curulibus & honorum insignibus, primò ut deos venerati, deinde ut homines despicati interfecere. Reliqua juventus cum Manlio in Capitolium fugit ; ubi obsessa Camilli virtute liberata est : qui absens Dictator dictus, collectis reliquis, Gallos improvisos internecione occidit. E

Cap. 24. [Manlius] capta Urbe auctor in Capitolium confugiendi fuit. Quadam nocte
Eod. anno. clangore anseris excitus, Gallos ascendentes dejecit. Patronus à civibus appellatus, & farre donatus est. Donum etiam in Capitolio publicè accepit. Qua superbia elatus, cùm à Senatu (a) suppressisse Gallicos thesauros argueretur, & addictos propria pecunia liberaret, regni affectati suspicione in carcerem conjectus, populi consensu liberatus est.

Cap. 27. [P. Decius] quarto Consulatu cum Fabio Maximo, cùm Galli, Samnites, Um-
An. U. C. 458. bri, Tusci contra Romanos conspirassent ; ibi exercitu in aciem ducto, & cornu inclinante, exemplum patris imitatus, advocato M. Livio Pontifice, hastæ insistens,

(a) Gruterus & Anna Fabra legendum putant : *Cum senatum suppressisse Gallicos thesauros argueret.* Ipse enim Manlius aurum Gallicum à patribus occultari jaciebat. Livius l. 6. cap. 14.

Digitized by Google

A & ſollemnia verba reſpondens, ſe & hoſtes dîs Manibus devovit. Impetu in hoſteis facto, victoriam ſuis reliquit.

Sulpicio Dictatore [T. Manlius Torquatus] tribunus militum Gallum provocatorem occidit: torquem ei detractum cervici ſuæ indidit. Cap. 28. An. U. C. 392.

Reliquias Senonum Camillus perſequebatur: adverſum ingentem Gallum provocatorem ſolus Valerius Tribunus militum, omnibus territis, proceſſit. Corvus ab ortu ſolis galeæ ejus inſedit, & inter pugnandum ora oculoſque Galli verberavit. Hoſte devicto, Valerius Corvinus dictus. Cap. 29. An. U. C. 404.

Quinctus Fabius Rullianus..... de Gallis, Umbris, Marſis atque Tuſcis triumphavit. Cap. 32. An. 458.

Marcus Marcellus Virdumarum Gallorum ducem ſingulari prælio fudit. Spolia opima Jovi Feretrio tertius à Romulo conſecravit. Cap. 45. An. 531.

Cnæus Manlius Vulſo Conſul, miſſus ad ordinandam Scipionis Aſiatici provin- Cap. 55.
B ciam, cupiditate triumphi bellum Piſidis & Gallogræcis, qui Antiocho adfuerant, intulit. His facilè victis, inter captivos uxor regis Orgiagontis Centurioni cuidam in cuſtodiam data: à quo vi ſtuprata, de injuria tacuit; & pòſt impetrata redemtione, marito adulterum interficiendum tradidit. An. U. C. 564.

[Caius Marius] in proximum annum Conſul ultrò factus, Teutones in Gallia apud Aquas Sextias, Cimbros in Italia in campo (a) Caudio vicit. Cap. 67. An. U. C. 651.

DE CÆSARIBUS.

Bonis auctoribus compreſſa per eum [Claudium] vitia, ac per Galliam Druidarum famoſæ ſuperſtitiones. Cap. 4. An. Chr. 43.

[Nerva] cùm extrema ætate apud Sequanos, quò tyranni defecit metu, impe- Cap. 12.
C rium arbitrio legionum cepiſſet..... menſe 16. ſemet eo abdicavit. An. Chr. 96.

[Septimius] Peſcennium Nigrum apud Cyzicenos, Clodium Albinum Lugduni victos coëgit mori: quorum prior Ægyptum dux obtinens, bellum moverat ſpe dominationis: alter Pertinacis auctor occidendi, cum eo metu in Britannos, quam provinciam à Commodo meruerat, tramittere nitebatur; in Gallia invaſerat imperium. Cap. 20. An. Chr. 198.

[Aurelius Alexander] in Galliam maturrimè contendit, quæ Germanorum direptionibus tentabatur. Ibi tumultuantes legionum pleraſque conſtantiſſimè abjecit; quod in præſens gloriæ, mox exitio datum. Cap. 24. An. Chr. 234.

Licinius Gallienus cum à Gallia Germanos ſtrenuè arceret, in Illyricum properans deſcendit.....ſecundis ſolutior, rem Romanam quaſi naufragio dedit cum Salonino filio cui honorem Cæſaris contulerat, adeo uti..... (b) Francorum Gentes, direpta Gallia, Hiſpaniam poſſiderent, vaſtato ac penè direpto Tarraconen- Cap. 33. An. Chr. 260. An. Chr. 265.
D ſium oppido; nactiſque in tempore navigiis, pars in uſque Africam permearet..... Primus omnium Poſtumus, qui fortè barbaris per Galliam præſidebat, imperium ereptum ierat, exploſaque Germanorum multitudine, Lolliani bello excipitur: quo non minùs feliciter fuſo, ſuorum tumultu periit, quòd flagitantibus Magun- An. Chr. 260. An. Chr. 269.
tiacorum direptiones, quia Lollianum juverant, abnuiſſet..... Victorinus deligitur belli ſcientia Poſtumo par..... accenſis furtim militibus per ſeditionem Agrippinæ occiditur..... Victoria, miſſo Victorino filio, legionibus grandi pecunia compro- An. Chr. 271.
bantibus, Tetricum Imperatorem facit; qui familia nobili, præſidatu Aquitanos tuebatur: filioque ejus Tetrico Cæſarea inſignia impartiuntur.

Germanis Gallia demotis, Tetrici, de quo ſuprà commemoravimus, cæſæ legiones, proditore ipſo duce. Cap. 35. An. Chr. 273.

[Probus] Galliam Pannoniaſque & Mœſorum colles vinetis replevit. Cap. 37. An. Chr. 281.

E [Carus] miſſo ad munimentum Galliæ majore filio, Numeriani comitatu in Meſopotamiam pergit. Cap. 38. An. Chr. 283.

Is finis Caro liberiſque; Narbone patria, imperium biennii fuere..... Cap. 39.

[Valerius Diocletianus] ubi comperit Carini diſceſſu, Helianum Amandumque per Galliam excita manu agreſtium ac latronum, quos (c) Bagaudas incolæ vocant, Eod. an. An. Chr. 285.

(a) Legendum, *campo Raudio.* Vide Velleium Paterculum lib. 2. cap. 12. & Florum lib. 3. cap. 3.

(b) Germanos vocat Eutropius: *Alemanni vaſtatis Galliis in Italiam irruperunt, Germani uſque in Hiſpaniam intraverunt.*

(c) Bagaudarum meminerunt Aurelius Victor de Cæſar. Zoſimus lib. 6. Eumenius in Paneg. Conſtantii Chlori. Hoc nomen Cangius in Gloſſario deducit à voce *Bagad*, quæ in Celtica lingua, turbam, cœtum, multitudinem congregatam incolarum ſignificat. Putat Abbas Dubos in Hiſtoria Critica Monarchiæ Francicæ lib. 2. cap. 2. hoc nomen primùm honorificum fuiſſe, Galloſque, qui ſub Diocletiano rebellarunt, illud tantùm ſibi indidiſſe ut ſignificarent ſe nonniſi pro patria arma ſumſiſſe: illud deinde odioſum & invidioſum evaſiſſe, datumque iis omnibus, qui ſub quocumque prætextu Romanorum jugum excutiebant, & Imperatoris imperium detrectabant.

Digitized by Google

populatis latè agris pleraſque urbium tentare, Maximianum ſtatim fidum amicitia, quamquam ſemiagreſtem, militiæ tamen, atque ingenio bonum, Imperatorem jubet. Huic poſtea cultu numinis, Herculei cognomentum acceſſit, uti Valerio Jovium..... Sed Herculius in Galliam profectus, fuſis hoſtibus aut acceptis, quieta omnia brevi
An. Chr. 286. patraverat. Quo bello (a) Corauſius, Menapiæ (b) civis, factis promptioribus enituit: eóque eum, ſimul quia gubernandi (quo officio adoleſcentiam mercede exercuerat) gnarus habebatur; parandæ claſſi, ac propulſandis Germanis maria infeſtantibus præfecere. Hoc elatior, cùm parum multos opprimeret, neque prædæ omnia in ærarium referret; Herculii metu, à quo ſe cædi juſſum compererat, Britanniam hauſto imperio capeſſivit.....

An. Chr. 292. Quaſi partito imperio, cuncta quæ trans Alpes Galliæ ſunt, Conſtantio commiſſa.

Cap. 40. An. Chr. 312. Is [Conſtantinus M.] ubi vaſtari Urbem atque Italiam comperit, pulſoſque ſeu redemtos exercitus & Imperatores duos, compoſita pace per Gallias, (c) Maxentium petit.

Cap. 42. An. Chr. 351. Sed jam anteà cùm externi motus ſuſpectarentur, Magnentius fratri Decentio Gallias; Conſtantius Gallo, cujus nomen ſuo mutaverat, orientem Cæſaribus commiſerant. Ipſi inter ſe acrioribus præliis per triennium congreſſi; ad extremum Conſtantius fugientes in Galliam perſequutus, variè ambos ſupplicio ſemet adegit in-
An. Chr. 353. terficere..... Quæ [Reſpublica] recens quieta à civili trepidatione, Silvano in imperium coacto, tentari rurſus occœperat. Is namque Silvanus in Gallia ortus barbaris (d) parentibus, ordine militiæ ſimul à Magnentio ad Conſtantium tranſgreſſu, pedeſtre [ad] Magiſterium adoleſcentior meruerat: è quo dum altiùs per metum
An. Chr. 355. ſeu dementiam conſcendiſſet, legionum à quîs præſidium ſperaverat tumultu, octavum circa ac viceſimum diem trucidatus (e) eſt. Qua cauſa ne quid apud Gallos natura præcipites novaretur, præſertim Germanis pleraque earum partium populantibus; Julianum Cæſarem cognatione acceptum ſibi, Tranſalpinis præfecit.

(a) In Epitome dicitur *Carauſio*; apud Eutropium *Carauſius*. Creditur idem eſſe quem Eumenius vocat *Bataviæ alumnum*.

(b) Menapiæ nomine aut Caſtellum Menapiorum, aut pagum Menapicum deſignari putat Hadr. Valeſius.

(c) Victoriam reportavit Conſtantinus de Maxentio, qui in Tiberim deturbatus eſt.

(d) Francis nimirum. Ammianus Marcellinus lib. 15. cap. 5. Silvanum à Francis eſſe oriundum dicit, imò patrem ejus fuiſſe Bonitum Francum.

(e) Hunc Agrippinæ interfectum narrat idem loco citato.

EX EPITOME (a) SEXTI AURELII VICTORIS,

DE GALLIS.

Edita Trajecti ad Rhenum in 8. *1696.*

DE VITA ET MORIBUS IMPERATORUM ROMANORUM.

Cap. 1. * An. U. C. 745. [AUGUSTUS] Cantabros & Aquitanos, Rhætos, Vindelicos, Delmatas numero provinciarum populi Romani conjunxit; Suevos Catoſque delevit, Sucambros * in Galliam tranſtulit.

Cap. 2. An. Chr. 26. Pannonia à Sarmatis, Gallia à finitimis gentibus direptæ ſunt.

Cap. 13. An. Chr. 98. [Trajanus] imperium apud Agrippinam nobilem Galliæ coloniam ſuſcepit.

Cap. 20. An. Chr. 198. Sub eo [Severo] etiam Albinus, qui in Gallia ſe Cæſarem fecerat, apud Lugdunum occiditur.

Cap. 21. An. Chr. 188. An. Chr. 212. Aurelius Antoninus Baſſianus Caracalla, Severi filius, Lugduni genitus, imperavit ſolus annos ſex. Hic Baſſianus ex avi materni nomine dictus eſt. At cùm è Gallia veſtem plurimam devexiſſet, talareſque Caracallas feciſſet..... de nomine hujuſce veſtis Caracalla cognominatus eſt.

Cap. 32. An. Chr. 260. An. Chr 262. His imperantibus [Gallieno & Valeriano] Regillianus in Mœſia, Caſſius Labienus Poſtumus in Gallia, Gallieni filio interfecto, Imperatores effecti ſunt. Pari modo Ælianus apud Moguntiacum, in Ægypto Æmilianus.....dominatum invaſere.

Cap. 35 An. Chr 274. [Aurelianus] Tetricum qui Imperator ab exercitu in Galliis effectus fuerat, correctorem Lucaniæ provexit, aſpergens hominem eleganti joco, *ſublimiùs habendum, regere aliquam Italiæ partem, quàm trans Alpes regnare.*

(a) De hujus Epitomes auctore diſputant Eruditi. Alii Victorem, alii Victorium, alii Victorinum illum appellant. Si Victor dicendus eſt, alius ſanè fuerit ab eo, ex quo modò Excerpta edidimus.

Digitized by Google

A [Probus] vineas Gallos & Pannonios habere permiſit. Cap. 37. An. Chr. 281.
Carus Narbonæ natus imperavit annos duos. Cap. 38.
Maximianus Herculius à Conſtantino apud Maſſiliam obſeſſus, deinde captus, An. Chr. 282.
pœnas mortis genere poſtremo, fractis laqueo (a) cervicibus, luit. Cap. 40.
[Conſtantinus Cæſarem dicit] Conſtantinum iiſdem diebus natum opido Are- Cap. 41.
latenſi..... Hi ſinguli has partes regendas habuerunt; Conſtantinus junior cuncta An. Chr. 317.
trans Alpes..... Conſtans fugere conatus apud Helenam oppidum Pyrenæo proxi- An. Chr. 338.
mum, à Gaiſone cum lectiſſimis miſſo interficitur anno 13. Auguſtæ dominationis. An. Chr. 350.
Magnentius quoque Decentium conſanguineum ſuum trans Alpes Cæſarem crea- Cap. 42.
vit..... Nec multò pòſt apud Lugdunum coanguſtatus, gladio occultè proviſo, An. Chr. 351.
ictum pulſu parietis juvans, transfoſſo latere; ut erat vaſti corporis, vulnere, nari- An. Chr. 353.
buſque & ore cruorem effundens; menſe imperii quadrageſimo ſecundo, ætatis
B anno propè quinquageſimo, exſpiravit. Ortus parentibus barbaris qui Galliam in-
habitant. Legendi ſtudio promptus, ſermonis acer, animi tumidi, & immodicè
timidus; artifex tamen ad occultandam audaciæ ſpecie formidinem.....
Iſte [Julianus] in campis Argentoratenſibus apud Gallias, cum paucis militibus, An. Chr. 357.
infinitas hoſtium copias delevit..... Hic à militibus Gallicanis Auguſtus pronunciatur. An. Chr. 360.
Hic [Gratianus] apud (b) Argentariam opidum Galliæ triginta Alamannorum Cap. 47.
millia in bello exſtinxit..... An. Chr. 377.
Eodem tempore cùm Maximus apud Britanniam tyrannidem arripuiſſet, & in An. Chr. 383.
Galliam tranſmiſiſſet, ab infenſis Gratiano legionibus exceptus, Gratianum fugavit;
nec mora exſtinxit. (c)
Maximum autem tyrannum, qui Gratianum interfecerat, & ſibi Gallias vindica- Cap. 48.
bat, apud Aquileiam exſtinxit [Theodoſius]..... An. Chr. 388.
C Hic etenim Eugenius confiſus viribus Arbogaſtis, poſtquàm apud Viennam Va- An. Chr. 392.
lentinianum exſtinxerat, regnum invaſit.

(a) Maximianus anno 308. rebellis, apud Maſſiliam obſidetur & capitur: ſed cùm iterum anno 410. Conſtantino ſtruxiſſet inſidias, data ei eligendi mortis generis poteſtate, laqueo ſe ſuſpendit.
(b) Ptolemæo *Argentuaria*, *Colmart* eſſe creditur.
(c) Prope Lugdunum.

EX HISTORIA EUNAPII SARDIANI.

Inter Excerpta de Legationibus, edita Pariſiis in fol. 1648.

Τοῦ Ιȣλιανȣ̃ ἐς τ πολεμίαν χωρȣ̃ντος, καὶ τ̃ Χαμάβων ἱκετευόντων φείδεσθαι καὶ ταύτης ὡς οἰκείας, ὁ Ιȣλιανὸς συνεχώρει, καὶ τ βασιλέα σφῶν προελθεῖν κελεύσας. ἐπειδὴ προῆλθε, καὶ ὅτι τ ὄχθης εἶδεν ἑστηκότα, ὅπλα βὰς πλοίȣ (τὸ πλοῖον δ' ἔχων τοξεύμασι) ἑρμηνέα ἔχων διελέγετο τοῖς βαρβάροις. ἐκείνων δ' πάντα ποιεῖν ὄντων ἑτοίμων, ὁρῶν εὐπρόσοπόν τε ἅμα καὶ ἀναγκαίαν αὐτῷ τ εἰρήνην (Χαμάβων γὰρ μὴ βȣλομένων, ἀδȣνάτον ὄντα τ Βρεττανικῆς νήσȣ στρατομαχίαν ὅτι τὰ Ρωμαϊκὰ φρούρια διαπέμποιτο) καμπόμενος ὑπὸ τ χρείας, χαρίζεται τ εἰρήνην, καὶ ὅμηρα ἤτει λαβεῖν πίστεως ἕνεκεν. τȣ̃ δ' ἱκανὰς εἶναι αἰχμαλώτȣς λεγόντων· ἐκείνȣς ἔφη τ πόλεμον αὐτῷ δεδωκέναι· καθ' ὁμολογίαν γὰρ μὴ λαβεῖν· νυνὶ δ' ζητεῖν παρ' (b) αὐτῷ τȣ̀ς ἀείστȣς, εἰ μὴ τιμωρίαν ὀφείλει τ εἰρήνην. τȣ̃ δ' ἱκετευόντων καὶ

(a) Gens erat Francica.

CUM Julianus in terram hoſtilem Pag. 15.
irrupiſſet, & (a) Chamavi ſuppli- An. Chr. 358.
D carent, ut ei tamquam ſuæ parcerent, aſſenſus eſt, & eorum Regem ad ſe venire juſſit. Ut venit, eumque ad ripam ſtantem vidit Imperator, de navi deſcendens (erat autem navis telis inſtructa) per interpretem cum barbaris loquutus eſt. Cùm illi parati eſſent imperata facere, ipſe verò videret pacem peropportunam ſibi eſſe & neceſſariam (Chamavis enim invitis impoſſibile eſt è Britannia inſula Romanorum præſidiis commeatus mittere)
E utilitate adductus, pacem indulſit, & fidei firmandæ gratiâ obſides petiit. Cùm dicerent idoneos eſſe eos, qui in bello capti erant, hos bellum ſibi tradidiſſe ait, ex fœdere enim ſe non ſumere, ſed tunc temporis eorum nobiliſſimos poſtulare, niſi quid doli pacis prætextu machinarentur. Cùm verò ſupplices orarent & obteſtarentur,

(b) Legendum αὐτῶν.

Digitized by Google

An.Chr. 358. ut palam faceret quos vellet, iterum cum his sermone congressus, ipsorum Regis filium petit, quem captivum habebat, se non habere fingens. Ad quæ Barbarorum Rex & Barbari ad pedes jacentes, fletu largo & ejulatu usi sunt, precantes ne quid eis imperaret quod præstare nequirent: nec enim se posse eos, qui periissent, in vitam revocare, nec eos qui mortui essent, obsides dare. Silentio facto, Barbarorum Rex voce, quam maxima potuit, exclamavit: « Utinam viveret » filius meus, ut tibi traditus obses, ô » Cæsar, feliciorem apud te servitutem serviret, quàm si regno meo potiretur. Sed sub te cecidit; quæ calamitas illi fortasse contigit, propterea quòd minimè notus fuit. Bello » enim corpus credidit juvenis, quem » tu solum idoneum pacis vadem censes: & tu nunc eum, ô Imperator, » tamquam is revera exstet, exposcis. » Ego verò lamentari incipio, qualem non habeam intelligens. Filium » enim unicum lugens, pacem communem cum filio perdidi. Si meas » miserias tantas esse, quantæ sunt, » credideris, consolationem habebit » dolor, quantam omnium hominum » miserrimus capere potest: sin fidem » abrogaris, & pater infelix & rex conspiciar. Nec enim aliis mea mala tantam commiserationem movebunt, » quanta omnibus debetur in tali dolore constitutis. Demantur publicæ » calamitates, & de aliis non conquerar, tametsi miser; sed quòd meas » miserias cum multis communicare » cogar, in hoc tantùm regia potestate fruens, quòd mihi soli non licet infelicem esse. » His auditis, Imperator, animo condoluit, & his quæ dicta erant, tenerè illacrymavit. Et quemadmodum in comœdiis, quando circa finem institutorum actuum res involutæ & perplexæ ad ambigua & explicatu difficilia vergunt, Deus qui vocatur, tamquam è machina introductus in medium trahitur, qui omnia perficit, & clariora atque explicatiora reddit: ita Julianus, cùm res difficiles & inextricabiles viderentur, inter fletus omnium, & pacem petentium, & postulatum obsidem se habere negantium; in medium adolescentem adductum, omnibus ostendit, regiè apud se educatum. Cúmque eum differere cum patre quæ volebat jussisset, ad ea quæ deinceps agenda erant advertit. Quæ

(a) Legendum ἰύπαθῶς.

A ἀξιώτων εἰπεῖν, ὃς βάλει), μεταλαβὼν αὖθις, ἃ δ' βασιλέως αὐτῷ αἰτεῖ) παῖδα, πλαστόμῳ ὃν εἶχεν αἰχμάλωτον, ὥσπερ οὐκ ἔχων. ἐνταῦθα ὅ τε βασιλεὺς αὐτῷ & οἱ βάρβαροι πρηνεῖς ἐκταθέντες, οἰμωγῇ τε ἀφθόνῳ & ὀλοφύρσει χρησάμενοι, δεόμενοι μηδὲν ἀδύνατον ἐπιτάξεσθαι· ἀδυνάτων γὰρ αὐτοῖς ἔσεσθαι καὶ τοὺς τεθνηκότας ἀναστῆσαι, & ὁμήρους δοῦναι τοὺς τετελευτηκότας. γενομένης δὲ σιωπῆς, ὁ τῶν βαρβάρων βασιλεὺς ἀναβοήσας μέγιστον ὅσον,

B » εἴθε ἔζη μοι, ἔφη, ὁ παῖς, ἵνα σοι δοθεὶς » ὅμηρος, ὦ Καῖσαρ, δουλείαν ηὐτύχει σὺ ἐμῆς » βασιλείας εὐδαιμονεστέραν. ἀλλ' ὑπό σου πέ» φυκεν, ἀτυχήσας ἴσως καὶ τὸ ἀγνοηθῆναι. » πολέμῳ γὰρ ὑπέστησε τὸ σῶμα νέος ὢν, ὃν σὺ » μόνον ἀνταξιον εἰρήνης ὑπολαμβάνεις· καὶ

» νῦν, ὦ βασιλεῦ, σὺ μὲ ἐξαιτεῖς ὡς ὄντα.

» ἐγὼ δ' ἄρχομαι θρηνεῖν, σωφρονῶν πάνα οὐκ

C » ἔχω. παῖδα γὰρ ὀδυρόμενος ἕνα, καὶ κοινὴν » εἰρήνην τῷ παιδὶ συναπολώλεκα. κἂν μὲ » πεύσῃ τοῖς ἐμοῖς ἀτυχήμασι, συμμισήσειν » ἕξει μοι τὸ πάθος, ὡς ὑπὲρ ἁπάντων ἠτυχη» κότα· ἂν δὲ ἀπιστήσῃς, καὶ πατὴρ ἀτυχὴς καὶ » βασιλεὺς ὀφθήσομαι. τοῖς γὰρ ἐμοῖς κακοῖς οὐκ » ἀκολουθήσῃ μὲ ὁ παρὰ τῶν ἄλλων ἔλεος, ὅσῳ » ἅπασιν ὀφείλεται τοῖς ἐν τούτοις καθεστηκόσι· » προσκείσονται δὲ αἱ κοιναὶ συμφοραὶ, καὶ δ' οὐ μι-

D » τήσομαι τοῖς ἄλλοις ἀτυχῶν· ἀλλὰ κοινωνεῖν » ἐμοὶ τῶν δεινῶν ἀναγκάσω, τοσοῦτον ἀπολαύων » τῆς βασιλικῆς ἐξουσίας, ὅσον ἀτυχεῖν μόνον μὴ » δύνασθαι». τούτων ἀκούων ὁ βασιλεὺς, τῷ τε ψυχῇ ἔπαθε, καὶ τοῖς λεγομένοις (a) ἀπαθῶς ἐξεδάκρυσε. & καθάπερ ἐν τοῖς δράμασιν, ὅταν εἰς ἄπορον καὶ δύσλυτον αἱ τῶν ὑποκειμένων ἔργων πλοκαὶ τελευτήσωσιν, ὁ καλούμενος ἀπὸ

E μηχανῆς Θεὸς ἐπεισόδιος εἰς μέσον ἕλκει), πάντα συμπεραίνων καὶ κατασφέρων ὅπῃ τὸ σαφέστερον & εὐκριβῶν· οὕτω & αὐτὸς ὅπῃ σοφίσμασιν ἀμηχάνοις & δυσεξόδοις, μετ' οἰμωγῆς ἁπάντων, & μὲ εἰρήνην αἰτούντων, & ὃ ὀπιζητούμενον ὅμηρον ἀπαρρησιάζοντων μὴ ἔχειν, τόν τε νεανίσκον ἀναγαγὼν, ἅπασιν ἔδειξε βασιλικῶς παρ' αὐτῷ διαιτώμενον· & διαλεχθῆναι τῷ πατρὶ κελεύσας ὅσα ἐβούλετο, ἐπεστρέψατο τὸ πραχθησόμενον.

A χθησόμενον. τὰ ᾗ ὅπι τύτοις ἴω ἄξια τύτων. A ſunt conſequuta, his conſentanea fue- An. Chr. 358.
οὐκ ἔτεκεν ὁ ἥλιος τοιαύτην ἡμέραν, οἵαν τότε runt. Non talem protulit ſol diem, qua-
ἐξίων τοῖς παρεῦσιν ὁρᾶν & ἰσορεῖν. οἱ μὲ γὰ ἀπὸ lem tunc videre & intueri his qui ade-
θορύβε & θριώων ἐκπλήξι καὶ θάμβει σωεδε- rant, licuit. Barbari enim à mœrore &
θέντες, ἐς τὸ ἀκίνητον ἐπάγησαν, ὥσπερ Ιυλια- lamentis, ſtupore & admiratione cor-
νοῦ προίζοντος αὐτοῖς ὐ τ νεανίσκον, ἀλλ' εἴ- repti, immobiles & fixi ſteterunt, ac
δωλον. ὁ ᾗ βασιλεὺς, ἐπεὶ ἡσυχία μυςηείων ſi Julianus illis exhibuiſſet non adole-
ἁπάντων ἐγήνετο σαθερωτέρα, βαρὺ φθεγξά- ſcentem, ſed adoleſcentis ſpectrum.
» μενος εἰς μέσον, « τῦτον, εἶπεν, ὁ μὲ ὑμέτε- At Imperator, ubi quies & ſilentium
» ρος, ὡς ὑμεῖς ὑπολαμβάνετε, πόλεμος ἀπο- à myſteriis fuit, graviter in medio lo-
» λώλεκε· Θεὸς ᾗ ἴσως καὶ τὸ Ρωμαίων δέδωκε quens; « Hunc quidem, inquit, ut
» φιλάνθρωπον. ἔξω ᾗ αὐτὸν ὅμηρον, ὐ παρ' » vos exiſtimatis, bellum perdiderat:
» ὑμῶν καθ' ὁμολογίαν, ἀλλὰ παρὰ τ πολέμυ B » ſed Deus fortaſſe & Romanorum be-
» λαβὼν, καὶ τὰ χρᾶσθαι ἀρκύμενος· & ὅτος » nignitas reſtituit. Habebo ego ipſum
» μὲ ὐδενὸς ἀσυχήσῃ τ καλλίτων, ἐμοὶ ξυνών. » obſidem: neque eum à vobis ex con-
» ὑμεῖς ᾗ πειθόμενοι φθάσαιμεν τὰς σωθή- » ventione accipio, ſed à bello ipſo,
» κας, ἀποτεύξεσθε πάντων. φημὶ ᾗ, οὐχ ὅτι » contentus viciſſe: & illum quidem
» κολάσομαι τ ὅμηρον, ὃν ὅτε ἐνέχυρον παρ' » ampliſſima quæque non deficient, dum
» ὑμῶν εἴληφα τ εἰρώνης, ἀλλ' ἀνδρείας ἀπό- » mea conſuetudine fruetur. Quòd ſi
» δειξιν καθ' ὑμῶν ἔχω. ὃ καὶ ἄλλως (a) ἄνισον » conabimini à conventionibus diſce-
» & θεομισὲς, τὺς ὐδὲν ἀδικῆνθας ὑπὲρ τ ἀδι- C » dere, omnium jacturam facietis. Hoc
» κέντων δάκνειν & σπαράτθειν, ὥσπερ τὰ θη- » dico, non quòd ſæviam in obſidem,
» εία τὺς ἀπαντῶντας, ὅταν ὑφ' ἑτέρων διώ- » quem non tamquam pignus pacis à
» κη). ἀλλ' ὅτι πρῶτον μὲ ἤρξασθε χειρῶν ἀδί- » vobis accepi, ſed velut meæ virtutis
» κων, ὃ μείζων ὄλεθρος οὐκ ἔτιν ἀνθρώποις, » exemplar contra vos habeo. Eſt enim
» κὰν δοκῶσι πρὸς τὸ βραχὺ καὶ παρὸν ὠφελεῖ- » impium & Deo minimè gratum, in-
» σθαι· δεύτερον ᾗ ὅτι πρὸς Ρωμαίυς ὑμῖν ὁ » noxios pro noxiis morſu appetere &
» λόγος ἐτὶ, κἀμὲ τ ἀρχοντα τύτων, ὃν ὅτε D » laniare, ut feræ beſtiæ quoſlibet ob-
» πολεμῦντες, ὅτε εἰρώνην αἰτῦντες ἐνικήσα- » vios, non eos qui has perſequuntur.
» τε ». πρωσκύνησαν δὴ τύτοις ἅπαντες, & » Sed primùm quia priores laceſſiviſtis,
ἀνευφήμυν, Θεόν τινα δὴ τοῖς λόγοις ἡγύμε- » qua re nulla eſt capitalior pernicies
νοι. ἀνεισάμενος γῆν, & τ ὕ Νεβισγάςυ μη- » hominibus, etiamſi videantur ad bre-
τέρα μόνον αἰτήσας, ἐκείνων ὁμολογύντων τε » ve tempus, & quantùm ad præſens
ἅμα καὶ δόντων, ἀνέζευξεν δὴ τοιαύταις πρά- » attinet, ad optata pervenire: deinde
ξεσι, μεσοπώρυ τε ἐσπέρᾳ, καὶ χειμῶνος ἤδη » quia vobis res eſt cum Romanis &
συνισαμένυ & δεδυχότος. » mecum qui ſum eorum Imperator,
» quem neque bellum gerentes, neque
» pacem poſtulantes, unquam ſupera-
» viſtis. » Procubuerunt his dictis om-
nes, & Deum aliquem eſſe qui loque-
retur exiſtimantes, illi fauſta omnia pre-
cati ſunt. Pacem igitur fecit, & ſolam
Nebiſgaſti matrem petiit, quam Barbari
fœdus approbantes ſtatim dederunt. His
confectis, autumno ad finem vergente,
& hieme ineunte (jam enim frigebat)
profectus eſt.

(a) Fortè, ἀνόσιον.

EX EUTROPII HISTORIA ROMANA, DE GALLIS.

E *Edit. Lugduni in 16°. 1552.*

EX LIBRO I.

STATIM Galli Senones ad Urbem venerunt, & victos Romanos undecimo mil- Pag. 491.
liario à Roma apud flumen Aliam ſecuti, etiam Urbem occupaverunt: neque An. U. C.
defendi quicquam niſi Capitolium potuit. Quod quum diu obſediſſent, & jam Ro- 363.
mani fame laborarent, à Camillo, qui in vicina civitate exſulabat, Gallis ſuperven-
tum eſt, graviſſiméque victi ſunt. Poſteà tamen, accepto etiam auro, ne Capitolium

Digitized by Google

obsiderent, recesserunt: sed secutos eos Camillus ita cecîdit, ut & aurum, quod A his datum fuerat, & omnia quæ ceperant militaria signa revocaret.

EX LIBRO II.

Pag. 493. An. U. C. 392. An. 395.

TITUS Quintius Dictator adversùs Gallos, qui in Italiam venerant, missus est. Hi ab Urbe quarto milliario trans Anienem fluvium consederant. Nobilissimus è senatoribus Titus Manlius provocantem Gallum ad singulare certamen congressus occîdit: & sublato torque aureo, colloque suo imposito, in perpetuum Torquati sibi & posteris cognomen accepit. Galli fugati sunt, mox per Caium Sulpitium Dictatorem etiam victi.

Pag. 494. An. U. C. 404.

Quidam ex Gallis unum è Romanis, qui esset optimus, provocavit. Tum se Marcus Valerius tribunus militum obtulit: & quum processisset armatus, corvus ei B supra dextrum brachium sedit. Mox commissa adversùs Gallum pugna, idem corvus alis & unguibus Galli oculos verberavit, ne rectum posset aspicere. Ita à tribuno Valerio interfectus, non solùm victoriam ei, sed etiam nomen dedit.

Pag. 496. An. U. C. 470.

Interjectis aliquot annis, iterum se Gallorum copiæ contra Romanos Tuscis Samnitibusque junxerunt: sed quum Romam tenderent, à P. Cornelio Dolabella Consule deletæ sunt.

Pag. 499. An. U. C. 485.

Conditæ à Romanis civitates, Ariminum in Gallia, & Beneventum in Samnio.

EX LIBRO III.

Pag. 506. An. U. C. 528. An. U. C. 531.

LUCIO Æmilio Consule ingentes Gallorum copiæ Alpes transierunt: sed pro Romanis tota Italia consensit; traditumque est Fabio historico, qui ei bello inter- C fuit, DCCC millia hominum parata ad id bellum fuisse: sed res per Consules tum prosperè gesta est. XL millia hostium interfecta sunt: & triumphus Æmilio decretus. Aliquot deinde annis pòst, contra Gallos intra Italiam pugnatum est. Finito bello, Marco Claudio Marcello, Cnæo Cornelio Scipione Consulibus, tum Marcellus cum parva manu equitum dimicavit, & regem Gallorum, Viridomarum nomine, manu sua occîdit. Posteà cum collega suo ingentes copias Gallorum peremit, Mediolanum expugnavit, grandem prædam Romam pertulit, ac triumphans Marcellus spolia Gallorum stipiti imposita humeris suis vexit.

Pag. 507. An. U. C. 535.

Multi Ligures & Galli Hannibali se conjunxerunt.

EX LIBRO IV.

D

Pag. 524. An. U. C. 631.

ANNO DCXXVII. ab Urbe condita, Caius Cassius (a) Longinus & Sextus Domitius Calvinus Consules Gallis Transalpinis bellum intulerunt, & Arvernorum nobilissimæ tum civitati, atque eorum duci Bituito; infinitamque multitudinem juxta Rhodanum fluvium interfecerunt. Præda ex torquibus Gallorum Romam perlata est. Bituitus se Domitio (b) dedidit, atque ab eo Romam deductus est, magnaque gloria Consules ambo triumphaverunt.

An. U. C. 635.

Marco Porcio Catone & Quinto Marcio Rege Consulibus, DCXXX. anno & tertio ab Urbe condita, Narbona in Gallia colonia deducta est.....

An. U. C. 639.

Ab Urbe condita anno DCXXXV. Caius Çato Consul Scordiscis bellum intulit, ignominioséque pugnavit.

Pag. 525. An. U. C. 643.

A Minutio Rufo in Macedonia Scordisci..... subacti sunt.

E

EX LIBRO V.

Pag. 526. An. U. C. 648.

DUM bellum in Numidia contra Jugurtham geritur, Romani Consules Marcus Manilius & Quintus Cæpio à Cimbris & Teutonibus & Tigurinis & Ambronibus, quæ erant Germanorum & Gallorum gentes, victi sunt juxta flumen Rhodanum: & ingenti internecione attriti, etiam castra sua & magnam partem exercitûs perdiderunt. Timor Romæ grandis fuit, quantùm vix Hannibalis tempore Punicis bellis, ne iterum Galli Romam venirent.

(a) In hoc errat Eutropius, quòd Sextium Calvinum cum Domitio confundit. Præterea nihil Cassio Longino cum hoc bello commune.

(b) Scribit etiam Valerius Maximus l. 9. Bituitum à Domitio captum, Romamque deportatum. Apud Strabonem tamen l. 4. & in Epitoma 61. Livii dicitur Bituitus cum Q. Fabio Domitii successore pugnasse.

Digitized by Google

A Eo tempore Sylla etiam Dardanos, Scordiſcos, Dalmatas & Mœſos partim vicit, alios in fidem accepit. Pag. 529. An. U. C. 668.

EX LIBRO VI.

[POMPEIUS] Armeniam minorem Dejotaro Galatiæ regi donavit, quia ſocius belli Mithridatici fuerat. Pag. 538. An. U. C. 690.

Anno Urbis conditæ DCXCIII. Caius Julius Cæſar, qui poſteà imperavit, cum L. Bibulo Conſul eſt factus. Decreta eſt ei Gallia & Illyricum cum legionibus decem. Is primò vicit Helvetios, qui nunc Sequani appellantur: deinde vincendo per bella graviſſima uſque ad Oceanum Britannicum acceſſit. Domuit autem annis ferè novem omnem Galliam, quæ inter Alpes, flumen Rhodanum, Rhenum B & Oceanum eſt, & circuitu patet ad bis tricies centena millia paſſuum. Britannis mox bellum intulit, quibus ante eum ne nomen quidem Romanorum cognitum erat, & eos quoque victos, obſidibus acceptis, ſtipendiarios fecit. Galliæ autem tributi nomine annuum imperavit ſeſtertium (a) quadringenties: Germanoſque trans Rhenum aggreſſus, immaniſſimis præliis vicit. Inter tot ſucceſſus ter malè pugnavit: apud Arvernos ſemel præſens, & abſens in Germania bis. Nam legati ejus duo, Titurius & Arunculeius per inſidias cæſi ſunt. Pag. 539. An. U. C. 694. An. U. C. 695. An. U. C. 698. An. U. C. 699.

EX LIBRO VII.

[AUGUSTUS] Romano adjecit imperio..... Aquitaniam, Illyricum, Rhetiam, Vindelicos, & Salaſſos in Alpibus..... Quatuor millia captivorum ex Ger- C mania tranſtulit, & ſupra ripam Rheni in Gallia collocavit..... Galatia quoque ſub hoc provincia facta eſt, quum anteà regnum fuiſſet: primuſque eam M. Lollius pro Prætore adminiſtravit. Pag. 547. An. U. C. 726. An. 742. An. U. C. 728.

[Druſus] apud Magonciam cum filio monumentum habet. Pag. 549.

[Galba] ab Hiſpanis & Gallis Imperator electus, mox ab univerſo exercitu libenter acceptus eſt. Pag. 551. An. Chr. 68.

EX LIBRO VIII.

[TRAJANUS] Imperator apud Agrippinam in Galliis factus eſt. Pag. 557. An. Chr. 98.

Sub eo [Septimo Severo] etiam Clodius Albinus, qui in occidendo Pertinace ſocius fuerat Juliano, Cæſarem ſe in Gallia fecit: victuſque apud Lugdunum, eſt interfectus. Pag. 565. An. Chr. 198.

D [Aurelius Alexander] periit in Gallia militari tumultu. Pag. 567. An. Chr. 235.

EX LIBRO IX.

[DECIUS] bellum civile, quod in Gallia motum fuerat, oppreſſit. Pag. 569. An. Chr. 250.

[Gallienus] juvenis in Gallia & Illyrico multa ſtrenuè fecit..... Alemanni vaſtatis Galliis in Italiam penetraverunt..... Pag. 570.

Poſthumus in Gallia obſcuriſſimè natus purpuram ſumſit, & per annos decem ita imperavit, ut conſumtas penè provincias ingenti virtute & moderatione reparaverit, qui ſeditione militum interfectus eſt, quòd Mogunciacum, quæ adversùm eum rebellaverat, Lolliano res novas moliente, diripiendam militibus tradere noluiſſet. Poſt eum Marius viliſſimus opifex purpuram ſumſit, & ſecundo die interfectus eſt. An. Chr. 260. An. Chr. 269.

E Victorinus poſteà Galliarum accepit imperium, vir ſtrenuiſſimus: ſed quum nimiæ libidinis eſſet, & matrimonia aliena corrumperet, Agrippinæ occiſus eſt, actuario quodam machinante dolum, imperii ſui anno ſecundo. Huic ſucceſſit Tetricus ſenator, qui Aquitaniam honore præſidis adminiſtrans, abſens à militibus Imperator electus eſt, & apud Burdegalam purpuram ſumſit, ſeditiones multas militum pertulit. An. Chr. 271.

[Aurelianus] ſuperavit in Gallia Tetricum. Qui à militibus Imperator electus apud Catalaunios, ipſo Tetrico prodente exercitum ſuum, cujus aſſiduas ſeditiones ferre non poterat. Pag. 572. An. Chr. 273.

[Probus] Gallias à barbaris occupatas ingenti præliorum felicitate reſtituit. Quoſdam imperium uſurpare conatos, ſcilicet Saturnum in Oriente, Proculum & Pag. 574. An. Chr. 277. An. Chr. 280.

(a) Hæc ſumma conficiebat centies centum millia librarum noſtrarum.

Digitized by Google

An. Chr. 281. Bonoſum Agrippinæ, certaminibus oppreſſit : vineas Gallos & Pannonios habere A
An. Chr. 282. permiſit..... Poſt hunc Carus eſt factus Auguſtus, Narbonæ natus in Gallia.

Pag. 576. [Diocletianus] quum tumultus ruſticani in Gallia concitaſſent, & factioni ſuæ
An. Chr. 285. Bagaudarum (a) nomen imponerent, duces autem haberent Amandum & Ælianum, ad ſubigendos eos Maximianum Herculeum Cæſarem miſit, qui levibus præliis agreſtes domuit, & partem Galliæ reformavit.

An. Chr. 286 Poſt hæc tempora etiam Carauſius, qui viliſſimè natus, in ſtrenuo militiæ ordine famam egregiam fuerat conſequutus, quum apud Bononiam per tractum (b) Belgicæ & Armoricæ pacandum mare accepiſſet, quod Franci & Saxones infeſtabant, multis barbaris ſæpè captis, nec præda integra, aut provincialibus reddita, aut Imperatoribus miſſa, quum ſuſpicio eſſe cœpiſſet, conſultò ab eo admitti barbaros, ut tranſeuntes cum præda exciperet, atque hac ſe occaſione ditaret; à Maximiano juſſus occidi, purpuram ſumſit, & Britannias occupavit..... Cum Carauſio tamen, B
An. Chr. 289. quum bella fruſtrà tentata eſſent contra virum rei militaris peritiſſimum, ad poſtre-
An. Chr. 293. mum pax convenit. Eum poſt ſeptennium Allectus ſocius ejus occîdit, atque ipſe poſt eum Britannias triennio tenuit.....

An. Chr. 297. Per idem tempus à Conſtantio Cæſare in Gallia pugnatum eſt circa Lingonas. Die una adverſam & ſecundam fortunam expertus eſt. Nam quum repentè barbaris ingruentibus intra civitatem eſſet coactus, tam præcipiti neceſſitate, ut clauſis portis per murum funibus tolleretur, vix quinque horis mediis, adventante exercitu, ſexaginta ferè millia Alemannorum cecîdit.

EX LIBRO X.

Pag. 581. [CONSTANTIUS amicis] non modò amabilis, ſed etiam venerabilis Gallis C fuit; præcipuè quòd Diocletiani ſuſpectam prudentiam, & Maximiani ſanguinariam temeritatem imperio ejus evaſerant.

Pag. 582. [Maximianus] inde ad Gallias profectus eſt; dolo compoſito, tamquam à filio
An. Chr. 310. eſſet expulſus, ut Conſtantino genero jungeretur : moliens tamen Conſtantinum reperta occaſione interficere, qui in Galliis & militum & provincialium ingenti jam favore regnabat, cæſis Francis atque Alemannis, captiſque eorum regibus : quos etiam beſtiis, quum magnificum ſpectaculum muneris paraſſet, objecit. Detectis igitur inſidiis per Fauſtam filiam, quæ dolum viro nunciaverat, profugit Herculeus Maſſiliam, ibique oppreſſus (ex ea etenim navigare ad filium præparabat) pœnas dedit juſtiſſimo exitu.

Pag. 586. [Conſtans] factione Magnentii occiſus eſt. Obiit haud longè ab Hiſpaniis in
An. Chr. 350. Caſtro, cui Helenæ (c) nomen eſt..... Poſt Conſtantis necem, Magnentio Italiam, D Africam, Gallias obtinente, etiam Illyricum res novas habuit..... Magnentiuſ-
An. Chr. 353. que diverſis præliis victus, vim vitæ ſuæ apud Lugdunum attulit, imperii anno tertio, menſe ſeptimo; frater quoque ejus Senonis, quem ad tuendas Gallias Cæſarem miſe-
An. Chr. 355. rat.... Silvanus quoque in Gallia res novas molitus, ante diem trigeſimum exſtinctus eſt. Mox [Conſtantius] Julianum Cæſarem ad Gallias miſit, patruelem ſuum, Galli fratrem; tradita ei in matrimonium ſorore. Quum multa oppida Barbari expugnaſſent, alia obſiderent, ubique fœda vaſtitas eſſet, Romanumque imperium dubia
An. Chr. 357. jam calamitate nutaret; ab hoc modicis copiis apud Argentoratum (d) Galliæ urbem
*Chonodomarus. ingentes Alemannorum copiæ exſtinctæ ſunt: rex * nobiliſſimus captus: Galliæ reſtitutæ. Multa poſteà per eumdem Julianum egregia adversùm Barbaros geſta ſunt; ſubmotique ultra Rhenum Germani; & finibus ſuis Romanum imperium reſtitutum. Neque multò pòſt, quum Germanici jam exercitus à Galliarum præſidio tollerenE
An. Chr. 360. tur, conſenſu militum Julianus factus Auguſtus eſt.

(a) Vide quæ de Bagaudis notavimus ſuprà pag. 565.

(a) In Notitia Imperii : *Extenditur Tractus Armoricani & Nervicani limitis per Provincias quinque; per Aquitaniam primam & ſecundam, Senoniam, Lugdunenſem tertiam & ſecundam.*

(c) Helena, vulgò *Elne*, oppidum eſt Pyrenæo proximum, ſitum ad rivum aut amniculum, qui in mare effluit. Cellarius exiſtimat hoc Helenenſe caſtrum à Conſtantino Magno conditum fuiſſe in loco, ubi quondam erat Illiberis oppidum. Vide quæ ſuprà notavimus, pag. 50.

(d) *Argentoratum* Ptolemæus in Germania ſuperiore ponit, ac Vangionibus adſcribit. Quia in via militari poſitum erat, dictum eſt *Strateburgum*: nam Germanis *Straſſe* & veteri dialecto *Strate* via eſt, & Latinis *Strata*. Germanis hodie vocatur *Strasburg*, nobis *Strasbourg*.

Digitized by Google

A

EX SULPICIO SEVERO, DE GALLIS.

Edito Lugduni Batav. in 8. an. 1654.

EX LIBRO II. HISTORIÆ SACRÆ.

SUB Aurelio deinde Antonini filio perſecutio quinta agitata; ac tum primùm intra Gallias martyria viſa, ſeriùs trans Alpes Dei religione ſuſcepta. Cap. 46. An. Chr. 177.

A noſtris tum apud Arelatum ac (a) Buteras, oppida Galliarum, Epiſcoporum concilia fuere..... Cap. 54. An. Chr. 353.

B Liberius quoque urbis Romæ, & Hilarius Pictavorum Epiſcopus dantur exſilio. An. Chr. 356.

Omnibus annonas & cellaria dare Imperator [Conſtantius] præceperat: ſed id noſtris, id eſt (b) Aquitanis, Gallis ac Britannis indecens viſum: repudiatis fiſcalibus, propriis ſumptibus vivere maluerunt. Cap. 56.

Conſtantiſſimus inter eos habebatur noſter (c) Fœgadius, & Servatio Tungrorum Epiſcopus. Cap. 58.

[Hilarius] redire ad Gallias jubetur, abſque exſilii indulgentia..... Cap. 59. An. Chr. 360.

Reſiſtebat ſanis conſiliis (d) Saturninus Arelatenſium Epiſcopus, vir ſanè peſſimus, & ingenio malo pravoque. Verùm etiam præter hæreſis infamiam multis atque infandis criminibus convictus, Eccleſia ejectus eſt. Ita partium vires, amiſſo duce, infractæ. Paternus etiam à Petrocoris æquè vecors, nec detrectans perfidiam profiteri, ſacerdotio pulſus: ceteris venia data. Illud apud omnes conſtitit, unius Eod. an.

C Hilarii beneficio Gallias noſtras piaculo hæreſis liberatas..... Hilarius ſexto anno, poſtquàm redierat, in patria obiit. An. Chr 367.

Inſtantius, Salvianus & Priſcillianus Romam profecti, ut apud Damaſum Urbis ea tempeſtate Epiſcopum objecta purgarent. Sed iter eis præter interiorem Aquitaniam fuit: ubi tum ab imperitis magnificè ſuſcepti, ſparſere perfidiæ ſemina, maximéque Eluſanam plebem, ſanè tum bonam & religioni ſtudentem, pravis prædicationibus pervertêre. A Burdigala per Delphinum repulſi, tamen in agro Euchrociæ aliquantiſper morati, infecere nonnullos ſuis erroribus. Inde iter cœptum ingreſſi, turpi ſanè pudibundoque comitatu, cum uxoribus atque alienis etiam feminis, in quîs erat Euchrocia ac filia ejus Procula: de qua fuit in ſermone hominum, Priſcilliani ſtupro gravidam partum ſibi graminibus abegiſſe..... Cap. 61. An. Chr. 381.

[Ithacius] trepidus profugit ad Gallias: ibi Gregorium Præfectum * adiit. Qui An. Chr. 382. * Galliarum.

D compertis quæ geſta erant, rapi ad ſe turbarum auctores jubet, atque de omnibus ad Imperatorem refert, ut hæreticis viam ambiendi præcluderet. Sed id fruſtrà fuit: quia per libidinem & potentiam paucorum cuncta ibi venalia erant. Igitur hæretici ſuis artibus, grandi pecunia Macedonio data, obtinent ut Imperiali auctoritate Præfecto erepta cognitio, Hiſpaniarum Vicario [traderetur:] nam jam Proconſulem habere deſierant. Miſſique à * Magiſtro officiales, qui Ithacium tum in Treveris *Macedonio.
agentem ad Hiſpanias retraherent. Quos ille callidè fruſtratur, ac poſteà per Pritannium Epiſcopum defenſus illuſit. Jam rumor inceſſerat Clementem Maximum intra Britannias ſumpſiſſe imperium, ac brevi in Gallias erupturum. Ita tum Ithacius ſtatuit, An. Chr 383.
licèt rebus dubiis, novi Imperatoris adventum exſpectare: interim ſibi nihil agitandum. Igitur ubi Maximus oppidum Treverorum victor ingreſſus eſt, ingerit preces ple- An. Chr 384.
nas in Priſcillianum ac ſocios ejus invidiæ atque criminum. Quibus permotus Im-

E perator, datis ad Præfectum Galliarum atque Vicarium Hiſpaniarum literis, omnes omnino quos labes illa involverat, deduci ad Synodum Burdegalenſem jubet.

Namque tum Martinus apud Treveros conſtitutus, non deſinebat increpare Ithacium, ut ab accuſatione deſiſteret: Maximum orare, ut ſanguine infelicium abſtineret: ſatis ſuperque ſufficere, ut Epiſcopali ſententia hæretici judicati, Eccleſiis pellerentur: novum eſſe & inauditum nefas, ut cauſam Eccleſiæ judex ſæculi Cap. 64. Eod. an.

(a) Sigonius habet *Bitterras*. Hoc Bitterrenſe Concilium cum Arelatenſi conjungit Severus. Illud tamen creditur eſſe, in quo Hilarius in exſilium actus eſt anno 356.

(b) Jam ſuprà monuimus ſæpe Aquitaniam à ceteris Galliarum partibus diſtingui. Porro Aquitaniæ nomine comprehendebantur Aquitania, Novempopulania, Narbonenſis, Viennenſis & Alpes Maritimæ, quæ *quinque provinciæ* dicebantur.

(c) Legendum *Phœbadius*, qui Epiſcopus erat Aginni Nitiobrigum.

(d) De eo ſuprà dixerat Severus cap. 55. *Gallias noſtras Saturninus homo impotens & factioſus premebat.*

Digitized by Google

judicaret. Denique quoadusque Martinus Treveris fuit, dilata cognitio est, & mox A discessurus, egregia auctoritate à Maximo elicuit sponsionem, nihil cruentum in reos constituendum. Sed postea Imperator per Magnum & Rufum Episcopos depravatus, & à mitioribus consiliis deflexus, causam Præfecto * Evodio (a) commisit, viro acri & severo: qui Priscillianum gemino judicio auditum, convictumque maleficii, nec diffitentem obscœnis se studuisse doctrinis..... nocentem pronunciavit, redegitque in custodiam, donec ad Principem referret. Gestis ad palatium delatis, censuit Imperator Priscillianum sociosque ejus capite damnari oportere.

* Galliarum.

EX EJUSDEM LIBRO DE VITA S. MARTINI.

Cap. 3. An. Chr. 355. IRRUENTIBUS intra Gallias barbaris, Julianus Cæsar, coacto in unum exercitu apud Vangionum civitatem, donativum cœpit erogare militibus, ut est consuetudinis. B

Cap. 5. An. Chr. 360. Quum jam Hilarius præteriisset, ita eum est vestigiis prosequutus [Martinus:] quumque ab eo gratissimè fuisset susceptus, haud longè sibi ab oppido (b) Monasterium collocavit.

Cap. 7. An. Chr. 372. Sub idem ferè tempus [Martinus] ad Episcopatum Turonicæ Ecclesiæ petebatur: sed quum erui à Monasterio suo facilè non posset, Ruricius quidam, unus è civibus, uxoris langore simulato, ad genua illius provolutus, ut egrederetur obtinuit. Ita dispositis jam in itinere civium turbis, sub quadam custodia ad civitatem usque deducitur. Mirum in modum incredibilis multitudo non solùm ex illo oppido, sed etiàm ex vicinis urbibus ad suffragia ferenda convenerat. Una omnium voluntas, eadem vota, eademque sententia, Martinum episcopatu esse dignissimum, felicem fore tali Ecclesiam sacerdote..... Quum inquietudinem frequentantium ferre non posset, duobus ferè extra civitatem millibus (c) Monasterium sibi statuit. Qui locus tam secretus & remotus erat, ut eremi solitudinem non desideraret. Ex uno enim latere præcisa montis excelsa rupe ambiebatur: reliquam planiciem Liger fluvius reducto paullulùm sinu clauserat: una tantùm eademque arcta admodùm via adiri poterat: ipse ex lignis contextam cellulam habebat. Multi quidem è fratribus in eumdem modum, plerique saxo superjecti montis cavato, receptacula sibi fecerant. Discipuli verò octoginta erant, qui ad exemplum beati Magistri instituebantur..... Ars ibi, exceptis scriptoribus, nulla habebatur: cui tamen operi minor ætas deputabatur. C

Cap. 9. [Erat] hæc Gallorum rusticis consuetudo, simulacra dæmonum candido tecta velamine miserâ per agros suos circumferre dementiâ.

Cap. 12. In vico autem cui (d) Leprosum nomen est, quum idem templum opulentissimum superstitione religionis voluisset evertere, restitit ei multitudo Gentilium, D adeò ut non absque injuria sit repulsus.

EX EJUSDEM EPISTOLA III.

CAUSSA exstitit, qua (e) Condatensem diœcesim visitaret [Martinus].

EX EJUSDEM DIALOGO I.

Cap. 4. EDACITAS in Græcis gula est, in Gallis natura.

Cap. 17. Memini Vincentium (f) Præfectum, virum egregium, & quo nullus sit intra Gallias omni virtutum genere præstantior, dum Turonos præteriret, à Martino sæpius popposcisse, ut ei convivium in suo Monasterio daret. E

Cap. 20. Dum cogito me hominem (g) Gallum inter Aquitanos verba facturum, vereor

(a) Evodius Consul fuit anno 386. hocque anno Præfecturam Prætorianam Galliarum continuavit. De eo honorificè loquitur idem Severus in Vita S. Martini, describens convivium quo Beatus Martinus exceptus est à Maximo Imperatore: *Convivio*, inquit, *aderant veluti ad diem festum evocati summi atque illustres viri, Præfectus, idemque Consul Evodius, vir quo nihil unquam justius fuit.*

(b) *Locociagense monasterium* vocat Gregorius Turonensis, vulgò *Ligugé*.

(c) *Majus Monasterium* nunc vocatur, quod eorum quæ sunt in Gallia antiquissimum putatur.

(d) Vulgò vocatur *le Loroux*, Hadr. Valesio teste, estque proximus Montalomago & Dolis vicus, positusque ad Scandonem, *l'Eschandon*, qui effluit in Angerem, *l'Indre*.

(e) Condate, vulgò *Cande*, vicus est morte Martini celebris, positus ferè ad Vingennæ & Ligeris confluentes in Turonum finibus, proximus Monti Sorelli.

(f) Exstant plures Constitutiones ad Vincentium Præfectum Prætorio Galliarum, annis 397. 398. 399. & 400. datæ, quas infrà recitabimus. Consul fuit anno 401.

(g) Hic etiam Gallus ab Aquitanis distinguitur.

Digitized by Google

A ne offendat veſtras nimiùm urbanas aures ſermo ruſticior..... vel (a) Celticè, aut ſi mavis, Gallicè loquere, dummodò jam Martinum loquaris..... Neque Monachum tam aſtutum, neque Gallum decet eſſe tam callidum.

EX DIALOGO II.

SEDEBAT autem Martinus in ſellula ruſticana, ut eſt in uſibus ſervulorum, quas nos ruſtici Galli tripetias, vos Scholaſtici, aut certè tu qui de Græcia venis, tripodas nuncupatis. Cap. 1.

Conſumit Gallicas mularum pœna (b) maſtigias. Cap. 4.

Fuerat cauſſa neſcio quæ, quâ (c) Carnotum oppidum petebamus. Interea dum vicum quemdam habitantium multitudine frequentiſſimum præterimus, obviam no- Cap. 5.
B bis immanis turba proceſſit, quæ erat tota gentilium. Nam nemo in illo vico noverat Chriſtum.

(d) Claudiomachus vicus eſt in confinio Biturigum atque Turonorum. Eccleſia ibi eſt celebris religione ſanctorum, nec minùs glorioſa ſacrarum virginum multitudo. Cap. 8.

Apud Nemauſum Epiſcoporum Synodus habebatur. Cap. 15. An. Chr. 393.

EX DIALOGO III.

AVITIANI quondam Comitis noveratis barbaram nimis & ultra omnes cruentam feritatem. Hic rabido ſpiritu ingreſſus Turonorum civitatem, ſequentibus cum miſerabili facie ordinibus catenatis, diverſa perdendis parari jubet genera pœnarum, diſponens poſtera die attonita civitate ad opus tam triſte procedere. Cap. 5.

C In vico autem (e) Ambatienſi, id eſt Caſtello illo veteri, quod nunc frequens habitatur à fratribus, idolum noveratis grandi opere conſtructum. Politiſſimis ſaxis moles turrita ſurrexerat, quæ in conum ſublime procedens, ſuperſtitionem loci operis dignitate ſervabat. Cap. 9.

Congregati apud Treveros Epiſcopi tenebantur, qui quotidie communicantes Ithacio, communem ſibi cauſſam fecerant..... Cap. 15. An. Chr. 386.

Haud longè à vico, cui nomen eſt (f) Andethanna, qua vaſtas ſolitudines ſilvarum ſecreta patiuntur, prægreſſis paullulùm comitibus, ille [Martinus] ſubſedit.

(a) Celtica lingua ea erat, qua utebantur Galli, antequàm Romani in Gallias tranſirent: Gallica recentior, & in Romanam corrupta.

(b) *Gallica maſtigia* flagella ſunt, quibus ruſtici
D Galli utebantur.

(c) *Carnotenam civitatem* vocat Severus Dial. 3. cap. 2.

(d) Claudiomagus dicitur à Fortunato. Quis ſit ille vicus, ignoratur.

(e) Vulgò *Amboiſe*, veterrimum caſtrum in Turonibus, poſitum ad confluentes Amatiſſæ (l'*Amaſſe*) & Ligeris.

(f) Hic locus poſteà *Epternacum* dictus, vulgò *Echternack*.

EX ZOSIMI HISTORIIS, DE GALLIS.

Edit. Francofurti in fol. an. 1590.

Inter Romanæ Hiſtoriæ ſcriptores Græcos Minores. Tom. 3.

EX LIBRO I.

Ὁρῶν ὁ Γαλλιηνὸς τὰ ἄλλων ἐθνῶν ὄντα τὰ Γερμανικὰ χαλεπώτερα, σφοδρότερόν τε τοῖς περὶ τὸν Ῥῆνον οἰκοῦσι Κελτικοῖς ἔθνεσιν ἐνοχλοῦντα, τοῖς μὲν τῇδε πολεμίοις αὐτὸς ἀντετάττετο..... αὐτὸς μὲν οὖν τὰς τοῦ Ῥήνου διαβάσεις φυλάττων, ὡς οἷόν τε ἦν, τῇ μὲν ἐκώλυε περαιοῦσθαι, τῇ δὲ καὶ διαβαίνουσιν ἀντετάττετο. πλήθει δὲ πάμπολλῳ μὴ δυνάμεως ἐλάττονι πολεμῶν, ἐν ἀπόροις τε ὢν, ἔδοξεν ἐν μέρει τὸν κίνδυνον ἐλαττοῦν τῇ σπονδὰς E Pag. 646.

VIDENS Gallienus Germanicas gentes ceteris infeſtiores eſſe, An. Chr. 254.
quæ adcolas Rheni Gallicas nationes acriùs vexarent, hanc partem ſibi contra hoſtes propugnandam ſumſit.... Ipſe quidem Rheni transjectus cuſtodiens, quantùm poterat, interdum tranſitu hoſtes arcebat, interdum tranſeuntibus ſeſe opponebat. Sed quum perexiguas copias habens, cum ingenti multitudine bellum gereret, reſque ipſius in anguſtum coactæ eſſent; inito fœdere

Digitized by Google

cum quodam de gentis Germanicæ principibus, ex aliqua parte periculum minuisse visus est. Nam ceteros ille barbaros frequenti Rheni transitu prohibebat, & irruentibus obstabat.

Pag. 651. An. Chr. 260

Secundùm hæc Postumus, cui Magisterium militum apud Gallos commissum fuerat, animum ad res novas adjecit; sumtisque militibus, qui cum ipso defecerant, Agrippinam contendit, urbem maximam, ad Rhenum sitam: ubi Saloninum Gallieni filium obsedit, minatus se obsidionem minimè soluturum, nisi ille sibi dederetur. Militibus obsidionis necessitate compulsis, ut & ipsum & ipsius custodiæ præfectum à patre Silvanum traderent; utrumque Postumus interfecit, rerumque apud Gallos potitus est.

Pag. 662. An. Chr. 276.

Floriano & Transalpinæ nationes parebant, Galli & Hispani cum insula Britannica.

Pag. 664. An. Chr. 277.

Quoniam civitatibus (a) Germanicis, quæ à vicinis Rheno barbaris infestabantur, necessariò subveniendum erat, Rhenum versùs ipsemet [Probus] cum copiis movit..... Et Imperatoris fortunâ, nullo propè negotio, superiores eo bello [copiæ] discesserunt.

Ibid. Eod. anno.

Probus alterum contra Francos prælium pugnavit; quibus operâ Ducum strenuè victis, ipse cum Burgundis & Vandilis dimicavit.

Pag. 666. Eod. an.

Quum Franci ad Imperatorem accessissent, & ab eo sedes obtinuissent; pars eorum quædam defectionem molita, magnamque navium copiam nacta, totam Græciam conturbavit. In Siciliam quoque delata, & urbem Syracusanam adorta, magnam in ea cædem edidit. Tandem quum & in Africam appulisset, ac rejecta fuisset, adductis Carthagine copiis, nihilominùs domum redire, nullum passa detrimentum, potuit.

Φοβός τινα τῶν ἡγεμόνων ἔθνος Γερμανικὸν ποιῆσθαι. τὰς τε γὰρ ἄλλας βαρβάρους ἐκώλυεν ὅτῳ συνεχεῖς διὰ τοῦ Ῥήνου ποιεῖσθαι τὰς διαβάσεις, καὶ τοῖς ἐπιοῦσιν ἀνθίστατο.

Ἐπεὶ δὲ ὁ Ποστοῦμος ἀρχὴν ἐν Κελτοῖς ἐμπεπιστευμένος, εἰς τὸ νεωτερίσαι προήχθη, τοὺς συναποστάντας αὐτῷ στρατιώτας ἀναλαβών, ἐπὶ τὴν Ἀγριππίναν ἤλαυνε, πόλιν ἐπικειμένην τῷ Ῥήνῳ μεγίστην. κἀνταῦθα Σαλωνῖνον τὸν Γαλλιηνοῦ παῖδα ἐπολιόρκει· καὶ εἰ μὴ ἐπεδίδου, καὶ πολιορκίας ὧν ἔφασκεν ἀποστήσεσθαι. ὃ δὲ στρατιωτῶν ἀνάγκην καὶ πολιορκίας αὐτόν τε καὶ τὴν ἐπιβαλοῦσαν τούτου φυλακὴν ἐκ τοῦ παλατίου Σιλβανὸν ἐπιδόντων, ἀμφοτέρους ὁ Ποστοῦμος ἀνεῖλεν, αὐτὸς δὲ ἐν Κελτοῖς ἐπικράτειαν εἶχε.

Τύπτουσι δὲ αὐτῷ καὶ τὰ ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνη, Γαλάται καὶ Ἴβηρες ἅμα τῇ Βρεττανικῇ νήσῳ.

Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐν Γερμανίᾳ πόλεσιν ἐνοχλουμέναις ἐκ τοῦ ἐπὶ τὸν Ῥῆνον βαρβάρων ἐπαγομένοις βοηθεῖν, αὐτὸς μὲν ὡς ὅτι τὸν Ῥῆνον ἤλαυνεν..... καὶ τοῦ πολέμου ῥᾳδίως τῇ τοῦ βασιλέως ἐπιγενόμενοι τύχῃ.

Καὶ δευτέρα γέγονεν αὐτοῦ μάχη πρὸς Φράγγους, οὓς δὴ τῶν στρατηγῶν καταφράτου νενικηκὼς, αὐτὸς Βυργούνδοις καὶ Βανδίλοις ἐμάχετο.

Φράγγων τῷ βασιλεῖ προσελθόντων, καὶ τυχόντων οἰκήσεως, μοῖρά τις ἀποσᾶσα, πλοίων εὐπορήσασα, τὴν Ἑλλάδα συνετάραξεν ἅπασαν· καὶ Σικελίᾳ προσχοῦσα, καὶ τῇ Συρακουσίων προσμίξασα, πολλὰ καὶ ταύτῃ εἰργάσατο φόνον. ἤδη δὲ καὶ Λιβύῃ προσορμισθεῖσα, καὶ ἀποχωσθεῖσα, δυνάμεως ἐκ Καρχηδόνος ἐπενεχθείσης, οἷα τε γέγονεν ἀπαθὴς ἐπανελθεῖν οἴκαδε.

EX LIBRO II.

Pag. 673. An. Chr. 307.

Maximianus Herculius..... ad Diocletianum id temporis (b) Carnuti in urbe Gallica degentem venit.

Μαξιμιανὸς ὁ Ἐρκούλιος..... πρὸς Διοκλητιανὸν ἀφικνεῖται, τυγχάνοντα ἐν Καρνούτῳ πόλει Κελτικῇ διατρίβοντα.

Pag. 677. An. Chr. 313.

Constantinus, quum res Urbanas constituisset, ad Celtas & Gallos profectus est. Licinnio Mediolanum accersito sororem Constantiam in matri-

Διαθέμενός τε τὰ κατὰ τὸν Ῥώμην, ὅτι Κελτοὺς καὶ Γαλάτας ἐξώρμησε. μεταπεμψάμενος δὲ Λικίννιον ἐν τῷ Μεδιολάνῳ, κατεγγυᾷ τὸν ἀδελφὸν τούτῳ Κωνσταντίαν, ὃν καὶ

(a) Hîc sermo de civitatibus duarum Germaniarum, superioris & inferioris, quæ erant Galliarum provinciæ.

(b) Non Carnuti tunc temporis degebat Diocletianus, sed Carnunti, quæ urbs est Pannoniæ.

πρότερον

πρότερον αὐτῷ δώσειν ὑπάρχειν, ἃ πρὸς Μαξέντιον δυσμενείας κοινωνὸν ἔχειν βιαλόμενος. τούτῳ πραχθέντος, Κωνσαντῖνος μὲν ὅπη Κελτοὺς ἀνεχώρει.

monium tradidit, quam & anteà se daturum ei promiserat, quum eum sibi socium contra Maxentium hostem adjungere vellet. Eo peracto, Constantinus ad Celtas revertitur.

Κωνσαντῖνος μὲν κατέστησε Καίσαρα Κωνσαντῖνον, ὃν πρὸ πολλῶν ἡμερῶν ἐν Ἀρελάτῳ τῇ πόλει τεχθέντα.

Constantinus Constantinum Cæsarem facit, non ante multos dies in Arelatensi oppido natum. Pag. 679. An. Chr. 317.

Κωνσαντῖνος μὲν ὁ πρεσβύτερος ἅμα τῷ νεωτάτῳ Κώνσαντι τὰ ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἅπαντα καὶ τὴν Ἰταλίαν καὶ Ἰλλυρίδα πρὸς τούτοις ἔλαχεν ἔχειν.

Constantinus natu maximus cum minimo natu Constante omnia trans Alpes sita, & Italiam, & Illyricum sortitus est. Pag. 691. An. Chr. 338.

Τούτων ὁ Κώνστας αἰσθόμενος, ἀποδρᾶναί πρός τινα πολίχνιον ὥρμησε τῶν Πυρηναίων πλησίον ᾠκισμένον· Ἐλένη ὄνομα τῇ πολιχνίῳ. καταληφθεὶς ὑπὸ Γαίσωνος εἰς τοῦτο μετά τινων ἐπιλέκτων σταλέντος, ἀνῃρέθη, πάσης αὐτὸν βοηθείας ἀπολιπούσης. Μαγνεντίου τοίνυν τὴν ἀρχὴν ἐσχηκότος, καὶ τὰ ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἐθνῶν καὶ τὴν Ἰταλίας αὐτῆς κρατοῦντος.....

Hæc Constans animadvertens, ad quoddam oppidum propter Pyrenæum situm, cui nomen esset (a) Helena, profugere conatus est. Verùm à Gaisone qui ad hoc cum selectis quibusdam missus fuerat, apprehensus, & omni ope destitutus, necatus est. Magnentio imperium adepto, ac in potestate Transalpinas nationes & ipsam Italiam habente, &c. Pag. 693. An. Chr. 350.

Μαγνέντιος ὁ μείζοσι παρασκευαῖς ἐγνωκὼς ἀπαντᾶσαι, Δεκέντιον γαμβρὸν σωματοῦμενον ὅπως φυλακὴ τῶν ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἐθνῶν ἀναδείκνυσι Καίσαρα.

Magnentius majori apparatu occurrendum ratus, Decentium propinquum suum, ut præsidio Transalpinis nationibus esset, Cæsarem declarat. Pag. 695. An. Chr. 351.

Γένος μὲν ἕλκων ἀπὸ βαρβάρων, μετοικήσας δὲ εἰς Λετοὺς ἔθνος (b) Γαλατικόν, παιδείας τε καὶ Λατίνων μεταχών.

Magnentius originem generis à barbaris trahebat, quumque commigrasset ad Letos, quæ Gallica natio est, Latinas litteras didicerat. Pag. 701.

EX LIBRO III.

Θεωμένου δὲ τὰ πανταχοῦ Ῥωμαίοις ὑπήκοα βαρβαρικῆς ἐφόδοις ἀπειλημμένα, καὶ φεάγγας μὲν καὶ Ἀλαμανοὺς καὶ Σάξονας ἤδη τεσσαράκοντα πόλεις ὄπιπεμμένας τῷ Ῥήνῳ καθειληφότας, καὶ αὐτοὺς μὲν ἀνασάτους πεποιηκότας, τοὺς δὲ τούτων οἰκήτορας, ἄπειρον ὄντας πλῆθος, λησαμένους μετὰ πλούτου λαφύρων ἀναειμήτου.

CONSTANTIUS videns omnes Romanis ubique subditas provincias barbaricis incursionibus interceptas, Francos & Alamanos & Saxones jam quadraginta ad Rhenum sitas urbes prorsus devastasse, cives & incolas infinitæ multitudinis cum innumerabili spoliorum copia secum abduxisse, &c. Pag. 702. An. Chr. 355.

Ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν Ἰταλίαν ἐκ τῆς Ἑλλάδος

Julianum, quum in Italiam è Græcia Pag. 703.

(a) Vulgò *Elne* dicta, à veteribus scriptoribus *Illiberis* vocata.

(b) Hoc Zosimi testimonio freti Cangius & alii putant *Letos* singularem esse populum. Doctissimus Abbas Dubos, qui in Historia Critica Monarchiæ Francicæ lib. 1. cap. 10. aliter sentit, his Zosimi verbis ἔθνος Γαλατικὸν non gentem significari putat, sed societatem, statum & conditionem hominum qui in Galliis stipendia faciebant. Licèt hæc interpretatio longè petita videatur, suam tamen sententiam non contemnendis firmat argumentis. Igitur, si illum audiamus, nomen *Læti* idem est ac *Contenti*, & tribuebatur indiscriminatim omnibus barbaris sub Imperatore merentibus, quibus in Galliis beneficia militaria collocata fuerant. Nam primò nullus Auctor memorat veterem *Lætorum* patriam, & qua in parte Galliarum secundas sedes fixerant. 2°. in Notitia Imperii *Lætos* cujusvis nationis reperire est. Erant *Læti Teutoniciani* in civitate Carnotensi; *Læti Batavi* in Baiocensi; *Læti Gentiles Suevi* apud Cenomanos; *Læti Franci* apud Rhedonas &c. Præterea clarissimus Abbas in suæ sententiæ testimonium adducit Eumenium, cujus hæc sunt verba: *Nerviorum & Trevirorum arva jacentia Lætus postliminiò restitutus, & receptus in leges Francus excoluit.* Si *Lætus* nomen esset populi, nec referretur ad *Francum*, tamquam adjectivum nomen, duo essent populi *Lætus* & *Francus*; nec scribere debuisset Eumenius *excoluit*, sed *excoluerunt*. Denique affert verba legis Honorii: *Quia ex multis gentibus sequentes felicitatem Romanam, se ad Imperium nostrum contulerunt, quibus terræ Læticæ administrandæ sunt, nullus ex iis aliquid sine nostra notatione mereatur.* Igitur ineunte sæculo quinto non solùm barbaris qui in Gallia, sed etiam iis qui in toto Imperio stipendia faciebant, terræ *Læticæ* administrabantur: iique propterea *Læti* vocabantur, ut distinguerentur ab aliis barbaris, qui quidem militiæ Romanæ nomen dederant, sedem verò stabilem & domicilium certum in territorio Romano non habebant. Aliter sentit Valesius. Vide suprà, p. 550. Paneg. Constantii Chlori. Cod. Theod. lib. 13. tit. 4. leg. 9.

Digitized by Google

An.Chr. 355. accerſitus veniſſet, Cæſarem Conſtantius declarat; & Helenam ei ſororem in matrimonium tradit, atque ad nationes Tranſalpinas dimittit. Verùm ut natura ſuſpicioſus erat, nec ullo modo ſibi perſuadere poterat, Julianum ſibi fidelem ac benevolum fore, cum eo Marcellum & Saluſtium ablegat, illis, non Cæſari, tota iſtic adminiſtratione credita..... Quum Julianus, ſuperatis Alpibus, ad Gallicas nationes ſibi attributas perveniſſet; ac nihilominùs barbari omni cum licentia graſſarentur; Euſebia iiſdem uſa rationibus, Conſtantio perſuadet, ut rerum in iis locis adminiſtrationem Juliano committeret..... Julianus, quum totam apud Gallos rem militarem majori ex parte labefactatam & perditam reperiſſet, & barbaros liberum Rheni tranſmiſſum habentes, ac propemodùm ad urbes uſque mari proximas graſſantes, reliquiarum exercitûs vires inſpiciebat. Quum animadverteriſſet, eorum quidem locorum homines etiam ad barbarici nominis famam formidine percelli; ſibi verò datos à Conſtantio milites, qui numero trecenti & ſexaginta duntaxat erant, nihil aliud ſcire, quemadmodum ipſe alicubi dicit, quàm ut votis rem gererent: quotquot ſanè poterat, ordinibus adſcripſit, ac multos etiam volones ſuſcepit. Armorum quoque cura ſuſcepta, vetera in urbe quadam condita reperit; eaque convenienti ſtudio refecta, militantibus diſtribuit.

An.Chr. 357. Quum autem nunciaſſent explorato- res, propter urbem Argentoratum, quæ ad Rheni ripam ſita eſt, infinitam barbarorum multitudinem transjeciſſe: ſimul atque rem cognovit, cum copiis tumultuariè collectis progreſſus eſt: & conſerta cum hoſte pugna, tropæum longè ampliſſimum ſtatuit, ſexaginta millibus hominum in ipſo prælio deletis, & aliis totidem in Rhenum præcipitatis, atque in flumine exſtinctis.

Pag. 706. Ad extremos Germaniæ limites, ubi Gallicæ cujuſdam nationis ſedes eſt, Rhenus in Atlanticum mare ſemet exonerat: ab eo littore nongentis inſula Britannica ſtadiis diſtat.

Pag. 707. An.Chr. 358. Saxones Quados, nationis ſuæ partem, in ſolum ab Romanis occupatum emittunt. At illi, finitimis Francis eos tranſitu prohibentibus, metu ne juſtam Cæſari cauſam præberent ſe rurſus invadendi; navibus conſtructis, Rheno

A μεταπεμπθ. ἦλθεν, ἀναδείκνυσι μὲν αὐτὸν Καίσαρα· καταζυγᾷ δὲ τῇ ἀδελφῇ Ελένῃ αὐτῷ, καὶ τοῖς ὑπὲρ τὰς Αλπεις ἔθνεσιν ἔπεμπεν. ἄπιστος δὲ ὢν φύσει, καὶ ὡς εὔνους αὐτῷ καὶ πιστὸς ἔσαι μήπω πεθαῤῥηκὼς, συνεκπέμπει Μάρκελλον αὐτῷ καὶ Σαλούστιον, αὐτοῖς, καὶ ὑπὸ τῷ Καίσαρι, τὴν αὐτόθι καταπιστεύσας διοίκησιν..... Ιουλιανὸς δὲ τὰς Αλπεις ὑπερβαίνει, τοῖς πεταγμένοις Γαλατικοῖς ἔθνεσιν ὑπατεύων, καὶ τὸ βαρβάρων ὑδὲν ἧττον μετὰ πάσης ἀδείας ἐπεισιόντων· τοῖς αὐτοῖς λόγοις ἡ Εὐσεβία χρησαμένη, πείθει Κωνσάντιον ὑπερβάλλαι τὴν διοίκησιν αὐτῷ τῶν ἐκεῖσε πραγμάτων..... Ιουλιανὸς δὲ τὰ μὲν ἐν Κελτοῖς τραπωτικὰ διεφθαρμένα καὶ τὸ πλέον εὑρὼν, τοὺς δὲ βαρβάρους ἀκωλύτους ἔχοντας τὴν τοῦ Ρήνου διάβασιν, καὶ μέχρι σχεδὸν τῶν πρὸς θαλάττῃ πόλεων διελθόντας, καὶ τὸ περιλελειμμένον τραπωτικὸν δυνάμιν ἀνεσκόπει· συνιδὼν δὲ ὡς οἱ μὲν καὶ τὴν χώραν καὶ πρὸς τὴν ἀκολουθοῦντα τῶν βαρβάρων ὀνόματος πτώσασιν· οἱ δὲ παρὰ Κωνσαντίου δοθέντες αὐτῷ, τριακόσιοι καὶ ἑξήκοντα τὸ ἀριθμὸν ὄντες, μόνον εὐχεσθαι (καθάπερ αὐτός που φησὶν) ἠδέσαν, ὅσους μὲ οἷός τε γένοιτο τοῖς πάλμασιν ἐκπελέξαι, πολλοὺς δὲ καὶ ἐθελοντὰς ἐδέξατο. ποιησάμενος δὲ καὶ ὅπλων φορητίδα, παλαιὰ μὲ κατά που πόλιν εὑρὼν ἀποκείμενα, καὶ προσπυσάς τιμαλείας ἀξιώσας, τοῖς στρατευομένοις διένειμεν. ἀγγελάντων δὲ τῶν κατασκοπῶν, ὡς περὶ πόλιν

D Αργεντόρατα, τὴν πρὸς τῷ Ρήνῳ κειμένην ὄχθην, πλῆθος ἄπειρον ἐπεραιώθη βαρβάρων, ἅμα τῷ γνῶναι, μετὰ τοῦ χειλιαδάρχου αὐτοῦ στρατοπέδου προῆει· συμμίξας δὲ τοῖς πολεμίοις, πάσης ὑπερβολῆς ἐπέκεινα τὸ τρόπαιον ἔστησεν, ἐξ μὲν ἐν αὐτῇ τῇ μάχῃ μυριάδων ἀπολομένων, ἑτέρων δὲ τοσούτων ἁλισκομένων κατὰ τοῦ Ρήνου, καὶ διαφθειρομένων ἐν τῷ ῥεύματι.

Τοῦ Ρήνου πρὸς τὴν ἐσχατιὰν τῆς Γερμανίας (ὅπερ ἐστὶν ἔθνος Γαλατικὸν) εἰς τὸ Ατλαντικὸν πέλαγος ἐκδιδόντος, ἀπὸ τούτου νῆσος ἐναντίον ἡ Βρεττανικὴ νῆσος ἐνακοσίοις σταδίοις διέστηκεν.

E [Σάξονες] Κυάδους, μοῖραν σφῶν ὄντας, εἰς τὴν ὑπὸ Ρωμαίων κατεχομένην ἐκπέμπουσι γῆν. οἱ δὲ ὑπὸ φεάγγων ὁμόρων αὐτοῖς ὄντων κωλυόμενοι διαβῆναι, δίκην τῷ μὲν τῷ Καίσαρι δοῦναι δικαίαν αἰτίαν τοῦ κατ' αὐτῶν αὖθις ἐφόδου, πλοῖα ναυπηγησάμενοι, καὶ διὰ τοῦ Ρήνου τὴν ὑπὸ

φράγκων ἐχομένην ὑπερβαλλόμενοι γῆν, ἐπὶ τὴν ὑπήκοον Ρωμαίοις ὡρμίσθησαν· καὶ τῇ Βαταβίᾳ προσχόντες, ἣν δίχα σχιζόμενος ὁ Ρῆνος νῆσον ποιεῖ, πάσης ποταμίας μείζονα νήσου, τὸ Σαλίων ἔθνος, φράγκων ἀπόμοιρον, ἐκ τῆς οἰκείας χώρας ὑπὸ Σαξόνων εἰς ταύτην τὴν νῆσον ἀπελαθέντας, ἐξέβαλον. αὕτη δὴ ἡ νῆσος, οὖσα πρότερον πᾶσα Ρωμαίων, τότε ὑπὸ Σαλίων κατείχετο. τοῦτο μαθὼν ὁ Καῖσαρ, ἀντεποίει μὲν τοῖς Κουάδοις· παρεγγυᾷ δὴ τῷ στρατῷ, τούτοις μὲν κατὰ τὸ κρατερὸν διαμάχεσθαι, Σαλίων δὴ μηδένα κτείνειν, ἢ κωλύειν ἐπὶ τὰ Ρωμαίων ὅρια διαβαίνειν, οἷα μὴ ὡς πολεμίους ἐφισταμένους τῇ χώρᾳ, ἀνάγκῃ δὴ τῇ παρὰ Κουάδων ἐλαύνεσθαι. ταύτης αἰσθόμενοι τῆς Καίσαρος τῆς φιλανθρωπίας οἱ Σάλιοι, οἱ μὲν ἀπὸ τῆς νήσου μετὰ τῆς σφῶν βασιλέως εἰς τὴν ὑπὸ Ρωμαίους ἐπεραιοῦντο γῆν· οἱ δὴ συμφυγόντες εἰς τὰ ὄρη κατῄεσαν, ἱκεταὶ τοῦ Καίσαρος ἅπαντες καθιστάμενοι, καὶ ἐθελοντὶ τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐνδιδόντες. ὁ δὴ πρὸς μὲν πόλεμον οὐδένα θαῤῥοῦντας ἔτι τοὺς βαρβάρους ὁρῶν, ἐφόδοις δὴ λαθραίαις καὶ λῃστείαις προσέχοντας, οὐ μικρὰ τε οὐδὲ τὰ τυχόντα ἐκ τούτου τὴν χώραν ἐργαζομένους κακά· καὶ ἀπορῶν ὅ τι πράξειεν, ἔμφρονι στρατηγήματι ταύτην μετῄει τῶν βαρβάρων τὴν τέχνην. ἀνήρ τις ἦν, μέγεθος σώματος ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἔχων, καὶ τὴν ἀνδρείαν ἀνάλογον τῷ σώματι. τούτῳ βαρβάρῳ τὸ γένος ὄντι, καὶ λῃστεύειν σὺν αὐτοῖς εἰωθότι, παρέστη, τὰ οἰκεῖα ἤδη καταλιπόντι, πρὸς τοὺς ὑπὸ Ρωμαίοις Κελτοὺς μεταστῆναι. διατρίβων οὖν ἀπὸ χρόνου τινὸς ἐν Τριβήροις (ἔστι δὴ αὕτη πόλις μεγίστη τῶν ὑπὲρ τὰς Αλπεις ἐθνῶν) ἐπειδὴ τοὺς ὑπὲρ τὴν Ρῆνον βαρβάρους ἑώρα τὰς τῇδε καταστρέχοντας πόλεις, καὶ τὰ πάντων ἀκωλύτως ληϊζομένους, ὅτε τὴν τῆς Καίσαρος οὔπω Ιουλιανὸς εἶχεν ἀρχὴν, ἀμύνειν μὲν διενοεῖτο τοῦ πόλεσιν· οὐκ ἔχων δὴ παῤῥησίαν, οἷα νόμου μηδενὸς αὐτῷ τοῦτο ποιεῖν ἐπιτρέψαντος, τὴν μὲν ἀρχὴν μόνος εἰς τὰ δασύτατα κρυπτόμενος τῶν ὑλῶν, ἐκαραδόκει τὰς τῶν βαρβάρων ἐφόδους· καὶ νυκτὸς ἐπιὼν ἤδη παρειμένοις μέθῃ καὶ ὕπνῳ, κεφαλὰς ὅσων οἷός τε ἦν βαρβάρων ἀπέτεμε, καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει φέρων ἐδείκνυ. συνεχῶς δὴ τοῦτο ποιῶν, ὄκνον οὐκ ὀλίγον ἐποίησε τοῖς βαρβάροις, ἀγνοοῦσι μὲν τὸ γινόμενον, τῷ δὴ καθ' ἑκάστην, ὡς εἶπειν,

A prætervecti parentem Francorum imperio regionem, in Romani juris solum contenderunt: & appulsis ad Bataviam navibus, quam divisus Rhenus insulam efficit quavis insula fluminea majorem; Saliorum nationem, Francorum à parte profectam, & à Saxonibus in hanc insulam suis è sedibus rejectam, expulerunt. Hæc insula priùs Romanis in universum parens, à Saliis hoc tempore possidebatur. Cæsar, ea re cognita, Quados vicissim aggre-
B diebatur; sed jusso priùs exercitu cum Quadis quidem acriter dimicare, Saliorum verò neminem occidere, nec prohibere quò minùs in Romanorum fines illi transirent, quòd non ut hostes Romanam regionem peterent, sed per vim à Quadis pellerentur. Hac animadversa Cæsaris humanitate, Salii partim ex insula cum rege suo Romanum in solum transjiciebant, partim ad montes inita fuga se conferebant; omnes Cæsari supplices facti, sponte sua
C se cum rebus suis ejus fidei permittebant. Cæsar non jam ad bellum gerendum promtos & audentes ampliùs barbaros videns, sed clandestinis incursionibus & latrociniis intentos, haud levibus inde malis regionem afficere: quid ageret dubius, hanc barbarorum artem prudenti stratagemate vicissim ultus est. Erat vir quidam vasto supra ceteros omnes corpore, cui corporis magnitudini virilis animus respondebat. Huic natione barbaro, ceterisque cum
D barbaris latrociniis assueto visum est, relictis sedibus patriis ad subjectos Romanis Gallos migrare. Quum igitur Treviris ad aliquod tempus hæreret, quæ urbs Transalpinarum gentium maxima est; ac Transrhenanos barbaros videret urbes in adversa Rheni ripa sitas incursionibus vexare, omniumque fortunas, nullo prohibente, rapere; quod sanè tum temporis accidit, quum necdum Julianus Cæsaris potestatem nactus esset: de tuendis quidem oppi-
E dis cogitabat: sed quòd ejusmodi quid ipse moliri non auderet, quum nulla lex, ut id faceret, ei permisisset; initio solus in densissimas silvas abditus, barbarorum impressiones opperiebatur: eosque noctu aggressus temulentia somnoque jam oppressos, capita quotquot poterat, barbaris abscindebat, & in urbem allata civibus ostendebat. Id crebrò faciens, metum non modicum barbaris injiciebat, ignorantibus quidem id quod fieret, detrimentum verò

An. Chr 358.

Digitized by Google

An. Chr. 358. ex eo deprehendentibus, quòd in singulos propè dies eorum copiæ deminuerentur. Quum autem & alii latrones cum eo se conjunxissent, & singillatim collecti, quamdam ad multitudinem excrevissent; tum Charietto (nam hoc nomen erat ei, qui primus insidias hasce contra barbaros excogitaverat) adito Cæsare, rem ei non multis anteà cognitam aperit. Cæsar, cui facile non esset cum exercitu nocturnas & clandestinas barbarorum incursiones coërcere, (nam exiguo numero, multisque locis dispersi, latrocinabantur; & ubi dies illuxisset, neminem omnino videre erat, quòd in saltus agris vicinos semet abderent, ex iis victitantes quæ hoc latrocinio acquirerent) quum ad animum revocasset, quàm difficulter hostes domiturus esset, ad eam redactus est necessitatem, ut non exercitu tantùm, sed etiam latronum globo quodam latrones persequendos statueret. Quamobrem Charietto-ne cum suis recepto, & iisdem è Saliorum numero compluribus adjunctis, hos noctu, velut exercitos latrociniis, in latrocinantes Quados emittebat: interdiu dispositas sub dio militum stationes habebat, & omnes, qui latronum manus evadere potuerant, trucidabat. Id facere non desinebat, donec Quadi maximas ad angustias redacti, deque multis pauci facti, cum duce suo Cæsari se dederent; qui magnam superioribus impressionibus captivorum multitudinem adeptus fuerat, ipsumque regis filium à Chariettone captum. Quum miserabilem in modum supplices factos, obsides dare juberet quosdam è nobilibus, & in his ipsum regis filium; dux barbarorum miserabiliter (a) ejulans, cum lacrymis dejerabat, inter alios & filium sibi periisse. Quamobrem paternas miseratus lacrymas Cæsar, filium ei commonstrat, qui delicatè alebatur: simulque professus, eum se obsidis loco habere, deque numero nobilium aliis quoque præter hunc obsidibus acceptis, pacem ipsis ea largitus est lege, ne contra Romanos unquam arma caperent. His rebus ita constitutis, Cæsar & Salios, & Quadorum partem, & quosdam insulam Bataviam incolentes legionibus adscripsit, quorum ordines nostro quoque tempore superstites esse videntur. Per eadem tempora Constantius Imperator in oriente de solis rebus Persicis sol-

A ἐλαθῆσθαι, ὅ κακῶ σωναιδαναμβύοις. ἐπεὶ ὴ κὴ ἄλλοι σωεμίγνυσαν τύτῳ λησαὶ, κὴ καθ' ἕνα σωιόντες, πλῆθος γεγόνασι, τότε δὴ τῷ Καίσαρι σροσελθὼν ὁ Χαριέτθων (τῦτο γὰρ ὄνομα τῷ ταύτῃ εὑρόντι σροτῷ κὴ τ βαρβάρων ὑποβυλίω) ἀναφαίνῃ τὸ σρότερον ὑπο πολλοῖς ἐγνωσμβύον. ὁ ὴ Καῖσαρ, ἐπειδὴ μὴ ῥᾴδιον ἦν αὐτῷ δι' ἑ στρατιώτ τ ἐν νυκτὶ τῶν βαρβάρων λαθραίας ἐφόδους ἐπεξιέναι, (κατ' ὀλίγυς γὰρ, κὴ ἐν πολλοῖς ἑαυτὺς διασπείραντες, ἐλῃστευον, ἡμέρας ὴ γενομβύης, ὐδένα θεάσασθαι παντάπασιν ἦν· ἐν γὰρ τοῖς σρὸς τὺς ἀγρὺς δρυμοῖς ἀπεκρύπτονθ', σιτύμβυοι τὰ ἐκ τῆς λῃστείας αὐτοῖς σροσκομίζοντα) τὸ δυχείρωθον τ πολεμίων λαβὼν κὴ νοερῶ, εἰς ἀνάγκην κατέση ὅ μὴ στρατιώτῃ μόνον, ἀλλὰ κὴ λῃστικῷ συσήματι τὺς λῃστὰς μεταλθεῖν. ἀποδεξάμβυθ' οὖν τ Χαριέτθωνα καὶ τὺς σὺν αὐτῷ, σωάψας τε αὐτοῖς τ Σαλίων πολλὺς, νυκτὸς μὲ αὐτὺς λῃστεύσι τοῖς Κυάδοις, οἷα μεμελετημβύυς λῃστείας, ἔπεμπεν· ἡμέρας ὴ ὄσης, ἐν τοῖς ὑσαίθροις ἔτατε τὰ στρατόπεδα, κὴ πάντας, ὅσοι τὸ λῃστικὸν οἷοί τε ἐνόνθ' διαφυγεῖν, ἔκτεινε. τῦτό τε σοιῶν διετέλεσεν, ἕως ὅτε καταστάντες εἰς ἐσχάτην στενοχωρίαν οἱ Κυάδοι, κὴ ἐκ πολλῶν ὀλίγοι γενόμβυοι, σροσεχώρησαν, ἅμα τῷ σφῶν ἡγεμβύῳ, τῷ Καίσαρι, πλῆθός τε αἰχμαλώτων ἤδη συλλαβόντι κὴ τὰς σροτέρας ἐφόδυς, κὴ τ τῆ βασιλέως παῖδα παρὰ Χαριέτθωνος εἰλημμβύον. ἐπεὶ ὴ ἱκετηρίας αὐτὺς ἐλεεινῶς σροτεινομβύυς, ὁμήρυς ἀπήτει τ ὑπισήμων τινὰς, κὴ τύτοις ἅμα τ τῆ βασιλέως υἱὸν, εἰς θρῶον οἰκτρόταθον καθιστὰς ὁ τῶν βαρβάρων ἡγέμβυος, ὤμυε δακρύων, ὡς ἀπόλοιθ μὴ τ ἄλλων αὐτῷ καὶ ὁ υἱός. τότε τοίνυν ἐλεήσας ὁ Καῖσαρ δάκρυα παρὸς, τόν τε παῖδα αὐτῷ δίκνυσιν ἐν εὐπαθείᾳ τρεφόμβυον· κὴ φήσας ἔχειν ἐν ὁμήρῳ τάξῃ, κὴ σὺν αὐτῷ τ εὖ γεγονότων ἄλλυς ὁμήρυς λαβὼν, ἐφιλοτιμήσαθ τ εἰρώνῃ, ἐφ' ᾧ μηδέποτε κὴ Ρωμαίων χεῖρας ἆραι. ταῦτα ὕτω διαθεὶς ὁ Καῖσαρ, Σαλίυς τε, κὴ Κυάδων μοῖραν, κὴ τ ἐν τῇ Βαταυίᾳ νήσῳ τινὰς τάγμασιν ἐγκατέλεξεν, ἃ κὴ νεῦ ἐφ' ἡμῖν ἔτι δοκεῖ σῳζεσθαι. κὴ ὴ τὺς αὐτὺς χρόνυς Κωνσάντιος ὁ βασιλεὺς ἦν κὴ τ ἑῷαν τὰ Περσῶν ἔχων ἐν φροντίδι

(a) Hoc idem de Chamavorum rege narrat Eunapius Sardianus, suprà pagg. 567. & 568.

Digitized by Google

μόνα, καὶ τοῖς ἐκεῖσε πολέμοις ἐγκαρτερῶν· τά τε δὴ ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνη καλῶς εἶχεν αὐτῷ, τῇ τοῦ Καίσαρος κυβερνώμενα προνοίᾳ.

Ἰουλιανοῦ δὲ ἐν τῷ Παρισίῳ ((a) Γερμανίας δὲ αὕτη πόλις) διατρίβοντος, ὡς δὴ πρὸς ἐπιδημίαν εὐτρεπεῖς ὄντες οἱ στρατιῶται, νυκτὸς ἄρχει βαθείας ἐδείπνουν περὶ τὰ αὐτόθι βασίλεια, τὰ βουλευομένων κατὰ τοῦ Καίσαρος οὐδὲ ἐν λογιζόμενοι· τῶν δὲ ταξιαρχῶν τινὲς τὸ πάλαι κατ' αὐτοῦ μηχανώμενον δηλοῦσι τὰ πραγμάτων εὖ μᾶλλον ἀληθές· καὶ ἀνώνυμα γραμμάτια τοῦ στρατοῦ ἐν μέσῳ καὶ τὸ λεληθὸς διαῤῥίψαντες, ἐδήλουν διὰ τούτων ὡς ὁ Καῖσαρ ὁ δοὺς ἅπασιν, ὡς εἰπεῖν, τὸ καθ' βαρβάρων τρόπαια στῆσαι διὰ τῶν οἰκείων στρατηγημάτων, καὶ μηδένα τὰ καθ' ἕκαστον ἐν τῇ μάχεσθαι διαλλάττειν, εἰς ἔσχατον ἤξει κινδύνου, καὶ βραχὺ τοῦ βασιλέως τὴν αὐτοῦ δυνάμιν ὑποκλέπτουσι, εἰ μὴ συνδραμόντες ἅπαντες ὁμοῦ τὰ τοῦ στρατοῦ κωλύσαιεν ἐπιδημίαν. ταῦτα τὰ γραμμάτια διεσπαρμένα τινὲς τοῦ στρατοῦ ἀναγνόντες, καὶ εἰς τὸ πλῆθος τὸ μελετώμενον ἐνεγκόντες, ἐξηρέπισαν ἅπαντας εἰς ὀργήν. καὶ ἀναστάντες ἐκ τοῦ τόπου συὺ θορύβῳ πολλῷ, τὰ κυλίκων ἐν τοῖς χερσὶν ἔτι κειμένων, ὥρμησαν δηλονότι τὰ βασίλεια· διαῤῥήξαντές τε τὰς θύρας συὺ ὑδενὶ κόσμῳ, καταγύσι δημοσίᾳ τὸν Καίσαρα, καὶ δή τινα ἀπροσδόκητον μετέωρον ἄραντες, ἀνεῖπόν τε σεβαστὸν αὐτοκράτορα, καὶ ἐπέθεσαν συὺ βίᾳ τὸ διάδημα τῇ κεφαλῇ.

Οἱ ἐν τῷ Σιρμίῳ Βαταύοι τοῖς φυλακὴν ὑπολελειμμένοις τῆς πόλεως, ἅμα τῇ ἀκοῇ, τὸν μὲν Λυκιλλιανὸν, ὡς πληκτήριον κακῶν ἄγγελον, διεχρήσαντο, ἐν ὑδενὶ τὸ τοῖς τοῦ βασιλέα θέμενοι κῆδος.

A licitus, eorum locorum bellis intentus erat: nam & bene Transalpinarum constitutæ res erant gentium, quæ providentia Cæsaris administrarentur. Pag. 710. An. Chr. 360.

Commorante Juliano Parisiis, quod oppidulum est Galliæ, quum milites ad iter instructi, propter ejus loci prætorium multam in noctem cœnarent, nihil de iis consiliis omnino cogitantes, quæ adversus Cæsarem inirentur; tribuni quidam, qui reapse verum comperissent id, quod jam olim B in eum cuderetur, libellos quosdam ab incertis profectos auctoribus inter milites clanculùm hinc inde disseminant, quibus significant Cæsarem, qui stratagematibus suis effecisset, ut propemodùm omnes ipsi tropæa de barbaris statuerent, & qui nihil à privato milite in pugna differret, extremum in periculum conjectum iri, Imperatore paulatim copias ejus suffurante, nisi omnes, concursu facto, militum profectionem impedirent. Hos ita sparsos C libellos ubi militum quidam legissent, & de re tota, quæ tractaretur, ad multitudinem retulissent, universos ad iram concitarunt. Quumque non sine magno tumultu de loco surrexissent, calices manibus adhuc tenentes, ad prætorium contenderunt: perruptisque nullo ordine foribus, Cæsarem in publicum deducunt, & sublimem in scutum quoddam elatum, Imperatorem Augustum appellant, & vi diadema D capiti imponunt.

Pag. 733. An. Chr. 363.

Apud Sirmium Batavi, qui ad oppidi præsidium relicti fuerant, quum primùm [mortem Juliani] audivissent, Lucillianum, veluti tantorum malorum nuncium, interfecerunt, affinitatis Imperatoriæ nulla ratione habita.

EX LIBRO IV.

Τῶν ὑπερειμένων τοῦ Ῥοδανοῦ πόλεων ἐποιεῖτο τὴν δύσιν φυλακήν.

Pag. 736. An. Chr. 365.

VALENTINIANUS sita ad Rhenum oppida necessario præsidio muniebat.

Ὁ βασιλεὺς Οὐαλεντινιανὸς ἐν τοῖς ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνεσι διατρίβων, μεγίστων καὶ ἀπροσδοκήτων ἐπειρᾶτο κινδύνων. τὸ γὰρ Γερμανικὸν ἅπαν, ὧν ἐπεπόνθει καὶ τοὺς χρόνους, ἐν οἷς Ἰουλιανὸς ἡ τοῦ Καίσαρος εἶχεν ἀρχὴν, μεμνημένον, ἅμα τῇ γνώναι τὴν αὐτοῦ τελευτὴν, τὸ τοῦ αὐτῶν ψυχαῖς ἐμπεπηγὸς δέος ἀποσεισάμενοι, καὶ τὸ φύσει προσπεφυκὸς αὐτοῖς θάρσος ἀναλαβόντες, ὁμόσε πάντες τοῖς ὑπὸ

Pag. 739. An. Chr. 366.

Imperator Valentinianus apud gentes Transalpinas degens, maxima & inopinata pericula experiebatur. Quippe tota Germanorum natio, memor eorum, quæ perpessa temporibus illis fuisset, quibus Julianus Cæsar auctoritatem habuerat; simul atque de morte ipsius accepissent, excusso metu, qui animis eorum infixus erat, & innata genti audacia resumta, universi simul

(a) Legendum, Γαλατίας.

An. Chr 366. subjecta Romano imperio loca invadebant. Quibus Imperatore obviam profecto, prælium acre cœptum est, quo barbari Romanum exercitum vincebant, & citato cursu persequebantur. Valentinianus minimè fuga periculum declinare statuit: sed hoc casu æquo animo tolerato, detrimenti accepti auctores perquirit, à quibus scilicet initium fugæ factum fuerat. Quæstione peraccuratè instituta, quum legionem Batavorum ream peregisset, jussit universum exercitum sumtis armis convenire, velut auditurum ea verba, quæ publicè cunctis essent usui futura. Tum verbis usus est, quæ auctoribus fugæ infamiam per omnem vitam irrogarent; jussitque Batavos, armis exutos, pretium offerentibus, veluti mancipia fugitiva, publicè abducendos aliò, distrahi. Tum verò proni ad terram dilapsi omnes, ut exercitum penitus ejusmodi dedecore liberaret, obsecrabant; simulque pollicebantur, se viros præstituros Romano nomine dignos. Quod quum ille deinceps ipsa re declarari jussisset, ubi de terra surrexissent, & semet ex usu armassent, pugnam redintegrarunt: & extra vallum progressi, tam eo se bello strenuè gesserunt, ut de barbarorum infinita multitudine pauci domum incolumes redierint.

A τῆ Ρωμαίων βασιλείαν ὑπήκοα χωρία· ὑπαντήσαντος ἢ αὐτοῖς τῆ βασιλέως, μάχη σωίσταται καρτερὰ, κ) ἐνίκων οἱ βάρβαροι, τὸ Ρωμαίων στρατόπεδον διώξαντες τράτευμα. Οὐαλεντινιανὸς ἢ ὁ φυγῆ διέγνω τ κίνδυνον ἀποκλίναι· ἀλλ' ἐνεγκὼν τ τύχην, διερευνᾶται τὰς τ ἐλατ[ω]μάτων αἰτίας, οἵτινες ἦσαν οἱ τ φυγῆς ἄρξαντες. ἀναζητήσας ἢ σωὶ ἀκριβείᾳ, κ) τὸ τάγμα τ Βαταύων ἁπασάμενος, ἐκέλευσε τὸ στρατόπεδον ἅπαν, ἀναλαβὸν τ παν-
B πλίαν, συλλεχθῆναι, ὡς ἀκουσόμενον λόγων ὄφελος ἅπασι φερόντων κοινόν. τότε δὴ λόγοις ἐχρήσατο τοῖς τ φυγῆς ἄρξασιν αἰσχύνην εἰς ἅπαντα τ βίον ἐπάγουσι, κ) τὺς Βαταύας στερήσαντες, ἀποδεμένους τὰ ὅπλα, τοῖς τίμημα φερομένοις, οἷα δραπέτας οἰκέτας ἐπ' ἐξαγωγῇ δημοσίᾳ πωλεῖσθαι. τότε τοίνυν ἅπαντες δὴ γῆν ἀνατεταμμένοι πρηνεῖς, ἐλιπάρουν πάσης ἐλευθεροῦσαι τὸ στρατόπεδον τοιαύτης αἰσχύνης, ἄνδρες ὑπισχνούμενοι φανήσεσθαι τ Ρωμαϊκῆ ὀνόματος ἄξιοι. τ ἢ ἐντεῦθεν ἤδη τοῦτο ἔργῳ δειχθῆναι κελεύσαντος, τ γῆς ἀναστήσαντες ἑαυτὺς, ὁπλισάμενοι ἢ ὅν εἶδε τρόπον, ἀνεμαχέσαντο· κ) τ χάρακος προελθόντες, τοσαύτην περὶ τ πόλεμον ἐπιδείξαντο προθυμίαν, ὥστε ὀλίγης ἀπείρου πλήθους ὀλίγους εἰς τὰ οἰκεῖα τ βαρβάρων ὑποστραφῆναι.

Pag. 742. Eod. an. In apparatu dum occupatur Valens, Valentinianus Imperator, rebus Germanicis rectè constitutis, in futurum quoque tempus securitati Gallicarum nationum prospicere se debere arbitratus est. Quapropter maxima juvenum multitudine tum de barbaris Rheni accolis, tum de subjectarum imperio Rom. gentium agricolis collecta, numerisque militaribus adscripta, sic eos bellicis in rebus exercuit, ut horum militum exercitationis & experientiæ metu, totos novem annos nemo Transrhenanorum subjecta Romanis oppida vexarit.

Οὗτος ἢ ἐν παρασκευαῖς αὐτῆς, Οὐαλεντινιανὸς ὁ βασιλεὺς τὰ πρὸς τὺς Γερμανὺς ὡ διαθέμενος, φήθη δεῖν κ) τ εἰς τὸ μέλλον ἀσφαλείας τ Κελτικῶν ἐθνῶν ποιήσασθαι πρόνοιαν. νεολαίαν οὖν ὅτι πλείστην ἀθροίσας, ἔκ τε τ προσοικούντων τ῀ Ρήνῳ βαρβάρων, κ) ἐκ τ ἐν τοῖς ὑπὸ Ρωμαίους ἔθνεσι γεωργῶν, τοῖς στρατιωτικοῖς ἐγκαταλέξας τάγμασιν, ὅπως αὐτὺς ἐξήσκησε τὰ πολέμια, ὥστε φόβῳ τ περὶ τὰ τοιαῦτα τ στρατιωτῶν μελέτης κ) πείρας, ἔννεα τὺς πάντας ἐνιαυτὺς μηδένα τ ὑπὲρ τ Ρήνου τ ὑπὸ Ρωμαίους πόλεσιν ἐνοχλῆσαι.

Pag. 746. An. Chr. 375. Gratianus apud occidentales Gallos à patre relictus fuerat..... Gratiano Gallicæ nationes, & Hispania tota cum insula Britannica obtigerant.

Ο ἢ ἐν τοῖς ἑσπερίοις Γαλάτας παρὰ τ πατρὸς ἀπολελειμμένος..... Γρατιανῷ μ τὰ Κελτικὰ φῦλα, κ) Ἰβηρία πᾶσα, κ) ἡ Βρεττανικὴ νῆσος ἀπεκληρώθη.

Pag. 751. An. Chr. 379. Gratianus, Theodosio Thraciæ & orientis rebus præfecto, ipse ad occidentales Gallos tetendit, ut eorum locorum res, si posset, componeret.

Ἐπισήσας ἢ τοῖς κ῀ Θράκλῳ αὐτὸν κ) τ ἑῴαν προάγμασιν, αὐτὸς ὅτι Γαλάτας τοὺς ἑσπερίους ἐχώρει, τὰ αὐτόθι διαθήσων, εἰ οἷός τε γένοιτο.

Pag. 757. Imperator Gratianus harum rerum

Ο ἢ βασιλεὺς Γρατιανὸς ὑ μᾶλλον ὅτι τοῖς

Digitized by Google

ἀγγελθεῖσι σωταραχθεὶς, στρατὸν ἀρκοῦσαν ἐξέπεμψε, Βαύδωνι τῷ στρατηγῷ ταύτην παραδοὺς, ᾧ καὶ Ἀρβογάστην συνέπεμψεν. ἄμφω δὲ ἦσαν Φράγκοι τὸ γένος, εὖνοί τε σφόδρα Ρωμαίοις, καὶ χρημάτων ὡς μάλιστα ἀδωρότατοι, καὶ περὶ τὰ πολέμια φρονήσει καὶ ἀλκῇ διαφέροντες.

A nuncio non parum perturbatus, satis magnas copias ablegat, Baudoni (a) duci traditas, cum quo & Arbogastem misit. Erant autem ambo natione Franci, Romanorum amicissimi, ab avaritia donisque captandis prorsus immunes, atque in bellicis rebus prudentia pariter ac robore præstantes.

An.Chr. 381.

Τότε δὲ ἡγεμόνε, δύο μοῖραι τῶν ὑπὲρ τὸν Ρῆνον Γερμανικῶν ἐθνῶν, ἡ μὲν ἡγεμόνι Φριτιγέρνῳ χρωμένη, ἡ δὲ ὑπὸ Αλλοθεῖ καὶ Σάφρακι τεταγμένη, τοῖς Κελτικοῖς ἔθνεσιν ἐπικείμεναι, κατέσπασαν εἰς ἀναίρεσιν τὰ βασιλέα Γρατιανὸν, ἐνδοῦναι σφίσιν ἀπολιπούσας τὰ ἐν Κελτοῖς, δηλ. τὴν Ισρ Παιονίαν καὶ τὴν ἄνω Μυσίαν καταλαβεῖν.

Quando dux erat Vitalianus, duo Germanicarum trans Rhenum nationum agmina, quorum alterum ducem Fritigernum habebat, alterum sub Allotho & Safrace militabat; dum Gallicas gentes premunt, Gratianum Imperatorem eò compulerunt, ut ipsis, modò Gallicas relinquerent regiones, Istro transjecto, Pannoniæ Mysiæque superioris adeundæ potestatem faceret.

Pag. 758. An.Chr. 380.

Οἱ δὲ ῥᾳδίως ἐξανασάντες, ἀνεῖπον βασιλέα τὸν Μάξιμον· καὶ περιθέντες τὴν ἁλυρίδα καὶ τὸ διάδημα, ὃ δὴ χρῆμα τὸν ὠκεανὸν ναυσὶ διαβάντες, τὸν τε Ρῆνον περισωρμίσθησαν ἐκβολαῖς. τῶν δὲ ἐν Γερμανίᾳ, καὶ τῶν μὲν ταύτῃ..... στρατοπέδων ἀσμενέστατα τῇ ἀναῤῥήσει θεμένων, ἀντικαθίστατο Γρατιανὸς εἰς μάχην αὐτῷ, μέρος δὲ μικρὸν ἔτι τοῦ στρατοπέδου συναγωνιζόμενον ἔχων. ὡς δὲ συνῆλθον αἱ δυνάμεις ἀλλήλαις, ἀκροβολισμοὶ μὲν ἐπὶ πέντε μόνας ἡμέρας ἐγένοντο. θεασάμενος δὲ ὁ Γρατιανὸς, πρότερον μὲν τὸν Μαυρουσίαν ἅπαν ἵππον ἀποχωρήσαντα, καὶ Μάξιμον ἀναβοήσαντας Αὔγουστον, εἶτα καὶ τοὺς ἄλλους κατὰ βραχὺ τῇ μερίδι Μαξίμου θεμένους, ἀπογνοὺς τὰ ἐλπίσι, τριακοσίους ἱππέας ἀναλαβὼν, σὺν αὐτοῖς ἔφυγε προτροπάδην ἐπὶ τὰς Αλπεις.

Milites facilè ad seditionem impulsi, Maximum Imperatorem appellant; ac tradita illi cum diademate purpura, confestimque transmisso navibus Oceano, ad ostia Rheni appulerunt. Exercitibus autem, qui erant in Germania & juxta hanc regionem, summa cum benevolentia hanc designationem approbantibus, objiciebat ei se Gratianus prælio congressurus, quòd non exigua pars exercitûs adhuc ab ipso staret. Ubi copiæ propiùs ad se invicem accessissent, ad quinque solos dies inter se velitationibus utebantur. Conspicatus autem Gratianus, primò Mauros equites universos discessionem fecisse, ac Maximum Augustum conclamasse, deinde ceteros etiam paulatim ad Maximi partes transire; desperatis rebus, sumtisque secum trecentis equitibus, pleno cursu cum eis versus Alpes aufugit.

Pag. 760. An.Chr. 383.

Θεοδόσιος δὲ ὁ βασιλεὺς ἀκηκοὼς, ὅτι διαβαίνων τὰς Αλπεις ὁ Μάξιμος, Βίκτωρα τὸν υἱὸν ἀπέλιπεν αὐτοῦ τῇ δὲ Καίσαρος ἀξίᾳ τετιμημένον, Αρβογάστην ἔστειλε σὺν χρήματα καὶ στρατὸν, ὃς παρέλυσέ τε τῆς ἀρχῆς, καὶ ἀπέκτεινε τὸ μειράκιον.

Quum Theodosius Imperator audisset, Maximum transeuntem Alpes, filium Victorem dignitate Cæsaris ornatum apud Transalpinas gentes reliquisse, confestim Arbogastem ducem mittit, qui & imperio dejecit adolescentulum & interfecit.

Pag. 770. An. Chr. 388.

Τῶν δὲ τὰς ἀρχὰς ἐπιτεταγμένων ἐν τιμῇ κατ' ἐξαίρετον ἦγε Ρυφῖνος, Κελτὸς τὸ γένος, μάγιστρος τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων καταστάς..... αὐτὸς μὲν Ρυφῖνος, ὥσπερ τι σεμνὸν ἐργασάμενος, ὑπάτους ἀνεδείκνυε..... πρότερον ἀποτίθεται Τατιανὸς τὴν ἀρχὴν, καὶ ἦγετο εἰς κρίσιν, ὑπάρχου τῆς αὐλῆς ἀποδεδειγμένου Ρυφίνου.

Ex iis quibus erant commissi magistratus, honoratissimo loco Rufinus habebatur, natione Gallus, palatinorum ordinum Magister..... Rufinus ipse, quasi qui facinus honestum patrasset, Consul creatus est..... Priùs Magistratu Tatianus abdicatur, & in jus ducitur, Rufino præfecto aulæ constituto.

Pag. 773. An. Chr. 390. An. Chr. 392.

(a) Ambrosius Epist. 27. ad Valentinianum Imper. de Baudone honorificè loquitur: dicit eum, genere transrhenanum, devotionem Imperatori exhibuisse suo. Eudoxia uxor Arcadii & mater Theodosii junioris, filia erat istius Baudonis.

Digitized by Google

Pag. 774. An. Chr. 392.

Arbogaſtes oriundus è gente Francorum, quem ſecundum à Baudone duce locum Gratianus Imperator obtinere juſſerat, eo mortuo, fretus induſtria ſua, citra Principis auctoritatem Magiſterium militum in ſe tranſtulerat. Viſus autem ſubditis ſibi militibus idoneus, tum ob fortitudinem reique bellicæ ſcientiam, tum ob pecuniæ contemtum, magnam ad potentiam pervenit: tantuſque erat, ut etiam adverſus Imperatorem liberior eſſet, & quæcumque non rectè, nec, uti par erat, fieri putabat, prohiberet. Ea Valentinianus permoleſtè ferens, ſe illi ſæpiùs opponebat, ſed nihil proficiebat. Nam Arbogaſtes omnium militum benevolentia munitus erat. Tandem Valentinianus huic ſubjici non ampliùs ferens, quum auguſto in ſolio ſedens, accedentem videret Arbogaſtem, torvis oculis hominem aſpiciens, libellum porrigit, quo ei Magiſtratum abrogabat. Hoc ille perlecto, *Nec poteſtatem mihi dediſti*, inquit, *nec eripere poteris*. Quibus prolatis, diſcerptoque libello, & in terram abjecto, diſcedit..... Imperatorem igitur, qui apud oppidum Galliæ Viennam commorabatur, & propter muros ejus ludicra cum quibuſdam militibus exercebat, nihil tale cogitantem adortus, letaliter vulnerat & interficit.

A Ἀρβογάσης ἐκ τῶ φράγκων ὁρμώμενος ἔθνος, Βαύδωνι ἢ ὑποστρατηγεῖν ὑπὸ Γρατιανῶ βασιλεύοντος τεταγμένος, ἐκείνω τελευτήσαντος, τῷ δρασηείῳ τεθαῤῥηκὼς, ἢ στρατιωτικὼ ἀρχὼ εἰς ἑαυτὸν μεθίστησι, βασιλέως ἐάσαντος. κατάλληλος ἢ τοῖς ὑποτεταγμένοις στρατιώταις ὀφθεὶς, διά τε ἀνδρείαν καὶ πολεμικὼ ἐπιστήμω καὶ χρημάτων ὑπεροψίαν, ὅτι μέγα προῆλθε δυνάμεως· καὶ τοσοῦτος ὢν, ὥστε καὶ πρὸς τὸ βασιλέα παῤῥησιάζεσθαι, καὶ

B ὅσα μὴ καλῶς αὐτῷ μηδὲ προσηκόντως ἔχειν ἐδόκει, κωλύειν. πρὸς ταῦτα δυσπαχετῶν ὁ Οὐαλεντινιανὸς, ἀντέτεινε μὲ πολλάκις, λύων ἢ ὑδέν. ὠχύρωτο γὰρ ὁ Αρβογάσης τῇ τ στρατιωτῶν ἁπάντων εὐνοίᾳ. ὑποτετάχθαι ἢ τούτῳ περαιτέρω μὴ φέρων, ἐπειδὴ καθήμενος ὁ τὸ βασιλείω θρόνω τὸν Αρβογάσην ἐσιόντα, δριμύτερον ὑποβλέπων, δίδωσιν αὐτῷ γράμματα τ ἀρχῆς ἀφαιρούντα. ὁ ἀναγνὼς,

C Οὔτε δέδωκάς μοι, φησὶ, τ ἀρχὼν, οὔτε ἀφελέσθαι δυνήσῃ. καὶ ταῦτα εἰπὼν, διαῤῥήξας τε τὸ γράμμάτιον, καὶ ὅτι τ γῆς ἀφεὶς, ἀπιὼν ᾤχετο..... τῷ βασιλεῖ τοίνυν ἐν Βιέννῃ Κελτικῇ πόλει τὰς ἀγχιβασὰς ποιουμένῳ, καὶ περὶ τὸ παύτης τεῖχος ἅμα ποσὶ τ στρατιωτῶν παιδιαῖς ἐναχολυμβῶ, καὶ μηδὲν τοιοῦτον ἔχοντι καὶ νῦν ἐμπεσὼν, παῖει καιρίαν, καὶ διαφθείρει.

Pag. 779. An. Chr. 394.

Arbogaſtes, qui Theodoſii humanitatem experiri non cuperet, in montes aſperrimos confugit. Quumque animadvertiſſet, omnia loca perluſtrari ab iis qui eum quærerent, ipſe ſibi manus intulit, præſtare ratus, ut voluntariam mortem potiùs oppeteret, quam ut ab hoſtibus caperetur.

Αρβογάσης ἢ τυχεῖν ὑπὸ Θεοδοσίου φιλανθρωπίας οὐκ ἀξιώσας, ὅτι τὰ τραχύτατα συνέφυγε τ ὀρῶν. αἰωρόμενος ἢ ὡς πάντα περιοσθοι τόπον οἱ τῶν ὅπιζητοῦντες, ἑαυτὸν ὑπέσχε τῷ ξίφει, τὸν ἑκούσιον θάνατον τῆς ὑπὸ τ ἐχθρῶν συλλήψεως προτιμήσας.

EX LIBRO V.

Pag. 785. An. Chr. 395.

Quum obſequutus Imperator ante urbem [Conſtantinopolim] occuriſſet; ac milites eum venerati, viciſſim à principe perbenignè fuiſſent excepti; data à Gaine teſſera, ſimul univerſi Ru-

E finum in medio interceptum gladiis feriunt. Et hic quidem adimebat dextram; ille manum alteram præcidebat; alius capite à cervice revulſo, diſcedebat, conſuetas victoriis ovationes accinens.

Πειθίνου ἢ τ βασιλέως, καὶ περὶ τ πόλεως ὑπαντήσαντος, ἐπειδὴ προσκυνήσαντες, τ προσκύσης ἠξιώθησαν παρὰ τ βασιλέως φιλοφροσύνης· δόντος Γαΐνα τὸ σύνθημα, πάντες ὁμῦ τ Ρυφῖνον ἀπολαβόντες ἐν μέσῳ, τοῖς ξίφεσι παίουσι. καὶ ὁ μὲ ἀφαιρεῖ τ δεξιᾶς, ὁ ἢ τὸν ἑτέραν ἐκοπεν, ὁ ἢ τ κεφαλὴν τῆ τραχήλου χωρίσας, ἀπεῖ παιᾶνας ᾄδων θριαμβικούς.

Pag. 803. An. Chr. 407.

Roma Honorii Imperatoris allatæ epiſtolæ, quibus perſcriptum erat, Conſtantinum perduellem jam ex inſula

Ex τ Ρώμης Ονωρίου γράμματα τ βασιλέως ἀποδοθέντα, δι' ὧν ἐδηλοῦτο, ὡς Κωνσταντῖνος θριαμβικὸς εἴη τυραννίδι, καὶ ἐκ τῆς

Βρεττανικῆς

Digitized by Google

Βρεττανικῆς νήσου περαιωθεὶς, ἐν τοῖς ὑπὲρ τὰς Αλπεις ἔθνεσι παραγένοιτο, τὰ βασιλέως ἐν τῇ πόλεσι πράττων.

Ἤδη Κωνσταντίνου τοῦ τυράννου τὴν Γαλατίαν πᾶσαν διαδραμόντος, καὶ ἐν τῇ Αρελάτῳ διατρίβοντος.

Οἱ δὲ τρόπον τινὰ παράφοροι γεγονότες, Λιμένιόν τε τὴν ἐν τοῖς ὑπὲρ τὰς Αλπεις ἔθνεσιν ὄντα τῆς αὐλῆς ὕπαρχον ἀποσφάττουσι, καὶ ἅμα τούτῳ Χαριοβαύδην τὴν στρατηγὸν τῶν ἐκεῖσε ταγμάτων. ἔτυχον γὰρ διαφυγόντες τὴν τύραννον, καὶ ὑπαντήσαντες κατὰ τὸ Τίκηνον τῷ βασιλεῖ.

A Britannica transvectum, ad Transalpinas gentes accessisse, ac se pro Imperatore in civitatibus gerere.

Jam Constantinus tyrannus universam Galliam percurrerat, & Arelate degebat. Pag. 807. An. Chr. 408.

Milites quodammodò ad furorem redacti, Limenium apud Transalpinas gentes præfectum prætorii, cum Chariobaude militum in iisdem locis magistro, jugulant. Nam hi fortè tyrannum effugerant, & Ticinum ad Imperatorem accesserant. Pag. 808. Eod. an.

B

EX LIBRO VI.

Ὁ δὲ Ἰουστινιανὸν καὶ Νεβιγάστιον ἄρχειν τῶν ἐν Κελτοῖς τάξας στρατιωτῶν, ἐπεραιώθη τὴν Βρεττανίαν καταλιπών. ἐλθὼν δὲ εἰς Βονωνίαν, (πρώτη δὲ αὕτη πρὸς τῇ θαλάσσῃ κεῖται, (a) Γερμανίας οὖσα πόλις τῆς κάτω) καὶ ἐν ταύτῃ διατρίψας ἡμέρας τινὰς, πάντα τε οἰκειωσάμενος τὰ στρατεύματα, μέχρι τῶν Αλπεων ὄντα τῶν ὁριζουσῶν Γαλατίαν καὶ Ιταλίαν, ἀσφαλῶς ἔχεσθαι τῆς βασιλείας ἐδόκει. κατὰ δὲ τούτους τοὺς χρόνους Σάρον τὴν στρατηγὸν ἐκπέμπει μετὰ στρατεύματος κατὰ Κωνσταντίνου Στελιχών. ὁ δὲ Ἰουστινιανῷ τῷ στρατηγῷ μετὰ τῆς δυνάμεως τῆς σὺν αὐτῷ ἀπαντήσας, αὐτόν τε ἀναιρεῖ, καὶ τῶν στρατιωτῶν τὴν πλείονα μοῖραν· καὶ λείας πολλῆς γενόμενος κύριος, ἐπειδὴ Κωνσταντῖνον αὐτὸν ἔγνω πόλιν καταλαβόντα Βαλεντίαν ἀρκοῦσαν αὐτῷ πρὸς ἀσφάλειαν, εἰς πολιορκίαν κατέστησε. Νεβιογάστου δὲ τῶν λειπομένου στρατηγοῦ λόγους τῷ Σάρῳ περὶ φιλίας προσάγοντος, ἐδέχετο μὲν ὡς φίλον τὴν ἄνδρα· δοὺς δὲ καὶ λαβὼν ὅρκους, ἀναιρεῖ παραχρῆμα, μηδένα τῶν ὅρκων ποιησάμενος λόγον. Κωνσταντίνου δὲ στρατηγὸν καταστήσαντος Εδόβινχον Φράγκον ὄντα τὸ γένος, Γερόντιον δὲ ἀπὸ τῆς Βρεττανίας ὁρμώμενον, δείσας ὁ Σάρος τὴν τῶν στρατηγῶν τούτων περὶ τὰ πολέμια πεῖραν ὁμοῦ καὶ ἀνδρείαν, ἀνεχώρησε τῆς Βαλεντίας, ἑπτὰ πολιορκήσας ταύτην ἡμέρας. καταδραμόντων δὲ αὐτὸν τῶν Κωνσταντίνου στρατηγῶν μετὰ μεγίστης δυναστείας, σὺν πολλῷ διεσώθη πόνῳ, τὴν λείαν ἅπασαν δωρησάμενος τοῖς περὶ τὰς Αλπεις ἀπαντήσασιν αὐτῷ Βακαύδαις, ὅπως εὐρυχωρίας παρ' αὐτῶν τύχῃ τῆς περὶ τὴν Ιταλίαν παρόδου. Σάρου τοίνυν οὕτως εἰς τὴν Ιταλίαν

Constantinus, ubi Justinianum & Neviogasten Gallicis militibus præfecisset, Britannia relicta transmisit. Quum Bononiam venisset, (ea prima mari adjacet, inferioris Germaniæ civitas) & in ea dies aliquot fuisset commoratus, omnesque sibi exercitus ad Alpes usque Galliam & Italiam disterminantes conciliasset, imperium jam tutò possidere videbatur. Eodem tempore Sarum Stelicho ducem cum exercitu contra Constantinum ablegat. Is Justiniano duci cum copiis suis obviam profectus, eum cum majore exercitûs parte interficit: & ingenti præda potitus, quum intellexisset Constantinum se recepisse Valentiam, urbem ad defensionem ipsius satis idoneam, hanc ipsam obsidere instituit. Alter copiarum dux Neviogastes Saro pacis conditiones offerens, amicè quidem ab eo exceptus fuit; sed ultrò citróque præstitis sacramentis, confestim occisus est, religione jurisjurandi ab Saro violata. Quum autem Constantinus Edobinchum natione Francum, & oriundum è Britannia Gerontium duces his suffecisset, Sarus horum ducum in re militari experientiam & fortitudinem veritus, à Valentia discessit, quam septem diebus obsederat. Quum Constantini duces in eum maximis viribus proruissent, multo labore salvus evasit, universa præda Bacaudis, qui ad Alpes illi occurrerant, concessa, ut ab eis adeundæ Italiæ facultatem impetraret. Quum Sarus hoc modo in Italiam pervenisset

Pag. 824. An. Chr. 407.

C

D

E

An. Chr. 408.

(a) Perperàm Zosimus Bononiam in Germania secunda collocat.

Digitized by Google

incolumis, Conſtantinus univerſis collectis copiis, Alpes idoneo præſidio munire decrevit. Eæ tres omnino ſunt, quæ à Gallis atque inde ulteriùs in Italiam itinera claudunt, videlicet Cottiæ, Pœninæ, Maritimæ. Hoc uti faceret eâ curâ quam diximus, cauſſa
An. Chr. 406. quædam erat hujuſmodi: ſuperioribus annis, Arcadio VI & Probo Conſulibus, Vandili (a) Suevis & Alanis permiſti, ſuperatis hiſce locis, nationes Tranſalpinas vaſtarunt..... Propter has ergo cauſſas præſidiarios in
An. Chr. 407. hiſce locis Conſtantinus collocavit, ne iſti liberum in Galliam aditum haberent. Rhenum quoque præſidio munivit idoneo; quod à Juliani Imperatoris temporibus neglectum fuerat.

Pag. 826. An. Chr. 408. Conſtans in Hiſpaniam tranſiit, ſecum habens ducem Terentium & (b) Apollinarem Præfectum prætorii..... His rebus Conſtans in Hiſpania geſtis, ad patrem Conſtantinum reverſus eſt, adducto ſecum Vereniano & Didymio, relictoque iſtic duce Gerontio, qui cum Gallicis militibus iter illud, quod è Gallis in Hiſpaniam ducit, cuſtodiret; quamquam exercitus Hiſpanici hanc cuſtodiam ſibi pro more credi, nec regionis tutelam extraneis committi petiiſſent. Ceterùm Verenianus & Didymius ad Conſtantinum perducti, mox interfecti ſunt. Conſtans rurſùs in Hiſpaniam à patre mittitur, ac Juſtum ducem ſecum adducit. Qua re offenſus Gerontius, conciliatis ſibi eorum locorum militibus, barbaros in regione Gallorum adversùs Conſtantinum ad ſeditionem impellit. Quibus quum Conſtantinus non reſtitiſſet, quòd major copiarum pars eſſet in Hiſpania, cuncta pro lubitu invadentes Tranſrhenani barbari, eò tum incolas inſulæ Britannicæ, tum quaſdam Gallicas nationes redegerunt, ut ab imperio Romano deficerent, & Romanorum legibus non ampliùs obedientes, arbitratu ſuo viverent. Itaque Britanni, ſumtis armis, & quovis adito pro ſalute ſua diſcrimine, civitates ſuas à barbaris imminentibus liberarunt. Itidem

διασωθέντος, σωαγαγὼν ὁ Κωνσταντῖνος τὴ δύναμιν ἅπασαν, ἔγνω φυλακὰς ἀρκέσας ἐγκαθεῖσθαι τῶν Ἀλπέσιν. ἦσαν δὲ αὗται τρεῖς, αἱ τὰς ὅτι τῆ Ἰταλίαν ἀπὸ Κελτῶν ὁδοὺς ἀποκλείουσαι, Κοττίαι, Ποιναὶ, Μαριτίμαι. ταῦτα δὲ δι' αἰτίαν τοιάνδε τῆ εἰρημένης μοι προνοίας ἠξίωσεν· ἐν τοῖς προλαβοῦσι χρόνοις, ἔτεσιν ἤδη τῆ ὑπατεύοντος ἀρχῶν Ἀρκαδίου καὶ Πρόβου, Βανδίλοι Συήβοις καὶ Ἀλανοῖς ἑαυτοὺς ἀναμίξαντες, τότε διαβάντες τοὺς τόπους, τοῖς ὑπὲρ Ἄλπεις ἔθνεσιν ἐλυμήναντο..... διὰ ταῦτα τοίνυν τότοις τοῖς τόποις φύλακας ἐγκατέστησε Κωνσταντῖνος, ὡς ἂν μὴ τῆ εἰς Γαλατίαν ἀνεμποδίστως ἔχοιεν πάροδον. ἐγκατέστησε δὲ καὶ τῆ Ῥοδανῷ πᾶσαν ἀσφάλειαν, ἐν τῆ Ἰουλιανοῦ βασιλέως χρόνων ῥαθυμηθεῖσαν.

Ὁ Κώνστας εἰς τῆ Ἰβηρίαν διέβη, στρατηγὸν μὲ Τερέντιον ἔχων, Ἀπολιναρίου δὲ τῆ αὐλῆς ὕπαρχον..... ταῦτα καὶ τῆ Ἰβηρίαν ὁ Κώνστας διαπραξάμενος, ἐπανῆλθε πρὸς τῆ πατέρα ἑαυτῆ Κωνσταντῖνον, ἐπαγόμενος Βερηνιανὸν καὶ Διδύμιον, καταλιπὼν τε αὐτόθι τῆ στρατηγὸν Γερόντιον, ἅμα τοῖς ἀπὸ Γαλατίας στρατιώταις, φύλακα τῆ ἀπὸ Κελτῶν ὅτι τιμὴ Ἰβηρίαν παρόδου· καίτοιγε τῆ ἐν Ἰβηρίαις στρατοπέδων ἐμπιστευθῶσι καὶ τὸ σωθῆναι τῆ φυλακὴν αἰτησάντων, καὶ μὴ ξένοις ὅπλοις τῆ τῆς χώρας ἀσφάλειαν. Βερηνιανὸς μὲ οὖν καὶ Διδύμος ὡς Κωνσταντῖνον ἀφίκοντες, ἀνηρέθησαν διαχρῆμα. Κώνστας δὲ αὖθις ὑπὸ τοῦ πατρὸς εἰς τῆ Ἰβηρίαν ἐκπέμπει, Ἴδιον ἐπαγόμενος στρατηγόν. ἐφ' ᾧ Γερόντιος ἀχθόμενος, καὶ τοὺς αὐτόθι παροικήσαντας στρατιώτας, ἐπανίστησι Κωνσταντίνῳ τοὺς ἐν Κελτοῖς βαρβάρους. πρὸς ὃς οὐκ ἀντέχων ὁ Κωνσταντῖνος, ἅτε δὴ τῆ πλείονος τῆ δυνάμεως μέρος ὄντος ἐν Ἰβηρίᾳ, πάντα κατ' ἐξουσίαν ὁρμῶντες οἱ ὑπὲρ τῆ Ῥοδανοῦ βάρβαροι, κατέστησαν εἰς ἀνάγκην τοὺς τε τῆ Βρεττανικὴν νῆσον οἰκοῦντας, καὶ τῶν ἐν Κελτοῖς ἐθνῶν ἔνια, τῆ Ῥωμαίων ἀρχῆς ἀποστῆναι, καὶ καθ' ἑαυτὸν βιοτεύειν, ὑκέτι τοῖς τότων ἐπακούοντα νόμοις. οἵτε οὖν ἐκ τῆ Βρεττανίας ὅπλα ἐνδύντες, καὶ σφῶν αὐτῶν προκινδυνεύσαντες, ἠλευθέρωσαν τῶν ὁμοίων βαρβάρων τὰς

(a) Procopius de Bello Vandal. lib. 1. cap. 3. Βανδίλοι δὲ ἀμφὶ τὴν Μαιῶτιν φέκηθρόοι λίμνην, ἐπειδὴ λιμῷ ἐπίεζοντο, ἐς Γερμανούς τε, οἳ νῦν Φράγγοι καλοῦνται, καὶ ποταμὸν Ῥῆνον ἐχώρουν, Ἀλανοὶς ἐπιμεμιγμένοι Γοτθικὸν ἔθνος. *Vandali Mæotidis paludis accolæ, cùm fame premerentur, ad Germanos, quos hodie Francos nominant, & fluvium Rhenum ſe receperunt, tractis in ſocietatem Alanis, natione Gotthica.*

(b) Apollinaris Præfectus Prætorio Galliarum, avus erat Apollinaris Sidonii. Ejus meminit ipſe Sidonius lib. 3. Epiſt. 12.

Digitized by Google

πόλεις. καὶ ὁ Ἀρμόριχος ἅπας, καὶ ἕτεραι Γαλατῶν ἐπαρχίαι, Βρεττανοὺς μιμησάμεναι, καὶ ἅτε ἴσον σφᾶς ἐλευθέρωσαν τρόπον, ἐκβάλλουσι μὲν τοὺς Ῥωμαίους ἄρχοντας, οἰκεῖον δὲ κατ' ἐξουσίαν πολίτευμα καθιστᾶσι. καὶ ἡ μὲν Βρεττανίας καὶ τῶν ἐν Κελτοῖς ἐθνῶν ἀπόστασις, καθ' ὃν ἐτυράννει χρόνον ὁ Κωνσταντῖνος, ἐγένετο.

A totus ille tractus (a) Armorichus, ceteræque Gallorum provinciæ Britannos imitatæ, consimili se modo liberarunt, ejectis Magistratibus Romanis, & sibi quadam republica pro arbitrio constituta. Hæc Britanniæ Gallicarumque gentium defectio, quo tempore Constantinus tyrannidem exercebat, accidit. An. Chr 408.

(a) Pagius in Crit. in Annal. Baronii ad an. 435. Num. 38. arbitratur *tractum Armoricanum* regionem illam esse, quæ posteà Britanniæ minoris nomen adepta est, & quæ incolebatur à Curiosolitis, Redonibus, Ambiariis, Osissimis & Venetis, qui, Constantino tyranno in Galliis imperante, Honorii Imp. permissu sese in libertatem asserverant. Eruditissimus Abbas Dubos in Hist. Crit. Monarchiæ Francicæ lib. 1. cap. 8. *tractui Armoricano* majus spatium tribuit, vultque illum (quemadmodum in Notitia Imperii legitur) exporrectum fuisse *per provincias quinque, per Aquitaniam primam & secundam, Senoniam, Lugdunensem tertiam & secundam*; illasque provincias circa an. 409. Romanorum jugum excussisse, inito inter se fœdere, & constituta republica. Constat tamen Aquitaniam secundam adhuc paruisse Honorio anno 419. Prosper siquidem in Chronico, Idatius item in Chronico, Isidorus in Hist. Goth. testantur Aquitaniam secundam hoc anno ab Honorio Gothis fuisse concessam. Ipse Honorius anno 418. Constitutionem emisit, in qua septem provincias, è quarum numero duæ erant Aquitaniæ, Arelatem quotannis convenire jubet. Quod certè non mandasset, si duæ Aquitaniæ ejus imperio non fuissent subditæ. Præterea Frigeridus apud Gregorium lib. 2. cap. 9. narrat Decimum Rusticum Tyrannorum Præfectum, Agroëcerium ex Primicerio Notariorum Jovini, multosque nobiles apud Arvernos captos & interemtos à Ducibus Honorianis: civitas ergo Arvernorum, quæ una erat è civitatibus Aquitaniæ primæ, Honorium pro Imperatore habebat. Et certè Arvernia semper Imperatoribus Romanis paruit, & nonnisi anno 475. à Julio Nepote Visigothis concessa est.

EX PAULI OROSII PRESBYTERI HISPANI HISTORIIS,

DE GALLIS.

Edit. Coloniæ, in 8°. 1561.

EX LIBRO I.

GALLIA Belgica habet ab oriente limitem fluminis Rheni & Germaniam; ab euro Alpes Pœninas, à meridie provinciam Narbonensem, ab occasu provinciam Lugdunensem, à circio Oceanum Britannicum, à septentrione Britanniam insulam. Gallia Lugdunensis ducta per longum, & per angustum inflexa, Aquitanicam provinciam semicingit. Hæc ab oriente habet Belgicam, à meridie partem provinciæ Narbonensis, quà Arelas civitas sita est, & mari Gallico Rhodani flumen accipitur. Narbonensis provincia, pars Galliarum, habet ab oriente Alpes Cottias, ab occidente Hispaniam, à circio Aquitaniam, à septentrione Lugdunensem, ab aquilone Belgicam Galliam, à meridie mare Gallicum, quod est inter Sardiniam & insulas Baleares, habens in fronte, quà Rhodanus fluvius in mare exit, insulas Stœchadas. Aquitanica provincia obliquo cursu Ligeris fluminis, qui ex plurima parte terminus ejus est, in orbem agitur. Hæc à circio Oceanum, qui Aquitanicus sinus dicitur, ab occasu Hispanias habet: à septentrione & oriente Lugdunensem, ab euro & meridie Narbonensem provinciam contingit..... Cap. 2.

[Britannia] à meridie Gallias habet, cujus proximum litus transmeantibus civitas aperit, quæ dicitur Rhutubi portus: unde haud procul à Morinis in austro positos Menapios Batavosque prospectat.

EX LIBRO II.

IGITUR Galli Senones, Duce Brenno, exercitu copioso & robusto nimis, quum urbem Clusium, quæ nunc Tuscia dicitur, obsiderent, legatos Romanorum, qui tunc componendæ inter eos pacis gratia venerant, in acie adversùm se vidêre pugnantes: qua indignatione permoti, Clusini oppidi obsidione dimissa, totis viribus Romam contendunt. Hos ita ruentes Fabius cum exercitu Consul excepit, nec tamen obstitit, immò potius hostilis ille impetus quasi aridam segetem succîdit, stravit, & transiit. Testatur hanc Fabii cladem fluvius Alia, sicut Cremera Cap. 19. An. U. C. 362.

Digitized by Google

Fabiorum. Non enim facilè aliquis ſimilem ruinam Romanæ militiæ recenſeret, etiamſi A
An. U. C. 363. Roma inſuper incenſa non eſſet. Patentem Galli urbem penetrant, trucidant rigentes ſimulacrorum modo in ſuis ſedibus Senatores: eoſque incendio domorum crematos, lapſu culminum ſuorum ſepeliunt. Univerſam reliquam juventutem, quam conſtat vix mille hominum tunc fuiſſe, in arce Capitolini montis latitantem obſidione concludunt: ibique infelices reliquias fame, peſte, deſperatione, formidine terrent, ſubigunt, vendunt: nam mille libris auri diſceſſionis pretium paciſcuntur: non quòd apud Gallos Roma parvi nominis fuerit, ſed quòd illam ſic jam antè detriverint, ut ampliùs tunc valere non poſſet..... Galli exſtincto populo, urbe deleta, ipſum quoque Romæ nomen in extremis cineribus perſequentes.

EX LIBRO III.

B
Cap. 6. An. U. C. 392. ANNO ab Urbe condita CCCLXXXVIII iterum terribilis Gallorum inundatio juxta Anienem fluvium, ad quartum ab Urbe lapidem, conſedit; facilè ſine dubio, pondere multitudinis, & alacritate virtutis, perturbatam occupatura civitatem, niſi otio & lentitudine torpuiſſet: ubi atrociſſimam pugnam Manlius Torquatus ſingulariter inchoavit, T. Quinctius Dictator cruentiſſima congreſſione confecit. Fugati
An. U. C. 395. ex hoc prælio plurimi Galli, inſtauratis iterum copiis in bellum ruentes, à C. Sulpicio Dictatore ſuperati ſunt..... In iiſdem diebus Galli ſe in prædam per maritima loca ſubjectoſque campos ab Albanis montibus diffuderunt: adversùm quos novo militum delectu habito, conſcriptiſque legionibus decem, ſexaginta millia Romanorum, negatis ſibi Latinorum auxiliis, proceſſerunt. Confecit hanc pugnam
An. U. C. 404. M. Valerius, auxiliante corvo alite; unde poſteà Corvinus eſt dictus. Occiſo enim provocatore Gallo, hoſtes territi, ſparſimque fugientes, graviter trucidati ſunt. C

Cap. 21. An. U. C. 458. Anno ab Urbe condita CCCCL, Fabio Maximo V, Decio Mure IIII Conſulibus, quatuor fortiſſimi florentiſſimique Italiæ populi in unum agmen fœduſque coierunt. Namque Etruſci, Umbri, Samnites & Galli, uno agmine conſpirantes, Romanos delere conati ſunt. Tremefacti hoc bello Romanorum animi, & labefactata fiducia eſt: nec auſi ſperare totum de viribus, dolo diviſere hoſtes, tutius rati pluribus ſe bellis implicare, quàm gravibus. Itaque quum, quibuſdam ſuis ad populandos hoſtiles agros in Umbriam Etruriamque præmiſſis, Umbrorum Etruſcorumque exercitum redire ad tuitionem ſuorum coëgiſſent, cum Samnitibus & Gallis bellum inire properarunt. In quo bello quum Gallorum impetu Romani premerentur, Decius Conſul occiſus eſt. Fabius tamen poſt magnam Decianæ partis ſtragem tandem vicit. Eo prælio XL millia Samnitum ſive Gallorum cæſa, Romanorum verò ſeptem millia ex Decii tantùm parte, qui occiſus eſt, exſtincta refe-D
runtur. Fuiſſe autem abſque Etruſcis & Umbris, quos aſtu Romani bello avocaverunt, Gallorum & Samnitum peditum CXL millia, CCCXXX, equitum verò XLVI millia, Livius refert: & Carpentarios mille in armis contra aciem ſtetiſſe Romanam.

Cap. 22. An. U. C. 470. Anno ab Urbe condita CCCCLXIII. Dolabella & Domitio Conſulibus, Lucani, Bruttii, Samnites quoque cum Etruſcis & Senonibus Gallis facta ſocietate, quum redivivum contra Romanos bellum molirentur, Romani ad exorandos Gallos miſere legatos. Quos quum Galli interfeciſſent, Cæcilius prætor ob ulciſcendam legatorum necem, & comprimendum tumultum hoſtium cum exercitu miſſus, ab Etruſcis Galliſque oppreſſus interiit. Septem prætereà tribuni militum in ea pugna occiſi, multi nobiles trucidati, tredecim millia etiam militum Romanorum illo bello proſtrata ſunt. Ita autem quotieſcumque Galli exarſerunt, totis opibus ſuis Roma E
detrita eſt, ut ſub præſenti nunc concurſatione Gothorum magis debeat meminiſſe Gallorum.

EX LIBRO IV.

Cap. 12. An. U. C. 515. EODEM anno Galli Ciſalpini novi exſtitere hoſtes: adversùm quos varia ſorte bellatum eſt. Nam in primo conflictu Valerii Conſulis tria millia quingenti cecidere Romani, ſecundo quatuordecim millia Gallorum cæſa, duo millia capta ſunt. Sed ob priorem cladem triumphus Conſuli denegatus eſt.

Cap. 13. An. U. C. 525. Tertio deinceps anno miſeram civitatem ſacrilegis ſacrificiis malè potentes funeſtavere pontifices: namque Decemviri conſuetudinem priſcæ ſuperſtitionis aggreſſi, Gallum virum & Gallam feminam cum muliere ſimul Græca in foro

Digitized by Google

A Boario vivos defoderunt. Sed obligamentum hoc magicum in contrarium continuò verſum eſt : namque diras illas, quas fecerant, externorum mortes, fœdiſſimis ſuorum cædibus expiaverunt. Siquidem L. Æmilio Papo, C. Atilio Regulo Conſulibus, magna formidine conſternatus Senatus defectione Ciſalpinæ Galliæ, quum etiam ex ulteriore Gallia ingens adventare exercitus nunciaretur, maximè Gæſatorum : quod nomen non gentis, ſed mercenariorum Gallorum eſt. Itaque permoti Conſules, totius Italiæ ad præſidium imperii contraxere vires. Quo facto, in utriuſque Conſulis exercitu octingenta millia armatorum fuiſſe referuntur, ſicut Fabius hiſtoricus, qui eidem bello interfuit, ſcripſit. Ex quibus Romanorum & Campanorum fuerunt peditum trecenta quadraginta octo millia ducenti, equitum verò viginti ſex millia ſexcenti : cetera multitudo ſociorum fuit. Commiſſo prælio apud Aretium, Atilius Conſul occiſus eſt: DCCC millia Romanorum, nec ſaltem tantâ, quanta eos B terrere debuit, cæsâ ſui parte, fugerunt : nam tria millia eorum tunc interfecta hiſtoriæ tradunt. Quod ideò ignominioſius turpiuſque eſt, tam paucis amiſſis, tanta agmina diffugiſſe, quia ſe in aliis victoriis non viribus animorum prævaluiſſe, ſed bellorum proventibus prodiderunt. Quis enim rogo in exercitu Romanorum crederet numerum iſtum fuiſſe ſaltem, non dico fugiſſe? Poſt hæc ſecundum cum Gallis prælium geſtum eſt, in quo planè quadraginta millia Gallorum trucidata ſunt. Sequenti anno Manlius Torquatus & Fulvius Flaccus Conſules, primi trans Padum Romanas duxere legiones. Pugnatum eſt ibi cum Inſubribus Gallis, quorum interfecta ſunt viginti tria millia, quinque millia capta ſunt..... Eodemque anno Flaminius Conſul, contemtis auſpiciis, quibus pugnare prohibebatur, adversùm Gallos conflixit, & vicit. In quo bello novem millia Gallorum cæſa, decem & ſeptem millia capta ſunt. Poſt hoc Claudius Conſul Gæſatorum triginta millia delevit; C ubi etiam ipſe Viridomarum regem in primam aciem progreſſus occîdit; & inter multa Inſubrium, quos ad deditionem coëgerat, oppida Mediolanum quoque urbem florentiſſimam cepit.

An. U. C. 528.

An. U. C. 529.

An. U. C. 530.

An. U. C. 531.

[Annibal] P. Cornelio Scipione & Ti. Sempronio Longo Conſulibus, Pyrenæum montem tranſgreſſus, inter ferociſſimas Gallorum gentes ferro viam aperuit, & nono demùm die à Pyrenæo ad Alpes pervenit : ubi dum montanos Gallos repellere ab aſcenſu obnitentes bello ſuperat, atque invias rupes igni ferroque reſcindit, quatriduum commoratus, quinta demum die cum maximo labore ad plana pervenit.

Cap. 14. An. U. C. 535.

Lucius Poſtumius prætor adversùm Gallos pugnare juſſus, cum exercitu cæſus eſt.

Cap. 16. An. U. C. 538.

Claudio Nerone & M. Livio Salinatore Conſulibus, quum Aſdrubal Annibalis D frater ab Hiſpaniis per Gallias ad Italiam veniret, juſſuſque à Carthaginienſibus, ut fratri cum copiis jungeretur, magna ſecum auxilia Hiſpanorum Gallorumque deduceret, quum maturato adventu deſcendiſſe jam ex Alpibus Conſulibus proditus fuiſſet, ab exercitu Romano, ignorante Annibale, præventus, cum omni exercitu ſuo interfectus eſt.

Cap. 18. An. U. C. 546.

Eodem tempore Inſubres, Boii atque Cenomani, contractis in unum viribus, Amilcare Pœno duce, qui in Italia remanſerat, Cremonam Placentiamque vaſtantes, difficillimo bello à L. Furio prætore ſuperati ſunt..... Conſul Marcellus in Etruria à Boiis oppreſſus, magnam partem exercitûs perdidit : cui poſtea Furius alter Conſul auxilio acceſſit. Atque ita univerſam Boiorum gentem igni ferroque vaſtantes, propemodùm uſque ad nihilum deleverunt..... P. Scipione Africano iterum, Ti. Sempronio Longo Conſulibus apud Mediolanum decem millia Gal- E lorum cæſa : ſequenti autem prælio undecim millia Gallorum : Romanorum verò quinque millia occiſa ſunt..... Alter Conſul Scipio cum Boiorum gente conflixit, in quo prælio viginti millia hoſtium interfecit..... Fulvius Conſul de Græcia in Gallogræciam, quæ nunc eſt Galatia, tranſvectus ad Olympum montem pervenit, ad quem univerſi Gallogræci cum conjugibus & liberis confugerant, ibique acerbiſſimum bellum geſſit : namque de ſuperioribus locis ſagittis grandibuſque ſaxis ceteriſque telis Romani graviter contriti, tandem uſque ad congreſſum hoſtium perruperunt. Quadraginta millia Gallogræcorum eo prælio interfecta referuntur.

Cap. 20. An. U. C. 553.

An. U. C. 557.

An. U. C. 559.

An. U. C. 564.

EX LIBRO V.

Ap. Claudio, Q. Cæcilio Metello Conſulibus, Ap. Claudius adverſus Salaſſos

Cap. 4.

An. U. C. 610. Gallos congreſſus, & victus, decem millia peditum perdidit: reparata pugna, A quinque millia hominum occîdit.

Cap. 13. Cnæus quoque Domitius Proconſul Allobroges Gallos juxta oppidum Vindalium
An. U. C. 631. graviſſimo bello vicit, maximè quum elephantorum nova forma equi hoſtium hoſteſque conterriti diffugiſſent. Viginti millia ibi Allobrogum cæſa referuntur; tria millia capta ſunt.

Cap. 14. Anno ab Urbe condita DCXXVIII. Fabius Conſul Bituito regi Arvernorum Gal-
An. U. C. 632. liæ civitatis bellum maximo inſtructu comparanti, adeò cum parvo exercitu occurrit, ut Bituitus paucitatem Romanorum vix ad eſcam canibus, quos in agmine habebat, ſufficere poſſe jactaret. Qui quum ſibi ad transferendas copias unum pontem Rhodani fluminis parum eſſe intelligeret, alium compactis lintribus cateniſque connexum, ſuperſtratis confixiſque tabulis inſtruxit. Conſerta pugna & diu graviter agitata, victi Galli: converſique in fugam, dum quiſque ſibi timet, coacervatis incon- B ſultè agminibus, & præpropero tranſitu pontis vincula ruperunt, ac mox cum ipſis lintribus merſi ſunt. Centum octoginta millia armatorum in exercitu Bituiti fuiſſe traduntur, ex quibus centum quinquaginta millia vel cæſa vel mérſa ſunt. Q. Mar-
An. U. C. 635. cius Conſul Gallorum (a) gentem ſub radice Alpium ſitam bello aggreſſus eſt: qui quum ſe Romanis copiis circumſeptos viderent, belloque impares fore intelligerent, occiſis conjugibus ac liberis, in flammas ſeſe projecerunt. Qui verò, præoccupantibus Romanis, peragendæ tunc mortis ſuæ copiam non habuerant, captique fuerant, alii ferro, alii ſuſpendio, alii abnegato cibo ſeſe conſumſerunt: nulluſque omnino vel parvulus ſuperfuit, qui ſervitutis conditionem vitæ amore toleraret.

Cap. 15. Iiſdem prætereà Jugurthini belli temporibus, L. Caſſius Conſul in Gallia Tigu-
An. U. C. 646. rinos uſque ad Oceanum perſecutus, rurſúmque ab eiſdem inſidiis circumventus, occiſus eſt. Lucius quoque Piſo vir Conſularis, legatus Caſſii Conſulis, interfectus. C Q. Publius alter legatus, ne reſidua exercitûs portio, quæ in caſtra confugerat, deleretur, obſides & dimìdiam partem rerum omnium Tigurinis turpiſſimo fœdere dedit: qui Romam reverſus, à Cælio tribuno plebis die dicta, eò quòd Tigurinis
An. U. C. 647. obſides dederat, in exſilium profugit. Cæpio Proconſul capta urbe Gallorum, cui nomen eſt Toloſæ, centum M pondo auri, & argenti CXM è templo Apollinis ſuſtulit: quod quum ad Maſſiliam amicam populo Romano urbem cum præſidiis miſiſſet, interfectis clam (ſicut quidam conteſtantur) quibus ea cuſtodienda & pervehenda commiſerat, cuncta per ſcelus furatus fuiſſe narratur: unde etiam magna quæſtio pòſt Romæ acta eſt.

Cap. 16. Anno ab Urbe condita DCXLII. C. Manilius Conſul & Q. Cæpio Proconſul ad-
An. U. C. 648. verſùs Cimbros & Teutonas & Tigurinos & Ambronas Gallorum & Germanorum gentes, quæ tunc, ut imperium Romanum exſtinguerent, conſpiraverant, miſſi, D provincias ſibi Rhodano flumine medio diviſerunt. Ubi dum inter ſe graviſſima invidia & contentione diſceptant, cum magna ignominia & periculo Romani nominis victi ſunt: ſiquidem in ea pugna M. Aurelius Conſularis captus atque interfectus eſt. Duo filii Conſulis cæſi, octoginta millia Romanorum ſociorumque ea tempeſtate trucidata, quadraginta millia calonum atque lixarum interfecta Antias ſcribit. Ita ex omni penitus exercitu decem tantummodò homines, qui miſerum nuncium ad augendas miſerias reportarent, ſuperfuiſſe referuntur. Hoſtes binis caſtris atque ingenti præda potiti, nova quadam atque inſolita exſecratione cuncta quæ ceperant peſſumdederunt. Veſtis diſciſſa & projecta eſt, aurum argentumque in flumen abjectum, loricæ virorum conciſæ, phaleræ equorum diſperditæ, equi ipſi gurgitibus immerſi, homines laqueis collo inditis ex arboribus ſuſpenſi ſunt, ita ut nihil prædæ victor, nihil miſericordiæ victus agnoſceret. Maximus tunc Romæ non ſo- E lùm luctus, verùm etiam metus fuit, ne confeſtim Cimbri Alpes tranſgrederentur, Italiamque delerent.

Igitur Marius quartùm Conſul, quum juxta Iſaræ Rhodanique flumina, ubi in ſeſe
An. U. C. 651. confluunt, caſtra poſuiſſet, Teutones, Cimbri, & Tigurini & Ambrones, poſtquàm continuo triduo circa Romanorum caſtra pugnarunt, ſi quo pacto eos excuterent vallo, atque in æquos campos effunderent, tribus agminibus Italiam petere

(a) In Epitome Libri LXII. Liviani: *Q. Marcius Conſul Stœnos gentem Alpinam expugnavit.* Sigonius *Sarnos* legit: ſed quinam ſint iſti populi fatetur ſe ignorare: putat tamen rem peractam eſſe in Narbonenſi provincia, ut oſtendit colonia ipſa, *Narbo Marcius* ab conditore appellata. Cenſet Cellarius *Stœnos* coluiſſe Alpes maritimas Liguriam verſus, & ipſos cenſitos in Liguribus. In fragmento Faſtorum triumphalium, Q. MARCIUS Q. F. Q. N. REX PROCOS. AN. IↃCX. DE LIGURIBUS STOENEIS III. NON. DEC.

Digitized by Google

A deſtinaverunt. Marius poſt digreſſum hoſtium caſtra movit, & collem occupavit; qui campo & fluvio, ubi hoſtes ſeſe diffuderant, imminebat. Quumque exercitui ejus aqua ad potandum deeſſet, quereliſque omnium coargueretur; aquam quidem in conſpectu eſſe reſpondit, ſed eam ferro vindicandam. Primis itaque calonibus cum clamore in pugnam ruentibus, ſubſecutus exercitus, mox juſto certamine compoſitis ordinibus, bellum geſtum, & vicere Romani. Quarto die rursùs productæ utrimque in campum acies uſque ad meridiem penè pari pugnavere diſcrimine. Pòſt ubi incaleſcente ſole fluxa Gallorum corpora in modum nivium diſtabuerunt, uſque in noctem cædes potiùs quàm pugna protracta eſt. Ducenta millia armatorum in eo bello interfecta ſunt, octoginta millia capta, vix tria millia fugiſſe referuntur. Dux quoque eorum Teutobodus occiſus eſt. Mulieres eorum conſtantiore animo quàm ſi viciſſent, conſuluerunt Conſulem, ut ſi inviolata caſtitate virginibus ſacris ac B diis ſerviendum eſſet, vitam ſibi reſervarent. Itaque quum petita non impetraſſent, parvulis ſuis ad ſaxa colliſis, cunctæ ſeſe ferro ac ſuſpendio peremerunt. Hæc de (a) Tigurinis & Ambronibus geſta ſunt. An. U. C. 651.

Manilius (b) Proconſul Galliæ in Hiſpaniam cum tribus legionibus & mille ac quingentis equitibus tranſgreſſus, iniquam cum Herculeio pugnam conſeruit. Cap. 23. An. U. C. 675.

Anno ab Urbe condita DCLXXIX, Lucullo & Caſſio Conſulibus, Gladiatores LXXIV Capuæ à ludo Cn. Lentuli diffugerunt: qui continuò, ducibus Crixo & Œnomao Gallis, & Spartaco Thrace, Veſuvium montem occuparunt. Unde erumpentes Clodii prætoris, qui eos obſidione cinxerat, caſtra expugnarunt: ipſoque in fugam acto, cuncta in prædam verterunt. Inde per Conſentiam & Metapontum circumducti, ingentia brevi agmina collegerunt. Nam Crixo decem millium multitudo, Spartaco autem triplex tunc numerus fuiſſe fertur. Œnomaus enim jam in C ſuperiore bello fuerat occiſus..... Deinde Conſules Gellius & Lentulus adversùs eos cum exercitu miſſi, quorum Gellius Crixum acerrimè pugnantem prælio oppreſſit..... [Craſſus] priuſquàm ipſum Spartacum ad caput Silari fluminis caſtra metantem bello aggrederetur, Gallos auxiliatores ejus Germanoſque ſuperavit; è quibus triginta millia hominum cum ipſis ducibus occidit. Cap. 24. An. U. C. 680. An. U. C. 681.

EX LIBRO VI.

DEJOTARUS rex Gallogræciæ præfectos regis [Mithridatis] bello trucidavit. Cap. 2. An. U. C. 679.

Anno ab Urbe condita DCXCIII, C. Cæſare & L. Bibulo Conſulibus, lege Vatinia Cæſari tres provinciæ cum legionibus ſeptem in quinquennium datæ, Gallia D Tranſalpina & Ciſalpina & Illyricus. Galliam Comatam poſteà Senatus adjecit. Hanc hiſtoriam Suetonius Tranquillus pleniſſimè explicuit, cujus nos competentes portiunculas decerpſimus. Helvetiorum animos fortiſſimæ Gallorum omnium gentis, ea vel maximè cauſa, quòd perpetuo penè cum Germanis bello altercabantur, à quibus Rheno tantùm flumine dirimuntur, Orgetorix quidam princeps gentis, ſpe totas invadendi Gallias, in arma accenderat. Quo ceteri optimates correpto, & ad mortem coacto, cohibere tamen ſemel animatas in prædam plebes nequiverunt. Qui, conjuratione facta, ac die dicta, exuſtis vicis ac domibus ſuis, ne quod deſiderium ex ſpe revertendi foret, profecti ſunt. Quos quum apud Rhodanum flumen obvios Cæſar habuiſſet, magno difficilique bello bis vicit, victoſque ad deditionem coëgit. Horum fuit, quum primùm progreſſa eſt omnis multitudo Helvetiorum, Tulingorum, Latobrogiorum, Rauracorum & Boiorum, utriuſque E ſexûs ad CLVII millia hominum. Ex his XL & VII millia in bello occiderunt: cetera in terras proprias remiſſa ſunt. Poſteà Cæſar contra Arioviſtum regem, excitantem invehentemque ſecum incredibiles Germanorum copias, quibus nuper univerſos Galliarum populos ſe ſubegiſſe jactabat, apud Sequanos vicit. Quum autem diu exercitus Cæſaris Germanorum multitudine & virtute perterritus pugnam detrectaſſet, Arioviſtus in Germaniam arrepta navicula Rhenum tranſvectus effugit; uxores ejus duæ, totidemque filiæ captæ ſunt. Fuerunt autem in exercitu Arioviſti, Arudes, Marcomani, Triboci, Vangiones, Nemetes, (c) Edures, & Suevi. Pugna maximè gravis ex phalange Germanorum fuit, quam, coacto in unum agmine, Cap. 7. An. U. C. 694. An. U. C. 695.

(a) Livius, Florus & Plutarchus Teutonas cum Ambronibus conjungunt, non Tigurinos.

(b) In Epitome Libri 90. Livii: *L. Manlius proconſul, & M. Antonius legatus ab Herculeio Quæſtore prælio victi ſunt.*

(c) Cæſari l. 1. de Bel. Gal. *Seduſii* dicuntur.

Digitized by Google

An. U. C. 695. scutisque supra capita contextis ad irrumpendam Romanorum aciem tuti undique A
præstruxerant. Sed postquàm aliqui Romanorum militum agilitate audaciaque insignes, supra obductam saliere testudinem, scutisque singillatim, velut squamis, revulsis desuper nudos deprehensorum detectorumque humeros perfoderunt; territi hostes novo mortis periculo, terribilem dissolvêre compagem. Exinde in fugam versi per quinquaginta (a) millia passuum insatiabiliter cæsi sunt: neque conjici potuit numerus Germanorum, vel quantus pugnæ affuerit, vel quantus fuerit occisorum. Post hæc Belgarum gens, quæ tertia pars Galliarum est, adversus Cæsarem
An. U. C. 696. exarsit. Quorum distributim copia hæc fuit. Bellocavi qui ceteris numero & virtute præstare viderentur, habuere lectissima sexaginta millia armatorum; Suessiones ex duodecim oppidis quinquaginta millia; Nervii, quorum adeò indomita feritas prædicabatur, ut nunquam in id temporis mercatores ad se admiserint vina ceteraque venalia deferre, quibus inducta jucunditas torporem virtutis afferret, habuerunt si- B
militer quinquaginta millia: Atrebates (b) etiam & Ambiani decem millia, Morini viginti quinque millia, Menapii novem millia, Caleti decem millia, Velocasses & Veromandui æquè decem millia, Aduatici XVIII millia: Condrusi, Eburones, Cæresi, (c) Cæmani, qui uno nomine Germani vocantur, quadraginta millia. Et ita fuisse referuntur CCLXXII millia armatorum lectissima. His repentè silva erumpentibus, exercitus Cæsaris perturbatus, atque in fugam actus, plurimis suorum amissis, tandem hortatu ducis restitit: victoresque aggressus, usque ad internecionem penè delevit.

Cap. 8. Igitur Cæsar magnis in Gallia rebus gestis, quum in Italiam proficisci decrevisset,
An. U. C. 697. Galbam cum legione duodecima ad Veragros Sedunosque misit. Qui quum hiemandi causa in vico Veragrorum, cui nomen erat Octodurus, consedisset, mediamque oppidi partem, quæ torrente distinguebatur, accolis concessisset, quadam die C
eosdem discessisse per noctem, ac proximo insedisse colli videt. Quippe illi paucitatem vix mediæ legionis despectui habentes, ultroneam sibi prædam nullo cessuram negotio arbitrabantur, finitimosque suos in hanc cædis ac prædæ societatem vocaverant. Igitur Galba tam præsentibus periculis circumsepto ac trepido, atque inter varias consultationes certi consilii incerto, repentè Galli descensu montis effusi, castra imperfecta circumdant, raros per vallum propugnatores saxis telisque onerant. Quumque jam castra irrumperentur, Pacuvii primipilaris & Volusseni tribuni consilio, cuncti Romani portis eruperunt: incautosque subitò aggressi hostes, primùm perturbaverunt, deinde in fugam versos miserabili strage fuderunt. Nam ampliùs triginta millia barbarorum tunc cæsa referuntur. Igitur Cæsar quum pacatas universas Galliarum partes putaret, ad novum & maximum bellum retractus est. Namque dum P. Crassus adolescens cum legione septima oceano tenus apud An- D
degavos hiemat, Veneti ceterique confines repentè in arma conjurant, legatos Romanorum vinciunt, eosque ita demùm se reddituros, si obsides suos recipiant, Romanis indicant. Socios sibi ad id bellum Osismios, Lexovios, Nannetes, (d) Ambivaritos, Morinos, Diablintres & Menapios ascisçunt, auxilia quoque à Britannia accersunt. Cæsar per Crassum de rebellione dedititiarum gentium certior factus, quamvis intelligeret quanta ineundi belli difficultas esset, tamen rem tanti negotii non negligendam ratus est, ne ceteris exemplo ejusmodi audendi licentia laxaretur. Itaque terrestri prælio persequi hostes frustrà aggressus: quippe quum hostes per interfusa ex oceano æstuaria, atque inaccessos recessus, tutis terrarum finibus munirentur, naves longas ædificari in Ligeri fluvio jubet: per quem in oceanum deductæ, mox ut hostibus visæ sunt, continuò ducentæ viginti naves eorum paratæ, atque omni genere armorum instructissimæ, progressæ portu, ex adverso constite- E
runt. Bruto circumspicienti imparem longè navium esse conflictum, quia barbarorum naves solido robore intextæ, cavernisque prævalidis obduratæ, saxorum modo adactos rostratarum ictus retundebant, hoc primùm auxilio fuit, quòd falces acutissimas non pertinaciter contis præfixas, funibus autem subnexas paraverat: quibus quum opus esset, apprehensos eminùs rudentes, subductis hastilibus per funem falcem retrahendo succiderent. His celeriter expeditis, dirumpi hostium antennarum

(a) In editione Cæsaris à Jungermano adornata, quam secuti sumus, legitur, *quinquaginta millia passuum*: codices tamen MSS. & veteres editiones ante Ciaconium & Hotomanum habent, *quinque millia*: sic etiam legit Græcus Cæsaris Interpres, cùm vertit, τετρακισχιλια σταδιους. Hanc lectionem adhibuimus in Nota in Plutarchum, suprà pag. 405.

(b) Apud Cæsarem lib. 2. Atrebates XV. millia pollicebantur, Aduatici XXIX.

(c) Ibid. *Pæmani* dicuntur.

(d) Cæsar l. 3. habet, *Ambialites*, *Morinos*, *Diablintes*.

armamenta

Digitized by Google

A armamenta præcepit. Ita antennis ruentibus, complures illicò naves velut captas immobiles reddidit. Alii hoc periculo territi, ſuſpenſis velis quà ventus intenderet fugere conati, ceſſante mox vento deſtituti, ludibrio fuere Romanis. Itaque incenſis omnibus navibus, interfectiſque his qui pugnaverant Gallis, reliqui ſeſe omnes dediderunt. Sed Cæſar maximè ob injuriam legatorum, & ut genti ad omnia conſilia mobili terribilis exempli notam inureret, cunctis principibus per tormenta interfectis, reliquos ſub corona vendidit. Iiſdem diebus Titurius Sabinus Aulercos, Eburovices, Lexovioſque, qui primates ſuos, cur auctores belli reſuſcitandi eſſe nollent, interfecerant, eruptione facta, incredibili cæde delevit. Publius verò Craſſus quum in Aquitaniam perveniſſet, bello exceptus eſt. Namque Sontiates magno equitatu pedeſtribuſque copiis prævalidis Romanos adorti, diu graviter turbaverunt: pòſt victi, atque in oppidum Sontiatum coacti obſeſſique, quum ſe B expugnari viderent, armis traditis, in deditionem recepti ſunt. Aquitani clade permoti, undique exercitum contrahunt: de citeriore quoque Hiſpania auxilia accerſunt, duces bello maximè eos præficiunt, qui cum Sertorio militaverant. Hi omnes dum obſidionem Craſſo parant, in caſtris ſuis Craſſo obruente deleti ſunt. Nam ex Aquitanis & Cantabris, quorum quinquaginta millia tunc in auxilium venerant, triginta & octo millia cæſa referuntur. Cæſar Germanos, qui Rhenum cum immenſis copiis tranſmiſerant, ſimul & totas Gallias ſubjicere ſibi parabant, bello adortus, uſque ad internecionem cecîdit. Quorum fuiſſe numerum ad CCCCXL millia ferunt. An. U. C. 697.

Tunc Cæſar in Germaniam facto ponte tranſgrediens, Sicambros & Ubios obſidione liberat: Suevos maximam & ferociſſimam gentem, quorum eſſe centum pagos & populos, multi prodidere, totamque Germaniam adventu ſuo terret: mox in Gal- C liam reſciſſo ponte concedit. Inde ad Morinos venit, unde in Britanniam proximus & breviſſimus tranſitus eſt. Navibus circiter onerariis atque actuariis octoginta præparatis, in Britanniam tranſvehitur. Ubi acerba primùm pugna fatigatus, deinde adverſa tempeſtate correptus, plurimam claſſis partem, & non parvum numerum militum, equitum verò penè omnem diſperdidit. Regreſſus in Galliam, legiones in hiberna dimiſit, ac ſexcentas naves utriuſque commodi fieri imperavit. Cap. 9. An. U. C. 698.

Exin Cæſar à Britannis reverſus in Galliam, poſtquàm legiones in hiberna miſit, repentinis bellorum tumultibus undique circumventus & conflictatus eſt. Namque Ambiorix cum Eburonibus & Aduaticis conſpirans, animatus Trevirorum conſilio, Cottam & Sabinum legatos apud Eburones cum tota funditus legione inſidiis circumventos interfecit. Ambiorix hac victoria elatus, Aduaticos & Nervios plurimoſque alios raptim in arma contrahit, atque ad Ciceronem legatum, qui ſimiliter D tunc legioni in hibernis præerat, contendit. Multitudo hoſtium ex hoc colligi potuit, quia quum in obſidione caſtrorum vallum circumdandum eſſe à captivis Romanis docerentur, & inſtrumenta ruralia non haberent, gladiis concidendo terram, & ſagulis exportando, vix tribus horis vallum pedum decem, & foſſam pedum quindecim per millia paſſuum quindecim in circuitu perfecerunt. Prætereà centum viginti turres miræ altitudinis exſtruxerunt. Et quum jam ſeptem dies noctesque ſuccidui hoſtium cunei pugnarent, ac ventus ſubitò plurimus exortus eſſet, teſtas ferventes intorſere fundis, flammataque focis tela, ac mox concepto igne rutilantia, intra caſtra jecerunt. Quo facto per culmina raptim ventus inſiſtens, ſparſum animavit incendium. Sed ne ſic quidem Romani, quum undique obruerentur vulneribus, laboribus, vigiliis, jejuniis, incendiiſve ceſſerunt. Tandem Cæſari nuntiatum eſt, unam deletam eſſe legionem, alteram jam penè confectam. Adven- E tante cum duabus legionibus Cæſare, deſerunt hoſtes obſidionem, atque in eum cuncti raptis copiis ruunt. Cæſar parviſſimis ſe caſtris conſultò condidit, equitibus præmiſſis, ut fugam fingerent imperavit, ut ad tranſitum vallis, quæ media erat, ſibique periculoſa videbatur, hoſtes contemtu ſui invitaret. Quibus adventantibus inſuper obſtrui portas præcepit. Quo viſo Galli, quaſi jam viciſſent, ad obducendum extrinſecùs vallum converſi ſunt. Cæſar totis repentè portis paratum effudit exercitum, verſoſque in fugam Gallos vaſtiſſima cæde confecit. Nam ſexaginta millia tunc fuiſſe referuntur, è quibus pauci per paludes invias evaſerunt. Indutiomarus Trevirorum Princeps, magnas armatorum copias habens, poſtquàm de conſenſu Galliæ totius certior redditus eſt, Labieni caſtra, legionemque, cui is præerat, quod facile factu arbitrabatur, delere ſtatuit; ac deinde Eburonibus Nerviiſque conjunctus, ad opprimendum Cæſarem pergere. Labienus quibus poteſt artibus ſimulat Cap. 10. An. U. C. 699.

Digitized by Google

timorem, atque ita Indutiomarum negligentiorem cum insultantibus copiis pro vallo A
oberrantem repentina irruptione prostravit. Hac victoria Labieni, reliqui Gallorum conatus repressi sunt, & Cæsar paulò quietior reliqua parte hiemis fuit. Sed intelligens sibi majora belli superesse negotia, maximè quia plurima parte exercitûs amissa, aliisque graviter sauciis, ne ad sustinendum quidem sibi idoneus, non dicam ad comprimendum Gallorum impetum, videretur, à Cn. Pompeio Proconsule
An. U. C. 700. conscribi legiones, sibique mitti in auxilium petit. Itaque ante exactam hiemem tres ad eum legiones in castra venerunt. Igitur Cæsar priusquàm in unum hostium copiæ coirent, ineunte vere aggredi trepidos, & opprimere sparsos in suis finibus parat. Primùm itaque Nerviorum fines diripit: prædam verò, quæ copiosissima erat, exercitui permittit. Deinde Menapios, qui sibi propter immensas paludes atque impeditissimas silvas munitissimi videbantur, tribus agminibus invadit: nimiaque cæde vulgò agitata, residuos supplices in deditionem recepit. Labienus sequenti prælio B
omnes Trevirorum copias interfecit, arte in bellum provocatas, priusquàm Germanis adventantibus jungerentur, & continuò ipsam civitatem capit. Cæsar ulciscimortem Sabini & Cottæ legatorum volens, in Ambiorigem & Eburones deletæ legionis auctores, postquàm in Arduennam silvam refugisse comperit, quæ silva totius Galliæ maxima est, atque à ripis Rheni finibusque Trevirorum ad Nervios usque pertingit, & in longitudine plusquàm quingenta millia passuum patet, permetiens rem sui maximi periculi fore, si per obstructas spatiosasque silvas ignoti dividerentur, hostemque locis notissimum quærerent, omnem Galliam per nuntios invitat, ut quique secundùm placitum suum reconditas in Arduenna silva prædas quærant diripiantque. Quo facto Gallis utrimque morientibus, maximas Romanorùm injurias sine cujusquam Romani discrimine vindicavit. Ita hoc tutissimo vincendi genere securus in Italiam rediit. C

Cap. 11. Igitur Cæsare in Italiam reverso, Gallia rursùs in arma conjurat, multique simul
An. U. C. 701. populi coëunt. Dux his Vercingetorix fuit, cujus consilio statim omnes Galli civitates suas ultrò incenderunt, priùs à suis incensa Biturigo. Inde ad Cæsarem, qui magnis itineribus per Narbonensem provinciam clam ad exercitum recurrerat, impetum faciunt. Cæsar tunc oppidum nomine (a) Cenapum obsidione concluserat: quod diu oppugnatum, tandem post multas Romanorum clades pluvio die quum hostilium machinarum amenta nervique languerent, applicitis turribus captum atque deletum est. Quadraginta millia ibi hominum fuisse referuntur: è quibus vix octoginta per fugam elapsi ad proxima Gallorum castra venerunt. Præterea Arverni ceterique confines, solicitatis etiam ad se Æduis, multis adversùs Cæsarem præliis bellaverunt. Qui quum se pugnando fatigati in quoddam (b) Castellum recepissent, D
milites prædæ inhiantes, ad expugnationem oppidi animum intendunt, frustrà Cæsare de loci iniquitate causante. Itaque ibi Cæsar erumpentibus desuper hostibus pressus, multa exercitûs sui parte perdita, victus aufugit. Dum hæc ad Alesiam geruntur, Vercingetorix, quem omnes consensu pari regem præoptaverant, suadet uti ex tota Gallia omnes qui arma ferre possent, huic bello præsto sint. Hoc enim unum esse bellum, quo aut perpetua libertas, aut æterna servitus, aut mors omnium consequatur. Itaque absque eo numero quem infinitum antè contraxerat, equitum circiter octo millia, peditum ducenta quinquaginta millia contracta sunt. Dehinc duo colles sibi invicem obversos Romani Gallique ceperunt. Unde multis sæpe eruptionibus & variis proventibus præliantes, tandem Romani præcipua Germanorum equitum, quos sibi jamdudum amicos nunc in auxilium adsciverant, virtute vicerunt. Vercingetorix alia die congregatis omnibus, qui fuga evaserant, dixit se auctorem bona fide defendendæ libertatis, atque rumpendi fœderis fuisse, & nunc E
sive Romanis sese ad mortem omnes offerant, sive se solum pro omnibus dedant, paratum animo fore. Itaque Galli voluntatem, quam pudore aliquamdiu texerant, quasi ex consilio regis assumerent, illicò sibi veniam precantes, eum solum velut
An. U. C. 702. auctorem magni sceleris dediderunt. Bellovaci omnibus Gallorum gentibus ipsorum opinione fortiores habebantur. Hi Chorreo duce bellum instaurant, sibique in hanc suscepti belli societatem Ambianos, Aulercos, Caletos, Velocasses, Atrebatesque conjungunt, & locum quemdam cinctum atque impeditum undique paludibus capiunt: commissoque prælio magnam Remorum manum, quæ auxilio Romanis erat, trucidant. Deinde quum opportunum ipsi locum insidiis provisum occupassent,

(a) Non Cenapum, seu Genabum obsederat Cæsar, sed Avaricum, ut constat ex ipso Cæsare, l. 7.

(b) Id Castellum Gergovia est.

Digitized by Google

A atque hoc comperto Romani ad insidiarum locum instructi ordinatique veniſſent, commiſſo prælio Romani Gallos fugientes eiſdem locorum munitionibus, quibus clauſi fuerant, incluſerunt, cunctoſque ad internecionem ceciderunt. Ibi Chorreus vel fugam, vel deditionem detrectans, Romanos, ne vivus caperetur, inſtanter occidendo, ut occideretur, coëgit. Igitur quum pacatam eſſe univerſam Galliam Cæſar, neque auſuram fore ad aliquos aſpirare motus arbitraretur, legiones in hiberna dimiſit: ipſe autem Ambiorigis fines, qui tot bella excitaverat, horrenda hominum ſtrage vaſtavit. At verò C. Caninius legatus bellum apud Pictonas invenit: ubi magna hoſtium multitudo impeditam itinere legionem circumdedit, atque ad extremum diſcrimen adduxit. Porrò autem Fabius legatus, acceptis Caninii litteris, in Pictonas proficiſcitur; ibique à captivis de opportunitate locorum certior factus, inopinantes hoſtes opprimit, magniſque ſtragibus factis, plurimas prædas agit. Dein- B de quum Caninio ſignum adventûs ſui dediſſet, Caninius totis caſtris ſubitò exſilivit, ſeque injecit hoſti. Ita Fabio ex alia parte, & Caninio ex altera inſiſtente, maximo & diuturno bello innumeræ Gallorum copiæ trucidatæ ſunt. Inde Fabius in Carnutes profectus eſt. Sciebat enim Dumnacum ducem antiquiſſimum, rebellionis totius incentorem, ab hoc bello elapſum, ſi Armoricis gentibus adjunctus eſſet, maximos iterùm tumultus in Gallia eſſe moturum: ſed eos adhuc ipſa novitate trepidantes, mira virtute & celeritate domuit. Intereà Drapes unàque Lucterius, quum adeſſe Caninium & legiones in finibus ſuis viderent, undique collectis copiis oppidum Uxellodunum occupant. Hoc oppidum in editiſſima montis arce pendebat, duabuſque partibus per abrupta latera non parvo flumine cingebatur: medio deinde deſcenſu largiſſimo fonte ſecurum, plurimaque introrsùm copia frumenti tutum, irritos procul diſcurſus hoſtium deſpiciebat. Caninius, quod ſolum C Romana proviſione potuit, ambos duces cum parte copiarum plurima in campum evocatos, maximo prælio ſuperavit. Nam uno è ducibus interfecto, alter cum pauciſſimis fugit, nullus in oppidum rediit. Sed ad id oppugnandum Cæſare opus fuit. Itaque certior per nuntios factus Cæſar accurrit: circumſpectiſque omnibus videt, ſi expugnare vi moliatur, ludo & ſpectaculo hoſtium delendum eſſe exercitum ſuum: unum ſolum eſſe præſidium, ſi quoquomodo hoſtes aqua arceantur. Sed & hoc quoque niſi Cæſar non potuiſſet: ſiquidem fons quo ad potum utebantur, medio divexi montis latere fundebatur. Cæſar ad proximum fontis admoveri vineas, turremque exſtrui jubet: fit magnus illicò concurſus ex oppido. Quibus ſine periculo præliantibus, Romani quamvis pertinaciter obſiſterent, crebriúſque ſuccederent, complures tamen trucidantur. Igitur exſtruitur agger & turris pedum ſexaginta, cujus vertex adæquare fontis locum poſſet, ut vel ex æquo D tela conjici queant, vel præcipitata deſuper ſaxorum volumina non timeri. Oppidani autem ubi exanimari ſiti non ſolùm pecora ſua, verùm etiam infirmiores hominum ætates vident, cupas pice, ſevo & ſcandulis repletas, ac deinde immiſſo igne, in prona præcipitant, eaſque ipſi toto oppido effuſi ſubſequuntur. Ardentibus machinis, quum grave prælium ſuis Cæſar ac periculoſum videret, cohortes in circuitum oppidi ire velociter per occultum imperat, atque undique ſubitò vaſtum clamorem attollere. Quo facto conſternati oppidani, dum recurrere ad muniendum oppidum volunt, ab oppugnatione turris vel demolitione aggeris receſſerunt. Illi tamen, qui ad incidendas fontis venas ſub obtentu aggeris tuti cuniculos perfodiebant, repertos in abſtruſo aquarum meatus, per multa dividendo tenuari in ſemetipſis, conſumique fecerunt. Oppidani fonte ſiccato, ultima deſperatione correpti, deditionem ſui faciunt. Cæſar autem omnibus qui arma tulerant, manus ſuſtulit, & vi- E tam reliquit, quò teſtatior eſſet etiam poſteris pœna improborum. Multùm enim ad coërcendam audaciam valet propoſitum punitionis exemplum, quum ipſa miſeri præſens forma viventis, & ad recordationem admonet conſcios, & ad ſciſcitationem cogit ignaros.

An. U. C 700.

Exhauſtis atque edomitis Gallis, ſecurus Cæſar cum legionibus in Italiam rediit, nullos poſt ſe Gallorum motus pertimeſcens, certò ſe ſciens minimè aliquos, qui vel moveri audeant, vel ſi moveantur, timendi ſint, reliquiſſe. Conſtitui nunc ante oculos velim exanguem defœtamque Galliam, poſt illas ardentiſſimas febres internoſque æſtus vitalium molliora torrentes, ut ſeſe habeat, quanta macie, quantoque pallore ſit, quàm demiſſa ac reſoluta jaceat, quàm ipſos quoque neceſſarii officii motus, ne eumdem incurſum malorum revocent, pertimeſcat. Irruit enim in eam repentino impetu Romanus exercitus, veluti fortiſſimo corpori fortior lues: quæ tantò

Cap. 12.

Digitized by Google

graviùs accenditur, quantò impatientiùs toleratur. Sitiebat miſera, quum inſtante gladio, profiteri ſponſionem ſervitutis æternæ, avulſis inſuper obſidibus, cogeretur. Sitiebat, ut dixi, notam illam omnibuſque ſuaviſſimam velut aquæ gelidæ dulcedinem libertatis: quantóque eam magis ſubtrahi intelligebat, tantò avidiùs deſiderabat. Hinc illa tam frequens contra vetita præſumtio invadebatur, & pro defendenda libertate, importuna libertas: præreptaque inſatiabiliter potiundi licentia, quod malè conceptam perniciem reſtinguere videbatur, augebat. Hinc Romanus ante pugnam inſidiator argutior, hinc in pugna hoſtis infeſtior, hinc poſt pugnam victor immitior, hinc omnia ad domandam impatientiam crudeſcentia, hinc jam nec remediis credebatur. Itaque ſi interrogare poſſem hanc, de qua loquimur, nationem, quid tunc, quum hæc ipſa ſuſtinebat, de illis temporibus judicavit, reſponderet, ut arbitror, dicens: ſic me illa tunc febris exanguem reddidit, ac frigidam fecit, ut etiam hæc quæ omnes penè perſtrinxit, ferveſacere vel commovere nequiverit. A B

Cap. 15. An. U. C. 704. [Cæſar] Alpes tranſvectus, Maſſiliam venit: ad quam oppugnandam, cur receptus non eſſet, Tribonium cum tribus legionibus relinquens, ad Hiſpanias contendit..... Cæſar Maſſiliam redieſis obſidione domitam, vita tantùm & libertate conceſſa, ceteris rebus abraſit.

Cap. 18. An. U. C. 710. (a) D. Brutus in Gallia à Sequanis captus & occiſus eſt.

Cap. 21. An. U. C. 738. Claudius Druſus privignus Cæſaris Galliam Rhetiamque ſortitus, maximas fortiſſimaſque gentes Germaniæ armis ſubegit.....

Piſo adverſus Vindelicos miſſus eſt: quibus ſubactis, victor ad Cæſarem Lugdunum venit.

EX LIBRO VII.

Cap. 5. An. Chr. 40. [CALIGULA] magno & incredibili apparatu profectus quærere hoſtem viribus otioſis, Germaniam Galliamque percurrens, in ora Oceani circa proſpectum Britanniæ reſtitit. C

Cap. 8. An. Chr. 69. Otho, quum Galba & Piſone Romæ interfectis, inter tumultus cædeſque invaſiſſet Imperium, ac mox creatum Imperatorem in Gallia per Germanicas legiones Vitellium comperiſſet, bellum civile molitus.

Cap. 12. An. Chr. 98. [Trajanus] apud Agrippinam Galliæ urbem inſignia ſumſit Imperii.

Cap. 15. An. Chr. 177. In diebus Parthici belli perſequutiones Chriſtianorum, quarta jam poſt Neronem vice, in Aſia & in Gallia graves præcepto ejus [Antonini Veri] exſtiterunt, multique ſanctorum martyrio coronati ſunt.

Cap. 17. An. Chr. 198. Continuò rapitur, vel potiùs retrahitur in Galliam Severus è Syria ad tertium civile bellum. Unum jam enim Romæ adverſus Julianum; aliud in Syria contra Peſcennium geſſerat; tertium Clodius Albinus Juliani in occidendo Pertinace ſocius, qui ſe in Gallia Cæſarem fecerat, ſuſcitabat: cujus bello multum utrimque Romani ſanguinis fuſum eſt. Albinus tamen apud Lugdunum oppreſſus & interfectus eſt. D

Cap. 18. An. Chr. 235. [Aurelius Alexander] militari tumultu apud Moguntiacum interfectus eſt.

Cap. 22. An. Chr. 260. An. Chr. 269. Alamanni Gallias pervagantes, etiam in Italiam tranſeunt..... Poſtumus in Gallia invaſit tyrannidem, multo quidem reipublicæ commodo. Nam per decem annos ingenti virtute ac moderatione uſus, & dominantes hoſtes expulit, & perditas provincias in priſtinam faciem reformavit, ſeditione tamen militum interfectus eſt. Æmilianus apud Moguntiacum, quum res novas moliretur, oppreſſus eſt. Poſt mortem Poſtumi Marius ibidem invaſit Imperium, ſed continuò interfectus eſt.

An. Chr. 271. Deinde Victorinus à Gallis ultrò creatus, & poſt paullulum occiſus eſt. Huic ſucceſſit Tetricus, qui tunc Aquitaniæ præſidatûs adminiſtrabat officium, multaſque ſeditiones militum pertulit. E

Cap. 23. An. Chr. 273. [Aurelianus] Tetricum in Gallia minimè ſufficientem ſuſtinere ſeditiones militum ſuorum, ſcribentemque etiam, *Eripe me his invicte malis*, ac per hoc proditorem exercitûs ſui, ſine labore ſuperavit.

Cap. 24. An. Chr. 277. An. Chr. 280. An. Chr. 282. [Probus] Gallias jam dudum à Barbaris occupatas, per multa & gravia prælia deletis tandem hoſtibus, ad perfectum liberavit..... Proculum & Bonoſum apud Agrippinam magnis præliis ſuperatos interfecit. Ipſe autem apud Syrmium in turre ferrata militari tumultu interfectus eſt. Anno ab urbe condita MXXXIX Carus Narbonenſis triceſimus ſecundus ſuſcepit Imperium, ac biennio tenuit.

Cap. 25. An. Chr. 285. [Diocletianus] quum in Gallia Amandus & Ælianus, collecta ruſticanorum

(a) D. Brutus in Epitome Liv. lib. 120. dicitur à Capeno Sequano interemtus, & apud Paterculum in domo Capeni ab iis quos Antonius miſerat.

Digitized by Google

A manu; quos Vacaudas vocabant, pernicioſos tumultus excitaviſſent, Maximianum cognomento Herculium Cæſarem fecit, miſitque in Gallias: qui facilè agreſtium hominum imperitam & confuſam manum militari virtute compeſcuit. Deinde Carauſius quidam, genere quidem infimus, ſed conſilio & manu promtus, quum ad obſervanda Oceani litora, quæ tunc Franci & Saxones infeſtabant, poſitus, plus in perniciem, quàm in provectum Reipublicæ ageret, ereptam prædonibus prædam nulla ex parte reſtituendo dominis, ſed ſibi ſoli vindicando, accendens ſuſpicionem, quia ipſos quoque hoſtes ad incurſandos fines artifici negligentia permitteret; quamobrem à Maximiano juſſus occidi, purpuram ſumſit, ac Britannias occupavit..... An. Chr. 286.

Conſtantius verò Cæſar in Gallia primo prælio ab Alamannis profligato exercitu ſuo, vix ipſe ſurreptus eſt: ſecundo autem ſecuta eſt ſatis ſecunda victoria. Nam paucis horis ſexaginta millia Alamannorum cæſa referuntur..... Conſtantius Italiam, An. Chr. 297.
B Africam, Hiſpaniam & Gallias obtinuit. Sed Conſtantius vir tranquilliſſimus Gallia tantùm Hiſpaniaque contentus, Galerio ceteris partibus ceſſit..... Conſtantinum filium ex concubina Helena creatum Imperatorem Galliarum reliquit. An. Chr. 306.

[Herculius Maximianus] in Galliam profectus eſt, ut Conſtantino genero æquè dolis junctus auferret Imperium: ſed per filiam deprehenſus & proditus, deinde in fugam verſus, Maſſiliæ oppreſſus & interfectus eſt. Cap. 27. An. Chr. 310.

[Conſtans] Magnentii dolis in oppido, cui Helena nomen eſt, in proximo Hiſpaniæ interfectus eſt. Magnentius enim apud Auguſtodunum arripuit Imperium, quod continuò per Galliam, Africam Italiamque porrexit..... Sequitur bellum illud horribile inter Conſtantium Magnentiumque apud Murſam urbem geſtum, in quo multa Romanarum virium profligatio etiam in poſterum nocuit. Magnentius tamen victus aufugit, ac non multò pòſt apud Lugdunum propria ſe manu interfecit. Decen-
C tius quoque frater ejuſdem, quem Cæſarem Gallis præfecerat, apud Senonas laqueo vitam finivit. Conſtantius continuò Gallum patrui filium Cæſarem legit: quem rurſus crudeliter ac tyrannicè agentem, paulò poſtquàm creaverat, occidit. Silvanum quoque per Gallias rebus novis inhiantem maturè circumveniendum opprimendumque curavit. Igitur Silvano interfecto, Julianum patruelem ſuum, Galli fratrem, Cæſarem creatum miſit ad Gallias. Itaque Julianus Cæſar everſas oppreſſaſque ab hoſtibus Gallias ſtrenuiſſimè in integrum reſtituit. Alamannorum parvis copiis magnam multitudinem fudit: Rheno Germanos revinxit. His elatus ſucceſſibus, faſtigium uſurpavit Auguſti. Cap. 29. An. Chr. 350. An. Chr. 351. An. Chr. 353. An. Chr. 355. An. Chr 360.

Eodem anno apud Atrebatas vera lana de nubibus pluviæ mixta defluxit.... Hos [Burgundiones] quondam ſubacta interiori Germania à Druſo & Tiberio adoptivis filiis Cæſaris Auguſti per caſtra diſpoſitos, aiunt in magnam coaluiſſe gentem: at-
D que ita etiam nomen ex opere præſumſiſſe, quia crebra per limitem habitacula conſtituta, Burgos vulgò vocant: eorumque eſſe prævalidam & pernicioſam manum, Galliæ (a) hodieque teſtes, in quibus præſumta poſſeſſione conſiſtunt: quamvis providentia Dei omnes Chriſtiani modò facti catholica fide, noſtriſque clericis, quibus obedirent, receptis, blandè, (b) manſuetè innocenterque vivant, non quaſi cum ſubjectis Gallis, ſed verè cum fratribus Chriſtianis. An. Chr. 367. Cap. 32.

[Gratianus] apud Argentariam oppidum Galliarum formidoloſiſſimum bellum incredibili felicitate confecit. Nam pluſquam triginta millia Alamannorum, minimo Romanorum detrimento, in eo prælio interfecta narrantur. Cap. 33. An. Chr. 378.

[Maximus] in Britannia invitus propemodùm ab exercitu Imperator creatus, in Galliam tranſiit: ubi Gratianum Auguſtum ſubita incurſione perterritum, atque in Italiam tranſire meditantem, dolis circumventum interfecit. Cap. 34. An. Chr. 383.

E Valentinianus junior regno reſtitutus, exſtincto Maximo ejuſque filio Victore, quem Imperatorem Gallis Maximus reliquerat, ipſe in Galliam tranſivit: ubi quum tranquilla Republica in pace ageret, apud Viennam dolo Arbogaſtis Comitis ſui, ut ferunt, ſtrangulatus, atque ut voluntariam ſibi conſciviſſe mortem putaretur, laqueo ſuſpenſus eſt. Mortuo Valentiniano Auguſto, Arbogaſtes Eugenium tyrannum mox creare auſus eſt, legitque hominem, cui titulum Imperatoris imponeret, ipſe acturus Imperium..... Nunc quum adversùs eumdem Theodoſium collectis Gallorum Francorumque viribus exundavit, nixus etiam præcipuo cultu idolorum, magna tamen facilitate ſuccubuit. Cap. 35. An. Chr. 388. An. Chr. 392. An. Chr. 394.

Ante biennium Romanæ irruptionis, excitatæ per Stiliconem gentes Alanorum, Cap. 40.

(a) Id eſt anno Chriſti 416. aut 417.
(b) Burgundiones aliquot poſt annos Arriani facti, Gallos malè tractarunt.

Digitized by Google

An. Chr. 406. ut dixi, Suevorum, Vandalorum, multæque cum his aliæ Francos (a) proterunt, A Rhenum tranſeunt, Gallias invadunt, directoque impetu Pyrenæum uſque perveniunt: cujus obice ad tempus repulſæ, per circumjacentes provincias refunduntur. His per Gallias bacchantibus, apud Britannias Gratianus municeps ejuſdem inſulæ tyrannus creatur, & occiditur. Hujus loco Conſtantinus ex infima militia propter ſolam ſpem nominis, ſine merito virtutis eligitur: qui continuò ut invaſit Imperium,
An. Chr. 407. in Gallias tranſiit. Ibi ſæpe à barbaris incertis fœderibus illuſus, detrimento magis Reipublicæ fuit.

Cap. 42. Conſtantius Comes in Galliam cum exercitu profectus, Conſtantinum Imperato-
An. Chr. 411. rem apud Arelatum civitatem clauſit, cepit & occidit. Jam hinc, ut de catalogo tyrannorum quàm breviſſimè loquar, Conſtantem filium Conſtantini Gerontius Co-
An. Chr. 410. mes ſuus, vir nequam ac improbus, apud Viennam interfecit, atque in ejus locum
An. Chr. 411. Maximum quemdam ſubſtituit. Maximus exutus purpura, deſtitutuſque à militibus B Gallicanis, qui in Africam trajecti, deinde in Italiam revocati ſunt, nunc inter barbaros in Hiſpania egens exſulat. Jovinus poſteà vir Galliarum nobiliſſimus, in tyran-
An. Chr. 412. & 413. nidem mox ut aſſurexit, cecidit. Sebaſtianus frater ejuſdem hoc ſolùm, ut tyrannus moreretur, elegit: nam continuò ut eſt creatus, occiſus eſt.

Cap. 43. Anno ab Urbe condita MCLXVIII, Conſtantius Comes apud Arelatum Galliæ
An. Chr. 414. urbem conſiſtens, magna rerum gerendarum induſtria, Gothos Narbona expulit, atque abire in Hiſpaniam coëgit, interdicto præcipuè atque intercluſo omni commeatu navium, & peregrinorum uſu commerciorum. Gothorum tunc populis Ataulphus rex præerat. Qui poſt irruptionem Urbis, ac mortem Alarici, Placidia, ut dixi, captiva
* An. 410. ſorore Imperatoris in uxorem aſſumta, Alarico in regnum * ſucceſſerat. Is, ut ſæpe auditum, atque ultimo exitu ejus probatum eſt, ſatis ſtudioſè ſectator pacis, militare fideliter Honorio Imperatori, ac pro defendenda Romana Republica impendere C vires Gothorum præoptavit. Nam ego quoque ipſe virum quemdam Narbonenſem, illuſtris ſub Theodoſio militiæ, etiam religioſum prudentemque & gravem apud Bethleem oppidum Palæſtinæ, beatiſſimo Hieronymo presbytero referente, audivi ſe familiariſſimum Ataulpho apud Narbonam fuiſſe: ac de eo ſæpe ſub teſtificatione didiciſſe quòd ille, quum eſſet animo, viribus ingenioque nimius, referre ſolitus eſſet ſe in primis ardenter inhiaſſe, ut obliterato Romano nomine, Romanum omne ſolum Gothorum Imperium & faceret & vocaret: eſſetque, ut vulgariter loquar, Gothia quod Romania fuiſſet; fieretque nunc Ataulphus quod quondam Cæſar Auguſtus. At ubi multa experientia probaviſſet, neque Gothos ullo modo parere legibus poſſe propter effrenatam barbariem, neque Reipublicæ interdici leges oportere, ſine quibus Reſpublica non eſt Reſpublica, elegiſſe ſe ſalutem, ut gloriam ſibi & reſtituendo in integrum, augendoque Romano nomine, Gothorum viribus quæreret, D habereturque apud poſteros Romanæ reſtitutionis auctor, poſtquàm eſſe non poterat immutator. Ob hoc abſtinere à bello, ob hoc inhiare paci nitebatur, præcipuè Placidiæ uxoris ſuæ, feminæ ſanè ingenio acerrimæ, & religionis ſatis probatæ, ad omnia bonarum ordinationum opera perſuaſu & conſilio temperatus. Quumque eidem paci petendæ atque offerendæ ſtudioſiſſimè inſiſteret, apud Barcinonem Hiſ-
An. Chr. 415. paniæ urbem dolo ſuorum, ut fertur, occiſus eſt.

Poſt hunc Segericus Rex à Gothis creatus, quum itidem judicio Dei ad pacem pronus eſſet, nihilominùs & à ſuis interfectus eſt. Deinde Vallia ſucceſſit in regnum, ad hoc electus à Gothis ut pacem infringeret: ad hoc ordinatus à Deo ut pacem confirmaret. Hic igitur territus maximè judicio Dei, quia quum magna ſuperiore abhinc anno Gothorum manus inſtructa armis navigiiſque, tranſire in Africam moliretur, in XII millia paſſuum Gaditani freti tempeſtate correpta, miſerabili exitu E perierat: memor etiam illius acceptæ ſub Alarico cladis, quum Gothi in Siciliam tranſire conati, in conſpectu ſuorum, miſerabiliter arrepti & demerſi ſunt; pacem
An. Chr. 416. optimam cum Honorio Imp. datis lectiſſimis obſidibus, pepigit. Placidiam Imperatoris ſororem, honorificè apud ſe honeſtéque habitam, fratri reddidit..... Itaque nunc quotidie apud Hiſpanias geri bella gentium, & agi ſtrages ex alterutro barbarorum, crebris certiſque nuntiis diſcimus: præcipuè Valliam Gothorum Regem inſiſtere patrandæ paci ferunt.

(a) Idem habet Iſidorus Hiſt. Vandal. ad annum 407.

Digitized by Google

EX HISTORIIS OLYMPIODORI, DE GALLIS.

Apud Photium Cod. LXXX. *Edit. Rothomagi in fol. an.* 1653.

Κωνσταντῖνος τότε εἰς τὸ τῆς αὐτοκράτορος ἀναβιβάζεται ὄνομα. οὗτος Ιουστῖνον καὶ Νεοβιγαστὴν στρατηγοὺς προβαλλόμενος, καὶ τὰς Βρεττανίας ἐάσας, περαιοῦται ἅμα τοῖς αὐτοῦ ἐπὶ Βονωνίαν, πόλιν οὕτω καλουμένην, παραθαλασσίαν καὶ πρώτην ἐν τοῖς τῶν Γαλατῶν ὅροις κειμένην. ἔνθα διατρίψας, καὶ ὅλον τὸν Γάλλον καὶ (a) Ακύταρον στρατιώτην ἰδιοποιησάμενος, κρατεῖ πάντων τῶν μερῶν τῆς Γαλλίας μέχρι τῶν Αλπεων τῶν μεταξὺ Ιταλίας καὶ Γαλλίας.....

Κωνσταντίνου τοῦ τυράννου καὶ Κώνσταντος τοῦ παιδὸς, ὃς πρότερον μὲν Καῖσαρ, ἔπειτα δὲ καὶ βασιλεὺς ἐκεχειροτόνητο, τούτων ἡττηθέντων καὶ πεφευγότων, Γερόντιος ὁ στρατηγὸς τὴν πρὸς τοὺς βαρβάρους ἀσμενίσας εἰρήνην, Μάξιμον τὸν ἑαυτοῦ παῖδα, εἰς τὴν τῶν δομεστίκων τάξιν τελοῦντα, βασιλέα ἀναγορεύει. εἶτα ἐπιδιώξας Κώνσταντα, κατεπράξατο ἀναιρεθῆναι, καὶ κατὰ πόδας εἵπετο διώκων καὶ τὸν πατέρα Κωνσταντῖνον. ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐγίνετο, Κωνστάντιος καὶ Οὐλφίλας ἀποστέλλονται παρὰ Ονωρίου κατὰ Κωνσταντίνου· καὶ καταλαβόντες τὸν Αρήλατον, ἔνθα τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο Κωνσταντῖνος σὺν Ιουλιανῷ τῷ παιδὶ, ταύτην πολιορκοῦσι. καὶ Κωνσταντῖνος καταφυγὼν εἰς εὐκτήριον, πρεσβύτερος τότε χειροτονεῖται· ὅρκων αὐτῷ ὑπὲρ σωτηρίας δοθέντων, καὶ τοῖς πολιορκοῦσιν αἱ πύλαι τῆς πόλεως ἀναπετάννυνται· καὶ πέμπεται σὺν τῷ υἱῷ Κωνσταντῖνος πρὸς Ονώριον. ὁ δὲ μνησικακῶν αὐτοῖς ὑπὲρ τῶν ἀνεψίων αὐτοῦ, οὓς ἐτύγχανε Κωνσταντῖνος ἀνελὼν, πρὸ τριάκοντα τῆς Ραβέννης μιλίων παρὰ τοὺς ὅρκους προστάττει τούτους ἀναιρεθῆναι. Γερόντιος δὲ, παραγενομένων Οὐλφίλα καὶ Κωνσταντίνου, φεύγει· καὶ καταληφθεὶς, ὅτι ἐγκρατῶς ἦρχε τῆς οἰκείου στρατοῦ, ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων ἐπιβουλεύεται. πῦρ γὰρ τῆς οἰκίας αὐτοῦ ἀνῆψαν· ὁ δὲ πρὸς τοὺς ἐπαναστάντας κρατερῶς ἐμάχετο, ἕνα συναγωνιστὴν ἔχων Αλανὸν τὸ γένος εἰς δούλους αὐτῷ ἀριθμούμενον. τέλος τόν τε Αλανὸν καὶ τὴν γυναῖκα, τοῦτο προθυμουμένους, ἀναιρεῖ· ἐπικατασφάζει δὲ καὶ ἑαυτόν. Μάξιμος δὲ ὁ παῖς ταῦτα μαθὼν, πρὸς τοὺς ὑποσπόνδους φεύγει βαρβάρους.

(a) Leg. Ακυΐτανον.

TUNC Constantinus Augusti nomine salutatur. Is Justinum & Neovigasten militarium copiarum duces creans, relicta Britannia, cum suis trajecit, venitque Bononiam, maritimam urbem sic dictam, primam in Galliæ finibus positam. Ibi moratus Gallum omnem & Aquitanum militem sibi adjungens, omni est Gallia potitus ad Alpes usque, quæ Italiam à Gallia separant..... Pag. 180. An. Chr. 408.

Constantino tyranno & Constante filio, qui primùm quidem Cæsar, pòst etiam Imperator creatus erat, victis fugatisque, Gerontius belli dux, cum barbaris pace libenter inita, famulum suum Maximum, qui inter domesticos numerabatur, Cæsarem renuntiat. Constantem deinde insecutus, è medio sustulit, & Constantinum quoque patrem persequens, ejus vestigia consectabatur. Dum hæc geruntur, Constantius & Ulphilas ab Honorio adversùs Constantinum mittuntur : cúmque Arelatum pervenissent, ubi Constantinus cum Juliano filio degebat, hanc obsident. Constantinus ad templum confugiens, sacerdos ordinatur. Jurejurando de salute illi dato, urbis portæ obsidentibus aperiuntur, mittiturque cum Juliano filio Constantinus ad Honorium. Ille verò minimè ipsis ignoscens ob interfectos à Constantino cognatos suos, ad triginta à Ravenna milliaria, contra jurisjurandi fidem interfici eos jubet. Gerontius autem, accedentibus Ulphila & Constantino, fugam capessit : deprehensusque, quòd impotentiùs exercitui præfuisset, suorum insidiis petitus est. Ignem siquidem ipsius ædibus injecerunt; at ille fortiter contra adversarios pugnabat, uno adjuvante famulo, qui Alanus erat genere. Tandem Alanum illum ac uxorem, ut ipsi postularant, interimit; ac denique etiam sibi mortem consciscit. Maximus ejus famulus, re intellecta, ad fœderatos confugit barbaros. Pag. 181. An. Chr. 411.

Digitized by Google

An.Chr. 412. Jovinus apud Moguntiacum Germaniæ alterius urbem, ſtudio Goaris Alani & Guntiarii Burgundionum præfecti, tyrannus creatus eſt. Cui ut ſeſe adjungeret, Adaulpho auctor fuit Attalus. Et verò hic cum copiis ad illum ſe confert. Jovinus tamen Adaulphi adventu offenſus, obſcurè & veluti per ænigmata Attalum incuſat, quòd adventum ſuaſiſſet. Sarus item ad Jovinum venturus erat : ſed Adaulphus, cognita re, collectis decem millibus militum, occurrit Saro, viros octodecim aut viginti apud ſe habenti, quem cùm geſta heroïca & ſtupore digna edidiſſet, vivum ægrè ſaccis adhibitis capiunt, ac poſtmodùm occidunt.....

Pag. 184. Jovinus cùm fratrem ſuum Sebaſtianum invito Adaulpho Imperatorem creaſſet, in ejus odium incurrit. Adaulphus itaque per internuntios capita ſe tyrannorum miſſurum, pacemque inAn. Chr. 413. iturum Honorio pollicetur. Hi domum ubi redierunt, & jusjurandum præſtitum eſt, Sebaſtiani quidem caput Imperatori mittitur : Jovinus verò ab Adaulpho obſeſſus ſe dedit, atque etiam ipſe ad Imperatorem mittitur, quem Dardanus præfectus ſua manu percutiens interimit.....

Pag. 185. Adaulphus, cùm Placidia repeteretur, frumentum viciſſim ipſe promiſſum petiit. Cujus conferendi, etſi qui promiſerant, copiam nullam haberent, nihilo tamen ſeciùs ſe illud, ſi Placidiam reciperent, præbituros profitentur. Ad quæ ſimili ferè & ipſe barbarus ſimulatione utebatur, & Maſſiliam, urbem ſic dictam, progreſſus, dolo eam intercipere tentavit. Sed à Bonifacio nobiliſſimo viro vulneratus, & vix ſalvo capite fugiens, in ſua ſe tentoria recepit, urbe omiſſa, quæ lætitiæ plena, laudibus ac bonis omnibus Bonifacium eſt proſecuta.....

An. Chr. 414. Adaulpho, ſtudio ac conſilio Candidiani, nuptiæ cum Placidia conveniunt. Januario menſe nuptiis dictus dies Narbone Galliæ urbe, in domo Ingenii cujuſdam primarii ejus urbis viri. Hîc reſidente Placidia in thalamo, Romano more adornato, habituque regio, aſſedit ipſi & Adaulphus læna indutus

Ιωβῖνος ἐν (a) Μογυντιακῷ δ' ἑτέρας (b) Γερμανίας τῆς πρώτης Γωὰρ τὸν Ἀλανὸν καὶ (c) Γουντιαρεῖς, ὃς φύλαρχος ἐχρημάτιζε τῶν Βυργουνδίωνων, τύραννος ἀνηγορεύθη. πρὸς ὃν προσγλυφεσθαι Ἄτταλος Ἀδαύλφον παρῆνει. καὶ προσγίνεται ἅμα τῷ πλήθει. καὶ Ἰωβῖνος ἀνιᾶται ὑπὸ τῇ Ἀδαύλφου παρουσίᾳ, καὶ μύμφεται δι' αἰνιγμάτων τῷ προσηνέσαντι Ἀττάλῳ τὴν ἄφιξιν. καὶ Σάρος ἦ ἔμελλε πρὸς Ἰωβῖνον προσγλυφεσθαι· ἀλλ' Ἀδαύλφος τοῦτο μαθὼν, προϋπαντᾷ, χιλιάδας δέκα συνεπαγόμενος στρατιωτῶν, ἔχοντι ἄνδρας περὶ αὐτὸν (d) Ἀσάρῳ ὀκτωκαίδεκα ἢ καὶ εἴκοσιν, ὧν ἔργα ἡρωϊκὰ καὶ θαυμάσαι ἄξια ὑπεδείξάμενον, μόλις σάκκοις ἐζώγρησαν, καὶ ὕστερον ἀναιροῦσι.

Ἰωβῖνος παρὰ γνώμην Ἀδαύλφου τὸν ἴδιον ἀδελφὸν Σεβαστιανὸν βασιλέα χειροτονήσας, εἰς ἔχθραν Ἀδαούλφου κατέστη. καὶ πέμπει Ἀδάυλφος πρὸς Ὀνώριον πρέσβεις, ὑποχόμενος τὰς τε τοῦ τυράννου κεφαλὰς, καὶ εἰρήνην ἄγειν. ὧν ὑποστρεψάντων, καὶ ὅρκων μεσιτευσάντων, Σεβαστιανοῦ μὲν πέμπεται τῷ βασιλεῖ κεφαλή· Ἰωβῖνος ὁ ὑπὸ Ἀδαύλφου πολιορκούμενος ἑαυτὸν ἐκδίδωσι, καὶ πέμπεται κἀκεῖνος τῷ βασιλεῖ, ὃν αὐθεντήσας Δάρδανος (e) ὁ ἔπαρχος ἀναιρεῖ.....

Ἀδαύλφος ἀπαιτούμενος Πλακιδίαν, ἀνταπήτει τε ὁρειθίνην σῖτον. ὑπόσων δ' ὄντων τῶν ὑποχομένων εἰς τὸ δοῦναι, ὑδὲν δὲ ἧττον ὁμολογούντων, εἰ λάβοιεν Πλακιδίαν, πράξειν. καὶ ὁ βάρβαρος τὰ ὅμοια ὑπεκρίνετο, καὶ πρὸς Μασσαλίαν, πόλιν οὕτω καλουμένην, προσγενόμενος, δόλῳ ταύτην λαβεῖν ἤλπιζεν. ἔνθα πληγαὶς, βοηφατίου τε γυναικοτάτου βάλλοντος, καὶ μόλις τὸν θάνατον διαφυγὼν, εἰς τὰς οἰκείας ὑπεχώρησε σκηνὰς, τὴν πόλιν ἐν εὐθυμίᾳ λιπὼν, καὶ δι' ἐπαίνων καὶ εὐφημίας ποιουμένου Βονιφάτιον.....

Ἀδαύλφῳ, προσθήκῃ καὶ ὑποθήκῃ Κανδιδιανοῦ, ὁ πρὸς Πλακιδίαν συντελεῖται γάμος (μηνὶ ὁ Ἰανουάριος ἐνειστήκει) ὅτι ἦν τῆς πόλεως Νάρβωνος, ἐν οἰκίᾳ Ἰγενίου τινὸς πρώτου τῶν ἐν τῇ πόλει. ἔνθα προκαθεζομένης Πλακιδίας ἐν παστάδι τε Ρωμαϊκῶς ἐσκευασμένῃ καὶ χλαμύδι βασιλικῇ, συγκαθέζεται αὐτῇ καὶ Ἀδάουλφος

(a) Leg. Μογυντιακῇ.
(b) Id eſt, Germaniæ primæ.
(c) Leg. Γουντιαρεῖς.
(d) Leg. Σάρῳ.
(e) Hîc Dardanus Præfectus erat prætorio Galliarum. Licèt de eo parùm honorificè loquatur Sidonius lib. 5. epiſt. 9. hunc tamen ſummis laudibus extollunt, Hieronymus anno 414. epiſt. 129. qui ejus duplicem Præfecturam commemorat, & Auguſtinus anno 417. epiſt. 57.

ἐνδεδυμένος

ἐνδεδυμένος χλανίδα καὶ τἄλλα Ρωμαίων ἐσθῆτα. ἐν οἷς μὴ τὰ ἄλλων γαμικῶν δῶρον δωρεῖται (a) Ἀδάυλφος καὶ πεντήκοντα εὐείδεις νεανίας σπείρᾳ ἐνδεδυμένους ἐσθῆτα, φέροντες ἑκάστου τῶν χερσὶν ἀνὰ δύο μεγίστους δίσκους· ὧν ὁ μὲν χρυσοῦ πλήρης, ὁ δὲ τιμίων λίθων, μᾶλλον δὲ ἀτιμήτων ἐτύγχανεν· ἃ δὴ Ρώμης ἁλοὺς κατὰ τὴν ἄλωσιν τοῖς Γότθοις ἀποσυληθέντα. εἶτα λέγουσι καὶ ὑπηθαλάμιοι, Ἀτάλου ᾠδὸν εἰπόντος, εἶτα Ρυσακίου καὶ Φοιβαδίου· καὶ συμπλέκεται ὁ γάμος, παιζόντων καὶ χαιρόντων ὁμοῦ τῶν τε βαρβάρων καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς Ρωμαίων.

A omnique alio amictu Romano. Inter alia nuptiarum dona donat etiam Adaulphus quinquaginta formosos pueros, serica veste indutos, qui singuli utraque manu ingentes discos ferebant; quorum alter auro plenus, alter lapillis pretiosis, vel pretii potiùs inæstimabilis: quæ ex Romanæ urbis direptione Gotthi deprædati fuerant. Hinc canitur epithalamium, Attalo præcinente, deinde Rustacio & Phœbadio: nuptiisque finis datur lusu gaudioque ingenti Barbarorum simul & Romanorum, qui cum iis erant.

(a) Reperta est Inscriptio in fano S. Ægidii in honorem Ataulphi & Placidiæ uxoris. Hanc suprà retulimus pag. 145. Verùm illam valdè suspectam esse, validis demonstrant argumentis Novæ Historiæ Occitaniæ Scriptores Tom. 1. pag. 643.

EX EPITOME PHILOSTORGII CONFECTA A PHOTIO.

Edit. Parisiis in fol. an. 1673.

EX LIBRO I.

Κωνστάντιος ὁ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου πατὴρ κατ' ἀνδραγαθίαν τῶν ἄνω Γαλατῶν, ἐν αἷς καὶ αἱ καλούμεναι Ἄλπεις, βασιλεὺς ἀπεδείχθη· δυσέμβολα δὲ τὰ χωρία ταῦτα καὶ δυσπρόοδα. τὰς δὲ Γαλατίας οἱ νῦν Γαλλίας ἐπονομάζουσιν.

CONSTANTIUS Magni Constantini pater ob eximiam fortitudinem superioris Galatiæ, in qua sunt Alpes, Imperator renuntiatus est: hæc autem loca accessu difficilia sunt & impervia. Porrò hæc Galatia nunc à Romanis Gallia vocatur. Cap. 5. An. Chr. 292.

EX LIBRO XI.

Ὕστερον δὲ Βιέννῃ τῇ Γαλλίας πειρωμένου τὴν βασιλέα, καὶ μεσούσης ἡμέρας καὶ τὰ ἔρημα τῶν βασιλείων, ὅπη τὸ ποτάμιον τὸ χεῖλος [σὺν] οἷς ἐμπαιοπαίζοντες καλινδούμενοι διαφαίνοιντο, πέμπει τινὰς κατ' αὐτῶν τῶν ὑπασπιστῶν· οἱ δὲ τὸν δείλαιον χειρῶν ἰσχύϊ καὶ γνώμης ἀποπνίγουσιν ἀγχιόπτοιν, ὑδὲ τῶν ὑπηρετουμένων τῷ βασιλεῖ τινὸς παρόντος· ὁ γὰρ κομιεῖ αὐτοὺς ἀειρᾶν μεταπέμπεται. οἱ μὲν τοίνυν τὸν ἀποπνίξαντες, ἵνα μὴ τὸ θαυμαστὸν πρὸς ζήτησιν τινες χωρήσωσι τῶν ἐργασαμένων, τὸ ἡμιτύβιον αὐτοῦ τῷ τραχήλῳ βρόχου τρόπον περιελίξαντες ἀναρτῶσιν, ὡς δὴ αὐτοῦ γε τῇ οἰκείᾳ γνώμῃ ἀπαγξαμένου.

POSTEA verò Viennæ in Gallia, cùm Imperatorem [Valentinianum Jun.] pransum, & meridiano tempore in deserto quodam palatii loco cum quibusdam scurris labra in fluvium mergentem vidisset [Arbogastes], satellites quosdam in eum misit, qui manuum vi ac mentis feritate miserum strangularunt, cùm nullus ex ministris Imperatoris adesset: eo enim tempore universi ad prandium perrexerant. Cæterùm ne quis illicò cædis auctores requireret, hi qui eum strangulaverant, sudarium ipsius, instar laquei, collo ejus circumligantes, eum suspenderunt, ut sua sponte gulam sibi ipse fregisse videretur. Cap. 1. An. Chr. 392.

EX LIBRO XII.

Ἐκ τούτου τὸ Βάρβαρον πρὸς Ὁνώριον ἀπένδετο, καὶ τὴν οἰκείαν ἀδελφὴν καὶ τὸν Ἄτταλον τῷ βασιλεῖ ἐδωρήσαντο αὐτοὶ, σιτήσεσί τε δεξιωθέντες, καὶ μοῖράν τινα τῆς Γαλατῶν χώρας εἰς γεωργίαν ἀποκληρωσάμενοι.

EXINDE Barbari cum Honorio fœdus percusserunt, & Placidiam sororem & Attalum ei tradiderunt, cùm priùs ipsi annonas ab Imperatore, & quamdam Galliæ partem ad agros excolendos accepissent. Cap. 4. An. Chr. 416.

Digitized by Google

EX HISTORIARUM CANDIDI LIBRO II.

Apud Photium Cod. LXXIX. *Edit. Rothomagi in fol. an.* 1653.

An. Chr. 476. POST Nepotis Imperatoris Romani depositionem, & ejus successoris Augustuli expulsionem, Odoacer Italia atque ipsa adeò Urbe potitus est. Et dissidentibus ab Odoacro occidentalibus Gallis, & legatione ab ipsis, aliaque ab Odoacro ad Zenonem missa, in Odoacrum magis Zenonis animus inclinavit.

An. Chr. 477.

Μετὰ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ βασιλέως Νέπωτος Ρώμης, καὶ τὸν διωγμὸν τὸν μετ' αὐτὸν Αὐγούστυλον, Ὀδόακρος Ἰταλίας καὶ αὐτῆς ἐκράτησε Ρώμης. καὶ στασιασάντων αὐτῷ τῶν δυσμικῶν Γαλατῶν, διαπρεσβευσαμένων τε (a) αὐτῷ καὶ Ὀδοάκρῳ πρὸς Ζήνωνα, Ὀδοάκρῳ μᾶλλον ὁ Ζήνων ἀπέκλινεν.

(a) Pagius in Crit. in Annal. Baronii ad an. 480. Num. 6. putat hanc legationem missam ad Zenonem à Galliæ civitatibus, quæ adhuc Romanam Majestatem venerabantur, & quæ jure merito verebantur ne Euricus Visigothorum & Childericus Francorum Reges universas Gallias occuparent, si Romanorum dominatio in eis penitus exstingueretur. Clarissimus Abbas Dubos in Hist. Crit. Monarchiæ Francicæ lib. 3. cap. 14. legatos arbitratur à Gallis Constantinopolim missos, qui à Zenone peterent ut Eurico & Odoacro simul fœdere conjunctis bellum denunciaret, & qui sponderent Burgundiones & Francos in belli societatem venturos. Addit idem Abbas, Gallos cùm à legatis didicissent Zenonem magis in Odoacrum inclinare, Eurici amicitiam requisiisse, & cum eo fœdus iniisse, in quo comprehensi fuerint Burgundiones & Franci. Et certè Burgundiones inter & Visigothos fœdus ictum fuisse, colligitur ex Epistola 3. Sidonii lib. 9.

EX HISTORIA ECCLES. SOCRATIS, DE GALLIS.

Edit. Parisiis in fol. 1668.

EX LIBRO I.

Cap. 35. An. Chr. 336. HAC ratione circumventus Imperator, & ad indignationem provocatus, Athanasium in exsilium relegavit, & Gallias incolere præcepit..... sed ille quidem in urbe Galliæ Treviris commoratus est.

B (a) Οὕτω δὲ συναρπαγεὶς ὁ βασιλεὺς, καὶ εἰς θυμὸν ἀχθεὶς, ἐξορίᾳ ὑποβάλλει τὸν Ἀθανάσιον, τὰς Γαλλίας κελεύσας οἰκεῖν..... ἀλλ' ὅτε μὲν ἐν Τριβέρει τῶν Γαλλίας διήγαγε.

EX LIBRO II.

Cap. 25. An. Chr. 350. MAGNENTIUS in Occidentis partibus tyrannus exoritur, qui Constantem earum partium Imperatorem, in Galliis tum degentem, per insidias interemit. Quo facto, ingens bellum civile conflatum est. Nam Magnentius tyrannus universa Italia potiebatur, Africam quoque sub ditionem suam redegerat, ipsasque Gallias obtinebat.

C (b) Μαγνέντιος δὲ τὰ ἑσπέρια μέρη ἐπιφύη τύραννος, ὃς Κώνσταντα τὸν ἑσπερίων μερῶν βασιλεύοντα, δὲ τὰς Γαλλίας διάγοντα, ἐκ συσκευῆς ἀνεῖλε. ὃ γνωσθὲν, ἐμφύλιος μέγας ἀνερρίπισθη πόλεμος. Μαγνέντιος μὲν γὰρ ὁ τύραννος πάσης Ἰταλίας ἐκράτει, Ἀφρικὴν τε καὶ Λιβύην ὑφ' ἑαυτῷ πεποίητο, καὶ αὐτὰς τὰς Γαλλίας ἔσχε λαβών.

Cap. 32. An. Chr 353. Cùm duces Constantii, collectis Romanorum militum copiis, signa adversùs Magnentium movissent, Roma digressus, in Gallias se recepit. Ibi variis prœliis consertis, modò Constantii milites, modò Magnentiani superiores fuere: tandem apud Mursam,

(c) Ὡς δὴ οἱ στρατηλὰ Κωνσταντίου τὴν Ρωμαϊκὴν δύναμιν συγκροτήσαντες ἐπ' αὐτὸν ἐχώρουν, ἀναχωρήσας τῆς Ρώμης, τὰς Γαλλίας κατέλαβεν. ἔνθα συμβολαὶ συνεχεῖς ἐγένοντο, καὶ ποτὲ D μὲν τοῦ τὸ μέσος, ποτὲ δὲ θατέρου ἐκράτει. τέλος δὲ περὶ (d) Μύρσαν, φρούριον δὲ τῶν

(a) Sozom. l. 2. cap. 28.
(b) Sozom. l. 4. cap. 1.
(c) Sozom. l. 4. cap. 7.

(d) *Mursam*, quam hîc Socrates Galliæ castellum vocat, quamque posteà trium dierum itinere ab urbe Lugduno distare asserit, eam esse existimat Hadr.

Digitized by Google

Γαλλιῶν, ὁ Μαγνέντιος ἡττηθεὶς συνεκλείσθη. ἐν ᾧ φρουρίῳ λέγεται τοιόνδε θαῦμα συμβῆναι· ὁ Μαγνέντιος ὑπὸ τῆς ἥττης καταπεπλωκότας τοὺς ἑαυτοῦ στρατιώτας ἀναῤῥῶσαι σπουδάζων, ὑψηλὸν βῆμα ἔστησε· οἱ δὲ τῇ συνήθει τοῖς βασιλεῦσιν εὐφημίαν ὑπηχοῦσαι βουλόμενοι, παρὰ γνώμην ὅτι τὴν Κωνστάντιον ταύτην μετέφερσαν· οὐ γὰρ Μαγνέντιον, ἀλλὰ Κωνστάντιον Αὔγουστον κοινῇ πάντες ἐβόησαν. τοῦτο σύμβολον καθ' ἑαυτοῦ ὁ Μαγνέντιος ἡγησάμενος, ἐκ τοῦ φρουρίου εὐθὺς ἀπανίστατο, φυγῇ ὅτι τὰ πρωτίστου τῆς Γαλλίας χωρῶν. ἐπέκειντο δὲ οἱ τοῦ Κωνσταντίου στρατηγοὶ σπουδαίως· αὐθίς τε γίνεται συμβολὴ περὶ τόπον, ᾧ ὄνομα (a) Μιλτοσέλευκος· ἐν ᾧ καταχρατὴς ἡττηθεὶς ὁ Μαγνέντιος, φεύγει μόνος εἰς Λουγδοῦνον πόλιν τῆς Γαλλίας, εἰς ἣν ἀπὸ Μύρσων ὄρει τοῦτο φρουρίου τριῶν ἡμερῶν ὁδός. ἐν ταύτῃ τῇ Λουγδούνῳ ὁρμώμενος ὁ Μαγνέντιος, ἀναιρεῖ μὲν τοῦτον ἑαυτοῦ μητέρα· ἀνελὼν δὲ καὶ ἀδελφὸν, ὃν Καίσαρα ἑαυτῷ ποιήσας, τέλος ἐπικατέσφαξεν ἑαυτόν. τοῦτο ἐπράχθη ἐν ὑπατείᾳ Κωνσταντίου τὸ ἕκτον καὶ Κωνσταντίου τοῦ Γάλλου τὸ δεύτερον, πρὸ τεσσαρεσκαιδεκάτου Αὐγούστου μηνός..... μετὰ ταῦτα δὲ αὖθις ἕτερος ἐπανέστη τύραννος, ᾧ ὄνομα Σιλουανός· καὶ τοῦτον δὲ οἱ Κωνσταντίου στρατηγοὶ περὶ τὴν Γαλλίαν ταραττόντα ταχέως καθεῖλον.

(b) Μετ' οὐ πολὺ δὲ Ἰουλιανὸν τὸν Γάλλου ἀδελφὸν Καίσαρα καταστήσας, ὅπως τοὺς ἐν Γαλλίᾳ βαρβάρους ἀπείργειεν.

Παυλῖνος ὁ δὲ ἐν Γαλλίᾳ (c) Τευβέρεως ἐπίσκοπος.

Ο Καῖσαρ Ἰουλιανὸς ἐν τῇ Γαλλίαις πολλοῖς βαρβάροις συμπλέξας, καὶ νικήσας, πᾶσι μὲν τοῖς στρατευομένοις ἐπέρασος δόξαν τοῦτον μεγάλως, ὑπ' αὐτῶν ἀναγορεύεται βασιλεύς.

A quod caſtellum eſt Galliæ, victus Magnentius, & in munimentum illud contruſus eſt. Quo quidem in loco hujuſmodi fertur accidiſſe miraculum: Magnentius cùm militum ſuorum animos ob acceptam cladem fractos ac debilitatos confirmare vellet, ſublime tribunal conſcendit: illi verò dum fauſta acclamatione, quæ Imperatoribus acclamari ſolet, Magnentium excipere geſtiunt, præter animi ſui ſententiam in Conſtantium eam tranſtulerunt: non B enim Magnentium, ſed Conſtantium Auguſtum omnes uno conſenſu acclamarunt. Quod omen imminentis ſibi exitii arbitratus Magnentius, relicto munimento, ad ulteriores Galliæ partes confeſtim profugit. Quem dum Conſtantii duces acriùs inſequuntur, iterum pugna commiſſa eſt in loco, qui dicitur Mons Seleucus: eo prælio victus Magnentius, cæſis ad internecionem ſuis copiis, ſolus fugam arripuit, Lugdunum contendens urbem C Galliæ, quæ à Murſa Caſtello diſtat tridui itinere. Lugdunum igitur ingreſſus Magnentius, primùm quidem matrem interfecit: deinde occiſo etiam fratre, quem Cæſarem ſibi adſciverat, ad extremum manus ſibi intulit. Id autem geſtum eſt Conſtantio Auguſto ſextùm, & Conſtantio Gallo iterùm Conſulibus, XVIII. Calendas Septembres..... Continuò pòſt alius exortus An. Chr. 355. eſt tyrannus, nomine Silvanus: ſed hunc in Galliis tumultuantem duces D Conſtantii celeriter exſtinxerunt.

Nec multò pòſt Conſtantius Julianum fratrem Galli cùm Cæſarem nuncupaſſet, in Gallias miſit adversùs barbaros. Cap. 34. Eod. an.

Paulinus Trevirorum in Gallia Epiſcopus. Cap. 36.

Julianus Cæſar in Galliis cum ingenti barbarorum multitudine congreſſus, victoriam reportavit: atque idcircò univerſis militibus acceptus, ab iiſdem Imperator renunciatus eſt. Cap. 47. An. Chr. 360.

EX LIBRO III.

Ιλάριος ὁ Πυκτάβων ἐπίσκοπος, (d) πόλις ἡ αὐτὴ δευτέρας Ακουτανίας.

E HILARIUS Pictavorum Epiſcopus, quæ ſecundæ Aquitaniæ civitas eſt. Cap. 10.

Valeſius, quæ ſublatâ unâ litterâ nunc appellatur *Mura*, *La Mure*, & in Delfinatu poſita eſt, abeſtque ab urbe Lugduno leugas circiter XXV, aut etiam XXX; quæ trium dierum iter facilè conficiunt.

(a) Sozomeno Μονσιάλευκος, in Codice Allatii, Μονσιάλικος. In Itinerario Anton. *Mons Seleucus* dicitur: nunc eſt locus vulgò dictus *Monſaleon*.

(b) Sozom. l. 4. c. 21.

(c) Hanc quoque urbem Τεύβεριν vocant Sozomenus, l. 2. c. 28. & Theodoretus, l. 1. c. 31.

(d) Sozom. l. 5. c. 13. Πυκτάβων, πόλις ἡ αὐτὴ Ακουιτανίας, ἐπίσκοπος ἦν.

Digitized by Google

EX LIBRO V.

Cap. 6. An. Chr. 379. GRATIANUS confestim ad Gallias reversus est, eò quòd Alamanni provincias illas popularentur.

(a) Γρατιανὸς μὲ δὴθὺς ὅτι τὰς Γαλλίας ἐχώρει, Αλαμανῶν καταδρεχόντων ἢ ἐκεῖ χώραν.

Cap. 11. An. Chr. 383. Andragathius Comes Maximi, occultatus in lectica muliebri quæ à mulis portabatur, cùm satellitibus suis præcepisset, ut ubique divulgarent Imperatoris Gratiani uxorem ea lectica vehi, juxta urbem Galliæ Lugdunum occurrit Imperatori fluvium transeunti. Ille uxorem suam esse credens, dolum minimè præcavit: sed in hostis manus, tamquam cæcus in foveam, incidit. Repentè enim Andragathius è vehiculo prosiliens, Gratianum peremit.

(b) Ἐν φορείῳ γὰρ κλίνης μεμυθευμένῳ, καὶ ὑπὸ ἡμιόνων φερομένῳ καταφυθεὶς ὁ τοῦ Μαξίμου στρατηγὸς Ανδραγάθιος, προελέγετο τοῖς δορυφόροις κελεύσας, ὡς εἴη τῆς βασιλέως Γρατιανοῦ γαμετὴ, ὑπαντᾷ τῷ βασιλεῖ περὶ Λουγδούνου ἐν Γαλλίᾳ πόλεως ποταμὸν διαβαίνοντι· ὁ δὴ πιστεύσας ἢ γαμετὴν εἶναι, ἢ δόλον οὐκ ἐφυλάξατο· ἀλλ' ὥσπερ τυφλὸς εἰς ὄρυγμα, ἢ πολεμίων εἰς τὰς χεῖρας ἔπεσεν. ἐκπηδήσας γὰρ ἐκ τοῦ φερέτρου Ανδραγάθιος, τὸν Γρατιανὸν διεχειρίσατο.

EX LIBRO VII.

Cap. 30. Circa an. 430. GENS est barbara, trans flumen Rhenum sedes habens, Burgundiones vocantur. Hi vitam à negotiis alienam semper ducunt: quippe omnes ferè sunt fabri lignarii, & ex hac arte mercedem capientes, semetipsos alunt. In horum fines assiduè irruentes Hunni, regionem illorum vastabant, multosque ex ipsis subinde interficiebant. Itaque Burgundiones ad consilii inopiam redacti, nullius quidem hominis auxilium implorarunt; sed Deo cuipiam sese committere statuerunt. Cúmque animadverterent Romanorum Deum illis, qui numen ipsius revererentur, certissimum auxilium præbere, omnes communi consensu ad Christi fidem se contulerunt. Extemplò igitur ad quamdam Galliæ civitatem profecti, postulant ab Episcopo Christianum baptismum. Ille cùm septem dies jejunare eos jussisset, ac fidei rudimentis instituisset, octavo tandem die baptismo donatos dimisit. Fidenti igitur animo adversus Hunnos progressi sunt, nec spes eos fefellit. Etenim Hunnorum rege, cui nomen erat Uptarus, præ nimia ciborum ingluvie nocte quadam suffocato, Burgundiones in Hunnos duce destitutos subitò irruentes, paucique plurimos aggressi, victoriam re-

Ἔθνος ἐστὶ βάρβαρον, πέραν τοῦ ποταμοῦ Ρήνου ἔχον τὴν οἴκησιν, Βουργουζίωνες καλοῦνται. ἔστι βίον ἀπράγμονα ζῶσιν ἀεί· τέκτονες γὰρ σχεδὸν πάντες εἰσὶν, καὶ ἐκ ταύτης μισθὸν λαμβάνοντες, διατρέφουσι. τούτοις συνεχῶς τὸ ἔθνος τῶν Οὔννων ἐπεκόμπαζον, ἐλεηλάτει τε χώραν αὐτῶν, καὶ πολλοὺς πολλάκις αὐτῶν ἀνήρουν. οἱ δὲ ὑπὸ ἀμηχανίας ἀνθρώπῳ προσφεύγουσιν θεῷ· ἔνθα δέ τινι ὑπερέψαι ἑαυτοὺς ἐβούλοντο. καὶ νοῦν ἔχοντες λαμβάνοντες ὅτι Ρωμαίων ὁ θεὸς ἰσχυρὸς τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν βοηθεῖ, κοινῇ γνώμῃ πάντες ὅτι τὸ πιστεῦσαι τῷ Χριστῷ ἐλπλύθασιν. (c) νεόμενοί τε ἐν πόλει μιᾷ τῆς Γαλλίας, ἐβαπτίσθησαν ὑπὸ τοῦ Επισκόπου τυχεῖν Χριστιανικοῦ βαπτίσματος. ὁ δὲ ὅτι ἑπτὰ ἡμέρας ἀσκευάσας νηστεῦσαι αὐτοὺς, καὶ τὴν πίστιν κατηχήσας αὐτοὺς, τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ βαπτίσας ἀπέλυσε. θαῤῥαλέοι οὖν ὄντες καὶ τῶν τυράννων ἐπερχόντων, καὶ τὴν ἐλπίδα οὐκ ἥμαρτον. ἡ γὰρ βασιλέως τοῦ Οὔννων ὑπὸ ἀδηφαγίας ἐν νυκτὶ διεῤῥαγήτω, ᾧ ὄνομα Οὔπαρος ἦν, οἱ Βουργουζίωνες στρατηγήτοις ὑπιθέμενοι, ὀλίγοι τε πρὸς σφόδρα πολλοὺς συμβαλόντες ἐνίκησαν.

(a) Sozom. l. 7. c. 4.

(b) Idem narrat Sozom. l. 7. c. 13. Rem aliter refert Ambrosius in Psal. 61.

(c) Cùm Burgundiones anno Christi 417. jam fidem Catholicam suscepisse tradat Orosius l. 7. c. 32. errare Socratem, dum eorum conversionem ad annum circiter 430. refert, post Baronium notat Pagius in Crit. in Annal. Baronii ad an. 413. Num. 13. Idem Pagius memoratam à Socrate Burgundionum de Hunnis victoriam commentitiam putat: nam tantùm abest ut Burgundiones Hunnos superarint, ut hi Gundicarium Burgundionum regem *cum populo suo atque stirpe* deleverint, ut Prosper, qui hoc sæculo vivebat, in suo Chronico ad an. 435. prodit, & post eum Cassiodorus in Chronico.

Digitized by Google

χειλίλιοι γὰρ μόνοι σὺν τοὺς μικίους κατλώσγ-
καν. καὶ ἐξ ἐκείνου τὸ ἔθνος ὅλκπύρως ἐχρισιά-
νισεν.

portarunt. Cùm enim ipsi tria duntaxat hominum millia essent, Hunnorum decem circiter millia interfecerunt. Ex eo tempore Burgundionum gens Christianam religionem studiosissimè professa est.

EX SOZOMENI HISTORIA ECCLESIASTICA,

DE GALLIS.

Edit. Parisiis in fol. 1668.

EX LIBRO III.

(a) Ὁ ὁμώνυμος αὐτῷ παῖς, ὃς καὶ τῶν πρὸς ἑσπέραν Γαλατῶν ἦρχεν, ἐπέτρεψεν αὐτῷ τὴν κάθοδον.

CONSTANTINUS Constantini filius, qui Gallis occidentalibus imperabat, redeundi licentiam Athanasio concessit. Cap. 2. An. Chr. 338.

EX LIBRO VI.

(b) Ἐπὶ ὅλγων Ἰουλιανὸς ἐν τοῖς πρὸς δύσιν Γαλάτας, ἦκεν εἴς τινα ναὸν θύσων· συνελθὼν δὲ αὐτῷ καὶ Οὐαλεντινιανός..... ἐπεὶ δὲ ἔμελλεν ὑπερβαίνειν τὸν ναοῦ τὴν οὐδὸν, θαλλούς τινας ὅλκβεόχους κατέχων ὁ ἱερεὺς, νόμῳ Ἑλληνικῷ προερράνε τοὺς εἰσιόντας. ἐπιπτούσης δὲ σταγόνος ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἐσθῆτος, χαλεπῶς ἤνεγκεν Οὐαλεντινιανός· ἦν γὰρ Χριστιανός· καὶ τῷ ῥαίνοντι ἐλοιδορήσατο. (c)

CUM Julianus adhuc in Galliis moraretur, sacrificandi causa templum quoddam ingressus est. Comitabatur illum inter cæteros Valentinianus..... Cùm autem limen templi transgressurus esset, sacerdos verbenas aqua tinctas manu gestans, Gentilium more ingredientes conspersit. Et cùm gutta in vestem Valentiniani decidisset, ille, utpote Christianus, rem molestè tulit, & sacerdoti; qui ipsum aspersérat, conviciatus est. Cap. 6. An. Chr. 361.

(d) Ἐν φρυγείῳ τινὶ τῆς Γαλλίας ἐπαλύτησε τὸν βίον.

Valentinianus in Castello quodam Galliæ animam exhalavit. Cap. 36. An. Chr. 375.

EX LIBRO IX.

Κωνσταντῖνός τις ἐπέσχεν ἐναλίχθη ἐν Ἀρηλάτῳ τυραννήσας.

CONSTANTINUS quidam Arelate tyrannidem nuper invaserat. Cap. 4. An. Chr. 407.

Περαιωθεὶς δὲ Κωνσταντῖνος ἀπὸ Βρεττανίας ὅπου (e) Βοβωνίαν πόλιν τῆς Γαλατίας παρὰ θάλασσαν κειμένην, προσηγάγετο τοὺς παρὰ Γαλάταις καὶ Ἀκουϊτανοῖς στρατιώτας· καὶ τοὺς τῇδε ὑπηκόους ἐποιήσατο ἑαυτῷ, μέχρι τοῦ μεταξὺ Ἰταλίας καὶ Γαλατίας ὀρῶν, ἃς Κοττίας Ἄλπεις Ῥωμαῖοι καλοῦσι.

Constantinus cùm ex Britannia trajecisset Bononiam, quæ urbs est Galliæ ad mare sita, milites, qui erant in Gallia & Aquitania, ad suas partes pertraxit: omnesque earum regionum incolas imperio suo adjunxit, usque ad montes qui Galliam ab Italia dividunt, quos Romani Cottias Alpes nominant. Cap. 11. An. Chr. 408.

Κωνσταντῖνος δὲ φεύγων, τὴν Ἀρήλατον κατέλαβε· καὶ ταυτὸν δὲ καὶ Κώνστας ὁ αὐτοῦ παῖς φεύγων ἐκ τῆς Ἰσπανίας.

Constantinus fugiens, Arelatum se recepit: eodemque tempore filius ejus Constans ex Hispania fugiens, illuc venit. Cap. 12. An. Chr. 411.

Ἐν τούτῳ δὲ Γερόντιος ὁ τοῦ Κωνσταντίνου

Inter hæc Gerontius omnium Con- Cap. 13.

(a) Theodoret. l. 2. c. 1.

(b) Non in Galliis, sed Antiochiæ illud accidit. Julianus enim in Galliis non publicè sacrificiis operam dabat: nec Valentinianum ob id factum Melitenen relegare potuit, quippe quæ in ejus potestate non esset.

(c) Theodoret. l. 3. c. 16.

(d) Apud Bregetionem oppidum Pannoniæ mortuus est Valentinianus, secundùm Ammianum l. 30. c. 20. & Idatium in Fastis.

(e) Scribendum, Βονωνίαν. Eadem refert Olympiodorus apud Photium Cod. 80. Vide suprà, p. 599.

Digitized by Google

An. Chr. 411. ſtantini ducum fortiſſimus, hoſtis illi A factus, Maximum familiarem ſuum, quem Imperio gerendo idoneum exiſtimabat, imperiali veſte induit, & Tarracone morari juſſit. Ipſe expeditionem adversùs Conſtantinum ſuſcepit, cùm obiter filium ejus Conſtantem, qui Viennæ agebat, interfici juſſiſſet. Conſtantinus verò, defectione Maximi comperta, Edobichum ducem ſuum trans Rhenum direxerat, ut Francorum & Alamannorum auxilia impetraret: Conſtanti autem filio ſuo Viennæ B & reliquarum illic urbium cuſtodiam commiſerat. At Gerontius Arelatum profectus, eam obſidere aggreſſus eſt. Sed non multò pòſt cùm exercitus Honorii contra tyrannum miſſus adveniſſet, duce Conſtantio, qui pater fuit Valentiniani Auguſti, Gerontius cum paucis militibus ſtatim fugam arripuit.

Cap. 14. Eod. anno. Circumſidente Arelatum Honorii exercitu, Conſtantinus adhuc obſidionem ſuſtinebat, cùm ei nuntiatum C eſſet, Edobichum cum ingentibus auxiliis adventare. Quod quidem etiam Honorii duces magnoperè terrebat, adeò ut in Italiam reverti, atque illic bellum gerere pararent. Cúmque id conſilium placuiſſet, nuntiato protinus Edobichi adventu, ipſi Rhodanum amnem trajiciunt. Et Conſtantius quidem qui pedeſtres copias ductabat, adventum hoſtium opperiebatur: Ulphila verò Conſtantii collega haud procul abditus cum equitatu ſubſidebat. Poſt- D quàm hoſtes exercitum Ulphilæ prætergreſſi, jam cum militibus Conſtantii (a) pugnam inituri erant, repentè ſigno dato erumpens Ulphila, hoſtes à tergo invadit. Statimque disjectis eorum copiis, alii in fugam verſi, alii occiſi: plurimi armis abjectis veniam poſcentes, ſalutem conſequuti ſunt. Edobichus autem equo conſcenſo, in agrum quemdam profugit ad Ecdicium ejus poſſeſſorem, qui multis olim beneficiis ab Edobicho affectus, E amicus illi eſſe putabatur. Verùm Ecdicius caput Edobichi amputatum ad Honorii duces detulit, maxima ab illis munera & honorem ſe adepturum ſperans. Conſtantius verò caput quidem accipi juſſit, dicens Remp. gratias agere Ulphilæ ob facinus Ecdicii. Sed cùm Ecdicius apud ipſum manere vellet, abſcedere eum juſſit, nec ſibi,

στρατηῶν ἄριστος, δυσμενὴς αὐτῷ γέγονε
ὑπατικὸν τε εἰς τυραννίδα Μάξιμον ἢ αὐ
οἰκεῖον νομίσας, βασιλικῶ ἐνέδυσεν ἐσθῆτ
καὶ ἐν Ταρράκονι διάγειν εἴασεν. αὐτὸς
Κωνσταντίνῳ ἐπεστράτευσεν, ἐν παρόδῳ Κω
σαντα ἢ υἱὸν αὐτοῦ ἐν Βιέννῃ ὄντα ἀναιρεθῆν
σκευάσας. ἐπεὶ ὴ ἔμαθε Κωνσταντῖν
τὰ κῆ Μάξιμον, Ἐδόβιχον μὲ ἢ αὐτοῦ στρα
τὸν πέραν ὃ Ῥοδανὸς πέπομφεν, Φράγκων τε
Ἀλαμανῶν συμμαχίαν παρεσκευάμενον· Κω
σαντι ὴ τῷ αὐτοῦ παιδὶ Βιέννης καὶ τῶν τῇδε
λεων ἢ φυλακὴν ἐπέτρεψε. καὶ Γερόντιος
ὅτι ἢ Ἀρήλατον ἐλάσας, ἐπολιόρκει τὴν
λιν· μετ' οὐ πολὺ δὲ στρατιᾶς Ὀνωρίου
τοῦ τυράννου παραγινομένης, ἧς ἡγεῖτο Κω
σάντιος ὁ τοῦ Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ βασιλέως
τὴρ, φεύγει παραχρῆμα μετ' ὀλίγων στρα
τῶν.

Κωνσταντῖνος ὴ, παρεκαθημένης ἢ Ονω
στρατιᾶς, ἔτι πρὸς ἢ πολιορκίαν ἀντεῖχ
ἀγγελθέντος Ἐδοβίχου μὲ πλείστης συμμαχ
ἥξειν. τοῦτο ὴ καὶ τοὺς Ονωρίου στρατηγοὺς ἰδ
τείως ἐφόβει· βουλευομένων τε αὐτῶν ἀ
στρέφειν εἰς Ἰταλίαν, κἀκεῖ πειραθῆναι ἢ
λέμου· καὶ ἐπειδὴ τοῦτο συνεδόκει, πλησίον
γελθέντος Ἐδοβίχου, περᾶσι Ῥοδανὸν ἢ π
μόν. καὶ Κωνσάντιος μὲν ἔχων τοὺς πε
δοπόρους παρεμβάλλει τοὺς πολεμίους· Οὐλφ
ὴ ὁ Κωνσταντίου συστρατηγὸς ἰδὼν πόρρωθεν
κρυβεὶς μὲν ἢ ἱππέων ἐλάνθανεν. ἐπεὶ ὴ
σαμείψαντες οἱ πολέμιοι ὃ Οὐλφίλα τῇ
πᾷ, ἔμελλον εἰς χεῖρας ἰέναι ἢ ἀμφὶ ἢ Κ
σάντιον, σημείου δοθέντος, ἐξαπίνης ἀνα
νεὶς Οὐλφίλας, καὶ νώτου τῶν πολεμίων ἐπ
νεν. αὐτίκα τε τροπῆς γενομένης, οἱ μὲ
γασι, οἱ δ' ἀναιρουῦ)· οἱ ὴ πλείους τὰ
ὑποδήματοι, συγχώμιλλα ἤτουν, καὶ φε
ἠξιώθησαν. Ἐδόβιχος ὴ ἵππου ὑπεβὰς,
γη εἰς ἀγρόν τινα πρὸς Ἐκδίκιον ἢ κεκτ
νον, πλεῖστα παρ' αὐτοῦ Ἐδοβίχου προ
εὐεργετημένον, καὶ φίλον νομιζόμενον. ὁ
αὐτοῦ κεφαλὴν ἀποτεμὼν, προσφέρει τοῖς
είου στρατηγοῖς, ἐπ' ἐλπίδι μεγάλων δώ
τιμῆς. Κωνσάντιος ὴ ἢ μὲ κεφαλὴν δέχ
προστάξε, (b) χάριν ἔχειν Ἐκδικίῳ τὸ
σιον εἰπὼν ἢ Οὐλφίλα προάξεως· συνεῖ
ἀποδιάζοντα αὐτὸν ἀναχωρεῖν ἐκέλευσεν,

(a) Data eſt hæc pugna in confinio Belloquadræ vel Nemauſi.

(b) Hæc verba putat Valeſius tranſpoſita, & ſic reſtituenda, χάριν ἔχειν Οὐλφίλᾳ τὸ δημόσιον
Ἐκδικίῳ προάξεως.

Digitized by Google

ἀγαθὸν ἡγησάμενος καὶ ξενοδόχος τε σωφροσύνην ἔσεσθαι αὐτῷ τὴν τῇ σκηνῇ. καὶ ὁ μὲν φίλου ἀνδρὸς καὶ ξένου ἐν δυσπραγίᾳ δεξαμένου ἀνοσιώτατον φόνον τολμήσας, κατὰ κακῆς, τοῦτο δὴ τοῦ λόγου, χαλεπὸν ἀπῆλθε.

A nec exercitui commodam fore ratus viri consuetudinem, qui tam malè hospites suos exciperet. Ita Ecdicius, cùm hominis amici atque hospitis adversa fortuna usi nefariam cædem perpetrare ausus fuisset, incassum hians, ut vulgò dici solet, abscessit. An. Chr. 411.

Μετὰ δὲ τὴν νίκην ἀντιπεραιωθείσης αὖθις πρὸς τὴν πόλιν τῆς Ονωρείου σκηνῆς, μαθὼν Κωνσταντῖνος ἀναιρεῖσθαι τὸν Εδόβιχον, αὐτὸς ἐξ ἑαυτοῦ τὴν ἀλουργίδα καὶ τὰ σύμβολα τῆς βασιλείας ἀπέθετο· καὶ καταλαβὼν τὴν Ἐκκλησίαν, χειροτονεῖται πρεσβύτερος. ὅρκους τε πρότερον λαβόντες οἱ ἔσω τειχῶν, ἀνοίγουσι τὰς πύλας, καὶ φειδοῦς ἀξιοῦνται πάντες· καὶ τὸ ἐξ ἐκείνου πάλιν τὸ τῆδε ὑπήκοον εἰς τὴν Ονωρείου ἡγεμονίαν ἐπανῆλθε, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἄρχουσιν ἐπείθετο. Κωνσταντῖνος δὲ ἅμα Ιουλιανῷ τῷ παιδὶ πεμφθεὶς εἰς Ιταλίαν, πρὶν φθάσαι, κατὰ τὴν ὁδὸν κτίννυται. ὑ πολλῷ δὲ ὕστερον ἀδικήτως ἀναιρεθεὶς (a) Ιοβιανός τε καὶ Μάξιμος, οἱ προειρημένοι τύραννοι.

Post hanc victoriam, cùm exercitus Honorii trajecto iterum amne ad obsidionem urbis revertisset, Constantinus cognita Edobichi cæde, purpuram & reliqua Imperii insignia sponte deposuit: cúmque ad Ecclesiam venisset, illic presbyter ordinatus est. Obsessi verò accepta priùs jurisjurandi fide, portas aperiunt, & universi veniam consequuti sunt: atque ex eo tempore hæ omnes provinciæ sub potestatem Honorii rediere, & Ducibus ac Rectoribus illius deinceps paruere. Constantinus porrò unà cum Juliano filio in Italiam missus, antequàm eò perveniret, in itinere est occisus. Nec multò pòst Jovinus & Maximus Tyranni, quorum superiùs mentionem fecimus, ex improviso interfecti sunt. Cap. 13. An. Chr. 413.

(a) Scribendum est, Ιοβίνος.

EX PRISCI RHETORIS ET SOPHISTÆ HISTORIA, DE FRANCIS.

Inter Excerpta de Legationibus, edita Parisiis in fol. 1648.

Ἐμειζετο οὖν [Ατηλας] τε γνώμην, καὶ διαπορῶν ποίοις πρότερον ἐπιθήσεται· καὶ ἔχειν αὐτῷ ἐδόκει καλῶς, εἰ καὶ τὸ μείζονα πρέπεσθαι πόλεμον, καὶ εἰς τὴν ἑσπέραν στρατεύεσθαι, δι' μάχης αὐτῷ μὴ μόνον πρὸς Ῥωμαίους, ἀλλὰ καὶ πρὸς Γότθους καὶ Φράγγους ἐσομένης· πρὸς μὲν Ῥωμαίους, ὥστε τὴν Ονωρείαν μὴ τὰ χρήματα λαβεῖν, πρὸς δὲ Γότθους, χάριν Γενζερίχῳ καταθέμενον. τῷ Ατήλᾳ δὲ καὶ πρὸς Φράγγους πολέμου προφάσεις, ἡ δι' ὀφῶν βασιλέως πλεονεξία, καὶ ἡ δι' ἀρχῆς τὸ

ATTILAS igitur in varias distrahebatur sententias, & dubius hærebat quos primùm aggrederetur. Tandem operæ pretium se facturum existimavit, si ad majus bellum se converteret, & in Occidentem copias educeret. Illic enim sibi rem fore non solùm cum Italis, sed etiam cum Gotthis & Francis: cum Italis, ut Honoriam cum ingentibus divitiis in uxorem acciperet: cum Gotthis, ut Genserichi gratiam promereretur. Attilæ Francos bello lacessendi causa fuit Regis (a) illorum obitus, & de regno inter Pag. 40. An. Chr. 450.

(a) Multi existimant Regem illum Francorum esse Clodionem, qui anno 448. obiit, & minorem ejus filium, cui favebat Aëtius, & quem Priscus Romæ vidit, esse Meroveum, patrem Childerici. Verùm hæc opinio difficultate non vacat. Nam filius ille natu minor post mortem patris, & paullò ante bellum Attilianum, id est anno 449. aut 450. videtur Romam venisse, Imperatoris opem imploraturus contra fratrem, quocum de regno contendebat. Illum, cùm Romam venit, adhuc imberbem esse testatur Priscus. Atque hinc certò colligitur eum non potuisse patrem esse Childerici. Nam Childericus, cùm anno 457. expulsus est à Francis eò quod eorum filias stupraret, annum saltem decimum octavum attigerat, ac proinde natus erat ante annum 440. Quomodo igitur potuerit filius illius esse cui genas lanugo nondum obtexerat anno 450? Pagius ad an. 432. Num. 19. ut sese hac difficultate expediat, pro certo ponit Meroveum annos natum circiter viginti à patre Clodione ad Imperatorem Valentinianum, seu ad Aëtium qui omnia moderabatur, ut inter Romanos & Francos pax restitueretur, legatum fuisse anno 432. Verùm hæc opinio conciliari non posse videtur cum Prisci narratione. Quinam igitur sunt illi Franci, de quibus loquitur Priscus? Doctissimus Abbas Dubos in Hist. Crit. Monarchiæ Francicæ lib. 2. cap.

Digitized by Google

liberos ejus controversia. Major Attilam, minor Aëtium in auxilium vocare statuerat. Hunc Romæ vidimus legationem obeuntem, nondum lanugine efflorescere incipiente, flava coma propter densitatem & magnitudinem super humeros effusa. Hunc Aëtius in filium à se adoptatum, multisque cùm ab ipso, tum ab Imperatore ornatum muneribus, amicitia bellique societate promissa, dimisit. His de causis expeditionem parans Attila, rursus legatos misit in Italiam, qui Honoriam tradi poscerent.....

Pag. 42. Majorianus Romanorum occidentalium Imperator, facta cum Gotthis
An. Chr. 459. qui in Gallia erant societate, gentes suæ ditionis accolas, partim armis, partim verbis ad deditionem compulit.....

Romanis occidentalibus Marcellinus timorem injiciebat, ne is tantis viribus auctus, bellum ipsis inferret. Erant enim tunc temporis res illorum variis modis perturbatæ, hinc Vandalis imminentibus, illinc Ægidio, viro ex Gallia oriundo, qui Majorianum in bellis comitatus fuerat, magnasque circa se copias habebat, & ob Majoriani Imperatoris cædem infensus erat. Sed eum à bello Italis inferendo avocavit ortum ipsi cum Gotthis in Gal-
An. Chr. 463. lia dissidium. De contermina enim regione cum illis certans, fortiter bellum gerebat, in quo multa viri strenui facinora edidit.

15. & 16. illos esse arbitratur, qui Nicri ripas incolebant, & quos inter gentes, quas secum ducebat Attila, numerat Sidonius in Paneg. Aviti vers. 324.

A ἐκείνου παίδων διαφορά· οὗ πρεσβυτέρου
τήλαν, οὗ δὲ νεωτέρου Αέτιον ἐπὶ συμ
ἐπάγεσθαι ἐγνωκότος. ὃν κατὰ τὴν Ρώμη
μεν πρεσβευόμενον, μήπω ἰούλου ἀρχο
ξανθὸν τὴν κόμην τοῖς αὐτοῦ περικεχυμέ
μέγεθος ὤμοις. θετὸν δὲ αὐτὸν ὁ
ποιησάμενος παῖδα, καὶ πλεῖστα δῶρα δ
τῷ βασιλεύοντι, ἐπὶ φιλίᾳ τε καὶ ὁμ
ἀπέπεμψε. τούτων ἕνεκα ὁ Αττήλας τὴν
τειαν ποιούμενος, αὖθις τῶν ἀμφ' αὐτὸν
B ἐς τὴν Ιταλίαν ἔπεμπεν, ὥστε τὴν Ονωρία
δόναι.....

Ο Μαιοριανὸς ὁ τῶν ἑσπερίων Ρωμα
σιλεὺς, ὡς αὐτῷ οἱ ἐν Γαλατίᾳ Γότ
μαχοι κατέστησαν, καὶ τὰ παροικοῦντα
ἐπικράτειαν ἔθνη, τὰ μὲν ὅπλοις, τὰ δὲ
παρεστήσατο.....

Οἱ ἑσπέριοι Ρωμαῖοι ἐς δέος ἐλθό
ρὶ Μαρκελλίνου, μήποτε αὐξανομένης
δυνάμεως, καὶ ἐπ' αὐτοὺς ἀγάγοι τὴν πο
C διαφόρως ταραττομένων αὐτοῖς τῶν πραγ
τοῦτο μὲν ἐκ Βανδήλων, τοῦτο δὲ καὶ (a)
ἀνδρὸς ἐκ Γαλατῶν μὲν τῶν πρὸς τῇ ἑσπέρ
μένου, τῷ δὲ Μαιοριανῷ συστρατευσαμ
πλείστην ἀμφ' αὐτὸν ἔχοντος δύναμιν,
λεπαίνοντος διὰ τὴν τοῦ βασιλέως ἀναίρεσ
πρὸς Ιταλιώτας τέως ἀπήγαγε πολέμου
Γότθους τοὺς ἐν Γαλατίᾳ διαφορά. πρ
ὁμόρου πρὸς ἐκείνους διαφιλονεικῶν γῆς
D τερῶς ἐμάχετο, καὶ ἀνδρὸς ἔργα μέγιστα
νῳ ἐπεδείξατο τῷ πολέμῳ.

Udosa quem vix Nicer abluit unda, Prorumpit
(a) Sic legit Chesnius. Malè in Edito, N
ὁρμωμένων..... συστρατευσαμένῳ.

EX EUSEBII (a) CHRONICO, DE GAL

Hieronymo Interprete. Edit. Antuerpiæ, in 4°. 1608.

CXCVII. *Olymp. an.* 1. *Augusti* 56.

An. Chr. 7. ARCHELAUS nono anno regni sui in Viennam urbem Galliæ relegatu

CCII. *Olymp. an.* 3. *Tiberii* 14.

Votienus Montanus Narbonensis Orator in Balearibus Insulis moritur, Tiberio relegatus.

(a) In hoc Eusebii Chronico, sicut & in Chronico Hieronymi, anni Olympiadum & anni Imperatorum nec inter se cohærent, nec cum annis quibus ea quæ narrantur gesta sunt. Incarnationis anni, qui in utroque Chronico ad marginem adnotantur, multò post Eusebium & Hieronymum adje Siquidem ratio numerandi per annos Chris temporibus recentior est. Eos itaque ut pote sos rejecimus, & veros, quoad fieri licuit, mus.

Digitized by Google

A

CCV. (a) *Olymp. an.* 1. *Claudii* 1.

Iſte eſt Claudius patruus Druſi, qui apud Magontiacum monumentum habet. An. Chr. 41.

Ejuſd. Olymp. an. 4. *Claudii* 4.

Domitius Afer Nemauſenſis clarus Orator habetur; qui poſteà, Nerone regnante, ex cibi redundantia in cœna moritur. An. Chr. 44.

Clodius Quirinalis Rhetor Arelatenſis Romæ inſigniſſimè docet.

CCIX. Olymp. an. 1. *Neronis* 3.

B Statius Surculus Toloſenſis in Galliis celeberrimè Rhetoricam docuit. An. Chr. 57.

CCXIII. Olymp. an. 4. *Veſpaſiani* 8.

Gabinianus celeberrimi nominis Rhetor in Gallia docuit. An. Chr 76.

CCXIX. Olymp. an. 1. *Nervæ* 1.

Trajanus Agrippinæ in Galliis Imperator factus. An. Chr. 98.

CCXLVI. Olymp. an. 2. *Severi* 14.

Clodio Albino, qui ſe in Gallia Cæſarem fecerat, apud Lugdunum interfecto, An. Chr. 198.
C Severus in Britannos bellum transfert.

CCLIII. Olymp. an. 2. *Alexandri* 13.

Alexander occiditur Magontiaci tumultu militari. An. Chr. 235.

CCLX. Olymp. an. 1. *Gallieni* 8.

Alamani, vaſtatis Galliis, in Italiam tranſiere. An. Chr. 259.

CCLXI. Olymp. an. 3. *Gallieni* 14.

Galliæ per Poſtumum & Victorinum & Tetricum receptæ. An. Chr. 260. 269. & 271.

D

CCLXII. Olymp. an. 3. *Aureliani* 1.

Aurelianus, Tetrico apud Catalaunos prodente exercitum ſuum, Gallias recepit. An. Chr. 273.

CCLXIV. Olymp. an. 1. *Probi* 2.

Probus Gallias à Barbaris occupatas, ingenti virtute reſtituit. An. Chr. 277.

Ejuſd. Olymp. an. 3. *Probi* 4.

Probus Gallos & Pannonios vineas habere permiſit. An. Chr. 281.

E

CCLXV. Olymp. an. 2. *Cari* 1.

Carus Narbonenſis..... fulmine ictus interiit. An. Chr. 283.

CCLXVI. Olymp. an. 3. *Diocletiani* 3.

Diocletianus in conſortem regni Herculium Maximianum aſſumit, qui ruſticorum multitudine oppreſſa, quæ factioni ſuæ Bacaudarum nomen indiderat, pacem Gallis reddidit. An. Chr. 285.

CCLXIX. Olymp. an. 4. *Diocletiani* 16.

Juxta Lingonas à Conſtantio Cæſare LX. millia Alamanorum cæſa. An. Chr. 297.

(a) Paulò ſeriùs deprehendo Scaligerianam editionem Antuerpienſi eſſe accuratiorem : hanc igitur ſequor.

Digitized by Google

EX CHRONICO HIERONYMI PRESBYTER

DE GALLIS.

Edit. Amſtelodami, in fol. 1658.

CCLXXVIII. Olymp. an. 4. *Conſtantini* 30.

An.Chr.335. (a) TIBERIANUS vir diſertus Præfectus Prætorio Gallias regit.

CCLXXIX. Olymp. an. 4. *Conſtantis* 3.

An. Chr.341. Vario (b) eventu adversùm Francos à Conſtante pugnatur.

CCLXXX. Olymp. an. 1. *Conſtantis* 4.

An. Chr.342. Franci (c) à Conſtante perdomiti : & pax cum eis facta.

CCLXXXI. Olymp. an. 1. *Conſtantis* 8.

An. Chr.345. Titianus (d) vir eloquens Præfecturam Prætorio apud Gallias adminiſtrat.

CCLXXXII. Olymp. an. 2. *Conſtantis* 13.

An.Chr. 350. Magnentio (e) apud Auguſtodunum arripiente Imperium, Conſtans haud l
ab Hiſpania, anno ætatis ſuæ XXX. Imperii ſui XIII. in Caſtro, cui Helene nomen
interficitur.

CCLXXXIII. Olymp. an. 1. *Conſtantii* 16.

An. Chr.353. Magnentius (f) Lugduni in palatio propria ſe manu interfecit : & Decentius f
ejus, quem ad tuendas Gallias Cæſarem miſerat, apud Senonas laqueo vitam ex
Gennadius (g) Forenſis Orator Romæ inſignis habetur.
Minervius Burdigalenſis Rhetor Romæ florentiſſimè docet.

Ejuſd. Olymp. an. 2. *Conſtantii* 17.

An.Chr. 355. Silvanus in Gallia res novas molitus, viceſimo octavo extinctus eſt die.

Ejuſd. Olymp. an. 3. *Conſtantii* 18.

An. Chr.356. Paulinus & Rhodanus Galliarum Epiſcopi in exilium ob fidem truſi.
Alcimus & Delphidius Rhetores in Aquitania florentiſſimè docent.

CCLXXXIV. Olymp. an. 1. *Conſtantii* 20.

An. Chr. 357. Magnæ Alamanorum copiæ apud Argentoratum oppidum Galliarum à Cæ
Juliano oppreſſæ.

Ejuſd. Olymp. an. 2. *Conſtantii.* 21.

An. Chr.358. Paulinus Trevirorum Epiſcopus in Phrygia exulans moritur

(a) Anno præcedenti, ſeu anno 334. Ambroſium S. Ambroſii patrem Præfectum Prætorio Galliarum fuiſſe, colligitur ex Paulino Diacono in Vita S. Ambroſii. *Poſito*, inquit Paulinus, *in adminiſtratione Galliarum patre ejus Ambroſio, natus eſt Ambroſius, qui infans in area Prætorii in cunabulis poſitus*, &c. Porrò conſtat apud omnes S. Ambroſium natum eſſe anno Chr. 334.

(b) In Deſcriptione Conſulum Idatio Epiſcopo adſcripta, & à Labbeo edita Tomo 1. Novæ Biblioth. MSS. ſub Conſulatu Marcellini & Probini. *His Coſſ. pugna facta eſt cum gente Francorum à Conſtante Aug. in Galliis.*

(c) Ibid. ſub Conſulatu Conſtantii III. & Conſtantis II. *His Coſſ. victi Franci à Conſtante Au pacati.*

(d) Titianum Gallias adminiſtraſſe annis 3 349. conſtat ex Codice Theodoſiano.

(e) In Deſcriptione ſuprà laudata, ſub Con Sergii & Nigriniani. *His Coſſ. Conſtans occiſus eſt i liis à Magnentio : & levatus eſt Magnentius die Kal. Februarii.*

(f) Ibid. ſub Conſulatu Conſtantii VI. & ſtantii II. *His Coſſ. Magnentius ſe interfecit in apud Lugdunum die III. Idus Aug. & Decenti ter Magnentii laqueo ſe ſuſpendit XV. Kal. Se*

(g) Forenſis, id eſt, Foro-Seguſianus *Forez.*

Digitized by Google

A

Ejuſd. Olymp. an. 3. *Conſtantii* 22.

Honoratus (a) ex Præfecto Prætorio Galliarum primus Conſtantinopoli Præfectus urbis factus. An.Chr. 359.

Ejuſd. Olymp. an. 4. *Conſtantii* 23.

Hilarius..... ad Gallias rediit. An. Chr. 360.
Gallia per Hilarium Ariminenſis perfidiæ dolos damnat.

CCLXXXVI. Olymp. an. 3. *Valentiniani* 3.

Gratianus (b) Valentiniani filius Ambianis Imperator factus. An. Chr. 367.
B Apud Atrebatas è lana cælo pluviæ mixta defluxit.
Hilarius Epiſcopus Pictaviis moritur.

CCLXXXVIII. Olymp. an. 1. *Valentiniani* 9. An. Chr. 373.

Saxones cæſi Deuſone (c) in regione Francorum.
Burgundionum LXXX. fermè millia, quod nunquam antè, ad Rhenum deſcenderunt.

CCLXXXIX. Olymp. an. 1. *Valentiniani* 12.

Alamanorum XXX. circiter millia apud Argentariam oppidum Galliarum ab exercitu Gratiani ſtrata. An. Chr. 377.

C (a) Honorati Præfecturam Galliarum commemorat Libanius Epiſt. 376. Γαλατῶν ἀρχὴ τὸ ἐπιτήδειον.
(b) In Deſcriptione Conſulum ſuprà citata, ſub Conſulatu Lupicini & Jovini: *His Coſſ. levatus eſt Gratianus Aug. in Galliis apud Ambianos in tribunali à patre ſuo Auguſto Valentiniano die IX. Kal. Sept.*
(c) Exſtant multi Poſtumi Imper. nummi, in quorum parte averſa cernitur Hercules dextra clavam, ſiniſtra pellem leonis tenens, cum hac epigraphe, *Hercules Deuſonienſis.* Hos nummos Gallieno & Fauſtino Coſſ. hoc eſt anno Chr. 262. percuſſos eſſe poſt fœdus à Poſtumo cum Francis initum, exiſtimat Ægid. Lacarrius lib. 5. de Coloniis, &c. cap. 3.

CHRONICA (a) IDATII EPISCOPI LEMICENSIS, PROSPERI AQUITANI, ET PROSPERI TYRONIS.

D

JAC. SIRMONDUS LECTORI,

De Chronico Idatii.

IDATII Chronicon, cujus excerpta tantùm quædam ab Henrico Caniſio primùm, deinde à Joſepho Scaligero edita fuerant, integrum nunc demùm indidem prodit; unde nuper Romæ vulgari cœptum eſt, ex antiquo videlicet Codice noſtro, quem qui Romanam editionem curavit, quia Pariſiis eſſe audiverat, Pariſienſem appellavit: nos Metenſem potiùs dicturi eramus, quòd Metis olim exſcriptum arbitremur; inde certè ad nos ex Monaſterio non ignobili nec obſcuro pervenerit. Quanti autem meritò eſſe debeat hic libellus, tute, Lector, ſtatim agnoſces. Intelliges enim non ſolùm ab hoc fonte hauſta ea eſſe, quæ de Gothorum, Suevorum aliarumque gentium rebus in Hiſpania Galliaque per ea tempora geſtis, apud Iſidorum & alios ſcriptores, non aliis fermè quàm Chronici hujus verbis
E *contexta leguntur: ſed alia prætereà tum ad ſacram, tum ad civilem Hiſtoriam plurima hîc doceri, quæ ut ceteris omnibus intacta qui extant, ipſi nos etiam, niſi ab Idatio prodita eſſent, ignorare cogeremur. Facilè ergo judicabis, publici uſûs fuiſſe, ut non diutiùs hoc beneficio careremus,* &c.

De Numerorum notis, quæ Chronici marginibus affixæ ſunt.

In Chronico Idatii, præter Olympiadas, & ſingulorum Imperatorum annos, qui ordine digeruntur, duo præcipuè numeri adnotantur. Unus major, cujus initium ducitur ab

(a) Ex iſtis tribus Chronicis ea tantùm dare decreveram, quæ ad Res Gallicas & Francicas ſpectant, eaque jam excerpſeram. Verùm cogitanti mihi multa in iis de Gothis narrari, qui in Galliis ſedes habebant, multa etiam de Occidentis Imperatoribus, qui ſoli erant Galliarum legitimi domini, iſta Chronica integra edere operæ pretium viſum eſt, præſertim cùm idem præſtiterit Andreas Cheſnius Tom. 1. Script. Franc.

Digitized by Google

Abrahamo, hoc est ab exordio Chronici Eusebiani. Nam cùm Eusebii Chronicon … *nuaret Idatius, consequens erat ut illius etiam epochas sectaretur. Hic igitur prio* … *merus est Eusebianus. Alter est Æræ* (a) *Hispanicæ, quam in Fastis quoque, ut H* … *nis usitatam & familiarem, adjecit. Hæc verò Christi Natalem* XXXVIII. *tantùm* … *antecedit, cùm numerus Eusebianus præcedat annis* II. M. XV. *Quare si, adsignata* … *Christi annum indagari placet, deducendi ab Æra anni* XXXVIII. *Verbi gratia* … *barorum in Hispanias ingressum in Chronico contigisse notat Æra* CCCCXLVII. … *annos octo & triginta, reliqui sunt* CCCCIX. *Is ergo Christi annus fuit, cùm B* … *in Hispanias penetrarunt. Quod sanè confirmant reliqui etiam characteres, qui u* … *dem comparantur. Olympias enim* CCXCVII. *& Consules Honorius* VIII. *The* … III. *& feria tertia* IV. *Calendas Octobris, omnia congruunt anno Christi* CC … *Rursùs prodigia quædam in Gallæcia* VI. *Nonas Martias visa, eamque feriam s* … *fuisse, narrat Æra quingentesima. Si de quingentis tollantur* XXXVIII. *restant* CCC … *in quem & feria item illa quadrat, & Severi Augusti, qui Majoriano succesit,* … *secundus, cui hæc adscripta sunt. Atque in hunc modum ratiocinari in ceteris l* … *nisi si quando numeri suis locis antiquariorum culpa moti, scrutantium industri* … *conatum eludent.*

ANDREÆ CHESNII OBSERVATIO

in Idatii Chronicon.

Quamvis Auctor hic fuerit Provinciæ Gallæciæ, sive, ut Sigebertus ait, L … *Hispaniarum urbis Episcopus, illius tamen Chronicon* Historiæ Francicæ … *ptoribus præmitti debere visum est; tum quia multa continet de Gothorum & a* … *gentium rebus in Galliis, quarum posteà* Franci *possessionem integram adepti* … *tum quòd vetustiores Francorum Historici hoc ipsum etiam, aut longè ipsius ma* … *partem suis Collectionibus inserere non dubitarunt.*

(a) Duobus tantùm in locis hîc allatis, & bis in margine, adhibetur Æra Hispanica in Idatii Chronico; quæ si in singulis articulis appositæ fuissent, certò colligi potuissent anni quibus ea quæ narrantur gesta sunt. Cui rei inservire nullo modo possunt Numerus Eusebianus & Olympiades quales nunc exstant. Nam numerus Eusebianus decimo quoque anno, Olympiades quarto quoque anno notantur in margine è regione annorum Imperatorum. Porrò constat apud omnes, in Idatii Chronico annos Imperatorum ut plurimùm turbatos esse & loco suo motos. Turbatis annis Imperatorum, turbari necesse est annos Abrahamiticos & annos Olympiadum, qui annis Imperatorum respondent. Hinc frustrà monet Pagius, in annis ab Idatio expressis ad annos Æræ Christianæ reducendis, semper ad annos Abrahami attendendum; incassumque laborat cùm illud exsequi tentat. Præterea in Chronico annus 17. Theodosii respondet anno Abrahami IICCCCX. & annus pri… norii respondet anno Abrahami IICCCC… duo anni Abrahamitici; idem tamen est ann… Theodosius regnare desiit, & Honorius reg… pit. Honorio tribuit Idatius annos triginta… à morte Theodosii patris: Honorius tame… mum nonum Imperii annum non explevit. … annos Valentiniani Imperii initium ducitur… quo Augustus appellatus est, id est ab ar… posteà numerantur anni à morte Honorii, … anno 423. Tres Avito tribuuntur Imperii an… tantùm menses decem regnaverit. Quomodo … perturbatione anni Abrahami cum annis I… rum conciliari possunt? Igitur nulla habita … annorum Abrahami, Olympiadum & Imper… annos Christi, quibus res gestæ sunt, ad n… notabimus.

IDATII LEMICENSIS EPISCOPI CHRONIC…

Ex Editione Jacobi Sirmondi ab eodem recognita.

PRÆFATIO.

Apud Chesnium, tom. 1. Hist. Franc. pag. 183.

Idatius servus Domini nostri Jesu Christi univ… fidelibus in Domino nostro Jesu Christo et servi… bus ei in veritate salutem. Probatissimorum in omnibus viror… dia, quos præcipuè in fide Catholica & conversatione perfecta testes veritati… cultûs docet adsertio, ut ornantur decore dictorum, ita & commendantur … meritorum, ut miram in omni opere suo obtineant firmitatem. Verùm Id… Provinciæ Gallæciæ natus, in Lemica civitate, mage divino munere quàm … merito, summi Præsul creatus officii, ut extremus plagæ, ita extremus & vitæ, … guùm informatus studio sæculari, multò minùs docilis sanctæ lectionis volu… lutari, sanctorum & eruditissimorum patrum in præcedenti opere suo, pro … tate proprii sensûs aut verbi, ostensum ab his secutus exemplar. Quorum …

Digitized by Google

A Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus, qui Eccleſiaſticas ſui numeri libris ſcripſit hiſtorias, ab initio Nini regnantis Aſſyriis, & ſancti Abrahæ Patriarchæ Hebræis, & reliquorum contemporales his annos Regum, in viceſimum Conſtantini Auguſti quo imperabat annum, Græci ſermonis Chronographiæ concludit hiſtoria. Poſt hunc ſucceſſor ſyngrapheus perfectus univerſis factorum dictorumque monimentis Hieronymus Presbyter, idem Euſebius cognomento, de Græco in Latinum ſcripturæ hujus interpres, à viceſimo anno ſupradicti Imperatoris in quartum decimum Valentis Auguſti annum ſubditam texit hiſtoriam. Eſto ut in ſanctis quibus deguit Hieroſolymorum locis, à memorato Valentis anno in tempus quo in præſenti vita duravit, fortè quamplurima de his, quæ ſunt inſecuta, ſubjecerit, quia haud unquam, dum valuit, à diverſo ſtyli opere ceſſavit. Quem quodam tempore propriæ peregrinationis in ſupradictis regionibus adhuc infantulus vidiſſe me certus ſum. Qui
B poſt aliquot annos beato, ut erat, manſit in corpore. Si tunc proprio operi, quod ſubdidit, aliqua ſubjunxerit, apud eos, ad quos ſcriptorum ejus omne opus vel ſumma pervenit, certa & plena cognitio eſt. Sed quoniam in cujuſdam ſtudii ſui ſcriptura dixiſſe eum conſtat, debacchantibus jam in Romano ſolo barbaris, omnia haberi permixta atque confuſa, opinamur ex hujus indicio ſermonis, in hoc per ſe annorum volumine ſubdito de ſucceſſione temporum ab ipſo nihil adjectum. Tamen quia ad noſtri temporis curſum, ut ſuperior lectio docet, deſcriptio defluxit annorum, cùm membrana hujus hiſtoriæ curam contigiſſet expertis, mentem monuit imperiti, ut de cognitis, etſi in omnibus impari greſſu vel veſtigiis ſe ſubſterneret præceſſorum. Quæ fideli ſuſcipiens cordis intuitu, partim ex ſtudio ſcriptorum, partim ex certo aliquantorum relatu, partim ex cognitione quam jam lachrymabile propriæ vitæ tempus oſtendit, quæ ſubſequuntur adjecimus. Quorum
C continentiam geſtorum & temporum, qui legis, ita diſcernes. Ab anno primo Theodoſii Auguſti in annum tertium Valentiniani Auguſti, Placidiæ Reginæ filii, ex ſupradicto à nobis conſcripta ſunt ſtudio, vel ex ſcriptorum ſtylo, vel ex relationibus indicantum. Exin immeritò adlectus ad Epiſcopatûs officium, non ignarus omnium miſerabilis temporis ærumnarum, & concluſi in anguſtias, Imperii Romani metas ſubdidimus ruituras, & quod eſt luctuoſius, intra extremam univerſi orbis Gallæciam deformem Eccleſiaſtici ordinis ſtatum, creationibus indiſcretis honeſtæ libertatis interitum, & univerſæ propemodùm in divina diſciplina religionis occaſum ex furentium dominantem permixta iniquarum perturbatione nationum. Hæc jam quidem inſerta; ſed poſteris in temporibus quibus offenderint, reliquimus conſummanda.

D

IDATII EPISCOPI CHRONICON.

Ab anno 379. *ad annum* 468.

ROMANORUM XXXIX. Theodoſius per Gratianum in conſortium regni adſumptus, cum ipſo & Valentiniano juniore regnat annis XVII.

1. Theodoſius natione Hiſpanus de provincia Gallæcia, civitate Cauca, à Gratiano Auguſtus appellatur. An. Chr. 379.

Inter Romanos & Gothos multa certamina conſeruntur.

2. Theodoſius Conſtantinopolim ingreditur in primo Conſulatu ſuo, quem cum Gratiano agebat Auguſto. An. Chr. 380.

Alexandriæ XXI. habetur Epiſcopus (a) Theophilus, vir eruditiſſimus, inſignis,
E qui à primo Conſulatu Theodoſii Auguſti Laterculum per centum annos digeſtum de Paſchæ obſervatione conſcripſit. Olym. CCXC.

3. Athanaricus Rex Gotthorum apud Conſtantinopolim decimo-quinto die ex quo à Theodoſio fuerat ſuſceptus, interiit. An. Chr. 381.

4. Gothi infida (b) Romanis pace ſe tradunt. CCCCXX. An. Chr. 382.

Ambroſius in Italia Mediolani Epiſcopus, Martinus in Galliis Turonis Epiſcopus, & vitæ meritis, & patratis miraculis virtutum habentur inſignes.

5. Theodoſius Arcadium filium ſuum Auguſtum appellans, regni facit ſibi eſſe conſortem. An. Chr. 383.

(a) Theophilus nonniſi anno 385. Timotheo ſucceſſit in Epiſcopatum Alexandrinum.

(b) In Deſcriptione Conſulum Idatio Epiſcopo adſcripta ſub Conſulibus anni 381. *Ipſo anno univerſa gens Gothorum cum Rege ſuo in Romaniam ſe tradiderunt die V. Non. Octob.* Cùm hoc anno Gothi Regem non haberent, Pagius putat legendum, *cum regno ſuo in Romania.*

Digitized by Google

An. Chr. 384. 6. Honorius naſcitur filius Theodoſii. A
— Legati Perſarum ad Theodoſium Conſtantinopolim veniunt.
11. cccc. Olym. ccxci. 7. Greothingorum gens à Theodoſio ſuperatur.
An. Chr. 385. Priſcillianus declinans in hæreſim Gnoſticorum, per Epiſcopos, quos ſibi in eadem pravitate collegerat, Abulæ Epiſcopus ordinatur: qui aliquot Epiſcoporum conciliis auditus, Italiam petiit & Romam. Ubi ne ad conſpectum quidem ſanctorum Epiſcoporum Damaſi & Ambroſii receptus, cum his, cum quibus iverat, redit ad Gallias. Inibi ſimiliter à S. Martino Epiſcopo & ab aliis Epiſcopis hæreticus judicatus, appellat ad Cæſarem, quia in Galliis his diebus poteſtatem tyrannus Maximus obtinebat Imperii.
An. Chr. 387. 8. Arcadii quinquennalia celebrantur.
Romanæ Eccleſiæ XXXVI. habetur (a) Epiſcopus Siricius.
9. Priſcillianus propter ſupradictam hæreſim ab Epiſcopatu depulſus, & cum ipſo B
Latronianus (b) laïcus, aliquantique ſectatores ejus, apud Treverim ſub tyranno Maximo cæduntur. Exin in Gallæciam Priſcillianiſtarum hæreſis invaſit.
An. Chr. 388. 10. Maximus tyrannus occiditur per Theodoſium tertio lapide ab Aquileia v. Kalendas Auguſtas. Et eodem tempore, vel ipſo anno in Galliis per Arbogaſtem Comitem filius Maximi, nomine Victor, extinctus eſt.
Cynegius Theodoſii præfectus habetur illuſtris, qui factis inſignibus præditus, & uſque ad Ægyptum penetrans, gentium ſimulachra ſubvertit.
Ol. ccxcii. An. Chr. 389. 11. Theodoſius cum Honorio filio ſuo Romam ingreſſus eſt.
12.
13.
cccxxx. An. Chr. 392. 14. Valentinianus junior apud Viennam ſcelere Comitis Arbogaſtis occiditur: & Eugenius tyrannus efficitur. C
Ol. ccxciii.
15.
An. Chr. 394. 16. Eugenius à Theodoſio Auguſto ſuperatus occiditur.
11. cccxx. 17. Theodoſius invaletudine hydropis apud Mediolanum defunctus eſt anno
An. Chr. 395. regni ſui XVII. Et iſte annus, qui Theodoſii XVII. ipſe Arcadii & Honorii in initio regni eorum primus eſt: quod ideò indicatur, ne Olympiadem quinque annorum turbet adjectio, in hoc loco tantùm propter regnantum inſerta Principum.
An. Chr. 395. 1. ROMANORUM XL. Arcadius & Honorius Theodoſii filii, defuncto patre, regnant annis XXX.
2.
Ol. ccxciv. 3. [Romanæ Eccleſiæ XXXVII. habetur Epiſcopus (c) Anaſtaſius.]
4.
5. In provincia Carthaginienſi in civitate Toleto Synodus Epiſcoporum contra- D
An. Chr. 400. hitur, in qua quod geſtis continetur, Symphoſius & Dictinius, & alii cum his Gallæciæ provinciæ Epiſcopi, Priſcilliani ſectatores, hæreſim ejus blaſphemiſſimam cum adſertore eodem profeſſionis ſuæ ſubſcriptione condemnant. Statuuntur quædam etiam obſervanda de Eccleſiæ diſciplina, communicante in eodem Concilio Ortigio Epiſcopo, qui Cælenis fuerat ordinatus; ſed agentibus Priſcillianiſtis pro fide Catholica pulſus factionibus exulabat.
6.
Ol. ccxcv. 7.
An. Chr. 402. 8. Solis facta defectio III. Idus Novembris feria (d) ſecunda.
Romanæ Eccleſiæ XXXVIII. habebatur (e) Epiſcopus Innocentius.
9. Theodoſius (f) Arcadii filius naſcitur.
11. ccccxx. 10. Conſtantinopoli Joannes Epiſcopus prædicatur inſignis, qui ob fidem Ca- E
tholicam Eudoxiam Arcadii uxorem infeſtiſſimam patitur Arrianam.
Ol. ccxcvi. 11.
12. Hieroſolymis Joannes, Cæſarea Eulogius, Cypro Epiphanius, Alexandria Theophilus qui ſuprà, Epiſcopi habentur inſignes.
Hieronymus presbyterio præditus, in Bethleem Judæ vicinia conſiſtens, præcipuus habetur in cunctis.

(a) Siricius anno 384. in locum Damaſi ſubrogatus fuerat.
(b) Hæc in Proſperi Chronico referuntur ad Conſulatus Arcadii & Bautonis, hoc eſt ad annum 385.
(c) Anaſtaſius anno 398. Epiſcopus Romæ creatus eſt, anno 4. Imperii Honorii.
(d) In ſuprà laudata Deſcriptione Conſulum hæc Eclipſis componitur cum Conſulatibus Arcadii V. & Honorii V. & cum Æra CCCCXL. id eſt, cum anno 402. quo dies III. Idus Novembres incidebat in feriam tertiam. Igitur hic corrigendum, *feria III.*
(e) Ordinatus eſt Innocentius die 21. Decembris anni 401.
(f) Natus eſt Theodoſius anno 401. menſe *Aprili.*

Digitized by Google

A 13. Poſt ſupraſcriptos ſanè Arrianos, qui Hieroſolymis ante Joannem Epiſcopi fuerint, IDATIUS qui hæc ſcribit, ſcire non potuit. Hunc verò ſanctum cum ſanctis Eulogio, Theophilo & Hieronymo vidit & infantulus & pupillus.

14.

15. Alani & Wandali & Suevi Hiſpanias ingreſſi Æra CCCCXLVII. alii IV. Kalendas, alii III. Idus Octobris memorant die, tertia feria, Honorio VIII. & Theodoſio Arcadii filio III. Conſulibus. Ol. CCXCVII. An.Chr. 409.

Alaricus Rex Gothorum Romam ingreſſus, cùm intra & extra Urbem cædes agerentur, omnibus indultum eſt, qui ad Sanctorum limina confugerunt.

Placidia Theodoſii filia, Honorii Imperatoris ſoror, à Gothis in Urbe capta.

Alaricus moritur, cui Ataulfus ſuccedit in regno. An.Chr. 410.

Barbari qui in Hiſpanias ingreſſi fuerant, cæde deprædantur hoſtili. Peſtilentia
B ſuas partes non ſegniùs operatur.

16. Debacchantibus per Hiſpanias barbaris, & ſæviente nihilominùs peſtilentiæ malo, opes & conditam in urbibus ſubſtantiam tyrannicus exactor diripit, & * miles exhaurit. Fames dira graſſatur, adeò ut humanæ carnes ab humano genere vi famis fuerint devoratæ: matres quoque necatis vel coctis per ſe natorum ſuorum ſint paſtæ corporibus. Beſtiæ occiſorum gladio, fame, peſtilentia cadaveribus adſuetæ, quoſque hominum fortiores interimunt, eorumque carnibus paſtæ, paſſim in humani generis efferantur interitum. Et ita quatuor plagis, ferri, famis, peſtilentiæ, beſtiarum, ubique in toto orbe ſævientibus, prædictæ à Domino per prophetas ſuos adnuntiationes implentur. * *Aliàs* milites.

17. Subverſis memorata plagarum graſſatione Hiſpaniæ provinciis, barbari ad pacem ineundam, Domino miſerante, converſi, ſorte ad habitandum ſibi provin- An. Chr. 411.
C ciarum dividunt regiones. Gallæciam Wandali occupant & Suevi, ſitam in extremitate Oceani maris occidua: Alani Luſitaniam & Carthaginienſem provincias: & Wandali, cognomine Silingi, Bæticam ſortiuntur. Hiſpani per civitates & caſtella reſidui à plagis, barbarorum per provincias dominantium ſe ſubjiciunt ſervituti.

Conſtantinus per triennium invaſæ tyrannidis ab Honorii duce Conſtantio intra Gallias occiditur.

18. Jovinus & Sebaſtianus fratres intra Galliam, & in Africa Heraclianus pari tyrannidis inflantur inſania. An.Chr. 412.

Auguſtinus Hipponeregienſis Epiſcopus habetur inſignis: inter cujus ſtudia magnifica, Donatiſtas ab eo Dei adjutorio ſuperatos, probata fides demonſtrat Auctorum.

19. Jovinus & Sebaſtianus oppreſſi ab Honorii ducibus, Narbona interfecti ſunt. Ol. CCXCVIII. An.Chr. 413.
Gothi Narbonam ingreſſi vindemiæ tempore.

D Heraclianus movens exercitum de Africa adverſus Honorium, Utriculo in Italia in conflictu ſuperatus, effugit in Africam, cæſis in loco ſupradicto L. millibus armatorum. Ipſe pòſt Carthagine in æde Memoriæ per Honorium, percuſſoribus miſſis, occiditur.

20. Ataulfus apud Narbonam Placidiam duxit uxorem. In quo prophetia Danielis putatur impleta, qui ait filiam Regis Auſtri ſociandam Regi Aquilonis; nullo tamen ejus ex ea ſemine ſubſiſtente. Ol. CCCCXXX. An.Chr. 414.

21. Hieroſolymis Joanne, quo ſuprà, Epiſcopo præſidente, ſanctus & primus poſt Chriſtum Dominum Martyr Stephanus revelatur. An. Chr. 415.

Hieronymus, qui ſuprà, præcipuus in omnibus, elementorum quoque peritiſſimus Hebræorum, in lege Domini, quod ſcriptum eſt, diurna nocturnaque meditatione continuus, ſtudia operis ſui reliquit innumera. Ad ultimum Pelagianorum ſectam,
E cum ejuſdem auctore, adamantino veritatis malleo contrivit. Adversùm hos & adversùm alios hæreticos extant ejus probatiſſima monimenta.

22. Ataulfus à Conſtantio Patricio pulſatus, ut relictâ Narbonâ Hiſpanias peteret, per quendam Gothum apud Barcinonam inter familiares fabulas (a) jugulatur. Cui ſuccedens Wallia in regno, cum Patricio Conſtantio pace mox facta, Alanis & Wandalis Silingis, in Luſitania & Bætica ſedentibus, adverſatur.

Alexandrinæ Eccleſiæ poſt Theophilum quis præſederit, ignoravi hæc ſcribens.

Conſtantius (b) Placidiam accepit uxorem.

[Fredibalum Regem gentis Wandalorum ſine ullo certamine ingenioſè captum ad Imperatorem Honorium deſtinat.] Ol. CCXCIX.

(a) Chronicon Alexandrinum & Chronicon Proſperi cædem Ataulfi memorant ſub Coſſ. Honorio X. & Theodoſio VI. id eſt anno 415. qui erat 21. Imperii Honorii.

(b) Conſtantius anno tantùm 417. Placidiam duxit uxorem.

Digitized by Google

An.Chr. 416. 23. Wallia Rex Gothorum Romani nominis causâ intra Hiſpanias cædes mag efficit barbarorum.

An.Chr. 417. 24. Solis (a) facta defectio die XIV. Kal. Auguſti, qui fuit V. feria.

Romanæ Eccleſiæ XXXIX. præſidet Epiſcopus Zoſimus.

Durante Epiſcopo quo ſuprà, graviſſimo terræ motu ſancta in Hieroſolymis quaſſantur, & cætera, de quibus in geſtis ejuſdem Epiſcopi ſcripta declarant.

Wandali Silingi in Bætica per Walliam Regem omnes extincti.

Alani, qui Wandalis & Suevis potentabantur, adeò cæſi ſunt à Gothis, ut exti

* *Al.* Addace. * Atace Rege ipſorum, pauci qui ſuperfuerant, abolito regni nomine, Gund Regis Wandalorum, qui in Gallæcia reſederat, ſe patrocinio ſubjugarent.

An. Chr.419. Gothi, intermiſſo certamine quod agebant, per Conſtantium ad Gallias revo ſedes in Aquitanica à Toloſa uſque ad Oceanum acceperunt. Wallia eorum (b) F defuncto, Theodores ſuccedit in regno.

25. Inter Gundericum Wandalorum & Hermericum Suevorum Reges certa orto, Suevi in Nervaſis montibus obſidentur à Wandalis.

Valentinianus Conſtantii & Placidiæ filius naſcitur.

In Gallicana regione in civitate Biterris multa ſigna effecta terrifica, Paulini Ep la ejuſdem civitatis Epiſcopi enarrat ubique directa.

An. Chr 420. 26. Wandali, Suevorum obſidione dimiſſa, inſtante Aſterio Hiſpaniarum Con ſub Vicario Maurocello, aliquantis Bracaræ in exitu ſuo occiſis, relicta Gallæc Bæticam tranſierunt.

[Romanæ Eccleſiæ XL. præſidet Epiſcopus (c) Bonifacius.]

An.Chr. 421. Honorius apud Ravennam Conſtantium conſortem ſibi facit in regno.

Oly. CCC. An.Chr. 421. 27. Conſtantius Imperator Ravennæ moritur in ſuo (d) tertio Conſulatu.

An.Chr. 422. 28. Caſtinus Magiſter militum cum magna manu & auxiliis Gothorum, be in Bætica Wandalis infert. Quos cùm ad inopiam vi obſidionis arctaret, adeò tradere jam pararent, inconſultè publico certamine confligens, auxiliorum fr deceptus, ad Tarraconam victus effugit.

Bonifacius palatium deſerens, Africam invadit.

29.

An. Chr.423. 30. Honorius (e) actis tricennalibus ſuis Ravennæ obiit.

II. CCCCXL. Paulinus nobiliſſimus & eloquentiſſimus, dudum converſione ad Deum no factus, vir Apoſtolicus, Nola Campaniæ Epiſcopus habetur inſignis: cui Th de conjuge facta ſoror, teſtimonio vitæ beatæ æquatur & merito. Extant oper ſius egregii ſtudia prædicanda.

ROMANORUM XLI. Theodoſius Arcadii filius ante aliquot annos regnans in par Orientis, defuncto patre, poſt obitum Honorii patrui monarchiam tenet Imp

* Corrig. XXIII. cùm eſſet annorum * XXVI.

Joannes arripit tyrannidem.

Olym. CCCI. An. Chr.424. 1. Theodoſius Valentinianum, amitæ ſuæ Placidiæ filium, Conſtantinopoli C rem facit, & contra Joannem mittit. Sub quo à Ducibus, qui cum eo per The

An. Chr.425. ſium miſſi fuerant, apud Ravennam primo anno invaſæ tyrannidis occiditu

* *Al.* & magiſter. Felix (f) Patricius ordinatur * ex Magiſtro militum.

An. Chr.425. Valentinianus, qui erat Cæſar, Romæ Auguſtus appellatur.

Wandali Balearicas inſulas deprædantur: deinde Carthagine Spartaria, & H everſa, & Hiſpaniis deprædatis, Mauritaniam invadunt.

2. Romanæ Eccleſiæ XLI. præſidet Epiſcopus (g) Cæleſtinus.

3.

* impiè. 4. Gundericus Rex Wandalorum, capta Hiſpali, cùm * piè elatus manus in cleſiam civitatis ipſius extendiſſet, mox Dei judicio dæmone correptus interiit.

An. Chr.428. Gaiſericus frater ſuccedit in regno: qui, ut aliquorum relatio habet, effectus apo de fide Catholica in Arrianam dictus eſt tranſiſſe perfidiam.

Ol. CCCII. An. Chr.429. 5. Gaiſericus Rex de Bæticæ Provinciæ litore, cum Wandalis omnibus eorun familiis, menſe Maio ad Mauritaniam & Africam relictis tranſit Hiſpaniis.

(a) Solis Eclipſis contigiſſe dicitur anno 418. Hinc corrigendum, *VI. feria.*

(b) Iſidorus Hiſpal. Hiſt. Goth. *Æra CCCCLVII.* (id eſt anno Chr. 419.) *Vallia Rege defuncto, Theodoricus ſucceſſit in regnum.*

(c) Bonifacius ordinatus eſt Papa anno 418. die 29. Decembris.

(d) Non in ſuo tertio Conſulatu obiit Conſtantius, ſed anno ſequenti ſub Coſſ. Agricola & ſtathio, id eſt anno 421.

(e) Obiit Honorius non anno 30. à morte doſii patris, à qua initium Imperii ducit Ic ſed anno 29.

(f) In Chronico Proſperi dicitur Felix fac tricius anno 429.

(g) Succeſſit Cæleſtinus Bonifacio anno 42 priuſ

Digitized by Google

A priusquàm pertranſiret, admonitus Hermigarium Suevum vicinas in tranſitu ſuo provin- An.Chr. 429.
cias deprædari, recurſu cum aliquantis ſuis facto, prædantem in Luſitania conſequitur. Qui haud procul de Emerita, quam cum ſanctæ Martyris Eulaliæ injuria ſpreverat, multis per Gaiſericum cæſis, ex his quos ſecum habebat, arrepto, ut putavit, euro velociùs fugæ ſubſidio, in flumine Ana divino brachio præcipitatus interiit. Quo ita extincto, mox quò cœperat Gaiſericus enavigavit.

6. Suevi ſub Hermerico Rege medias partes Gallæciæ deprædantes, per plebem An.Chr. 430.
quæ caſtella tutiora retinebat, acta ſuorum partim cæde, partim captivitate, pacem quam ruperant, familiarum quæ tenebantur rehibitione reſtaurant.

Per Aëtium Comitem haud procul de Arelate quædam Gothorum manus extinguitur, Anaolfo optimate eorum capto. Juthungi per eum ſimiliter debellantur & Nori.

B Felix, qui dicebatur Patricius, Ravennæ tumultu occiditur militari.

7. Aëtius Dux utriuſque militiæ Noros edomat rebellantes. Rurſum Suevi initam An. Chr. 431.
cum Gallæcis pacem libata ſibi occaſione conturbant. Ob quorum deprædationem IDATIUS Epiſcopus ad Aëtium Ducem, qui expeditionem agebat in Galliis, ſuſcipit legationem. Vetto, qui de Gothis dolosè ad Gallæciam venerat, ſine aliquo effectu redit ad Gothos.

8. Superatis per Aëtium in certamine FRANCIS, & in pace ſuſceptis, Cenſorius An.Chr. 432.
Comes legatus mittitur ad Suevos, ſupradicto ſecum IDATIO redeunte.

Bonifacius in æmulationem Aëtii de Africa per Placidiam evocatus in Italiam, ad palatium redit. Qui, depulſo Aëtio, in locum ejus ſuccedens, paucis pòſt menſibus inito adverſùm Aëtium conflictu, de vulnere quo fuerat percuſſus interiit. Cui Sebaſtianus gener ſubſtitutus, per Aëtium de palatio ſuperatus expellitur.

C 9. Regreſſo Cenſorio ad palatium, Hermericus pacem cum Gallæcis, quos præ- Ol. cccii.
dabatur aſſiduè, ſub interventu Epiſcopali datis ſibi reformat obſidibus. An.Chr. 433.

Symphoſius Epiſcopus per eum ad Comitatum legatus miſſus, rebus incaſsùm fruſtratur arreptis.

In conventu Lucenſi contra voluntatem Agreſtii Lucenſis Epiſcopi Paſtor & Syagrius Epiſcopi ordinantur.

Aëtius Dux utriuſque militiæ Patricius appellatur.

10. Sebaſtianus exul & profugus effectus, navigat ad palatium Orientis. Ol. cccci.
Romanæ Eccleſiæ XLII. habetur (a) Epiſcopus Xyſtus. An.Chr. 434.

11. Hieroſolymis Juvenalem Epiſcopum præſidere, Germani presbyteri Arabicæ An. Chr. 435.
regionis exinde ad Gallæciam venientis, & aliorum Græcorum relatione comperimus, adjicientibus Conſtantinopolim eum cum aliis & Paleſtinæ provinciæ & Orien-
D tis Epiſcopis evocatum, ſub præſentia Theodoſii Auguſti, contracto Epiſcoporum interfuiſſe Concilio ad deſtruendam Hebionitarum hæreſim, quam Neſtorius ejuſdem urbis Epiſcopus pravo ſtultiſſimæ ſectæ reſuſcitabat ingenio.

Quo verò tempore ſancti Joannes, Hieronymus & alii, quos ſuprà diximus, obierint, vel quis Joanni ante Juvenalem ſucceſſerit, ſicut & feciſſe cognitum eſt in brevi ſeniorem quendam, referentum ſermo non edidit.

12. Narbona obſideri cœpta per Gothos. An. Chr. 436.

Burgundiones, qui rebellaverant, à Romanis Duce Aëtio debellantur.

Uno eodemque tempore Alexandriæ Cyrillum Epiſcopum præſidere, & Conſtantinopoli Neſtorium hæreticum Hebionæum, Cyrilli ipſius ad eundem Epiſtola, & hæreſim deſtruentis, & regulam fidei exponentis, oſtendit. Hæc cum aliis habentur allata.

E 13. Narbona obſidione liberatur, Aëtio Duce & Magiſtro militum. Burgundio- Ol. ccciv.
num cæſa viginti millia. An. Chr. 437.

Rursùs Cenſorius & Fretimundus legati mittuntur ad Suevos.

14. Gothorum cæſa octo millia ſub Aëtio Duce. An. Chr. 438.

Suevi cum parte plebis Gallæciæ, cui adverſabantur, pacis jura confirmant.

Hermericus Rex morbo oppreſſus Rechilam filium ſuum ſubſtituit in regnum: qui Andevotùm cum ſua, quam habebat, manu ad Singilionem Bæticæ fluvium aperto marte proſtravit, magnis ejus auri & argenti opibus occupatis.

15. Carthagine fraude decepta, XIV. Kal. Novembris omnem Africam Rex Gai- An. Chr. 439.
ſericus invadit.

Bello Gothico ſub Theodore Rege apud Toloſam, Litorius Romanus Dux

(a) Sixtus Epiſcopatum iniit anno 432. die 24. menſis Julii.

Digitized by Google

inconsultiùs cum auxiliari Hunnorum manu irruens, cæsis his, ipse vulneratus capitur, A
& post dies paucos occiditur.

Inter Romanos & Gothos pax efficitur.

Gaisericus elatus impiè Episcopum Clerumque Carthaginis depellit ex ea, & juxta prophetiam Danielis, demutatis ministeriis Sanctorum, Ecclesias Catholicas tradit Arrianis.

Rechila Rex Suevorum Emeritam ingreditur.

An. Chr. 440. 16. Gaisericus Siciliam deprædatus, Panormum diu obsedit; qui damnati à Catholicis Episcopis Maximini, apud Siciliam Arrianorum ducis, adversùm Catholicos præcipitatur instinctu, ut eos quoquo pacto in impietatem cogeret Arrianam. Nonnullis declinantibus, aliquanti durantes in Catholica fide consummavere martyrium.

*Martylis. Censorius Comes, qui legatus missus fuerat ad Suevos, residens * Mirtyli, obsessus à Rechila in pace se tradidit. B

Ol. cccv. An. Chr. 441. 17. Rex Suevorum diuturno per annos septem morbo adflictus, moritur Hermericus.

Rex Rechila, Hispali obtenta, Bæticam & Carthaginiensem provincias in suam redigit potestatem.

[Romanæ Ecclesiæ XLIII. præsidet Episcopus (a) Leo.]

Sabino Episcopo de Hispali factione depulso, in locum ejus Epiphanius ordinatur fraude, non jure.

Asturius Dux utriusque militiæ ad Hispanias missus, Tarraconensium cædit multitudinem Bacaudarum.

An. Chr. 442. 18. Cometæ sidus apparere incipit mense Decembri: quod per menses aliquot visum, subsequentis in pestilentia plagæ, quæ ferè in toto orbe diffusa est, præmisit ostentum.

Constantinopolitanæ Ecclesiæ, depulso (b) Nestorio, præsidet Episcopus Flavianus. C

An. Chr. 443. 19. Asturio Magistro utriusque militiæ gener ipsius successor ipsi mittitur Merobaudis, natu nobilis, & eloquentiæ merito, vel maximè in poëmatis studio veteribus comparandus; testimonio etiam provehitur statuarum. Brevi tempore potestatis suæ Aracellitanorum frangit insolentiam Bacaudarum. Mox nonnullorum invidia perurgente, ad urbem Romam sacra præceptione revocatur.

II. CCCCLX. An. Chr. 444. 20. Sebastianus illic, quò confugerat, deprehensus sibi adversa moliri, è Constantinopoli fugit admonitus, & ad Theodorem Regem Gothorum veniens, conquæsitam sibi, quà potuit, Barcinonam hostis factus ingreditur.

Ol. CCCVI. An. Chr. 445. 21. In Asturicensi urbe Gallæciæ quidam ante aliquot annos latentes Manichæi gestis Episcopalibus deteguntur, quæ ab IDATIO & Turibio Episcopis, qui eos audierant, ad Antoninum Emeritensem Episcopum directa sunt. D

Wandali navibus Turonio in litore Gallæciæ repentè advecti, familias capiunt plurimorum.

Sebastianus de Barcinona fugatus, migrat ad Wandalos.

Per Episcopum Romæ tunc præsidentem gesta de Manichæis per provincias diriguntur.

An. Chr. 446. 22. Vitus Magister utriusque militiæ factus, ad Hispanias missus, non exiguæ manûs fultus auxilio, cùm Carthaginienses vexaret & Bæticos, succedentibus cum Rege suo illic Suevis, superatis etiam in congressione, qui ei ad deprædandum in adjutorium venerant, Gothis, territus miserabili timore diffugit. Suevi exin illas provincias magna deprædatione subvertunt.

23. Romanæ Ecclesiæ XLIII. præsidet Episcopus Leo. Hujus scripta per Episcopi Turibii Diaconem Pervincum contra Priscillianistas ad Hispanienses Episcopos de- E
An. Chr. 447. ferunturi. Inter quæ ad Episcopum Turibium de observatione Catholicæ fidei, & de hæresum blasphemiis disputatio plena dirigitur, quæ ab aliquibus Gallæcis subdolo probatur arbitrio.

Solis facta defectio die IX. (c) Kal. Januarias, qui fuit tertia feria.

An. Chr 448. 24. Rechila Rex Suevorum Emeritæ gentilis moritur mense Augusto: cui mox filius suus Catholicus Rechiarius succedit in regnum, nonnullis quidem sibi de gente sua æmulis, sed latenter: obtento tamen regno, sine mora ulteriores regiones invadit ad prædam.

(a) Leo Pontifex Romanus ordinatus est 22. die mensis Septembris anni 440.

(b) In locum Nestorii suffectus est Maximianus anno 431. Maximiano successit Proclus anno 434. Proclo Flavianus anno 447.

(c) Corrig. X. Kal.

Digitized by Google

A Paſcentium quendam urbis Romæ, qui de Aſturica diffugerat, Manichæum Antoninus Epiſcopus Emeritæ comprehendit, auditumque etiam de provincia Luſitania facit expelli.

Per Aiulfum Hiſpali Cenſorius jugulatur.

25. Rechiarius, accepta in conjugium Theodoris Regis filia, auſpicatus initium regni, Vaſconias deprædatur menſe Februario. Ol. cccvii. An. Chr. 449.

Baſilius ob teſtimonium egregii ausûs ſui congregatis Bacaudis, in Eccleſia Tyriaſſone fœderatos occidit. Ubi & Leo ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopus ab eiſdem, qui cum Baſilio aderant, in eo loco obiit vulneratus.

Rechiarius menſe Julio ad Theodorem ſocerum profectus, Cæſarauguſtanam regionem cum Baſilio in reditu deprædatur. Irrupta per dolum Ilerdenſi urbe, acta eſt non parva captivitas.

B 26. (a) Aſturius vir illuſtris ad honorem provehitur Conſulatûs.

Sebaſtianus exul factus, ad pernicioſam ſibi, ſicut pòſt exitus docuit, Gaiſerici confugit poteſtatem: parvo pòſt tempore quàm venerat per eum jubetur occidi.

De Galliis Epiſtolæ deferuntur Flaviani Epiſcopi ad Leonem Epiſcopum miſſæ, cum ſcriptis Cyrilli Epiſcopi Alexandrini ad Neſtorium Conſtantinopolitanum de Eutychete Hebionita hæretico, & Leonis Epiſcopi ad eundem reſponſa: quæ cum aliorum Epiſcoporum & geſtis & ſcriptis per Eccleſias diriguntur.

27. Theodoſius (b) Imperator moritur Conſtantinopoli anno ætatis ſuæ XLVIII. Poſt quem XLIII. ſtatim apud Conſtantinopolim Marcianus à militibus & ab exercitu, inſtante etiam ſorore Theodoſii Pulcheria Regina, efficitur Imperator. Qua ſibi in conjugium adſumpta, regnat in partibus Orientis. An. Chr. 450.

28. Valentiniani Imperatoris mater (c) Placidia moritur apud Romam. An. Chr. 450.

C In Gallæcia terræ-motus aſſidui, ſigna in cælo plurima oſtenduntur. Nam pridie Nonas Aprilis feria tertia poſt ſolis occaſum, ab Aquilonis plaga cælum rubens, ſicut ignis aut ſanguis, efficitur, intermixtis per igneum ruborem lineis clarioribus in ſpeciem haſtarum rutilantium deformatis: à die clauſo uſque in horam noctis ferè tertiam ſigni durat oſtenſio, quæ mox ingenti exitu perdocetur.

Gens Hunnorum, pace rupta, deprædatur provincias Galliarum. Plurimæ civitates effractæ. In campis Catalaunicis, haud longè (d) de civitate, quam effregerant, Mettis, Aëtio Duci & Regi Theodori, quibus erat in pace ſocietas, aperto marte confligens, divino cæſa ſuperatur auxilio: bellum nox intempeſta diremit. Rex illic Theodores proſtatus occubuit: CCC. (e) fermè millia hominum in eo certamine cecidiſſe memorantur. An. Chr. 451.

Multa anno ſigna procedunt. Quinto Kal. Octobris à parte Orientis luna fuſcatur.

D In diebus ſequentis Paſchæ viſa quædam in cælo regionibus Galliarum, Epiſtola de his Eufronii Auguſtodunenſis Epiſcopi ad Agrippinum Comitem facta evidenter oſtendit. Stella cometes à XIV. Kal. Julias apparere incipit, quæ III. Kal. diluculo ab Oriente viſa, poſt occaſum ſolis ab occidua parte mox cernitur; Kalendis Auguſti à parte Occidentis apparet.

Occiſo Theodore, Thoriſmo filius ejus ſuccedit in regno.

Hunni cum Rege ſuo Attila, relictis Galliis, poſt certamen Italiam petunt.

29. Secundo (f) regni anno Principis Marciani Hunni, qui Italiam prædabantur, aliquantis etiam civitatibus irruptis, divinitus partim fame, partim morbo quodam, plagis cæleſtibus feriuntur: miſſis etiam per Marcianum Principem Aëtio Duce cæduntur auxiliis, pariterque in ſedibus ſuis, & cæleſtibus plagis, & per Marciani Ol. cccviii. An. Chr. 452.

E (a) Aſturius in Occidente creatus Kalendis Januarii anni 449. in Gallia iniit Conſulatum.

(b) Moritur Theodoſius, non anno 27. Imperii Valentiniani, ſed anno tantùm 25. vel ad ſummum 26. Nam obiit Theodoſius 28. Julii an. 450. & Valentinianus Auguſtus renunciatus eſt 23. Octobris an. 425.

(c) In Chronico Proſperi, *Placidia defuncta eſt V. Kal. Decembris*, anno 450. qui erat 26. Valentiniani Imperatoris. Nam Idatius hucuſque Valentiniani Imperii initium duxit ab anno quo Auguſtus appellatus eſt, non à morte Honorii.

(d) Campi Catalaunici viginti ad minimum leucis diſtabant ab urbe Metenſi.

(e) Iſidorus Hiſpal. in Hiſt. Goth. idem habet: *Inter prius prælium & poſterius trecenta fermè hominum millia proſtrata.* Legendum *CC. fermè millia* cenſet Pagius Crit. in Annal. Baronii ad an. 451. Num. 26. Jornandes de Rebus Geticis cap. 41. ſcribit *ab utriſque partibus CLXV. millia cæſa, exceptis XV. millibus Gepidarum & Francorum, qui ante congreſſionem publicam noctu ſibi occurrentes, mutuis concidêre vulneribus.* Idatium & Iſidorum cum Jornande conciliari poſſe exiſtimat doctiſſimus Abbas Dubos Hiſt. Crit. Monarchiæ Francicæ lib. 2. cap. 17. ſi numerentur non ſolùm ii omnes, qui utrinque morbo, labore & miſeriis perierunt, ſed etiam illi quos Barbari, cùm urbes diriperent, trucidarunt, & ipſi Barbari à ruſticis necati, dum agros & vicos deprædarentur.

(f) Annus ſecundus Marciani componitur cum anno viceſimo-nono Valentiniani à morte Honorii: qui modus numerandi annos Valentiniani primùm non adhibitus eſt ab Idatio, ut ſuprà obſervavimus.

Digitized by Google

ſubiguntur exercitum: & ita ſubacti, pace facta cum Romanis, proprias univer
tunt ſedes, ad quas Rex eorum Attila mox reverſus interiit.

Ad Suevos Manſuetus Comes Hiſpaniarum, & Fronto ſimiliter Comes, le
pace mittuntur, & obtinent conditiones injunctas.

An. Chr.453. Thoriſmo Rex Gothorum ſpirans hoſtilia, à Theudorico & Frederico
jugulatur: cui Theudoricus ſuccedit in regno.

II. CCCCLXX. 30. Tertio regni anno Principis Marciani Regina moritur Pulcheria men
An. Chr.454. Per Fredericum Theudorici Regis fratrem Bacaudæ Tarraconenſes cæd
auctoritate Romana.

In Gallæcia terræ motus, & in ſole ſignum in ortu, quaſi altero ſecum
tante, monſtratur.

Aëtius Dux & Patricius fraudulenter ſingularis accitus intra palatium, ma
Valentiniani Imperatoris occiditur: & cum ipſo per Spatarium ejus aliqui ſin
intromiſſi, jugulantur honorati.

His geſtis, legatos Valentinianus mittit ad gentes; ex quibus ad Sueve
Juſtinianus.

An. Chr.455. 31. Quarto regni anno Principis Marciani per duos barbaros Aëtii famili
* VII. Kal. Apr. lentinianus Romæ Imperator * occiditur in campo, exercitu circumſtant
ætatis ſuæ XXXVI. & regni XXXI. Poſt quem mox Maximus (a) ex Conſulibus
Romæ Auguſtus appellatur. Qui cùm Imperator factus relictam Valentin
duxiſſet uxorem, & filio ſuo ex priore conjuge Palladio, quem Cæſarem
Valentiniani filiam in conjugium tradidiſſet, magnorum motuum, quos ve
perturbatione diſtortus; & quia in occiſorum per Valentinianum, & in ipſ
ritum Valentiniani, ambitu regni conſilia ſceleſta patrata contulerat; cùm In
deſerere vellet & Romam, vix quatuor regni ſui menſibus expletis, in ip
* prid. Id. Jun. tumultu populi & ſeditione * occiditur militari.

* VI. Id. Jul. Ipſo anno in Galliis Avitus Gallus civis * ab exercitu Gallicano & ab ho
primùm Toloſæ, dehinc apud Arelatum Auguſtus appellatus, Romam pe
ſuſcipitur.

Uſque ad Valentinianum Theodoſii generatio tenuit principatum.

I. ROMANORUM XLIII. Marcianus quarto jam regni ſui anno obtin
narchiam.

Per Avitum, qui à Romanis & evocatus & ſuſceptus fuerat Imperator
ad Marcianum pro unanimitate mittuntur Imperii.

An. Chr.455. Gaiſericus ſollicitatus à relicta Valentiniani, ut malum fama diſpergit, pr
* IV. Id. Jul Avitus Auguſtus fieret, Romam * ingreditur, direptiſque opibus Romanoru
thaginem redit, relictam Valentiniani, & filias duas, & Aëtii filium, Gau
nomine, ſecum ducens.

Suevi Carthaginienſes regiones, quas Romanis reddiderant, deprædantu

Ol. CCCIX. Marcianus & Avitus concordes principatu Romani utuntur Imperii.

Per Auguſtum Avitum Fronto Comes legatus mittitur ad Suevos. Sim
à Rege Gothorum Theudorico, quia fidus Romano eſſet Imperio, legati
dem mittuntur, ut tam ſecum quàm cum Romano Imperio, quia uno eſſe
fœdere copulati, jurati fœderis promiſſa ſervarent. Remiſſis legatis utriuſqu
atque omni juris ratione violata, Suevi Tarraconenſem provinciam, quæ
no Imperio deſerviebat, invadunt.

De Erulorum gente ſeptem navibus in Lucenſi litore aliquanti advecti, vi
CCCC. expediti, ſuperventu multitudinis congregatæ duobus tantùm ex ſuo
effugantur occiſis: qui ad ſedes proprias redeuntes, Cantabriarum & Vard
loca maritima crudeliſſimè deprædati ſunt.

Legati Gothorum rursùm veniunt ad Suevos. Poſt quorum adventum R
vorum Rechiarius cum magna ſuorum multitudine regiones provinciæ T
nenſis invadit, acta illic deprædatione, & grandi ad Gallæciam captivitate

An. Chr.456. Mox Hiſpanias Rex Gothorum Theudoricus cum ingenti exercitu ſuo,
voluntate & ordinatione Aviti Imperatoris ingreditur. Cui cum multitudine
rum Rex Rechiarius occurrens duodecimo de Aſturicenſi urbe milliario, ad
nomine Urbicum, III. Nonas Octobris die, ſexta feria, inito mox certa
peratur: cæſis ſuorum agminibus, aliquantis captis, plurimiſque fugatis,

(a) De Maximo hæc habet Procopius de Bello Vand. lib. cap. 4. *Maximus quidam erat Senator Romanus ſtirpe ortus illius Maximi, quem The jor tum tyrannide, tum vita expulit.*

Digitized by Google

A extremas ſedes Gallæciæ plagatus vix evadit ac profugus.

Theudorico Rege cum exercitu ad Bracaram extremam civitatem Gallæciæ pertendente, v. Kal. Novembris, die Dominico, etſi incruenta, ſit tamen ſatis mœſta & lacrymabilis ejuſdem direptio civitatis. Romanorum magna agitur captivitas captivorum; Sanctorum Baſilicæ effractæ; altaria ſublata atque confracta; Virgines Dei exin quidem abductæ, ſed integritate ſervata; Clerus uſque ad nuditatem pudoris exutus; promiſcui ſexûs cum parvulis de locis refugii ſanctis populus omnis abſtractus, jumentorum, pecorum camelorumque horrore locus ſacer impletus, ſcripta ſuper Hieruſalem ex parte cæleſtis iræ revocavit exempla.

2. Rechiarius ad locum, qui Portucale appellatur, profugus Regi Theudorico captivus adducitur. Quo in cuſtodiam redacto, cæteris, qui de priore certamine ſuperfuerant, tradentibus ſe Suevis, aliquantis nihilominùs interfectis, regnum de-
B ſtructum & finitum eſt Suevorum.

Hiſdem diebus Rechimeris Comitis circumventione, magna multitudo Wandalorum, quæ ſe de Carthagine cum LX. navibus ad Gallias vel ad Italiam moverat, Regi Theudorico nunciatur occiſa per Avitum.

Heſychius Tribunus legatus ad Theudoricum cum ſacris muneribus miſſus, ad Gallæciam venit, nuncians ei id quod ſuprà, in Corſica cæſam multitudinem Wandalorum, & Avitum de Italia ad Gallias Arelate ſucceſſiſſe. Orientalium naves ad Hiſpalim venientes per Marciani exercitum cæſas nunciat.

Occiſo Rechiario menſe Decembri, Rex Theudoricus de Gallæcia ad Luſitaniam ſuccedit. An. Chr. 456.

In Conventûs parte Bracarenſis latrocinantum deprædatio perpetratur.

Aiulfus deſerens Gothos in Gallæcia reſedit.

C Suevi, qui remanſerant in extrema parte Gallæciæ, Maſſiliæ filium nomine Maldram ſibi Regem conſtituunt.

Theudoricus Emeritam deprædari volens, beatæ Eulaliæ Martyris terretur oſtentis.

3. Avitus tertio anno (a) poſteaquàm à Gallis & à Gothis factus fuerat Imperator, caret Imperio, Gothorum promiſſo deſtitutus auxilio, caret & vita. An. Chr. 456.

In Orientis partibus VII. anno Imperii ſui moritur Marcianus. An. Chr. 457.

ROMANORUM XLIV. Majorianus in Italia, & Conſtantinopoli Leo Auguſti appellantur.

1. Theudoricus adverſis ſibi nunciis territus, mox poſt dies Paſchæ, quod fuit * v. Kal. Aprilis, de Emerita egreditur, & Gallias repetens, partem ex ea quam habebat multitudine variæ nationis, cum ducibus ſuis, ad campos Gallæciæ dirigit. Qui dolis & perjuriis inſtructi, ſicut eis fuerat imperatum, Aſturicam, quam jam prædones ipſius ſub ſpecie Romanæ ordinationis intraverant, mentientes ad Suevos,
D qui remanſerant, juſſam ſibi expeditionem, ingrediuntur, pace fucata ſolita arte perfidiæ. Nec mora promiſcui generis reperta illic cæditur multitudo, ſanctæ effringuntur Eccleſiæ, altaribus direptis & demolitis, ſacer omnis ornatus & uſus aufertur. Duo illic Epiſcopi inventi cum omni Clero abducuntur in captivitatem: invalidior promiſcui ſexûs agitur miſeranda captivitas; reſiduis & vacuis civitatis domibus datis incendio, camporum loca vaſtantur. Palentina civitas ſimili, quo Aſturica, per Gothos perit exitio. Unum Coviacenſe caſtrum triceſimo de Aſturica milliario à Gothis diutino certamine fatigatum, auxilio Dei hoſtibus & obſiſtit & prævalet: quamplurimis ex eorum manu interfectis, reliqui revertuntur ad Gallias. * Corr. II. An. Chr. 457.

Aiulfus dum regnum Suevorum ſpirat, Portucale moritur menſe Junio.

Suevi in partes diviſi pacem ambiunt Gallæciarum: è quibus pars Frantanem, pars Maldram Regem appellat. Solito more perfidiæ Luſitaniam deprædatur pars
E Suevorum Maldram ſequens. Acta illic Romanorum cæde, prædiſque contractis, civitas Ulyxippona ſub ſpecie pacis intratur.

Frantanes moritur per Paſcha & Pentecoſten. Jubente Maldra Suevi in ſolitam perfidiam verſi, regionem Gallæciæ adhærentem flumini Durio deprædantur. Quinto * Idus Junias die, quarta feria, ab hora quarta in horam ſextam, ad ſpeciem lunæ quintæ vel ſextæ, ſol de lumine orbis ſui minoratus apparuit. * Corr. II. Idus.

2. Gothicus exercitus duce ſuo Cyrila à Theudorico Rege ad Hiſpanias miſſus, menſe Julio ſuccedit ad Bæticam. Legati Gothorum & Wandalorum pariter ad Suevos veniunt, & revertuntur. An. Chr. 458.

3. Theudoricus cum Duce ſuo Sunierico exercitûs ſui aliquantam ad Bæticam Ol. CCCX.

(a) Cùm certum ſit Avitum nonniſi decem menſibus imperaſſe, hæc verba in Idatium, qui hoc tempore vivebat, inſerta videntur.

Digitized by Google

An. Chr.459. dirigit manum: Cyrila revocatur ad Gallias. Suevi nihilominùs Luſitaniæ partes Maldra, alii cum Remiſmundo Gallæciam deprædantur.

Eruli maritima Conventûs Lucenſis loca nonnulla crudeliſſimè invadunt, ad E cam pertendentes.

Maldras germanum ſuum fratrem interficit, & Portucale caſtrum idem h invadit.

Inter Suevos & Gallæcos, interfectis aliquantis honeſtis natu, malum hoſtile miſc

Legati à Nepotiano Magiſtro militiæ & à Sunierico Comite miſſi, veniunt ad G cos, nunciantes Majorianum Auguſtum & Theudoricum Regem firmiſſima int pacis jura ſanxiſſe, Gothis in quodam (a) certamine ſuperatis.

An.Chr. 460. 4. Maldras in fine menſis Februarii jugulatus, merito perit interitu.

Per Suevos Luco habitantes in diebus Paſchæ Romani aliquanti, cum rector honeſto natu, repentino ſecuri de reverentia dierum occiduntur incurſu.

Menſe Maio Majorianus Hiſpanias ingreditur Imperator: quo Carthaginien provinciam pertendente, aliquantas naves, quas ſibi ad tranſitum adversùm V dalos præparabat, de litore Carthaginienſi commoti Wandali per proditores piunt. Majorianus ita à ſua ordinatione fruſtratus, ad Italiam revertitur.

Pars Gothici exercitûs à Sunierico & Nepotiano Comitibus ad Gallæciam dir Suevos apud Lucum deprædantur: quæ Dictinio, Spinione & Aſcanio delator ſpargentibuſque ad terrorem propriæ venena perfidiæ, indicata recurrit ad ſuos mox iiſdem delatoribus, quibus ſuprà, Frumarius cum manu Suevorum quam bat impulſus, capto IDATIO Epiſcopo VII. Kal. Auguſti in Aquæflavienſi E ſia, eundem Conventum gravi evertit excidio.

Remiſmundus vicina ſibi pariter Auregenſium loca, & Lucenſis Conventûs ritima populatur.

Inter Frumarium & Remiſmundum oritur de regni poteſtate diſſenſio.

Gallæcorum & Suevorum pacis quædam umbra conſeritur.

A Theudorico legati ad Suevos veniunt, & recurrunt.

Sunericus Scalabim, cui adverſabatur, obtinet civitatem.

IDATIUS, qui ſuprà, tribus menſibus captivitatis impletis, menſe Novembr ſerantis Dei gratia, contra votum & ordinationem ſupradictorum delatorum, ad Flavias.

De Rege Theudorico legati gentis perfidæ revertuntur.

Gaiſericus Rex à Majoriano Imperatore per legatos poſtulat pacem.

An. Chr.461. 5. 1. Majorianum de Galliis Romam redeuntem, & Romano Imperio vel n res neceſſarias ordinantem, Rechimer livore percitus, & invidorum conſilio f fraude interficit circumventum.

II. CCCCLXXX. ROMANORUM XLV. Severus à Senatu Romæ Auguſtus appellatur anno In Leonis quinto.

6. 2. Sunericus redit ad Gallias. Nepotianus, Theudorico ordinante, Arbo accipit ſucceſſorem.

An.Chr. 462. In Provincia Gallæcia prodigiorum videntur ſigna diverſa. Æra D. ſexto N Martias, pullorum cantu, ab occaſu ſolis Luna in ſanguinem plena conve Idem dies ſexta feria fuit.

* *f.* Majoris Syriæ. Antiochia (b) major * Iſauriæ inobediens monitis ſalutaribus, terra dehiſc demergitur, tantùm ipſius civitatis aliquantis, qui eum, obaudientes timori D ni, ſunt ſecuti, de interitu liberatis, turrium etiam ſolis cacuminibus extantib per terram.

Gaiſericus Valentiniani relictam Conſtantinopolim remittit. Filiæ ipſius, una toni Gaiſerici filio, alia Olybrio Senatori urbis Romæ jure matrimonii copulant

Ol. CCCXI. An. Chr.463. Agrippinus Gallus & Comes & civis, Ægidio Comiti viro inſigni inimic Gothorum mereretur auxilia, Narbonam tradidit Theudorico.

Adverſus Ægidium Comitem utriuſque militiæ, virum, ut fama comme Deo bonis (c) operibus complacentem, in (d) Armoricana Provincia Fretiricus

(a) Gothi ab Ægidio Comite fuſi fugatique ſunt, in eos eruptione facta ex urbe Arelatenſi quam obſidebant.

(b) Adeò per hæc tempora Idatii Chronicon depravatum, ut eo anno referat terræ motum Antiochenum, qui anno Chriſti 457. contigit, & Eudoxiæ Valentiniani Imp. uxori libertatem à Genſerico Rege conceſſam ſcribat, cùm tamen id ante quinquennium factum ſit, ut obſervat Pagius loc citato ad an. 463. Num. 6.

(c) Idatius Ægidium laudat; hunc vitupe ctor Anonymus Vitæ S. Lupicini Abbatis Ju

(d) In Chronico Marii Aventicenſis dicitu *fectus Fredericus juxta Aurelianis.* Et certè Noti perii collocat in Tractu Armoricano Provinc noniam, in qua erat *civitas Aurelianorum.*

Digitized by Google

A Theudorici Regis insurgens, cum his, cum quibus fuerat, superatus occiditur.

Cum Palegorio viro nobili Gallæciæ, qui ad supradictum fuerat Regem Cyrila legatus, ad Gallæciam veniens, euntes ad eundem Regem legatos obviat Remismundi; qui regressi in celeri, revertentem Cyrilam in Lucensi urbe suscipiunt. Post cujus mox egressum de Gallæcia, Suevi promissionum suarum ut semper fallaces & perfidi, diversa loca infelicis Gallæciæ solito deprædantur.

Per Theudoricum ad Suevos Remismundus & Cyrila cum aliquantis Gothis, qui priùs venerant, remittuntur. Cyrila in Gallæcia remanente, Remismundo mox recurrente ad Regem, inter Gallæcos & Suevos indisciplinata perturbatio dominatur.

Romanæ Ecclesiæ XLIV. præsidet (a) Episcopus Hilarus.

7. 3. Nepotianus recedit è corpore.

Frumario mortuo, Remismundus, omnibus Suevis in suam ditionem regali jure An. Chr. 464.
B revocatis, pacem reformat elapsam.

Mense Maio supradicti viri Ægidii legati per Oceanum ad Wandalos transeunt, qui eodem cursu Septembri mense revertuntur ad suos.

Decimo-tertio Kal. Augusti die, feria secunda, in speciem Lunæ quintæ Sol de An. Chr. 464.
lumine suo ab hora tertia in horam sextam cernitur minoratus.

Legatos Remismundus mittit ad Theudoricum, qui similiter suos ad Remismundum remittit, cum armorum adjectione vel munerum, directa & conjuge quam haberet.

Wandali per Marcellinum in Sicilia cæsi, effugantur ex ea.

Ægidius moritur, alii dicunt insidiis, alii veneno deceptus. Quo desistente, mox Gothi regiones invadunt, quas Romano nomini tuebatur.

Suevi Conimbricam dolosè ingressi, familiam nobilem Cantabri spoliant, & ca-
C ptivam abducunt matrem cum filiis.

Legati eodem anno duabus vicibus à Rege Suevorum mittuntur ad Regem Theudoricum, ad quem & Arborius proficiscitur evocatus.

8. 4. Reversi Legati Suevorum, * obiisse nunciant Severum Imperii sui anno An. Chr. 465.
quarto: qui suprà remittuntur ad Conimbricam. * XVIII. Kal. Sept.

Ajax natione Galata, effectus apostata, & senior Arrianus, inter Suevos Regis sui auxilio hostis Catholicæ fidei & divinæ Trinitatis emergit. De Gallicana Gothorum habitatione hoc pestiferum inimici hominis virus advectum.

Suevi adversùm Aunonensem sæviunt plebem. Qua de causa legati à Theudorico ad Remismundum mittuntur incassùm, spretique ab eo mox redeunt.

De Constantinopoli à Leone Augusto Anthemius frater Procopii, cum Marcellino aliisque Comitibus, viris electis, & cum ingenti multitudine exercitûs copiosi,
D ad Italiam, Deo ordinante, directus ascendit.

ROMANORUM XLVI. Anthemius octavo (b) milliario de Roma Augustus appellatur, anno Leonis Imperii VIII. mense (c) Augusto.

9. 1. Expeditio ad Africam adversùs Wandalos ordinata, metabolarum commutatione, & navigationis inopportunitate revocatur.

Per Theudericum Salla legatus mittitur ad Remismundum Regem Suevorum; qui reversus ad Gallias, eum à fratre suo Eurico reperit interfectum.

Euricus pari scelere, quo frater, succedit in regnum: qui honore provectus & An. Chr. 466.
crimine, legatos ad Regem dirigit Suevorum. Quibus sine mora à Remismundo remissis, ejusdem Regis legati ad Imperatorem, alii ad Wandalos, alii diriguntur ad Gothos.

De Aunonensi plebe, cui Suevorum adversabatur hostilitas, Opilio cum viris
E secum à Rege profectis, & cum aliquantis qui cum ipso missi fuerant, revertitur.

Gothi, qui ad Wandalos missi fuerant, supradictæ expeditionis rumore perterriti, revertuntur in celeri: pariter & Suevi, qui post legatos more solito per diversa loca in prædam dispersi fuerant, revocantur. Sed paucis pòst mensibus ipse Rex Suevorum ad Lusitaniam transit.

2. Conimbrica in pace decepta diripitur: domus destruuntur cum aliqua parte An. Chr. 467.
murorum: habitatoribusque captis atque dispersis, & regio desolatur & civitas.

Legati de Gothico reversi, referunt portenta in Galliis visa aliquanta: in conspectu Ol. CCCXII.

(a) Leoni successerat Hilarus Papa anno 461. die 22. Novembris.

(b) Cassiodorus in Chronico testatur Anthemium tertio ab urbe milliario in loco *Brontotus* Imperium suscepisse.

(c) Non mense Augusto Augustus appellatus est Anthemius, sed *pridie Idus Aprilis*, ut habet Chronographus à Cuspiniano editus. Idatius initium Imperii Anthemii auspicatur à morte Severi, quæ contigit die quarto Augusti anni 465.

Digitized by Google

***** ſimilem ipſi de continuo paruiſſe ſolem, alium viſum ***** ſolis oc
Congregatis etiam quodam die Concilii ſui Gothis tela, quæ habebant in r
bus, à parte ferri, vel acie, alia viridi, alia roſeo, alia croceo, alia nigro c
naturalem ferri ſpeciem aliquandiu non habuiſſe mutata. Medio Toloſæ civ
hiſdem diebus è terra ſanguinem erupiſſe, totoque diei fluxiſſe curriculo.

3. Legatorum Suevorum reditum aliquanta Gothorum manus inſequens,
ritam petit.

An. Chr. 468. Ulixippona à Suevis occupatur, cive ſuo, qui illic præerat, tradente Lu
Hac re cognita, Gothi qui venerant, invadunt, & Suevos deprædantur, p
& Romanos, ipſis in Luſitaniæ regionibus ſervientes.

Legati, qui ad Imperatorem miſſi fuerant, redeunt, nunciantes ſub præſent
magnum valde exercitum cum tribus ducibus lectis adversùm Wandalos à I
Imperatore deſcendiſſe, directo Marcellino pariter cum manu magna eider
Imperatorem Anthemium ſociata : Rechimerum generum Anthemii Imper
& Patricium factum : Aſparem (a) degradatum ad privatam vitam, filium eju
ciſum, adversùm Romanum Imperium, ſicut detecti ſunt, Wandalis conſul

Hilaro (b) defuncto ſex ſacerdotii ſui annis expletis, XLV. Romanæ Eccleſia
plicius Epiſcopus ordinatur.

Aunonenſes pacem cum Rege faciunt Suevorum, qui & Luſitaniæ & Co
tûs Aſturicenſis quædam loca prædantes invadunt.

Gothi circa eundem Conventum pari hoſtilitate deſæviunt, partes etiam
taniæ deprædantur.

Luſidius per Remiſmundum cum ſuis hominibus Suevis ad Imperatorem
gatione dirigitur.

Duriſſimus extra ſolitum hoc eodem tempore annus hiberni, veris, æſtatis
tumni, in aëris & omnium fructuum permutatione diffunditur.

Signa etiam aliquanta & prodigia in locis Gallæciæ pervidentur. In flumin
nio, de municipio Lais milliario fermè quinto, capiuntur piſces quatuor,
viſu & ſpecie, ſicut retulere qui ceperant Chriſtiani & Religioſi, Hebræis &
cis litteris, Latinis autem ærarum numeris inſigniti, ita CCCLXV. anni cir
continentes, pari menſium intervallo. Haud procul de ſupradicto municipio i
ciem lenticulæ viridiſſimorum, ut herba, quædam forma granorum plena ar
dine defluxit è cælo ; & multa alia oſtenta, quæ memorare prolixum eſt.

(a) Malè hæc nunciata : nam Aſpar cum filiis Ardaburio & Patricio anno 471. occiſus eſt.

(b) Obiit Hilarus Papa die 21. menſis F an. 468. Ei ſucceſſit Simplicius 25. Febr. ejuſd

---

PROSPERI AQUITANI (a) CHRONICO

Ab anno Chriſti 378. *ad an.* 455.

Ex editione Labbeana Tom. I. Novæ Biblioth. MSS. pag. 46.

Apud Cheſnium Tom. I. ſcript. Franc. pag. 201.
An. Chr. 378.
* v. Id. Aug.

HUCUSQUE Hieronymus Presbyter ordinem præcedentium digeſſit annorum
quæ conſecuta ſunt adjicere curavimus. Igitur Valente à Gothis in T
* concremato, GRATIANUS cum fratre Valentiniano XLI. regnat annos ſex.

Auſonio & Olybrio Coſſ.

An. Chr. 379.
* XIV. Kal. Febr.

Gratianus poſt mortem patrui, Theodoſium Theodoſii filium in conſortium
ſumpſit Imperii, eique regnum tradidit Orientis.

Ea tempeſtate Priſcillianus Epiſcopus de Gallæcia ex Manichæorum & Gn
rum dogmate hæreſim nominis ſui condidit.

Gratiano V. & Theodoſio.

An. Chr. 380. Ambroſius Epiſcopus pro Catholica fide multa ſublimiter ſcribit.

(a) Iſtius Chronici genuinum auctorem eſſe S. Proſperum Aquitanum, nunc omnes conſentiunt Eruditi. Illud teſtantur Victorius, & ipſe Aquitanus, in Canonis Paſchalis præfatione ad Hilarum Urbis Romæ Archidiaconum, poſteà Papam, Gennadius lib. de Script. Eccleſ. cap. 84. Ca lib. de Inſtit. Divin. Liter. cap. 17. Iſidorus lib. 6. Origin. cap. 17. Victor Tununenſis i nico, & Johannes Biclarienſis, qui Proſpe nicon continuavit.

Digitized by Google

A

Syagrio & Eucherio.

Martinus Episcopus Turonorum Galliæ civitatis multis miraculis clarus habetur. An. Chr. 381.

Antonio & Syagrio.

Finis Cycli quarti, & exordium quinti. An. Chr. 382.

Athanaricus (a) Rex Gothorum apud Constantinopolim quinta decima die quàm fuerat susceptus, occiditur.

Merobaude II. & Saturnino.

B Arcadius Theodosii Imperatoris filius Augustus * appellatur. (b) An. Chr. 383. * XIV. Kal. Febr.

Richomere & Clearcho.

Honorius Theodosii filius * nascitur. An. Chr. 384.

Romanæ Ecclesiæ XXXVI. post Damasum Siricius præfuit Episcopus annis XIV. * V. Id. Sept.

In Britannia per seditionem militum Maximus Imperator est factus: quo mox ad Gallias transfretante, Gratianus (c) Parisiis Merobaudis Magistri militum proditione superatus, & fugiens, Lugduni captus atque occisus est.

Maximus Victorem filium suum consortem regni facit.

VALENTINIANUS XLII. regnat cum Theodosio annis VII.

Arcadio & Bautone.

C

Hoc tempore Hieronymus Presbyter in Bethleem toto jam mundo clarus habitat, egregio ingenio & studio universæ Ecclesiæ serviens. An. Chr. 385.

Priscillianus in Synodo Burdigalensi damnandum se intelligens, ad Imperatorem Maximum provocavit; auditusque Treviris, ab Evodio Præfecto prætorio gladio addictus est cum Eucrocia Delphidii Rhetoris conjuge, & Latroniano aliisque erroris consortibus. Burdigalæ quædam Priscilliani discipula, nomine Urbica, ob impietatis pertinaciam per seditionem vulgi lapidibus extincta est.

Honorio N. P. & Evodio.

CCCLX. *Valentiniano III. & Eutropio.*

D

Theodosio II. & Cynegio.

Maximus tyrannus à Valentiniano & Theodosio Imperatoribus in tertio ab Aquileia lapide spoliatus indumentis regiis, sistitur, & capite damnatur: cujus filius Victor eodem anno ab Arbogaste Comite est interfectus in Galliis. An. Chr. 388.

Timasio & Promoto.

Ithacius & Ursacius Episcopi ob necem Priscilliani, cujus accusatores fuerant, Ecclesiæ communione privantur. An. Chr. 389

Valentiniano IV. & Neoterio.

E

Tatiano & Symmacho.

Arcadio II. & Rufino.

Valentinianus ad vitæ fastidium nimia Arbogastis Magistri militum austeritate An. Chr. 392.

(a) In Descriptione Consulum Idatio adscripta, Athanarici mors collocatur sub Coss. Syagrio & Eucherio, id est in anno 381. *His Coss. ingressus est Athanaricus Rex Gothorum Constantinopolim die III. Idus Januarii. Eodem mense diem functus idem Athanaricus VIII. Kal. Februarii.*

(b) Marcellinus in Chronico ad hunc annum: *Gratianus Imp. Maximi tyranni dolo apud Lugdunum occisus est VIII. Cal. Septembris.*

(c) Gratianus non hoc anno, sed superiori occisus est, ut docet Marcellinus in Chronico. Valesius lib. 2. Rerum Franc. legendum censet, *Mallobaudis Magistri militum proditione.* Merobaudes quippe, qui bis Consulatum gessit, annis scilicet 377. & 383.

Digitized by Google

* Id. Maii. perductus, laqueo apud Viennam * perit. Arbogaſtes (a) Magiſter exercitûs, m
Valentiniano, cujus exercitu gravabatur, Eugenium in Galliis Imperatorem
Theodoſius XLIII. cùm jam per XIV. regnaret annos, regnat cum Arcadio &
norio filiis annos tres.

Theodoſio III. & Abundantio.

An. Chr. 393. Honorium pater ſuus Theodoſius in eodem loco, ubi quoque fratrem ejus
* IV. Id. Jan. dium Cæſarem fecerat, Principem * conſtituit * XVII. ab Urbe milliario, cùn
* *Corrig.* VII. tertia tenebræ ſunt factæ.

Arcadio III. & Honorio II.

An. Chr. 394. Joannes Monachus anachoreta clarus habebatur, qui ornatus prophetiæ
Theodoſium conſulentem de eventu belli, quod adversùs Eugenium movebat,
rem futurum prædixit.

Olybrio & Probino.

An. Chr 395. Theodoſius Eugenium tyrannum vincit & perimit.
Auguſtinus B. Ambroſii diſcipulus, multa facundia doctrinaque excellens
pone regio in Africa Epiſcopus ordinatur.
Hoc tempore Claudianus Poëta inſignis habetur.
* XVI. Kal. Febr. Theodoſius Imperator Mediolani * moritur.
ARCADIUS XLIV. cùm jam regnaſſet annos XII. regnat cum Honorio fratre annos

Arcadio IV. & Honorio III.

CCCLXX. Cæſario & Attico.

Honorio IV. & Eutychiano.

An. Chr. 398. Romanæ Eccleſiæ XXXVII. Epiſcopatum tenet Anaſtaſius annis IV.

Mallio Theodoro V. C. Coſ.

An. Chr. 399. Cum hoc Conſulatum inierat Eutropius Eunuchus, qui mox honore ablato
natus, & vita exutus eſt.

Stilicone & Aureliano.

An. Chr. 400. Gothi Italiam Alarico & Radagaiſo ducibus ingreſſi.

Vincentio & Fravito.

An. Chr. 401. Joannes Conſtantinopolitanus & Theophilus Alexandrinus Epiſcopi clari
bantur: ſed utrumque obſcuravit diſcordia, quæ eò uſque proceſſit, ut Joan
Theophilo oppreſſus, Pontum in exilium pergere cogeretur; cùm tamen co
nionem ejus maxima pars Epiſcoporum, Romani Pontificis exemplum ſe
ſervaverit.

Arcadio V. & Honorio V.

An. Chr. 402. Pollentiæ adversùs Gothos vehementer utriuſque partis clade pugnatum eſt
Romanæ Eccleſiæ XXXVIII. præeſt Epiſcopus (b) Innocentius annis XIV.

fidem ad ultimum Gratiano præſtitit, eoque ab exercitu ſuo deſerto ac prodito, Maximi Tyranni juſſu ſibi mortem conſcivit, ut docet Pacatus in Panegyrico cap. 28. Mallobaudes Rex Francorum, ut tradit Ammianus lib. 30. cap. 31. Comes erat Domeſticorum. Hinc doctiſſimus Abbas Dubos in egregio opere de Monarchia Francica lib. 1. cap. 17. optimè probat, Reges Francorum dignitates Imperiales non fuiſſe aſpernatos. Verùm ei non aſſentior opinanti Merobaudem non alium eſſe à Mallobaude.

(a) Marcellinus in Chronico anno præcede
lentiniani mortem perperàm conſignat. Ad h
num 392. hæc habet: *Arbogaſtes, Valentinia
extincto, & Eugenio Cæſare facto, innumeras
que copias undique in Gallias contraxit, occiden
imperium utpote vindicaturus, vir barbarus,
conſilio, manu, audacia potentiaque nimius.*

(b) Innocentium ordinatum fuiſſe die 21.
Decembris an. 401. cenſet Pagius in Crit. in
Baronii, ad an. 402. Num. 19.

Digitized by Google

A

Theodoſio Aug. & Rumorido.

Honorio VI. & Ariſtæneto.

Stilicone II. & Anthemio.

Radagaiſus in Tuſcia, multis Gothorum millibus cæſis, ducente exercitum Stili- An. Chr.405.
cone, ſuperatus & captus eſt.

Arcadio & VI. Probo.

Vandali & Alani (a) Gallias, trajecto Rheno, pridie Kalendas Januarias ingreſſi. An. Chr.406.

B

CCCLXXX. Honorio VII. & Theodoſio. II.

Conſtantinus in Britannia tyrannus exoritur, & ad Gallias tranſit. An. Chr.407.

Baſſo & Philippo.

Arcadius Imperator Conſtantinopoli * moritur. An. Chr.408.
HONORIUS XLV. cum Theodoſio fratris filio regnavit annis XV. * Kal. Maii.

Honorio VIII. & Theodoſio III.

Vandali Hiſpanias occupaverunt.

C Attalus Romæ Imperator factus, qui mox privatus regno, Gothis cohæſit.

An. Chr.409.

Flavio Varane V. C. Coſ.

Roma (b) à Gothis Alarico duce capta: & ob hoc ſolus fuit Orientalium partium An. Chr.410.
Conſul: quod & ſequenti anno obſervatum eſt.

Theodoſio Aug. IV. Coſ.

Conſtantinus (c) per Honorii Duces, Conſtantium & Ulphilam, apud Arela- An. Chr.411.
tenſe oppidum victus & captus eſt: cujus filium Conſtantem in Hiſpania regnare orſum Gerontius Comes, in Maximum quemdam tyrannidem transferens, inter-
D emerat.

Honorio IX. & Theodoſio V.

Maximo in Hiſpania, regno ablato, vita conceſſa, eò quòd modeſtia humilitaſ- An. Chr. 412.
que hominis affectati Imperii invidiam non merebatur.

Gothi Rege (d) Athaulfo Gallias ingreſſi.

Eodem tempore Heros vir ſanctus, & B. Martini diſcipulus, cùm Arelatenſi oppido Epiſcopus præſideret, à populo ejuſdem civitatis inſons & nulli inſimulationi obnoxius pulſus eſt; inque ejus locum Patroclus ordinatus, amicus & familiaris Conſtantii Magiſtri Militum, cujus per ipſum gratia quærebatur: quæ res inter Epiſcopos regionis illius magnarum diſcordiarum cauſa fuit.

Lucio V. C. Coſ.

E

Hujus collega in Conſulatu Heraclianus fuit, qui novarum in Africa rerum reus, An. Chr.413.
& honorem amiſit & vitam.

Burgundiones partem (e) Galliæ propinquam Rheno obtinuerunt.

(a) Caſſiodorus in Chronico: *His Coſſ. Vandali & Alani, trajecto Rheno Gallias intraverunt.*

(b) Romam anno ſuperiori direptam fuiſſe menſe Auguſto, pluribus argumentis probat Pagius loco citato, ad an 410. Num. 7. & ſeqq.

(c) In Deſcriptione Conſulum Idatio adſcripta, tempus rei geſtæ hoc anno verbis iſtis exprimitur: *His Coſſ. Conſtantini tyranni in conto caput adlatum eſt XIV. Kal. Octobres.*

(d) Caſſiodorus in Chronico: *His Coſſ. Gothi Rege Ataulpho Gallias intraverunt.* Procopius de Bello Vandalico lib. 1. cap. 2. ὁ δὲ τῶν Οὐισιγότθων στρατὸς, ἡγεμόνα σφίσιν Ἀδαύλφον, ἐπὶ Γαλλίας ἐχώρησεν. *Viſigotthorum exercitus, duce Adaulpho, conceſſit in Galliam.*

(e) Caſſiodorus in Chronico: *His Coſſ. Burgundiones partem Galliæ Rheno tenuere conjunctam.* Non igitur eam Galliæ partem, quæ Arari Rhodanoque conjuncta, proceſſu temporis Burgundia appellata eſt, hoc anno obtinuerunt Burgundiones, ſed regionem in Germania prima poſitam: imò jam illam eos ob-

Digitized by Google

Jovinus& Sebaſtianus fratres, in Galliis regno arrepto, perempti ſunt.

Hac tempeſtate Pelagius Britto dogma nominis ſui contra gratiam Chriſti, leſtio & Juliano adjutoribus, exerit, multoſque in ſuum errorem trahit, prædi unumquemque ad juſtitiam voluntate propria regi, tantumque accipere gratiæ c tum meruerit; quòd peccatum Adæ ipſum ſolum læſerit, non etiam poſteros ob xerit; unde & volentibus poſſibile ſit omni carere peccato: omneſque parvulos inſontes naſci, quàm primus homo ante prævaricationem fuit; nec ideò baptiſa ut peccato exuantur, ſed ut ſacramento adoptionis honorentur.

Conſtantio V. C. Coſ.

An. Chr. 414. Attalus Gothorum conſiliis & præſidio tyrannidem reſumit in Galliis.

Honorio X. & Theodoſio VI.

An. Chr. 415. Attalus à Gothis ad Hiſpanias migrantibus neglectus, & præſidio carens, ca & Conſtantio Patricio vivus (a) offertur.

Athaulfus à quodam ſuorum vulneratus interiit, regnumque ejus Wallia, p ptis qui idem cupere intelligebantur, invaſit.

Theodoſio VII. & Palladio.

An. Chr. 416. Placidiam Theodoſii Imperatoris filiam, quam Romæ Gothi ceperant, qua Athaulfus conjugem habuerat, Wallia pacem Honorii expetens, reddit, ej nuptias (b) Conſtantius promeretur.

Romanæ Eccleſiæ XXXIX. Epiſcopatum ſuſcipit (c) Zoſimus annis tribus tempore Pelagianis jam à Papa Innocentio prædamnatis, Afrorum vigore, a ximè Auguſtini Epiſcopi induſtriâ reſiſtebatur.

CCCXC. *Honorio XI. & Conſtantio II.*

An. Chr. 417. Honorius Romam cum triumpho ingreditur, præeunte currum ejus Attalo, Liparæ vivere juſſit exulem.

Honorio XII. & Theodoſio VIII.

An. Chr. 418. Hoc tempore Conſtantius ſervus Chriſti ex Vicario Romæ habitans, & p tia Dei devotiſſimè Pelagianis reſiſtens, factione eorumdem multa pertulit, qua ſanctis Confeſſoribus ſociaverunt.

Concilio apud Carthaginem habito CCXIV. & ampliùs Epiſcoporum, ad Zoſimum Synodi decreta perlata ſunt: quibus probatis, per totum mundum Pelagiana damnata eſt.

Valentinianus (d) Conſtantii & Placidiæ filius naſcitur VI. Nonas Julias. (

Monaxio & Plinta.

An. Chr. 419. Romanæ Eccleſiæ XL. Epiſcopatum agit (f) Bonifacius annis IV.

Hoc tempore fuit tertium ſchiſma, Eulalio Antipapa per Honorium C ejecto, quod duravit annis duobus.

tinere anno 411. colligitur ex his Olympiodori verbis: *Jovinus apud Mundiacum* (leg. *Moguntiacum*) *Germaniæ alterius urbem, ſtudio Goaris Alani & Guntiarii Burgundionum Præfecti, tyrannus creatus eſt*, anno nempe 411. Quo ideò tempore Alani & Burgundiones in prima Germania ac prope Moguntiam ſedes ſuas habebant.

(a) Attalus nonniſi anno ſequenti à Gothis Honorio redditus, ut colligitur ex Philoſtorgio lib. 12. cui hac in re major fides habenda quàm Proſpero.

(b) Conſtantius anno tantùm ſequenti Placidiam uxorem duxit: ſcribit enim Olympiodorus; *Honorius Auguſtus XI. & Conſtantius iterum Conſules creati, Placidiæ nuptias conciliant.*

(c) Zoſimum anno duntaxat 417. die 18. menſis Martii Pontificatum adeptum fuiſſe demonſtrat Pagius ad an. 417. Num. 12.

(d) Anno etiam 418. Valentiniani na conſignat Theophanes: Marcellinus & I Chronicis eum anno tantùm ſequenti in l diiſſe tradunt. Marcellino & Idatio, quib gatur Olympiodorus, ſtandum omninò cen ad an. 418. Num. 73.

(e) In quibuſdam Exemplaribus, & pr Cod. MS. Auguſtano additur: *Carthaginis contra Pelagianos.* Quæ lectio retinenda; anno duo Carthagine Concilia adverſus P celebrata ſunt.

(f) Ordinatus eſt Bonifacius die 29. De 418. Non igitur tribus annis, ut ſuprà Proſperi Chronico, Epiſcopatum tenuit ſed annum unum, menſes novem, & di ut habet editio Chronici Proſperi à Ponta & Codex MS. Colbertinus ejuſdem Chron

Digitized by Google

A Conſtantius Patricius pacem firmat cum Wallia, data eidem ad inhabitandum ſecunda Aquitania, & quibuſdam civitatibus (a) confinium Provinciarum.

Theodoſio IX. & Conſtantio III.

Conſtantius (b) ab Honorio in conſortium regni aſſumitur. An. Chr. 420.
Hieronymus Presbyter moritur anno ætatis ſuæ XCI. pridie Kalendas Octobris.

Agricola & Euſtathio.

Conſtantius Imperator moritur. An. Chr. 421.

B

Honorio XIII. & Theodoſio X.

Hoc tempore exercitus ad Hiſpanias contra Vandalos miſſus eſt, cui Caſtinus dux An. Chr. 422.
fuit, qui Bonifacium virum bellicis artibus præclarum inepto & injurioſo imperio ab expeditionis ſuæ ſocietate avertit. Nam ille periculoſum ſibi atque indignum ratus, eum ſequi, quem diſcordem ſuperbientemque expertus eſſet, celeriter ſe ad portum Urbis, atque inde ad Africam proripuit: idque Reipublicæ multorum laborum & malorum ſequentium initium fuit.

Mariniano & Aſclepiodoto.

Placidia Auguſta à fratre Honorio pulſa, ad Orientem cum Honoria & Valen- An. Chr. 423.
tiniano filiis proficiſcitur.

C Romanæ Eccleſiæ XLI. præſidet Epiſcopus (c) Cæleſtinus annis IX.
Honorius * moritur; & regnum ejus Joannes occupat, connivente, ut putabatur, *XVIII. Kal. Sept.
Caſtino, qui exercitui Magiſter militum præerat.
THEODOSIUS XLVI. Romanorum Imperium tenet annis XXVII.

Caſtino & Victore.

Hoc tempore Exuperantius (d) Pictavus, Præfectus prætorii Galliarum, in civi- An. Chr. 424.
tate Arelatenſi militum ſeditione occiſus eſt: idque apud Joannem inultum fuit.
Theodoſius Valentinianum amitæ ſuæ filium Cæſarem facit, & cum Auguſta matre ad recipiendum Occidentale mittit Imperium. Quo tempore Joannes, dum Africam, quam Bonifacius obtinebat, bello repoſcit, ad defenſionem ſui infirmior
D factus eſt.

Theodoſio XI. & Valentiniano Cæſare.

Placidia Auguſta & Valentinianus Cæſar mira felicitate Joannem tyrannum oppri- An. Chr. 425.
munt, & regnum victores recipiunt, data venia Aëtio, eò quòd Chuni, quos per ipſum Joannes acciverat, ejuſdem ſtudio ad propria reverſi ſunt. Caſtinus autem in exilium actus eſt, quia videbatur Joannem ſine conniventia ipſius regnum non potuiſſe præſumere.
Valentinianus decreto Theodoſii Auguſtus * appellatur. *X Kal. Nov.
Arelas nobile oppidum Galliarum à Gothis multa vi oppugnatum eſt, donec imminente Aëtio non impuniti abſcederent.

E

Theodoſio XII. & Valentiniano Aug. II.

Patroclus Arelatenſis Epiſcopus à Tribuno quodam barbaro multis vulneribus An. Chr. 426.

(a) Præter Aquitaniam ſecundam, quæ civitates Burdigalenſium, Agennenſium, Encoliſmenſium, Santonum, Pictavorum & Petrocoriorum comprehendebat, conceſſa eſt Gothis Toloſa cum tractu Toloſano. Iſidorus Hiſpal. Hiſt. Goth. *Vallia.... Gallias repetit, data ei ab Imperatore, ob meritum victoriæ, ſecunda Aquitania, cum quibuſdam civitatibus confinium Provinciarum uſque ad Oceanum.*

(b) Conſtantius tantùm anno ſequenti Auguſtus renunciatus eſt, idque die octava menſis Februarii, eodemque anno die ſecunda menſis Septembris è vivis exceſſit.

(c) Cæleſtinus conſecratus eſt Epiſcopus anno præcedenti die decima menſis Septembris.

(d) Exuperantius iſte anno circiter 416. Armoricos, qui à Romanis defecerant, ad officium reducere tentavit, ut diſcimus ex Itinerario Claudii Rutilii Numantiani, dum loquitur de Palladio Exuperantii filio.

Facundus juvenis Gallorum nuper ab oris
Miſſus Romani diſcere jura fori:
Cujus Aremoricas pater Exſuperantius oras
Nunc poſtliminium pacis amare docet,
Leges reſtituit, libertatemque reducit,
Et ſervos famulis non ſinit eſſe ſuis.

Digitized by Google

laniatus occiditur : quod facinus ad occultam jussionem Felicis Magistri militum re rebatur, cujus impulsu creditus est etiam Titus Diaconus, vir sanctus, Romæ pe nias pauperibus distribuens, interemptus.

CCCC. *Hierio & Ardabure.*

An. Chr.427. Bonifacio, cujus intra Africam potentia gloriaque augebatur, bellum ad arbitri Felicis (quia ad Italiam venire abnuerat) publico nomine illatum est, ducibus M vortio & Gallione & Sinoce; cujus proditione Mavortius & Gallio, dum Bon cium obsiderent, interempti sunt : moxque ipse à Bonifacio, doli detectus, oc sus est.

Exinde gentibus, quæ uti navibus nesciebant, dum à concertantibus in auxiliu vocantur, mare pervium factum est : bellique contra Bonifacium cœpti in Sigisv tum Comitem cura translata est.

Gens Vandalorum ab Hispania in Africam transit.

Felice & Tauro.

An. Chr.428. Nestorius Constantinopolitanus Episcopus novum Ecclesiis molitur errorem i ducere, prædicans Christum ex Maria hominem tantùm, non etiam Deum natur eique divinitatem collatam esse pro merito. Cujus impietati præcipua Cyrilli Alexa drini Episcopi industria, & Papæ Cælestini repugnat auctoritas.

Pars (a) Galliarum propinqua Rheno, quam Franci possidendam occupaveran Aëtii Comitis armis recepta.

Florentio & Dionysio.

An. Chr.429. Felice ad Patriciam dignitatem provecto, Aëtius Magister militum factus est.

Agricola Pelagianus, Severiani Episcopi Pelagiani filius, Ecclesias Britanniæ d gmatis sui insinuatione corrupit. Sed actione Palladii Diaconi Papa Cælestinus Ge manum Autisiodorensem Episcopum vice sua mittit; & deturbatis hæreticis, B tannos ad Catholicam fidem dirigit.

Theodosio XIII. & Valentiniano III.

An. Chr.430. Aëtius Felicem cum uxore Padusia, & Grunitum Diaconum, cùm eos insidia sibi præsensisset, interimit.

Augustinus Episcopus per omnia excellentissimus moritur V. Kal. Septembris libris Juliani, inter impetum obsidentium Vandalorum, in ipso dierum suorum fin respondens, & gloriosè in defensione Christianæ gratiæ perseverans.

Basso & Antiocho.

An. Chr.431. Congregata apud Ephesum plus ducentorum Synodo Sacerdotum, Nestorius cur hæresi nominis sui, & cum multis Pelagianis, qui cognatum errori suo juvabant do gma, damnatur.

Ad Scotos in Christum credentes ordinatus à Papa Cælestino Palladius primu Episcopus mittitur.

Aëtio & Valerio.

An. Chr.432. Romanæ Ecclesiæ XLII. præficitur Episcopus Xystus annis VIII. totius Urbis pace & consensione mirabili.

Bonifacius ab Africa ad Italiam per Urbem venit, accepta Magistri militum digni tate : qui cùm resistentem sibi Aëtium prælio superasset, paucos post dies morbo ex tinctus est. Aëtius verò, cùm deposita potestate in agro suo degeret, ibique eum quidam inimici ejus repentino occursu opprimere tentassent, profugus ad Urbem at que illinc ad Dalmatiam, deinde per Pannonias ad Chunos pervenit, quorum ami citia auxilioque usus, pacem Principum, & jus interpolatæ potestatis obtinuit.

(a) Cassiodorus in Chronico : *His Coss. Aëtius, multis Francis cæsis, quam occupaverant propinquam Rheno Galliarum partem recepit.* Non tamen censendus est Aëtius Francos coëgisse iterum Rhenum tra- jicere, ac veterem Franciam repetere : ipsis permissum est in regione, quam occupaverant, remanere, ea conditione ut se Imperio subjectos faterentur, & pro Romanis stipendia facerent.

Digitized by Google

A

Theodoſio XIV. & Maximo.

Colliguntur omnes anni uſque ad Conſulatum Theodoſii XIV. & Maximi. An. Chr. 433.
A XV. Tiberii anno, & paſſione Domini, anni CCCCVI.
Ab inſtauratione Templi ſub Dario, anni DCCCCLIV.
Ab Olympiade prima, & Iſaia Propheta, anni M. CCX.
A Salomone, & prima ædificatione Templi, anni M. CCCCLXVI.
A Moyſe, & Cecrope Rege Atticæ, anni M. IↃCCCCXC.
Ab Abraham, & regno Nini & Semiramidis, anni MM. CCCCL.
A Diluvio autem uſque ad Abraham, anni M. LXXI.
Ab Adam verò uſque ad Diluvium, anni MM. CCXLII.
B Sunt itaque ab Adam uſque ad tempus ſupraſcriptorum Conſulum, quinquies mille IↃCCLXIII.

Aſpare & Ariobinda.

Theodoſio XV. & Valentiniano IV.

Pax facta cum Vandalis, data eis ad inhabitandum per Trigetium Africæ portio- An. Chr. 435
ne, Hippone III. Idus Februarii.
Eodem tempore Gundicarium (a) Burgundionum Regem intra Gallias habitantem Aëtius bello obtinuit, pacemque ei ſupplicanti dedit; qua non diu potitus eſt; ſiquidem illum Chuni cum populo ſuo ac ſtirpe deleverunt.

Iſidoro & Senatore.

C

Gothi pacis placita perturbant, & pleraque municipia vicina ſedibus ſuis occu- An. Chr. 436.
pant, Narbonenſi oppido maximè infeſti: quod cùm diu obſidione & fame laboraret, per Litorium Comitem ab utroque periculo liberatum eſt; ſiquidem per ſingulos equites binis tritici modiis advectis, ſtrenuiſſimè & hoſtes in fugam verterit, & civitatem annona impleverit.

Aëtio II. & Sigiſvulto.

Bellum adversùs Gothos Chunis (b) auxiliaribus geritur. An. Chr. 437.
In Africa Genſericus Rex Vandalorum intra habitationis ſuæ limites volens Catholicam fidem Ariana impietate ſubvertere, quoſdam noſtrorum Epiſcopos (quo-
D rum Poſſidius & Novatus ac Severianus clariores erant) eatenùs perſecutus eſt, ut eos privatos jure baſilicarum ſuarum, etiam civitatibus pelleret, cùm ipſorum conſtantia nullis ſuperbiſſimi Regis terroribus cederet.
Valentinianus Auguſtus ad Theodoſium * Conſtantinopolim proficiſcitur, filiam- * XII. Kal. Nov.
que ejus in matrimonium * accipit. * IV. Kal. Nov.
Per idem tempus quatuor Hiſpani viri, Arcadius, Probus, Paſchaſius, & Eutychianus, dudum apud Genſericum, merito ſapientiæ ac fidelis obſequii, cari clarique habebantur: quos Rex ut copulatiores ſibi faceret, in Arianam perfidiam tranſire præcepit. Sed illi hoc facinus conſtantiſſimè reſpuentes, excitato in rabidiſſimam iram Barbaro, primùm proſcripti, deinde in exilium acti, tum atrociſſimis ſuppliciis excruciati, ad poſtremum diverſis mortibus interempti, illuſtri martyrio mirabiliter occubuerunt. Puer autem Paulillus nomine, frater Eutychiani & Paſcha-
E ſii, pro elegantia formæ atque ingenii admodùm Regi acceptus, cùm à profeſſione atque amore Catholicæ fidei nullis minis deturbari poſſet, fuſtibus diu cæſus, & ad infimam ſervitutem damnatus eſt; ideò, ut apparet, non interfectus, ne de ſuperata ſævitia impii Regis etiam illa ætas gloriaretur.
Eodem anno piraticam Barbari fœderatorum deſertores exercuerunt.

Theodoſio XVI. & Fauſto.

Hoc quoque anno iidem * piratæ multas Inſulas, ſed præcipuè Siciliam vaſtavere. * Wandali. An. Chr. 438.

(a) Caſſiodorus in Chronico: *His Coſſ. Cumdicharium Burgundionum Regem Aëtius bello ſubegit, pacemque ei reddidit ſupplicanti: quem non multò pòſt Hunni peremerunt*, id eſt anno inſequenti. Nam duas Aëtius expeditiones adverſus Burgundiones feliciter ſuſcepit, de quibus Idatius in Chronico etiam mentionem facit.

(b) Ad hanc Hunnorum in Gallias irruptionem referenda clades urbis Vaſatenſis, de qua Gregorius Turon. lib. 1. de Mirac. cap. 13.

Digitized by Google

Adverſus Gothos in Gallia quædam proſperè geſta.

Theodoſio XVII. & Feſto.

An. Chr. 439. Litorius, qui ſecunda ab Aëtio Patricio poteſtate Chunis auxiliaribus (a) præer
dum Aëtii gloriam ſuperare appetit, dumque Aruſpicum reſponſis, & Dæmon
ſignificationibus fidit, pugnam cum Gothis imprudenter conſeruit, fecitque intel
quantùm illa, quæ cum eodem periit, manus prodeſſe potuerit, ſi potioribus c
ſiliis quàm ſua temeritate uti maluiſſet; quando tantam ipſe hoſtibus cladem intu
ut niſi inconſideranter prælians in captivitatem incidiſſet, dubitandum foret cui
tiùs parti victoria adſcriberetur.

Hac tempeſtate Julianus Eclanenſis, jactantiſſimus Pelagiani erroris aſſertor, qu
dudum amiſſi Epiſcopatûs intemperans cupido exagitabat, multimoda arte falle
correctionis ſpeciem præferens, molitus eſt in communionem Eccleſiæ irrepere. S
his inſidiis Xyſtus Papa Diaconi Leonis hortatu vigilanter occurrens, nullum a
tum peſtiferis conatibus patere permiſit: & ita omnes Catholicos de rejectione
lacis beſtiæ gaudere fecit, quaſi tunc primùm ſuperbiſſimam hæreſim Apoſtolicus
dius detruncaviſſet.

Per idem tempus Intricus (b) reipublicæ noſtræ fidelis, & multis documentis
licis habebatur.

Pax cum Gothis facta, cùm eam poſt ancipitis pugnæ lacrymabile experiment
humiliùs, quàm unquam anteà, popoſciſſent.

Aëtio rebus, quæ in Gallia componebantur, intento, Genſericus, de cujus a
citia nihil metuebatur, XIV. Kal. Novembris Carthaginem dolo pacis invadit, c
neſque opes ejus, excruciatis diverſo tormentorum genere civibus, in jus ſuum v
tit; nec ab Eccleſiarum deſpoliatione abſtinens, quas & ſacris vaſis exinanitas,
Sacerdotum adminiſtratione privatas, non jam divini cultûs loca, ſed ſuorum ju
eſſe habitacula; in univerſum captivi populi ordinem ſævus, ſed præcipuè nobili
& religioni infenſus, ut non diſcerneretur, hominibus magis an Deo bellum in
liſſet. Hanc autem captivitatem Carthago ſubiit anno, poſtquàm Romana eſſe cœ
rat, IↃLXXXV.

Valentiniano Aug. V. & Anatolio.

An. Chr. 440. Defuncto Xyſto Epiſcopo, quadraginta ampliùs diebus Romana Eccleſia ſine A
tiſtite fuit, mirabili pace atque patientia præſentiam Diaconi Leonis expectans, qu
tunc inter Aëtium & (c) Albinum amicitias redintegrantem Galliæ detinebant; q
ideò longè eſſet abductus, ut & electi meritum, & eligentium judicium probare
Igitur Leo Diaconus legatione publica accitus, & gaudenti patriæ præſentatus, XLI
Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus ordinatur.

Genſericus Siciliam graviter affligens, accepto nuntio de Sebaſtiani (d) ab
ſpania ad Africam tranſitu, celeriter Carthaginem redit, ratus periculoſum ſibi
ſuis fore, ſi vir bellandi peritus recipiendæ Carthagini incubuiſſet. Verùm ille a
cum ſe magis quàm hoſtem videri volens, diverſa omnia apud Barbari animu
quàm præſumpſerat, reperit: eaque ſpes cauſa illi maximæ calamitatis & infeliciſſi
(e) mortis fuit.

Cyro V. C. Conſule.

An. Chr. 441. Theodoſius Imperator bellum contra Vandalos movet, Ariobindo & Anax
atque Germano Ducibus cum magna claſſe directis; qui longis cunctationibus
gotium differentes, Siciliæ magis oneri, quàm Africæ præſidio fuere.

(a) Caſſiodorus in Chronico: *His Coſſ. bellum adverſus Gothos, Hunnis auxiliaribus, geritur: & Litorius Dux Romanus ab eis capitur.* De hac Hunnorum irruptione loquitur Paulinus Petragoricenſis, qui hoc tempore vivebat, in lib. 6. Vitæ S. Martini, verſ. 116. Meminit & Sidonius in Panegyrico Aviti, verſ. 248.

(b) In editione Cheſniana, *Vitricus.* Fortaſsè legendum, *Eucricus*, pro *Eocaricus* vel *Eocricus.* In Vita S. Germani lib. 2. cap. 5. à Conſtantio ſcripta, vocatur *Eocarich*, diciturque Rex *Alemannorum*, ubi nonnulli cenſent corrigendum, *Alanorum.*

(c) Doctiſſimus Abbas Dubos in Hiſt. Crit. narchiæ Francicæ lib. 2. cap. 10. hunc Albinum ſpicatur Armoricum fuiſſe, & præcipuum inter moricos, ex quo oriundus erat S. Albinus no genere natus in civitate Venetûm, & ad Epiſc tum Andegavenſem promotus circa annum 529

(d) Idatius Epiſcopus Hiſpanus, qui variam baſtiani fortunam meliùs ſcire potuit, Sebaſt tranſitum in Africam ad annum 21. Valentinia id eſt ad an. 445. refert in Chronico.

(e) Sebaſtiani mortem ſub Conſulatu Aſturii, in anno 449. collocat idem Idatius.

Dioſ

Digitized by Google

A

Dioſcoro V. C. & Eudoxio.

Chunis Thracias & Illyricum ſæva populatione vaſtantibus, exercitus, qui in Sicilia morabatur, ad defenſionem Orientalium provinciarum revertitur. An. Chr. 442.

Cum Genſerico ab Auguſto Valentiniano pax confirmata; & certis ſpatiis Africa inter utrumque diviſa eſt.

In Genſericum de ſucceſſu rerum etiam apud ſuos ſuperbientem quidam optimates ipſius conſpiraverunt; ſed molitione detecta, multis ab eo ſuppliciis excruciati atque extincti ſunt. Cúmque idem audendum etiam ab aliis videretur, tam multis Regis ſuſpicio exitio fuit, ut hac ſui cura plus virium perderet, quàm ſi bello ſuperaretur.

B

Maximo II. & Paterio.

Hoc tempore plurimos Manichæorum intra Urbem latere diligentiâ Papæ Leonis innotuit; qui eos de ſecretis ſuis erutos, & oculis totius Eccleſiæ publicatos, omnes dogmatis ſui turpitudinem & damnare fecit & prodere, incenſis eorum codicibus, quorum magnæ moles fuerant interceptæ. Quæ cura viro ſancto divinitus, ut apparuit, inſpirata, non ſolùm Romanæ Urbi, ſed etiam univerſo orbi plurimùm profuit, ſiquidem confeſſionibus in Urbe captorum, qui Doctores eorum, qui Epiſcopi, quive Presbyteri; in quibus provinciis vel civitatibus degerent, patefactum ſit; multique Orientalium partium Sacerdotes induſtriam Apoſtolici Rectoris imitati ſint. An. Chr. 443.

C

Theodoſio XVIII. & Albino.

Hoc anno Paſcha Domini IX. Kalendas Maii celebratum eſt; nec erratum eſt, quia inde XI. Kalendarum Maiarum dies Paſſionis fuit, ob cujus reverentiam natalis Urbis Romæ ſine Circenſibus tranſiit. An. Chr. 444.

Attila Rex Hunnorum Bledam fratrem & conſortem in regno ſuum perimit, ejuſque populos ſibi parere compellit.

D

Valentiniano VI. & Nomo.

Aëtio III. & Symmacho.

Callepio & Ardabure.

Poſthumiano & Zenone.

Aſturio & Protogene.

Hoc tempore Eutychiana hæreſis exorta eſt, auctore Eutyche quodam Presbytero, qui apud Conſtantinopolim Monaſterio celebèrrimo præſidebat, prædicans JESUM Chriſtum Dominum noſtrum, B. Mariæ Virginis filium, nihil maternæ habuiſſe ſubſtantiæ, ſed ſub ſpecie hominis ſolam in eo Verbi Dei fuiſſe naturam. Ob quam impietatem à Flaviano ejuſdem urbis Epiſcopo, quia corrigi noluit, condemnatus eſt: ſed fidens amicitia regia & aulicorum favore, ab univerſali Synodo ſe popoſcit audiri, annuente Imperatore Theodoſio, qui ob hujus cauſæ retractationem omnes Epiſcopos juſſit Epheſum convenire. In quo Concilio Dioſcorus Alexandrinus Epiſcopus primatum ſibi vindicans, abſoluto Eutyche, in Flavianum Epiſcopum Conſtantinopolitanum damnationis ſententiam tulit, reclamante Hilaro Diacono Eccleſiæ Romanæ, qui vice ſancti Papæ Leonis cum Julio Epiſcopo Puteolano à ſede Apoſtolica fuerat deſtinatus. Nam cùm omnes Epiſcopi in Concilio conſtituti, vi & metu Comitum vel militum, quos Dioſcoro Alexandrinæ urbis Epiſcopo attribuerat Imperator, compellerentur huic hæreſi accommodare conſenſum, memoratus Diaconus inter tot vitæ pericula conſtitutus, voce contradictionis emiſſa, cùm in ejus propter hoc perniciem ſæviretur, relictis illic omnibus ſuis, latenter abſceſſit, ut præfato Papæ vel ceteris Italiæ Sacerdotibus, qualiter ibi Catholica fides fuerit violata, ſua delatione promeret. Sanctus verò Flavianus inter manus eorum, à quibus in exilium ducebatur, glorioſo ad Chriſtum fine tranſivit. An. Chr. 449.

E

Digitized by Google

A

Valentiniano VII. & Avieno.

*v. Kal. Aug. An. Chr. 450. * VIII. Kal. Sept.

Theodosio Imperatore diem * functo, & Chrysaphio Præposito, qui amicitia Principis malè usus fuerat, interempto, MARCIANUS consensione totius exercitûs * suscepit regnum, vir gravissimus, & non solùm reipublicæ, sed etiam Ecclesiæ perneccessarius. Hujus edictis Apostolicæ sedis auctoritatem secutis, Synodus Ephesina damnatur, & apud Chalcedonem celebrari (a) Concilium Episcopale decernitur, ut correctis venia mederetur, & pertinaces cum hæresi depellerentur.

Placidia defuncta est V. Kalendas Decembris.

Marciano Aug. & Flavio Adelfio.

B

An. Chr. 451.

Attila (b) post necem fratris, auctus opibus interempti, multa vicinarum sibi gentium millia cogit in bellum, quod Gothis tantùm se inferre, tanquam custos Romanæ amicitiæ, denunciabat. Sed cùm, transito Rheno, sævissimos ejus impetus multæ Gallicanæ urbes experirentur, citò & nostris & Gothis placuit, ut furori superborum hostium, consociatis exercitibus, repugnaretur. Tantaque Aëtii Patricii providentia fuit, ut raptim congregatis undique bellatoribus viris, adversæ multitudini non impar occurreret. In quo conflictu, quamvis neutris cedentibus, inæstimabiles strages commorientium factæ sint, Chunos tamen eò constat victos fuisse, quòd amissa præliandi fiducia, qui superfuerant, ad propria reverterentur.

Herculano & Sporatio.

C

An. Chr. 452.

Attila, redintegratis viribus quas in Gallia amiserat, Italiam ingredi per Pannonias intendit, nihil Duce nostro Aëtio secundùm prioris belli opera prospiciente; ita ut ne clusuris quidem Alpium, quibus hostes prohiberi poterant, uteretur: hoc solùm spei suis superesse existimans, si ab omni Italia cum Imperatore discederet. Sed cùm hoc plenum dedecoris & periculi videretur, continuit verecundia metum, & tot nobilium provinciarum latissima eversione credita est sævitia & cupiditas hostilis expleta: nihilque inter omnia consilia Principis ac Senatûs populique Romani salubrius visum est, quàm ut per legatos pax truculentissimi Regis expeteretur. Suscepit hoc negotium, cum viro Consulari Avieno & viro Præfectorio Trigetio, beatissimus Papa Leo, auxilio Dei fretus, quem sciret nunquam piorum laboribus defuisse. Nec aliud secutum est quàm præsumpserat fides. Nam tota legatione dignanter accepta, ita summi Sacerdotis præsentia Rex gravisus est, ut D & bello abstineri præciperet, & ultra Danubium, promissa pace, discederet.

Opilione V. C. Consule.

An. Chr. 453.

Synodus Chalcedonensis peracta, Eutyche Dioscoroque damnatis: omnes autem, qui se ab eis retraxerunt, in communionem recepti, confirmata universaliter fide, quæ de Incarnatione Verbi secundùm Evangelicam & Apostolicam doctrinam per sanctum Papam Leonem prædicabatur.

Attila (c) in sedibus suis mortuo, magna primùm inter filios ipsius certamina de obtinendo regno exorta sunt: deinde aliquot gentium, quæ Chunis parebant, defectus secuti, causas & occasiones bellis dederunt, quibus ferociissimi populi mutuis incursibus contererentur.

Apud Gothos intra Gallias consistentes, inter filios Theodorici Regis, quorum Thorismodus maximus natu patri successerat, orta dissensio est: & cùm Rex ea moliretur, quæ & Romanæ paci, & Gothicæ adversaretur quieti, à germanis suis, quia noxiis dispositionibus irrevocabiliter instaret, occisus est. E

Aëtio & Studio.

An. Chr 454.

Inter Valentinianum Augustum & Aëtium Patricium, post promissæ invicem fidei

(a) Celebratum est hoc Concilium anno. 451. inchoatum fuit VIII. Idus Octobris, & absolutum Kalendis Novembris.

(b) Cassiodorus in Chronico: His Coss. *Romani Aëtio Duce, Gothis auxiliaribus, contra Attilam in Campis Catalaunicis pugnaverunt, qui virtute Gothorum superatus abscessit.*

(c) Cassiod. in Chron. ad an. 453. *Attila in sedibus suis moritur, fluxu sanguinis è naribus subitò erumpente.*

Digitized by Google

A sacramenta, post pactum de conjunctione filiorum, diræ inimicitiæ convaluerunt; & unde fuit gratia caritatis augenda, inde exarsit fomes odiorum, incentore, ut creditum est, Heraclio Spadone, qui ita sibi Imperatoris animum insincero famulatu adstrinxerat, ut eum facilè in quæ vellet impelleret. Cùm ergo Heraclius siniſtra omnia Imperatori de Aëtio persuaderet, hoc unum creditum est saluti Principis profuturum, si inimici molitiones suo opere præoccupasset. Unde Aëtius, dum placita instantiùs repetit, & causam filii commotiùs agit, Imperatoris manu, & circumstantium gladiis crudeliter confectus est, Boëthio Præfecto Prætorio simul perempto, qui eidem multa amicitia copulabatur.

Valentiniano VIII. & Anthemio.

B Mortem Aëtii mors Valentiniani non longo pòst tempore consecuta est, tam imprudenter non declinata, ut interfector Aëtii amicos armigerosque ejus sibimet consociaret: qui concepti facinoris opportunitatem dissimulanter occupantes, egressum extra Urbem Principem, & ludo gestationis intentum, inopinatis ictibus * confoderunt, Heraclio simul, ut erat proximus, interempto, & nullo ex multitudine regia ad ultionem tanti sceleris accenso. Ut autem hoc parricidium perpetratum est, MAXIMUS, vir gemini Consulatûs & Patriciæ dignitatis sumpsit * Imperium: qui cùm periclitanti Reipublicæ per omnia profuturus crederetur, non sero documento quid animi haberet probavit; siquidem interfectores Valentiniani non solùm non plecterit, sed etiam in amicitiam receperit, uxoremque ejus Augustam, amissionem viri lugere prohibitam, intra pauciſſimos dies in conjugium transire coëgerit. Sed hac incontinentia non diu potitus est: nam post alterum mensem nunciato ex C Africa Genserici Regis adventu, multisque nobilibus ac popularibus ex Urbe fugientibus, cùm ipse quoque, data cunctis abeundi licentia, trepidè vellet abscedere, septuagesimo septimo adepti Imperii die à famulis regiis * dilaniatus est, & membratim dejectus in Tiberim, sepultura quoque caruit.

An.Chr. 455.

* VII. Kal. Apr.

* VI. Kal. Apr.

* Prid. Id. Jun.

Post hunc Maximi exitum confestim secuta est multis digna lacrymis Romana captivitas; & Urbem omni præsidio vacuam Genſericus obtinuit, occurrente sibi extra portas sancto Leone Episcopo; cujus supplicatio ita eum, Deo agente, lenivit, ut cùm omnia potestatis ipsius essent, tradita sibi civitate, ab igne tamen & cæde atque suppliciis abstineretur. Per quatuordecim igitur dies secura & libera scrutatione omnibus opibus suis Roma vacuata est: multaque millia captivorum, prout quique aut ætate aut arte placuerunt, cum Regina & filiabus ejus, Carthaginem abducta sunt.

D Eodem anno Pascha Dominicum die VIII. Kalendas Maii celebratum est, pertinaci intentione Alexandri Episcopi, cui omnes Orientales consentiendum putaverunt, quamvis sanctus Papa Leo XV. Kalendas Maii potiùs observandum protestaretur. Extant ejusdem Papæ Epistolæ ad clementissimum Principem Marcianum datæ, quibus ratio veritatis sollicitatæ evidenter patefacta est; & quibus Ecclesia Catholica instrui potest, quòd hæc persuasio studio unitatis & pacis tolerata sit potiùs quàm probata; nunquam deinceps imitanda, ut quæ exitialem attulit offensionem, omnem in perpetuum perdat auctoritatem.

PROSPERI TYRONIS (a) CHRONICON.

E *Ex Editione Labbeana, Tom. I. Novæ Biblioth. MSS. pag. 56.*

1. IGITUR Valente à Gothis in Thracia concremato, GRATIANUS cum fratre VALENTINIANO regnat annos sex. Hic parvulum fratrem habens regni consortem, probatæ ætatis virum THEODOSIUM in societatem regni ascivit. Hic Gratianus valde Religioni favens & Ecclesiis, per omnia promptus fuit. *Apud Chesnium, tom. I. Script. Franc. pag. 196.* An.Chr. 379.

Martinus Turonensium Episcopus Apostolicis virtutibus insignis habetur.

(a) Hoc Chronicon, quod à morte Valentis Imper. ad captam à Genserico Romam, id est ab anno 379. ad annum 455. per Imperatorum annos digestum est, quodque ideò Imperatorium dici solet, non esse genuinum S. Prosperi Aquitani fœtum, nunc omnes consentiunt Eruditi. Antelmius in Dissertatione VIII. de Operibus Sanctorum Leonis & Prosperi, arbitratur illud Chronicon ab aliquo decerptum fuisse ex Chronico Prosperi ad privatum suum usum, ab eoque interpolatum. Etenim utrumque à Valentis obitu ducit initium. Secundò uterque Auctor iisdem verbis & elocutionibus opus suum in-

Digitized by Google

An. Chr. 380. 2. Theodoſius in Orientis partibus laſſam Rempublicam reparavit.

An. Chr. 381. 3. Maximus tyrannus in Britannia à militibus Imperator conſtituitur.

An. Chr. 382. 4. Incurſantes Pictos & Scotos Maximus ſtrenuè ſuperavit.

PRIAMUS quidam regnat in Francia, quantùm altiùs colligere potuimu

An. Chr. 383. 5. Ambroſius libros contra Arrianorum perfidiam luculentiſſimos ad Gr Auguſtum ſcribit.

An. Chr. 384. 6. Maximus in Gallias transfretavit; & conflictu contra Gratianum habit dem fugitantem Lugduni (a) interfecit.

THEODOSIUS annis XI.

An. Chr. 385. 1. Maximus timens Orientalis Imperii Principem Theodoſium, cum niano fœdus iniit.

Apud Treveros Manichæi deprehenſi, ſummo Maximi ſtudio exterminа

An. Chr. 386. 2. Juſtina mater Valentiniani Arrianis favens, in Ambroſium & omnem lanenſem Eccleſiam diverſa injuriarum genera congerit.

Reliquiæ Gervaſii & Protaſii ab Ambroſio primùm Mediolani repertæ.

Hymni Ambroſii compoſiti, qui nunquam antè in Eccleſiis Latinis, canebantur.

An. Chr. 387. 3. Maximus indignum ducens contra Eccleſiæ ſtatum agi, locum irrun quod cum Valentiniano junxerat, fœdus invenit. Valentinianus veritus i tem jam cervicibus ſuis Tyrannum, ad Theodoſium confugit.

* *Hæc tranſlata putantur ex margine.*

* *Honorius & Arcadius* XXXII. CCCC.

Theodoſius & Joannes XXV. & XXIII.

Valentinianus & Martianus III. CCCC. XXV.

Auguſtinus Mediolani Rhetoricam adprimè docens, omiſſis Scholis, rectam convertitur, cùm antè Manichæus fuiſſet.

An. Chr. 388. 4. Theodoſius cum exercitu ad Italiam tranſgrediens, Maximum inter Valentinianum proprio regno reddidit.

Juſtina, quæ Eccleſias vexaverat, ne regnum cum filio reciperet, mo venta eſt.

Immane Theſſalonicæ geſtum facinus extincti populi, egregio pœnitentiæ Imperator religioſus eluit.

An. Chr. 389. 5. Hæreſis Apollinariſtarum ab Apollinare cœpta.

Arriani, qui totum penè Orientem atque Occidentem commaculaverant glorioſi Principis Eccleſiis ſpoliantur, quæ Catholicis deputatæ ſunt.

An. Chr. 390. 6. Joannes Ægyptius Monachus, qui ob vitæ puritatem prophetiæ g Domino meruit, inſignis habetur.

Poſt Damaſum Romanæ (b) Eccleſiæ regimen XXXVI. Syricius ſuſcep

Apud Alexandriam defuncto Petro Timotheus, & poſt hunc Theophilu ſcopi conſtituuntur.

Jeroſolymis poſt Cyrillum Joannes Eccleſiam recipit.

Apud Antiochiam defuncto Meletio ſubſtituitur Flavianus. Ingens inte contentio oborta, quòd ſcilicet Epiſcopi, qui ab hæreticis depulſi fuerant his ab Imperatore dejectis alios quàm ſe ſubſtitui ſacerdotes.

Terribile in cælo ſignum columnæ per omnia ſimile apparuit.

An. Chr. 391. 8. Apud Alexandriam Templa deſtructa, in quibus Serapis antiquiſſimu tiſſimum Templum, quod quaſi quædam columna ruentem ſuſtinebat idol

An. Chr 392. 9. Valentinianus Viennæ ab Arbogaſte Comite ſuo extinguitur; in cuju tyrannidem Eugenius invadit.

10. Ad vindicandam (c) Eugenii tyrannidem, Theodoſius in Italiam tran

choat. Tertiò Auctor Chronici Imperatorii multa contrahit, quæ Proſper fuſiùs narrat; mox aliqua miſcet, quæ Proſper omittit; in eiſque ſuo duce deſtitutus, in Chronologiam multimodè peccat. Nonnulli ea loca, quæ de Regibus Francorum mentionem faciunt, inſerta putant.

(a) Proſper etiam in Chronico perperàm Gratiani necem in hoc anno collocavit, nam anno 383. occiſus eſt VIII. Kal. Septembris, ut inquit Marcellinus in Chronico.

(b) Jam ab anno 384. Siricius in loc ſubrogatus fuerat. Hinc quæ narrantur Pontificibus, ſuppoſititia ſunt, atque in inſerta. Quæ etiam de aliis Epiſcopis m non ſuo loco recitantur.

(c) In Editione Cheſniana; *Ad vindi lentiniani interitum, & opprimendam Eu nidem.*

Digitized by Google

A aperto Dei favore conſpirantibus in idipſum elementis.
Eugenio ſuperato, Theodoſius XI. regni ſui (a) anno diem obit. An. Chr. 395.

ARCADIUS & HONORIUS (b) XXXII. annis.

1. CONSTANTINOPOLIS eminentem iram Dei, igne ſuper nubem terribiliter fulgente, formidans, toto ad pœnitentiam animo converſa ſubterfugit.
Rufinus Boſphoritanus, cùm ad ſummam militiæ perveniſſet, præferri ſibi Stilico- An. Chr 395.
nem non ferens, ab eodem interficitur, Hunnorum, quo fulciebatur, præſidio ſuperato.
2. Claudianus Poëta admiratione dignus habetur. An. Chr. 396.
Gildo, Africa in rebellione commota, conſueta Romanis ſtipendia ſubtraxit.
B Prudentius Lyricus Poëta noſter, Hiſpanus genere, illuſtre ingenii ſui robur exercet.
3. Stilico Magiſter militiæ Gildonem (c) Mauritaniæ interfecit, Africa ad priſtinum An. Chr. 397.
jus redacta.
Romanæ Eccleſiæ cathedram XXXVII. (d) Innocentius tenet.
4. Toto orbe Romano antiquæ ſuperſtitionis Templa deſtructa. An. Chr. 398.
Paulinus, Nolanus poſtmodùm Epiſcopus, admirabili exemplo venditis omnibus, cùm eſſet dominus innumerabilium prædiorum, Religionem expeditus elegit.
5. Joannes Conſtantinopolites Epiſcopus dictis factiſque clareſcit. An. Chr. 399.
Martinus poſt egregiè actam vitam corpore exuitur.
6. Pelagius veſanus doctrina execrabili Eccleſias commaculare conatur. An. Chr. 400.
7. Contentio ex doctrina Origenis Synodum apud Alexandriam movit; cujus An. Chr. 401.
extitit ſententia, ut extra Eccleſiam fieret, quicumque ſupradicti viri opera proba-
C viſſet.
8. Solis facta defectio. An. Chr. 402.
Auguſtinus plurima libris innumerabilibus diſſerit.
9. Severus, ex diſciplina S. Martini, ejus vitam tribus explicat libris. An. Chr. 403.
10. Sæva Italiæ barbarici motûs tempeſtas incubuit: ſiquidem Radagaius Rex Go- An. Chr. 404.
thorum Italiæ limitem vaſtaturus tranſgreditur. Ex hoc Arriani, qui Romano procul orbe fugati, barbararum nationum, ad quas ſe contulere, præſidio erigi cœpere.
11. Multis antè vaſtatis urbibus, Radagaius occubuit: cujus in tres partes per di- An. Chr. 405.
verſos Principes diviſus exercitus, aliquam repugnandi Romanis aperuit facultatem. Inſigni triumpho exercitum tertiæ partis hoſtium, circumactis Hunnorum auxiliaribus, Stilico uſque ad internecionem delevit.
12. Arcadius Orientis Imperium gubernans, vitam (e) explet, parvum admodùm An. Chr. 406.
D Theodoſium filium Imperii ſucceſſorem relinquens.
(f) Cæleſtinus XXXVIII. Romanam Eccleſiam gubernavit.
13. Diverſarum gentium rabies Gallias dilacerare exorſa, immiſſu quammaximè An. Chr. 407.
Stiliconis, indignè ferentis filio ſuo regnum negatum.
14. Uticæ in foro Trajani terra diebus ſeptem mugitum dedit. An. Chr. 408.
Inter alia multùm Reipublicæ Stiliconis morte conſultum eſt, qui ſaluti Imperatoris tendebat inſidias.
Neſtorius Conſtantinopolites Epiſcopus ad hæreſim, quæ in Chriſto Deum ab homine ſeparat, vertitur.
15. Joannes Comes Africæ occiſus eſt à populo.
Proculus Maſſilienſis Epiſcopus clarus habetur, quo annuente, magna de ſuſpe- An. Chr. 409.
cto adulterio Remedii Epiſcopi quæſtio agitatur.
E Hac tempeſtate prævalitudine Romanorum, vires funditus attenuatæ Britanniæ.
16. Saxonum incurſione devaſtatam Galliarum partem Wandali atque Alani va- An. Chr. 410.
ſtavere: quod reliquum fuerat, Conſtantinus tyrannus obſidebat.
Hiſpaniarum partem maximam Suevi occupavere. Ipſa denique orbis caput Roma deprædationi Gothorum ſæviſſimè patuit.
17. Conſtantinus tyrannus occiditur. An. Chr. 411.

(a) Erat duodecimus regni Theodoſii annus à morte Gratiani, cùm diem obiit.
(b) Honorius poſt mortem Theodoſii annos tantùm 28. completos regnavit: in viceſimo-nono regni anno mortuus eſt.
(c) Gildo, teſte Marcellino in Chronico, anno 398. debellatus eſt, mox & ſtrangulatus ſua manu interiit.
(d) Corrig. *Anaſtaſius*.
(e) Defunctus eſt Arcadius anno 408. non duodecimo ſui & Honorii Imperii anno à morte Theodoſii, ſed decimo-quarto.
(f) Cæleſtinus nonniſi anno Chriſti 422. factus eſt Pontifex Romanus.

Digitized by Google

An. Chr.412. 18. Rurſum alia prædatio Galliarum, Gothis, qui Alarico duce Romam
rant, Alpes tranſgredientibus.

An. Chr.413. 19. Jovinus tyrannidem poſt Conſtantinum invadit. Induſtria viri ſtrenui, q
lus tyranno non ceſſit, Dardani, Atawlfus, qui poſt Alaricum Gothis imp
bat, à ſocietate Jovini avertitur. Saluſtius quoque & Sebaſtianus occiſi.

Valentia nobiliſſima Galliarum civitas à Gothis effringitur, ad quam ſe fu
Jovinus contulerat.

An. Chr.414. 20. Ingens in Galliis fames. Aquitania Gothis tradita.

Patroclus Arelatenſis Epiſcopus infami mercatu Sacerdotia venditare auſus

Heraclianus (a) Comes Africæ, qui in Romanæ Urbis reparationem ſtre
exhibuerat miniſterium, nova quædam molitus, interimitur.

An. Chr.415. 21. Placidia (b) ſoror Imperatoris diu captiva, poſteà etiam Regis uxor,
fraude ſublato, Conſtantii connubio copulatur.

An. Chr 416. 22. Gothi, cùm ſe iterum, Atawlfo perempto, moviſſent, Conſtantii rep
tur occurſu.

An. Chr.417. 23. Prædeſtinatorum hæreſis, quæ ab (c) Auguſtino accepiſſe dicitur initium
temporibus ſerpere exorſa.

An. Chr.419. 24. 25. Triceſimus-nonus (d) Xiſtus Romanam Eccleſiam regit.

An. Chr.420. 26. Solis hoc anno facta defectio. FARAMUNDUS (e) regnat in Fr

An. Chr.421. 27. Signum in cælo mirabile apparuit. Maximus tyrannus Hiſpaniarum do
tum vi obtinet.

An. Chr.422. 28. Honoratus, Minervius, Caſtor, Jovianus, ſingulorum Monaſteriorum P
in Galliis florent.

An. Chr.421. 29. (f) Conſtantio dignitas Imperii ab Honorio delata, qua vix octo me
* *Corrig.* duo- uſus interiit, Valentiniano * octo annorum filio derelicto.
rum.

An. Chr.422. 30. Maximus tyrannus de regno dejicitur, ac Ravennam perductus, ſubli
ſpectaculorum pompam tricennalibus Honorii præbuit.

An. Chr.423. 31. Placidia, cùm inſidias fratri tenderet, deprehenſa eſt, & Roma in ex
relegata.

*XVIII. Kal. Sept. 32. Honorius (g) Ravennæ * defunctus. Nullo jure debitum Joannes ex P
cerio Notariorum regnum ſumit, qui vulneratum multis cladibus reliquit Impe

THEODOSIUS annos XXVII.

An. Chr.423. 1. PLACIDIA ad Theodoſium auxilium precatum mittit.

Sigiſvuldus ad Africam contra Bonifacium properavit.

An. Chr.424. 2. In Galliis Exuperantius Præfectus à militibus interficitur.

Muro Carthago circumdata, quæ ex tempore, quo vetus illa deſtructa eſt,
ctione Romanorum, ne rebellioni eſſet, munimento murorum non eſt permiſſa v

Joanne ab exercitu Orientis victo & perempto, Ravenna deprædatione vaſta

Aëtius Gaudentii Comitis à militibus in Galliis occiſi filius, cum Chunnis,
ni opem laturus, Italiam ingreditur.

An. Chr.425. 3. VALENTINIANUS Romæ Imperator factus.

An. Chr.426. 4. Arelas à Gothis per Aëtium liberatur.

An. Chr.427. 5. Placidia (h) tandem illata optato regno.

CLODIUS regnat in Francia.

An. Chr.428. 6. Caſſianus compertas in Ægypto vitas Patrum, doctrinaſque & regulas,
ad plurimos datis, exponit.

An. Chr.429. 7. Aëtius Ihutungorum gentem delere intendit.

An. Chr.430. 8. Viginti fermè millia militum in Hiſpaniis contra Wandalos pugnantium
Wandali in Africam transfretantes, ingentem, lacerata omni provincia, Ro
cladem dedere.

(a) Heraclianus anno 413. occiſus eſt.

(b) Placidia anno tantùm 417. Conſtantio nupſit.

(c) In Codice Oyſelliano alia manu : *Ab Auguſtini libris malè intellectis ;* quam lectionem ſecutus eſt Cheſnius.

(d) Initium Sixti Pontificatûs in annum 432. rejiciendum.

(e) Hîc in MSS. Codicibus anni Honorii Imperii variè collocantur : ſed Faramundi initium anno 418. conſignari ſolet, quia cum ſolis Eclipſi conjungitur, quæ hoc anno contigit.

(f) Viceſimo-nono ſui Imperii anno à morte
doſii, anno ſcilicet 423. obiit Honorius. Si ve
Imperii initium ducatur ab anno 393. quo Au
creatus eſt, viceſimo-nono ejus Imperii anno
tuus eſt Conſtantius, anno ſcilicet 421.

(g) Ad trigeſimum ſecundum Imperii annu
pervenit Honorius, quælibet adhibeatur num
ratio.

(h) Si intelligit Auctor Placidiam iteratò n
Auguſtæ reſumſiſſe, illud referendum eſt ad a
424.

Digitized by Google

A 9. Conſulatu (a) Aëtius edito Bonifacium, qui ab Regina accitus ex Africa fuerat, declinans, ad munitiora conſcendit. An. Chr.432.

Aſperitas nimii frigoris etiam ſaluti plurimorum pernicies extitit.

Bonifacius, contra Aëtium certamine habito percuſſus, victor quidem, ſed moriturus abſcedit.

10. Cùm ad Chunnorum gentem, cui tunc Rugila præerat, poſt prælium ſe Aëtius contuliſſet, impetrato auxilio, ad Romanum ſolum regreditur. An. Chr.433.

Gothi ad ferendum auxilium à Romanis acciti.

Germanus Epiſcopus Autiſiodori virtutibus & vitæ diſtrictione clareſcit.

11. Aëtius in gratiam receptus. An. Chr.434.

Rugila Rex Chunnorum, cum quo pax firmata, moritur: cui Bleda ſuccedit.

12. Gallia (b) ulterior Tibatonem principem rebellionis ſecuta, à Romana ſo- An.Chr. 435.

B cietate diſceſſit: à quo tracto initio, omnia penè Galliarum ſervitia in (c) Bagaudam conſpiravere.

13. Bellum contra Burgundionum gentem memorabile exarſit, quo univerſa penè gens cum Rege per Aëtium deleta. An. Chr.436.

14. Capto Tibatone, & cæteris ſeditionis partim principibus vinctis, partim necatis, Bagaudarum (d) commotio conquieſcit. An. Chr.437.

15. Theodoſianus liber omnium legum legitimorum Principum in unum collatarum, hoc primùm anno editus. An. Chr.438.

Silvius turbatæ admodùm mentis, poſt militiæ in Palatio exactæ munera, aliqua de Religione conſcribit.

16. Eccleſiæ Romanæ XL. Leo (e) ſuſcepit principatum. An. Chr.439.

17. Pacatis (f) motibus Galliarum, Aëtius ad Italiam regreditur, An. Chr.440.

C Deſerta Valentinæ (g) urbis rura Alanis, quibus (h) Sambida præerat, partienda traduntur.

18. Britanniæ uſque ad hoc tempus variis cladibus eventibuſque laceratæ, in ditionem Saxonum rediguntur. An. Chr.441.

19. Alani, quibus terræ Galliæ ulterioris cum incolis dividendæ à Patricio Aëtio traditæ fuerant, reſiſtentes armis ſubigunt, & expulſis dominis terræ, poſſeſſiones vi adipiſcuntur. An. Chr.442.

20. Sabaudia (i) Burgundionum reliquiis datur cum indigenis dividenda. An. Chr.443.

21. Carthago à Wandalis (k) capta, cum omni ſimul Africa, lacrimabili clade & damno, Imperii Romani potentiam dejecit. Ex hoc quippe à Wandalis poſſidetur. An. Chr.444.

22. Thracia Hunnorum incurſione concutitur. An. Chr.445.

D (a) Conſulatum iniit Aëtius anno 432. Kalendis Januarii. Currebat adhuc annus nonus Theodoſii à morte Honorii, quæ contigit anno 423. XVIII. Kal. Septembris.

(b) Gallia in citeriorem & in ulteriorem dividebatur: verùm utriuſque fines ſtatuere facile non eſt. Alii ulterioris Galliæ nomine eam Galliæ partem intelligi putant, quæ ultra Rhodanum ſita eſt; alii eam quæ ultra Ligerim Septentrionem versùs. Huic poſtremæ ſententiæ adverſari videtur quod ait Audoënus in Vita S. Eligii; *Eſt itaque præfata civitas Lemovicas ſita in Tranſligeritanis, in ulteriori Gallia, primaque Aquitania.* Certum eſt Belgicam veterem, id eſt duas Belgicas & duas Germanias, ſitam eſſe in ulteriori Gallia; nam Profuturus Frigeridus apud Gregorium Turon. lib. 2. cap. 9. refert, *ex ulteriori Gallia* allatum nuncium, *Jovinum adſumpſiſſe ornatus*

E *regios*: quod Moguntiæ in urbe Germaniæ primæ contigiſſe teſtatur Olympiodorus. Familiaris meus Dominus Joſephus Vaiſſetius in Occitaniæ Hiſtoria cenſet diviſionem Galliæ in citeriorem & in ulteriorem eamdem eſſe ac diviſionem in Gallias propriè dictas & in Septem Provincias, Galliamque nec citeriorem nec ulteriorem abſolutè dici, ſed comparatè, adeò ut quam quiſque partem incoleret, eam pro citeriore Gallia haberet, alteram pro ulteriore. Hinc S. Audoënus qui habitabat & ſcribebat in Lugdunenſi ſecunda, quæ ſita erat in Galliis propriè dictis, debuit Aquitaniam primam, quæ una erat ex Septem Provinciis, in ulteriori Gallia collocare: quemadmodum ſi Proſper Aquitanus de Lugdunenſi ſecunda mentionem feciſſet, eam pariter in ulteriore Gallia collocare potuiſſet. Non abſimili modo Galli, qui in Italia ſedes habebant, Romanis Ciſalpini, noſtratibus Tranſalpini dicebantur.

(c) Doctiſſimus Abbas Dubos in Hiſt. Crit. Monarchiæ Francicæ lib. 2. cap. 8. legit, *in Bagaudiam*, quod interpretatur, *in favorem Bagaudiæ*: per *Bagaudiam* autem intelligit Armoricorum, qui ſe de poteſtate Imperii Romani ſubduxerant, Rempublicam; & per *ſervitia Galliarum* plebem infimam Galliarum.

(d) Hæc verba *commotio Bagaudarum* ſic exponit idem Abbas: commotio pro Bagaudis, ſeu in Bagaudarum gratiam facta.

(e) Leo factus eſt ſummus Pontifex anno 440.

(f) Pace ſcilicet Romanos inter & Viſigothos anno 439. compoſita.

(g) Abbas ſuprà citatus lib. 2. cap. 9. emendandum putat, *Aurelianæ urbis*: atque emendationem ſuam non contemnendis firmat argumentis. Primò enim conſtat Alanos non ad Rhodanum, ſed ad Ligerim ſedes habuiſſe: ſecundò Valentia Galliæ ulteriori attribui nullo modo poteſt: terræ tamen quæ Alanis partiendæ traduntur, paulò infrà in Gallia ulteriore ſitæ dicuntur.

(h) Valeſius lib. 4. Rer. Franc. pag. 173. perperàm confundit Sambidam cum Sangibano ejus ſucceſſore, qui in prælio Catalaunico, quod anno 451. commiſſum eſt, pro Romanis contra Attilam pugnavit, ut teſtatur Jornandes lib. de Reb. Geticis cap. 38.

(i) Sabaudia tunc temporis hodiernum Sabaudiæ Ducatum, agrum Caballicum, partem Comitatûs & Ducatûs Burgundiæ complectebatur.

(k) Carthaginis expugnationem & direptionem anno 439. tribuunt Proſper & Marcellinus in Chronicis.

Digitized by Google

An. Chr. 446. 23. Bleda Chunnorum Rex Attilæ fratris fraude percutitur: cui ipſe ſucce

An. Chr. 447. 24. Nova iterum Orienti conſurgit ruina, qua ſeptuaginta non minùs ci Chunnorum deprædatione vaſtatæ, cùm nulla ab Occidentalibus ferrentur au

An. Chr. 448. 25. MEROVEUS regnat in Francia.

Eudoxius arte Medicus, pravi ſed exercitati ingenii, in (a) Bagauda id te mota delatus, ad Chunnos confugit.

An. Chr. 449. 26. Eucherius Lugdunenſis Epiſcopus, & Hilarius Arelatenſis egregiam

* Eutyche. morte conſummant.

An. Chr. 450. 27. Hæreſis nefaria à quodam * Archimandrita commota; cui favorem p

* 28. Julii. Theodoſius * obiit, ſeptem ſuper viginti annis in Imperio exactis. Cui Ma ſubſtituitur.

Placidia quoque poſt irreprehenſibilem converſationem hoc anno vitam

* Imperio. vit, filio viceſimumquintum annum in * ipſo conſummante.

VALENTINIANUS & MARTIANUS.

1. Hac tempeſtate valde miſerabilis Reipublicæ ſtatus apparuit, cùm ne u dem ſit abſque barbaro cultore provincia, & nefanda Arrianorum hæreſis,

* diffuſæ. nationibus barbaris miſcuit, Catholicæ nomen fidei toto orbe * diffuſa præſu

An. Chr. 451. Attilla Gallias ingreſſus, quaſi jure debitam poſtulat uxorem; ubi grav inflicta & accepta, ad propria recedit.

An. Chr. 452. 2. Plurima hoc anno ſigna apparuerunt. Inſperata in Galliis clade acce riatus Attila Italiam petit; quam incolæ, metu ſolo territi, præſidio nudave

An. Chr. 453. 3. Synodus Chalcedonenſis, ubi Eutyche Dioſcoroque damnatis, omnes ab eis retraxerunt, in communionem recepti, confirmata univerſaliter fide, Incarnatione Verbi ſecundùm Evangelicam & Apoſtolicam doctrinam per Papam Leonem prædicabatur.

Attila in ſedibus ſuis mortuo, magna primùm inter filios ipſius certamina tinendo regno exorta. Deinde aliquot gentium, quæ Chunnis parebant, d ſequuti, cauſas & occaſiones bellis dederunt, quibus ferociſſimi populi mu curſibus contererentur.

An. Chr. 454. 4. Inter Valentinianum, &c. *ut ſuprà, pag. 634. in Chronico Proſperi ſub Co Aëtio & Studio.*

An. Chr. 455. 5. Mortem Aëtii mors Valentiniani, &c. *uſque ad finem, id eſt, ad hæc* Carthaginem abducta ſunt; *ut ſuprà, pag. 635. in Chronico Proſperi, ſub Coſſ. niano VIII. & Anthemio.*

(a) Abbas Dubos legit, *in Bagaudia.*

EX MARCELLINI (a) COMITIS CHRONI

Ex Editione Jac. Sirmondi, Pariſ. 1619.

Indict. XI. Merobaude II. & Saturnino Coſſ.

An. Chr. 383. GRATIANUS Imp. Maximi tyranni dolo apud Lugdunum occiſus eſt Cal. Septembris.

Indict. IV. Tatiano & Symmacho Coſſ.

An. Chr. 391. Valentinianus Imp. apud Viennam dolo Arbogaſtis ſtrangulatus interiit (b) Martiis. Eugenius Arbogaſtis favore confiſus, Imperium ſibimet uſurpav

Indict. V. Archadio II. & Rufino Coſſ.

An. Chr. 392. Arbogaſtes, Valentiniano Imp. extincto, & Eugenio Cæſare facto, inn invictaſque copias undique in Gallias contraxit, occidentale ſibi Imperium

(a) Marcellinus ab anno 379. ad annum uſque 534. ſuum Chronicon produxit.

(b) Obiit Valentinianus anno ſequenti Idibus Maiis, ſub Conſulatu Arcadii II. & Rufini, ut te phanius lib. de Menſuris & Ponderibus.

Digitized by Google

A sibi vindicaturus, vir barbarus, animo, consilio, manu, audacia, potentiaque nimius.

Indict. VII. Archadio III. & Honorio II. Coss.

Theodosius Augustus, assumpto Honorio Cæsare, eodemque filio, contra Arbogastem, qui Eugenium tyrannum Imperatorem facere ausus est, iterum properavit. Bello commisso, Eugenius victus atque captus interfectus est: Arbogastes sua se manu perculit. An. Chr. 394.

Indict. IX. Honorio IX. & Theodosio IV. Coss.

Constantinus apud Gallias invasit Imperium, filiumque suum ex Monacho Cæsarem fecit: ipse apud Arelatum civitatem occiditur; Constans filius apud Viennam capite plectitur. An. Chr 411.

B *Indict. X. Theodosio Imp. V. solo Cos.*

Jovinus ac Sebastianus in Galliis tyrannidem molientes occisi (a) sunt. An. Chr. 412.

Indict. XII. Constantio & Constante Coss.

Valia Rex (b) Gothorum, facta cum Honorio principe pace, Placidiam sororem ejus eidem viduam reddidit. An. Chr. 414.

(a) Anno tantùm sequenti occisi sunt. (b) Walia nonnisi anno sequenti rex Gothorum factus est.

EX (a) ACTIS S. DESIDERII EPISCOPI LINGONENSIS.

C *Apud Bollandianos* XXIII. *Maii.*

TEMPORE illo, cùm Wandalorum barbara & gentilis ferocitas ad Galliarum venisset debellandas provincias; & devictis ac superatis Gallis, Galliarum etiam urbes infestatione bellica plurimùm devastaret, & in rapina prædæ crudelissimè cuncta depopularetur cupiditatis instinctu; nutus Dei, eventus etiam rei atque itineris, gentem ipsam nefandam cum Rege eorum (b) Crosco ad civitatem Lingonas usque perduxit. Tunc verò beatissimus Desiderius in eadem urbe Pontificali officio fungebatur, Sacerdos virtutibus præstantissimus. Et licèt oppositio monte in sublime firma sit ex parte maxima naturalis expositionis munitio, & quadrorum lapidum studiosè subjuncta compago muros ipsius civitatis efficiat tutiores; ad probandam tamen fidem præfati Antistitis & eorum, qui glorioſum martyrium, in sancta Christi confessione manentes, cum eodem adepti fuisse dignoscuntur; circumfusa Wandalo- D rum multitudo urbem undique circumvallat, & in obsidione perditionis à cunctis partibus civitas circumdatur. Nec mora, missilibus, fundis, sagittis diversisque telis evertere mœnia, acriùs impugnantes Wandali, crudelitatis instantiâ perurgebant. Econtrà beatissimus Pontifex Desiderius cum suis Sacerdotibus, vel ceteris civibus de muro clamabat dicens: « Christi servi sumus, Christum Dominum nostrum Deum vivum & verum » colimus, qui universum mundum constituit. Nolite in nobis crudele scelus admittere, » per quod Dei potentiam contra vos in iracundiam provocetis. » An. Chr. 264. *N.* 2.

Sed quoniam Dei prædestinatione martyrii præfinita dies advenerat; terror & metus inde simul cives omnes unus invaserat, nec se ultrà ullâ virtutis audaciâ defendere conabantur; sed retrò redacti infra mœnia fugientes, quò quisque pergeret, ignorabat. Wandali verò præcipiti cursu irrumpentes, ruptis portis ingrediebantur mœnia. Ast E alii, scalis oppositis, in muros diversa de parte ruentes, ignes in (c) pergama submittebant; gladiis diversisque jaculis cives omnes impia cæde prosternebant. Nulli sua profuit ætas, sexui vel ævo pepercit impietas: natos pendentes ad ubera cum matribus impia jugulabat crudelitas: unus gemitus & planctus morientium in totis mœnibus personabat. *N.* 3.

Denique beatissimus Desiderius Antistes in oratione positus invenitur, Regisque cum ceteris Christicolis obtutibus præsentatur. Ille autem de perditione civium pastorali solicitudine dolore repletus, pro se Principem rogare noluit; sed ut pereuntibus civibus subveniret, attentiùs exoravit dicens: « Si pius es, jam parce, *N.* 4.

(a) Hæc Acta videntur esse antiqui Auctoris, sed à Warnahario exculta sunt ineunte sæculo VII.

(b) Gregorius Turon. l. 1. Hist. Franc. c. 30. indicatâ persecutione Valeriani & Gallieni, ista subdit: *Horum tempore & Chrocus ille Alamannorum Rex, commoto exercitu, Gallias pervagavit.* Hæc etiam refert ad Gallieni tempus, cædemque Desiderii patratam fuisse anno Christi 264. putat Jacobus Vignerius Societatis Jesu Sacerdos, qui Chronici Lingonensis aliquod compendium edidit anno 1665.

(c) Pergama vocantur quælibet arces seu loca munita.

Digitized by Google

» Rector optime, precor, miseris civibus, & à tanta crudelitatis cæde hostiles man
» tuorum ut compescas, humiliter omninò deposco. » Ad hæc Princeps barbaru
immitis, naturalis crudelitatis asperitate durus, eventu victoriæ tumefactus, barba
locutione hoc sancto Desiderio, despecta responsione, narravit, quod beatus An
stes nulla potuit intelligentiæ capacitate cognoscere. Ideóque & quod priùs Sac
dos Dei precatus fuerat, Rex crudelissimus ignorabat. Obtulit se etiam pro suis ci
bus, cervice parata pius Pastor ad victimam, ut cessaret de pereuntibus civibus
aliquantulùm jam ruina. Nulla Rector impius permotus est pietate; sed crudelita
perseverantia inflammatus, caput amputari præcepit Sacerdotis: plures etiam Ch
stianos eadem simul hora & eadem sententia interire præcepit.....

N. 5. Denique non post multum temporis Deus judex justus Sancti sui Desiderii M
tyris, vel ceterorum Martyrum urbis istius ultione convictus, in (a) Arelatensi u
Croscum Principem suis tradidit inimicis. Qui captus & catenatus, tamdiu dive
tormentis est diuturno tempore afflictus, quousque per crudelissimam assiduamq
cædem ad mortis interitum perveniret juxta suum meritum.

(a) Sigebertus, qui Chroci mortem in Chronico suo ad annum 411. perperàm refert, ita scribit: *Wandali duce Crosco Gallias pervagati, multas urbes & Ecclesias subvertunt. Croscus tandem à Mariano Pra Arelate captus, & per victas urbes ignominiosè re ctus, ad mortem tormentatur.*

EX VITA S. GERMANI EPISC. AUTISSIODORENSI

à Constantio Presbytero scripta circa an. Chr. 488.

Apud Bollandianos XXXI. *Julii.*

Lib. 1. *Cap.* 1. *N.* 3. An. Chr. 418. DIVINA ergo revelatione [Amator Autissiod. Episcopus] suæ decessionis te
pus agnoscens, & Germanum sibi futurum successorem providens, Ædu
profectus est, ubi Julius (a) reipublicæ rector ac gubernator Galliæ præsidebat (b). Tu
Simplicius, vir summæ simplicitatis atque caritatis, ejusdem civitatis Episcop
rumore adventûs ejus præventus, ei cum ordine Clericatûs, necnon & cum Ju
Præfecto, officii sui turmis stipato, ire obvius non neglexit. Quem ritè salutatu
atque debitæ venerationis assentatione puriùs honoratum, ad Æduam civitatem p
duxerunt. Exhinc postera die sanctus Amator ad Prætorium Julii se velle ingr
asserit. Cujus adventum Julius cognoscens, citiùs in occursum ejus profectus e
& quemadmodum decebat fidelissimum Dei cultorem, obsequiis intra tectum induc
& more Christianissimi filii, ipsius se postulat benedictionem suppliciter promereri.

Cap. 5. *N.* 41. An. Chr. 429. Eodem tempore ex Britanniis directa legatio Gallicanis Episcopis nuntiavit,
lagianam perversitatem in locis suis latè populos occupasse, & quamprimùm fi
Catholicæ debere succurri. Ob quam causam Synodus numerosa collecta est,
niumque judicio duo præclara religionis lumina universorum precibus ambiunt
Germanus ac Lupus, Apostolici Sacerdotes, terram corporibus, cælum meritis
sidentes.....

Cap. 7. *N.* 56. An. Chr. 430. Sanctus Germanus Arelatum petens, ad Lugdunensium urbem Arari famula
devectus est: ubi certantibus populi studiis, indiscreta ætas & sexus uno occurrit
cio..... Itaque advenientem beatissimum virum urbs Arelatensis religiosâ grat
tione suscepit, Apostolicum instar sui temporis Sacerdotem suscipiens. Illustrab
eo tempore civitas Hilario Sacerdote, multimoda virtute pretioso.....

N. 57. Auxiliaris (c) etiam tum regebat per Gallias apicem Præfecturæ; qui præsenti

(a) Hoc anno 418. quo Amator ad Julium Præfectum accessit, Agricola Galliarum Præfecturam regebat, ut constat ex Honorii Constitutione, *ad Agricolam Præfectum Galliarum data XV. Cal. Maias, accepta Arelate X. Cal. Junias Honorio XII. & Theodosio VIII. Coss.* id est anno 418. Hinc Petrus Boschius, unus è Bollandianis, putat *Julium* hunc binominem fuisse, vocatumque etiam *Agricolam*. Ægidius Lacarrius in Historia Galliarum sub Præfectis Prætorio, & Tillemontius in Nota 2. in S. Germanum, Julium ab Agricola distinguunt, censentque Julio successisse Agricolam ipso illo tempore quo lex data est, & paulò antè Amatorem ad Julium venisse, quàm præfectura defungeretur. Verùm, ut notat Boschius, ex ipsa lege patet, eam ad ejusdem Agricolæ, qui proinde jamdiu Præfecturam i gesserat, suggestionem fuisse conditam.

(b) Excisa urbe Trevirensi sedes Præfecti Ga rum Arelatem translata fuit anno circiter 402. A igitur ordinaria non erat Præfecturæ sedes: imò putat Boschius suprà laudatus, hæc Julii Agri ad Æduos per hoc tempus excursio causa vic fuisse, cur Honorii Constitutio XV. Kal. Maii Ravennæ, ubi tum degebat Imperator, Arelat cepta non fuerit ante X. Kal. Junii; puta quia antè redierat illuc Augustoduno Præfectus, ad q fuerat directa.

(c) Auxiliarem anno Chr. 445. Præfecturam liarum gessisse, constare ex Epistola, quam Aux ris Præfectus Roma Arelatem misit ad S. Hilari

Digitized by Google

A Sacerdotis duplicata gratulatione ſuſcepit, quòd & inſignem virtutibus virum deſiderabat agnoſcere, & quòd uxor ejuſdem longo jam tempore quartano tabeſcebat incommodo.....

Vix domum de tranſmarina (a) expeditione remeaverat, & jam legatio Armoricani (b) tractûs fatigationem beati Antiſtitis ambiebat. Offenſus enim ſuperbæ inſolentia regionis vir magnificus Aëtius, qui tum rempublicam gubernabat, Eocarichi ferociſſimo (c) Alanorum Regi loca illa inclinanda pro rebellionis præſumptione permiſerat, quæ ille aviditate barbaricæ cupiditatis inhiaverat. Itaque genti bellicoſiſſimæ, Regique idolorum miniſtro, objicitur ſenex unus, ſed tamen omnibus, Chriſti præſidio, major & fortior. Nec mora, feſtinus egreditur, quia imminebat bellicus apparatus. Jam progreſſa gens fuerat, totumque iter eques ferratus impleverat, & tamen Sacerdos noſter obvius ferebatur, donec ad ipſum Regem, qui ſubſequebatur, accederet. Occurrit in itinere jam progreſſo, & armato Duci inter ſuorum catervas opponitur: medioque interprete, primùm precem ſupplicem fundit, deinde increpat differentem: ad extremum manu injecta, fræni habenas invadit, atque in eo loco univerſum ſiſtit exercitum. Ad hæc Rex ferociſſimus admirationem pro iracundia, Deo imperante, concepit: ſtupet conſtantiam, veneratur reverentiam, auctoritatis pertinaciâ permovetur. Apparatus bellicus armorumque commotio ad conſilii civilitatem, depoſito tumore, deſcendit: tractaturque qualiter, non quod Rex voluerat, ſed quod Sacerdos petierat, compleretur. Ad ſtationis quietem Rex exercituſque ſe recipit: pacis ſecuritatem fideliſſimam pollicetur ea conditione, ut venia, quam ipſe præſtiterat, ab Imperatore vel ab Aëtio peteretur. Intereà per interceſſionem & meritum Sacerdotis Rex compreſſus eſt, exercitus revocatus, provinciæ à vaſtationibus abſolutæ.....

Lib. 2. Cap. 1. N. 62.

An. Chr. 447.

B

C Cauſam ſanè Armoricanæ regionis, quæ neceſſitatem peregrinationis indixerat, obtenta venia & ſecuritate perpetua, ad proprium obtinuiſſet arbitrium, niſi titubationis perfidia mobilem & indiſciplinatum populum ad rebellionem priſtinam revocaſſet. Quo facto, & interceſſio Sacerdotis evanuit, & Imperialis credulitas circumſcriptione fruſtrata eſt. Qui tamen pro calliditate multiplici brevi pœnas perfidæ temeritatis exſolvit.....

Cap. 2. N. 73.

Sedit autem iſdem domnus & Apoſtolicus vir ſanctiſſimus Germanus in Epiſcopali cathedra annos XXX. dies XXV. Obiit verò plenus Spiritu ſancto apud Ravennam (d) Italiæ civitatem pridie Kalendas Auguſti, Valentiniano adhuc juvene imperante cum Placidia matre.

N. 77.

An. Chr. 448.

& quam tecitat Honoratus Epiſcopus Maſſilienſis in Vita ejuſdem Hilarii, putat Pagius in Crit. ad Annal. Baronii ad an. 435. Num. 37. Ex hac etiam Epiſtola, quam anno 444. attribuit Sirmondus, Auxiliarem anno 444. Galliis præfuiſſe, colligit Laccarrius ſuprà laudatus. Verùm hoc unum dicit Honoratus, Auxiliarem Præfectum ſcripſiſſe ad Hilarium, eumque tunc temporis Romæ fuiſſe. Unde potiùs conſequi videtur, eum fuiſſe vel Præfectum Urbi, vel Præfectum Prætorio per Italiam, in Urbe reſidentem, quàm Præfectum Galliarum. Et certè veroſimile non eſt Auxiliarem Præfecturam Galliarum ab anno 430. ad annum 445. continuaſſe. Eum verò anno 430. Galliis præeſſe conſtat ex Conſtantii narratione. Nam, ſi Conſtantium audiamus, cùm Germanus redux è Britannia cognoviſſet Autiſiodorenſes plùs ſolito tributis gravari, iter Arelatenſe aggreſſus, Auxiliarem adiit, *qui tum regebat per Gallias apicem Præfecturæ*, ab eoque impetravit ne ampliùs Autiſiodorenſes hujuſmodi tributis vexarentur. Germanus autem primam in Britanniam legationem ſuſcepit anno 429. unde rediit anno ſequenti. Præterea Auxiliarem Præfecturam Gallicanam ab anno 430. ad an. 445. non continuaſſe, conſtat ex veteri Inſcriptione, quæ Minerbiæ in Occitania inventa eſt marmori inciſa, quæque hodie exſtat Narbone in Palatio Archiepiſcopali, quam poſt Gruterum referunt Baluzius, Queſnellus, Pagius & alii. In hac Inſcriptione dicitur *Marcellus Galliarum Præfectus, Dei cultor, impendia* ad reſtaurandam Eccleſiam Narbonenſem *neceſſaria* repromiſiſſe, *quæ per biennium adminiſtrationis ſuæ præbuit artificibus.* Porrò iſtius Eccleſiæ reſtauratio anno Chriſti 441. cœpta, abſoluta eſt *anno IIII. Conſule Valentiniano Aug. V.* id eſt anno 445.

(a) Id eſt de ſecunda in Britanniam legatione, anno 447. ob hæreſim Pelagianam ſuſcepta.

(b) De tractu Armoricano videſis quæ ſuprà notavimus in Zoſimum, pag. 587.

(c) Mendosè apud Surium, *Alemannorum.* Omnes Cod. MSS. habent *Alanorum*; ſic etiam legit Hericus, qui S. Germani Vitam à Conſtantio ſcriptam verſibus heroïcis exornavit.

(d) Beda Hiſt. Eccleſ. lib. 1. cap. 1. *Germanus ad Ravennam pro pace Armoricanæ gentis ſupplicaturus advenit, ibique à Valentiniano & Placidia matre ipſius ſumma reverentia ſuſceptus, migravit ad Dominum.*

EX VITA S. ORIENTII EPISCOPI AUSCIORUM.

Apud Bollandianos I. *Maii.*

D ACCIDIT ut ab Imperatore Aëtius Patricius & Littorius ad debellandum Gothorum (a) Regem cum exercitu mitterentur. Quorum adventu Rex ipſe territus, cùm armis reſiſtere non poſſet, maximè quòd apud Dominum omnis ejus

N. 3.

(a) Hic eſt Theodericus Senior, qui ab anno 429. uſque ad annum 451, quo periit in Campo Catalaunico in pugna contra Attilam, imperavit.

Digitized by Google

antè confidentia propter fiduciam Arianorum viluerat ; ita coactus , à sanc
ſervo Orientio popoſcit præſidium , & legationem ejus proponere deſtinavit ,
auxilio terribilem impetum tantæ virtutis mitigaret. Quam ſupplicationem B.
tius libenti animo amplectens , non pro hæreſeon ſquallore contemſit , ſed
tribulationibus ſubveniret , famulus Dei protinùs iter arripuit , occurrit Aëtio
que Littorio. Quo viſo , Aëtius de equo deſiliens , prudentia ſuadente , cun
veneratione humiliatus ei occurrit , & ut pro eo orare dignaretur ſupplicavit
in poſterum quantùm ei fides præſtiterit , facti fama percurrit. Littorius verò
currere dedignatur , & legationem ſancti hominis hujuſmodi deſpiciens , nihil
ce reſpondit : ſed in urbem Toloſam , exitium daturus , ſe introire promittit
orante S. Orientio Epiſcopo , Littorius , tranſmiſſâ cælitùs plagâ , intantùm
obſcuritate vallatur , ut profuturi ſibi conſilii utilitate deceptus , portis civitatis
An. Chr. 439. bè periturus accederet : captuſque à Toloſanis , qui B. Orientii patrocinia po
rant , pœnas ſanguine perſolviſſet. Nam & Aëtium Patricium , qui oration
ſalute popoſcerat , illæſum cum omni exercitu ſanctus Pontifex liberavit : qu
ventu tanti Pontificis ad propria remeavit.

EX VITA (a) S. LUPI EPISCOPI TRECEN

Apud Bollandianos XXIX. *Julii.*

N. 1. FUIT [Lupus] ex urbe Leucorum familiæ primus , Hebricio * genitu
* *Al.* Epirichio. Quo defuncto , Liſticio (b) patruo æquè familiæ meritis decorato , ſch
ditur , rhetoricis imbuendus ſtudiis. Quem ſtudiis adprimè eruditum , per re
florentem eloquio fama vulgabat. Cui glorioſæ memoriæ Pimeniola , S. Hila
lat. Epiſcopi germana , juncta matrimonio fuit.

N. 2. Septimo conjugii anno , inſtigante Domino , ſe ad converſionem hortatu
contulerunt. Tunc ille ſuperni ſpiritûs vigore flammatus..... virum eximiæ
tis & gratiæ ſplendore conſpicuum S. (c) Honoratum alacri animo , majo
te credidit expetendum , Abbatem primæ habitationis in ſolo Lyrinenſi....

N. 3. Quo ille fidei calore regrediens ad oppidum (d) Matiſconium , ut quæ
An. Chr. 426. manſerant , pauperibus erogando diſtraheret , ad urbis Trecaſſinæ illicò por
(e) raptus eſt.....

N. 4. Poſthæc cùm eſſet ingenio pollens , clarus eloquio , ſanctitate præcipuus ,
An. Chr. 429. ſo biennii tempore , cum S. Germano totius perfectionis & gratiæ pleno , co
reſim Pelagianam ad Britanniam commeavit. Qui uno ſpiritu juncti & pari v
concordes..... omnes prorsùs ad fidem Trecaſſinæ (f) confeſſionis ab er
pulos abduxere.....

N. 5. Inter hæc non longa poſt tempora imminentibus Hunis , quorum per Ga
An. Chr. 451. que diffuſus premebat exercitus ; quippe cùm diverſa urbium loca ſimulatæ p
temptaret , Trecaſſinam urbem patentibus campis expoſitam , & armis im
& muris , cùm infenſaret ſui agminis denſitate , ſolicitus piæ mentis Antiſte
rens ad nota præſidia , ſola ad Deum interceſſione & prece depoſita , ſupe
defendit auxilio : in cujus abſolutione totius diſcriminis compreſſit incendia
feralis Attila & immitis fidem ejus altiore ſenſu ſuſcipiens , pro incolumitati
tu , exercitûſque ſui ſalute , ſecum indicit iturum , Rheni etiam fluenta viſu
que eum dimittendum pariter pollicetur. Cui , de loco confeſtim ut revertatu
tur : reditus non negatur , iter oſtenditur : nec minùs pro ſe orandum ſupplica
interprete Hunigaiſo.

(a) Hanc Vitam , cujus ſtylum Surius pro more ſuo elimaverat , primigeniæ Veteris Auctoris phraſi reſtituit Petrus Boſchius unus è Bollandianis ope Codicum Valcellenſis & Bodecenſis.

(b) Aliàs , *Aliſtichio* , fortè *à Liſtichio*.

(c) Honoratus ex Abbate Lerinenſi factus eſt Arelatenſis Epiſcopus anno 426.

(d) Hoc oppidum eſt Matiſco , hodie *Mâcon*.

(e) Lupi Epiſcopatûs primordia aſſignat anno 428. Pagius Crit. in Annal. Baronii ad hunc annum Num. 23. Contra quem Petrus Boſchius pluribus argumentis probat Lupum electum eſſe Trecenſem Epiſcopum ſub finem anni 426.

(f) Certum eſt ex Conſtantio in vita S. Germani , *ex Britanniis directam legationem Gallica nuntiaſſe , Pelagianam perverſitatem in lo populos occupaſſe :* ob eamque cauſam in C *dum numeroſam collectam fuiſſe* , in qua del nibus ad exſtirpandam apud Britannos l lagianam , in hac utique Synodo damna & Catholica confeſſione redargutam , fue manus & Lupus. Eam nos *Confeſſionem* noſtro deſignari putamus , & appellari quia Synodus illa in urbe Tricaſſina col adeóque hîc ejus locum indicari ; quem q gnaverat Conſtantius , qui de Synodo ill minerat , Eruditi hactenus ignorarunt. *Ita chius.*

Digitized by Google

A Regreſſus namque ut vidit ſervorum diſperſionem, & turbatum ad montis per- *N. 6.*
fugium Latiſconi (a) expertus, Olericio (b) feſtinavit, ut illic transferret plebem, quam orationum ſuffragiis diſcrimini ſubjacentem inter excidia publica & hoſtilia arma defenderat. Ubi biennii temporis ſpatium commanens, offenſus venientium caritate ſuorum, (c) Matiſconii ſe cenſuit transferendum..... Cui quidem degenti in prædio Matiſconii, oblata ſibi eſt puella, hora circiter ſexta, impulſu Dæmonis muta.....

(a) Eruditiſſimus Abbas le Beuf in peculiari Diſſertatione, quam mecum perhumaniter communicavit, arbitratur *Latiſconem* vicum eſſe nunc dictum *S. Germani*, qui anteà vocabatur *Lainçon*: qui quidem vicus una leuca ab urbe Trecenſi diſſitus, poſitus eſt in declivitate montis è regione hujus urbis, inter Meridiem & Occidentem.

(b) *Olericium*, eodem teſte, vicus eſt *Villery* dictus, vel vicus proximus *Lirey*; qui ab urbe Trecenſi diſtant quatuor circiter leucis. *Olericium* Lupus multos è plebe qui bona amiſerant, nec habebant unde vitam tolerarent, tranſtulit, atque cum eis ibi commoratus eſt: ſed poſt biennium ad vitandam *caritatem* ſeu frequentiam ſuorum eò convenientium, Matiſconium ſe contulit.

(c) *Matiſconium*, quod paulò infrà prædium dicitur, diverſum eſt à *Matiſconio*, quod ſuprà Num. 3. oppidum appellatur. Vicus eſt hodieque *Mâcon* nuncupatus, in diœceſi Trecenſi, una leuca diſtans à Novigento ſuper Sequanam, & decem ab urbe Tricaſſina. Hanc notationem eidem Abbati le Beuf acceptam refero.

EX VITA MS. SANCTI ANIANI EPISC. AURELIANENSIS.

Apud Cheſnium T. I. *Script. Franc. pag.* 521.

B HUNORUM gens perfida vaginâ ſuæ habitationis egreſſa, crudelitate ſæviſſima in plurimarum gentium frendebat pericula. Cujus ad ſatiandam rabiem, truculentus Attila tenebat regiam dignitatem. Cúmque vulgatum eſſet in populo, quòd ſuæ ferocitatis impetu Gothis obviàm properans, extenderet ad amnem Ligericum, ut ſubverſis Aurelianenſium mœnibus, ſatiaret ſuæ malitiæ incrementa; tunc vir Do- An. Chr. 451.
mini Anianus..... Arelatenſem urbem expetere decrevit, & Aiecium Patricium, qui ſub Romano Imperio in Galliis Rempublicam gubernabat, videndum expetivit, ut ei furorem rebellium cum periculo ſuorum civium intimaret.

Itaque Arelatum veniens, multos Domini repperit Sacerdotes, qui ob varias neceſſitates adventantes, videre non poterant faciem Judicis ob faſtum potentiæ ſecularis. Sed cùm ſanctus adveniſſet ibidem Anianus, divina gratia inſpirante commonitus, protinùs egreſſus eſt obviàm ſupplex Aiecius. Et quem pompa regia Imperia-
C libus faſcibus reddebat inclytum, Sacerdotalis gratia reddidit ad ſibi conciliandum ſubjectum. Quem cùm ille benigniter inquiſiſſet, cur vir ſanctus laborem tam longi itineris aſſumpſiſſet, ille prudenti uſus alloquio, vel egregii prædicatoris exemplo, priùs pro aliorum utilitatibus omnia petens obtinuit, & tunc demum cauſam adventûs ſui auribus principalibus intimavit. Simulque plenus prophetiæ ſpiritu, VIII. Kal. Julii diem eſſe prædixit, quo beſtia crudelis gregem ſibi creditum laniandum decerneret: petens ut tunc prædictus Patricius veniendo ſuccurreret. Videns Aiecius florem torrentis eloquii, acumen ingenii in viro Dei ſanctitatis gratiâ comitante, omnia præſtitit, quicquid Sacerdos expetiit, & benignè ſe venire, ut ille ſuggeſſerat, repromiſit. Quo obtento, vir Domini valedicens ſeculi Principi, ad propriam regreſſus eſt civitatem: & plebem ſuam, quæ de Paſtoris mœrebat abſentia, ſpiritalia confortabat in gaudia: præparante populo iterum omnia, quæ ad repellenda
D hoſtium jacula, portis, muris, vel turribus fuerant opportuna.....

Nec poſt longum interim intervallum cruentus Attila murorum vallans ambitum, omne ſuæ malitiæ argumentum in jamdictæ civitatis convertit interitum. Sed Pontifex fixus in Domino, per muri ambulatorium Sanctorum geſtans pignora, ſuavi vocis organo more cantabat Catholico. Interim hoſtilis exercitus tela jactabat inſtantiùs, atque cum arietibus latera muri crebris quatiebat impulſibus. Tunc fugiente ad Eccleſiam populo, Sanctus Anianus forti eos animo eſſe monebat in Domino, numquam fuiſſe deceptum quicumque firmiter ſperaſſet in Chriſto. Ipſe verò feſtinanter murum aſcendit, & tacitus reſpexit ad cælum, ac pias aures Domini intima prece pulſavit. Cúmque ſibi divinum auxilium adeſſe ſenſiſſet, repentè contra barbaros expuit: tantaque ſubitò cum ſputo eodem moles pluviæ deſcendit, & impiorum impetum triduana inundatione compreſſit, ut nequaquam ſe ullus pugnatu-
E rus ex hoſtibus transferre in locum alterum potuiſſet.....

Ceſſante igitur nimbo profluo, ſanctus Anianus ad Attilæ pergit tentorium, pro

Digitized by Google

An. Chr. 451. sibi commisso rogaturus populo. Spretus à perfido responso contrario, civitati retulit claustro. Postera autem die, apertis portarum repagulis, Attilæ Procer gressi sunt Aurelianis. Sorteque ad dividendum populum missa, onerabat plaust numera de plebis capta substantia. Jubens crudelis impietas, ut immineret su dura captivitas. Cúmque sanctus Anianus populum ammoneret, ut nec sic qu desperarent de Domino, nihilque esse Deo invalidum, qui suos tueri prævalet sub momento: repentè more prophetico sanctus Anianus est translatus à Dor atque in eodem loco, ubi Aiecius Patricius cum suo degebat exercitu, secu

* *al.* Torismodo. riter Torsomodo * Rege Gothorum, ostensus militi talia dedit mandata Pa » Vade, inquit, & dic filio meo Aiecio, quia si hodie ad civitatem adesse d » rit, venire jam crastina nihil proderit. » His dictis, statim recessit. Et quia divi tute hoc opus actum fuerat, miles sapiens recognovit. Statimque ad Aieciur gens, rem per ordinem pandit. Tunc ille lætus redditus, & victoria jam sec utpote divina revelatione commonitus, unà cum Theodoro & Torsomodo bus, vel suo ac Gothorum exercitu, equum ascendit, ac concitus pergit. Ne ra, Aurelianis pervenit, hostes imparatos repperit. Tantæque cædis stragem sup exercuit, ut nulli dubium fieret, quin meritis Aniani Pontificis flexus ad mise diam Dominus Rex cælestis vindictam hanc exerceret per suos satellites, qu nore ditaverat Regiæ dignitatis. Itaque alii succubuerunt gladiis, alii coacti tradebant se gurgiti Ligeris, sortituri finem mortis. Sanctus verò Anianus plur suam precem eripuit, quos coram se trucidandos aspexit; reddens scilicet bo malis, multi ne morerentur obtinuit, nisi quos repentinus hostium furor op Reliqua pars Hunorum, quæ ibidem prostrata non cecidit, fugæ præsidium exp donec judicante Domino, in loco qui vocatur Mauriacus, trucidanda gladii tis sententiam expectaret.

EX VITA S. LUPICINI ABBATIS JUREN

Auctore Monacho Condatescensi coævo.

Apud Bollandianos XXI. *Martii.*

N. 7. LUPICINUS quadam vice dum pro afflictione pauperum, quos person dam honore dignitatis aulicæ tumens, vi persuasionis, illicitæ servituti subdiderat, coram viro illustri Galliæ quondam Patricio (a) Hilperico, sub tionis regiæ jus publicum tempore illo redactum est, assertione piissima Dei f nititur defensare..... Tantoperè est memoratus Patricius veritatis audacia dele ut hoc, adstantibus aulicis, ita divino judicio accidisse, exemplis multis ac dispositione firmaret. Mox verò vigoris regii sententiâ promulgatâ, liberos libertati, & Christi famulum, oblatis ob necessitatem fratrum vel loci mun honorificè fecit ad (b) Cœnobium repedare.

N. 8. (c) Vir quondam illustris Agrippinus, sagacitate præditus singulari, atque ob tatem militiæ sæcularis Comes Galliæ à Principe constitutus, per Ægidium (Magistrum militum callida malitiosaque apud Imperatorem arte fuerat obfu eò quòd Romanis fascibus lucens, barbaris proculdubio favere, & subreptio destina provincias à publica niteretur ditione dejicere: eumque, ut diximus quàm posset in communis puritatis assertione veris falsa prosternere, nidori accusatione turpaverat. Mox præcepta Imperatoria inflammata præcipiunt, publicæ inimicum Romam regia severitate plectendum, Magister militum cusaverat, destinaret. Intereà memoratus Agrippinus de caussa ad præsens

(a) Paulò inferiùs idem Auctor vocat *Hilpericum*, *virum singularis ingenii & præcipuæ bonitatis.* Chilpericus Burgundionum Rex, cujus Regia Geneva erat, Magisterio militum in Gallia fungebatur, teste Sidonio lib. 5. Epist. 6. Is fuit Gundicarii Burgundionum Regis filius, Gundeuci frater, non filius. Huic Gundeuco filius quoque fuit, Chilpericus nomine, qui Lugduni regnavit, pater Chlotildis Clodovei uxoris.

(b) Hoc Cœnobium primùm appellabatur Condatescense, postea S. Eugendi, denique S. Claudii dictum, quam ultimam appellationem hodieque servat.

(c) Hæc narratio valde diversa est ab refert Idatius in Chronico. Anonymus Au S. Lupicini Ægidium vituperat, laudat Id Agrippinum reum, ille innocentem declar

(d) Hæc accidisse anno 464. imperante S tat Pagius ad hunc annum Num. 7. Veri Dubos Hist. Crit. Monarchiæ Francicæ ha ad tempora Majoriani, qui anno 461. obii turque Ægidium non potuisse hanc accusa Severum deferre, quem nunquam pro I habuit.

Digitized by Google

A muſſitatione quadam leviter titillatus, ad Comitatum ſub quadam cuſtodia cogitur properare. Cúmque adhuc in loco poſitus animos Principis æmulo in ſemet livore prævento, quorumdam, ut diximus, muſſitatione ſenſiſſet; reniti ac reclamare fortiter cœpit, non ſe omninò iturum, niſi is, qui clanculè accuſaverat, reum convicturus palam veniret in cominùs. At verò Ægidius non quidem econtrà ſermone confligere, ſed conſcientia conveniente ſubtrepidus, cœpit crebris ſacramentorum nexibus innocentiam Agrippini potiùs irretire quàm ſolvere: ſcilicet, non eum habere omninò quod metueret; quia neminem, videlicet perſonam inculpabilem, utique apud Principem nævo eum ſuggeſtionis inſigniſſe ſenſiſſet: ſed hoc ſolùm ſibi videri, ut ſi fuiſſet forſitan inſimulatus ab aliquo, magis ſuſpicionem creſcere faceret renitendo, quàm evidenter perfidam conſcientiam poterat abſtergere præſentatus. *Si ergo*, inquit Agrippinus, *mi Domine ac major Ægidi, nihil eſt quod illic metuam* B *accuſatus; obſecro, ut mihi ſanctus Dei ſervus Lupicinus, qui ad præſens adeſt, ex hoc, vice nobilitatis tuæ, fidejuſſor accedat. Fiat*, inquit Ægidius. Confeſtim apprehenſam Dei ſervi dexteram deoſculans, arrham fœderis tradidit accuſato.

Cúmque arrepto confectoque itinere ad Urbem maximam perveniſſet, confeſtim *N. 9.* Patricio juxta inſinuationem priſtinam præſentatus, aſcito quoque Senatu, quid in ſimulatorem partium Reipublicæ, quidve conjurato hoſtium dignè conveniret excipere, jam connexus conſulitur Imperator. Jubet ergò indiſcuſſum atque inauditum capitalem mox ſubire ſententiam. Sed Dei proculdubio nutu, imò ſervi ſui oratione conceſſum eſt, ne confeſtim indemnatus atque innocens ſecuri publica plecteretur. Ergo retrudi intereà jubetur in carcerem.....

Et ecce (a) audit quoſdam de Palatio viros triſtes ac trepidos conloquentes: *N. 10.* *Agrippinus namque iſte, qui effugit de carcere, proculdubio gravi coactus injuria, ad ir-* C *ruptionem Reipublicæ immiſſurus eſt barbaros.* Quo audito, & quia vultu habebatur incognitus, inſerit ſe pauliſper ac leviter conloquentibus, ac de iis quaſi indigena callidè explorans, confabulando perquirit; & inter hæc ex conſilio colloquia miſcens. *Quantò*, inquit, *meliùs fecerat Imperator, ſi hujuſmodi virum, etiamſi eſſet in accuſatione convictus, magis ſibi feciſſet pietatis beneficio debitorem, quàm indiſcuſſum & inconvictum ad id fortaſſis, quod falsò objectum fuerat, injuria inſtigante citaret.* At illi, *Hoc*, inquiunt, *Auguſtus ac Patricius omniſque Senatus, cur ita, ut dicis, factum non fuit, congemiſcunt.* At ille, *Et modò*, ait, *ſi reſpectus eſſet, evaderet? Sicubi*, inquiunt illi, *indagari invenirique poſſet, non ſolùm indemnis, verùm etiam ſublimatus honoribus & muneratus valde rediret ad propria, dummodò hoc metu Reſpublica ſolveretur ad præſens. Ut ſciatis*, inquit, *quia Agrippinus ille, inſimulatus nequiter, fugere quidem ad hoſtes potuit: ſed ſi reus eſt, optat convictus patefacta veri-* D *tate damnari: ite nunc quoque, nuntiate Imperatori ac Patricio, quia ecce hîc ſum ego Agrippinus.* At illi illicò complectuntur hebefacti hominem atque deoſculantur, & curſim ad palatium nuntium mittunt. Audiens namque alacrior redditur Imperator, vulgus omne verſa vice congaudet, ac voto vultuque mutato in melius jam lætatur. Senatus verò viciſſim ac rapidè rogatur: accurrit hinc inde confeſtim larga humanitas, ac crebra munuſcula abuſione abolitâ deſtinantur, allegato omnium in cauſſa minimè emendante cauſſidico. Nec mora, præſentatus Auguſto eſt, publicata accuſatione, ſuſpicione ſolutus eſt; atque ad Gallias repedans, hæc quæ retulimus, adito Chriſti ſervo, proſtratus gratias referens, coram omnibus retulit.

(a) Hæc audivit Agrippinus, divinitùs per preces B. Lupicini è carcere elapſus.

E

EX VITA SANCTI LUPICINI ABBATIS.

Auctore Gregorio Turonenſi.

Inter ejus Opera, edita Pariſiis in fol. 1699. Col. 1146.

IGITUR Lupicinus ab exordio ætatis ſuæ Deum toto requirens corde, litteris *N. 1.* inſtitutus, cùm ad legitimam tranſiiſſet ætatem, genitore cogente, cùm animi non præberet conſenſum, ſponſali vinculo nectitur. Romanus verò adhuc adoleſcentior, & ipſe ad Dei opus animum extendere cupiens, nuptias refutavit. Parentibus verò relinquentibus ſæculum, hi communi conſenſu eremum petunt; &

Digitized by Google

accedentes ſimul inter illa Jurenſis (a) deſerti ſecreta, quæ inter Burgu manniamque (b) ſita, Aventicæ adjacent civitati, tabernacula figunt, pro Dominum diebus ſingulis cum pſallentii modulamine deprecantur, vi dicibus quærentes herbarum.....

N. 2. Cúmque jam beati Eremitæ populis, ut diximus, publicati fuiſſe ſibi Monaſterium, quod Condatiſcone (c) vocitari voluerunt, in quo & in plana redactis, de laboribus manuum propriarum victum quære que fervor de Dei amore proximos locorum accenderat, ut congregata Dei multitudo ſimul habitare non poſſet: feceruntque iterum aliud Mo quo felicis alvearis examen inſtituerunt. Sed & his deinceps cum I ampliatis, tertium intra Alamanniæ terminum Monaſterium locaverunt

N. 5. Lupicinus autem jam ſenex factus acceſſit ad Chilpericum (d) rege Burgundiæ præerat. Audierat enim eum habitare apud urbem Janubam ingreſſus eſt portam, tremuit cathedra Regis, qui ea hora ad convivi exterritusque ait ſuis: Terræ motus factus eſt. Reſponderunt qui ade ſenſiſſe commotionis. Et ille: Occurrite quantociùs ad portam, ne fo verſari cupiens regno noſtro adſit, quaſi nociturus nobis: non enim ſ ſella contremuit. Qui protinùs concurrentes, offenderunt ſenem in & dixerunt Regi de eo. Qui ait: Ite, adducite eum in conſpectu m gam cujus ordinis homo ſit. Et ſtatim adductus ſtetit coram Rege dam Jacob coram Pharaone. Cui ille ait: Quis es, vel unde veniſti

* *Ed.* habes. opus tuum? vel quid neceſſitatis eges * ut venias ad nos, edicito. C ſum, inquit, Dominicarum ovium, quas cùm Dominus ſpiritalibus c niſtratione reficiat, corporalia eis interdum alimenta deficiunt. Ide tentiam veſtram, ut ad victus veſtituſque neceſſaria aliquid tribuatis. audiens ait: Accipite agros vineaſque, de quibus poſſitis vivere, veſtras explere. Qui reſpondit: Agros & vineas non accipiemus, ſe teſtati veſtræ, aliquid de fructibus delegate: quia non decet Mona bus mundanis extolli, ſed in humilitate cordis Dei regnum juſtitiam rere. At Rex cùm audiſſet hæc verba, dedit eis præceptionem, u trecentos modios tritici, ejuſdemque menſuræ numero vinum acci tum aureos ad comparanda fratrum indumenta. Quod uſque nunc bus capere referuntur.

(a) Sic appellatur à monte Jura, hodieque ſub hoc vel S. Claudii nomine celebre, inter Helvetios & Sequanos ſitum. Aventica urbs præcipua Helvetiorum, cujus ſedes Epiſcopalis Lauſannam tranſlata eſt. Fallitur, ut quidem exiſtimo, qui Aventicæ urbis rudera ſe inveniſſe nuper putavit haud procul à Monaſterio Jurenſi. *Ruinartius.*

(b) Alamannorum ſedes in Suevia trans Rhenum fuere: ſed poſteà trajecto Rheno regionem, quæ tunc ad Maximam Sequanorum pertinebat, ab illo fluvio ad Juram montem occuparunt: cui & Alamanniæ nomen fecerunt, de qua hîc Gregorius. Vide Sirmondum in Carm. 7. Apollinaris Sidonii. *Idem.*

(c) Vulgò Condateſcenſe appellatur, poſteà S. Eugendi, *S. Oyan*, qui fuit ejuſdem loci abbas, ac demum S. Claudii, quòd ille dimiſſo Veſontionenſi epiſcopatu huc ſeceſſerit, dictum eſt: quod nomen hodieque retinet, ac perſeverat cele dicti Ordine. Alterum monaſteriu ctum, jam pridem deſtructum eſt quæ parochialis eſt titulus. Denic comitatu Waldenſi diœceſis Lau ticenſis, ſæculo IX. labente S. abbatis regimini commiſſum fuit leydis patet, quæ ſæculo 5. Act. SS ſunt pag. 135. Dicitur *Romanum* bliotheca Cluniac. ſub quo nom eſt, vulgò *Romain-moutier*, in pa *ton de Berne*, in Helvetia prop *Neuf-chatel. Idem.*

(d) Is non erat, ut putavit chi Burgundionum Regis filius. tavimus ad primam Lupicini Vi

---

EX VITA S. EPIPHANII EPISCOPI TIC

Auctore B. Ennodio ejus diſcipulo.

Apud Bollandum 21. *Januarii.*

An. Chr. 474. *N.* 29. POST quem [Glycerium] ad regnum Nepos acceſſit. Tunc i loſæ alumnos (a) Getas, quos ferrea Euricus Rex dominatio orta diſſenſio eſt; dum illi Italici fines Imperii, quos trans Gallic rexerat, novitatem ſpernentes, non deſinerent inceſſere; è diverſ

(a) Id eſt, Viſigothos, quorum Rex Euricus Arvernos oppugnabat, & regni ſui limitem per Romani Imperii fines promovebat. Epiſt. 6.

Digitized by Google

A uſum præſumtio maleſuada duceretur, diſtrictiùs cuperet commiſſum ſibi à Domino regnandi terminum vindicare. Hinc utrimque litium cœperunt fomenta conſurgere; & dum neutræ partes conceptum tumorem vincendi ſtudio deponunt, ſic exſuperabat cauſſa diſcordiæ. Attigerat jam beatiſſimus vir [Epiphanius] octavum in ſacerdotio annum, cùm repentè Nepotis animum ſubmovendæ diſſenſionis amor infudit, ut repulſo ſimultatis veneno, ſervaret inter Reges caritas, quod tueri arma vix poterant..... Seritur de ordinanda legatione ſermo: in beatiſſimum virum Epiphanium mentes omnium & oculi diriguntur.

Tali exercitio ſe macerans, Toloſanam, in qua Euricus tunc Rex degebat, urbem ingreſſus eſt [Epiphanius:] quem jam prævia opinio Gallorum auribus qualis eſſet, intimaverat; ſacerdotibus præcipuè ejuſdem regionis, quos attonitos de advenientibus inquiſitio profunda ſollicitat. Erat prætereà eadem tempeſtate conſilio- *N. 31.*
B rum moderator & arbiter (a) Leo nomine, quem per eloquentiæ meritum non una jam declamationum palma ſuſceperat, qui cum ſummo gaudio adventum Pontificis indicavit notitiæ publicæ. Evocatur ex tempore Regi præſentandus Antiſtes; ad quem illicò ut ingreſſus, vidit, ſalutavit, aggreſſus eſt.....

Taliter fertur ad Interpretem Rex locutus..... Accipe nunc fidem, & pro Ne- *N. 32.*
pote pollicere quòd ſervet intemeratam concordiam, quoniam te promiſſiſſe juraſſe *An. Chr. 475.*
eſt. His dictis, inito etiam pactionis (b) vinculo, verendus Pontifex vale dicto diſceſſit. Ad quem ſtatim precatorum turba dirigitur, ut ſecuturo die Regis epulis intereſſet: quem ille jam compererat jugiter per ſacerdotes ſuos polluta habere convivia. Cui excuſavit, dixitque ſibi non eſſe in more poſitum alienis aliquando prandiis veſci: perindie ſe magis velle proficiſci. Quod conſtitutum maturavit implere; & Toloſam tantis comitantibus egreſſus eſt, ut penè deſerta urbs, diſcedente no-
C ſtro Pontifice, cerneretur. Tantos enim in brevi devinxerat ſibi caritate ſincera, ut captivitatem flerent, quos apud patriam remanere neceſſitas conſtringebat. Inde tamen regrediens, ſingula ſanctarum habitationum loca viſitavit. Medianas inſulas (c) Stœchadas, Lerum, ipſamque nutricem ſummorum (d) montium planam Lerinum adiit

(a) Ad eum ſcripſit Sidonius Epiſt. 22. lib. 4. & Epiſt. 3. lib. 8.

(b) Ex fœdere pacis ab Epiphanio cum Eurico initæ, Arverni Gothis, à quibus vi capi non potuerant, dedi juſſi ſunt.

(c) Stœchades inſulæ ſitæ ſunt in ora Maſſilienſi; *Lerus* & *Lerinus* è regione Antipolis. Omnes olim refertæ Cœnobiis ac Cellulis Monachorum; quod teſtantur Collationes Caſſiani.

D (d) Per montes intelligit eminentes ac magnæ ſanctitatis Monachos, Abbates, Epiſcopos. Eodem ſenſu de Lerino loquitur Sidonius in Euchariſtico ad Fauſtum, verſu 109.

Fratribus inſinuans, quantos illa inſula plana
Miſerit in cælum montes.

Ita etiam Cæſarius in Homilia 25. *Beata & felix inſula Lirinenſis, quæ cùm parvula & plana eſſe videatur, innumerabiles tamen montes ad cælum miſiſſe cognoſcitur. Lerus* nunc inſula S. Margaritæ, *Lerinus* inſula S. Honorati vocatur.

EX LIBELLO PAULI DIACONI DE EPISCOPIS METTENSIBUS.

Apud Freherum in Corpore Hiſtoriæ Francicæ.

ACCEPIT deinde tertius-decimus venerandus Præſul Auctor gubernandam *Pag. 173.*
Eccleſiam ea tempeſtate, quando non ſolùm Gallia, ſed univerſus penè Occidens barbarorum ſævientium eſt perpeſſus ſævitiam. De quo viro, quamvis &
E alia ab eo inſignia facta credantur, duo tantùm ad noſtram memoriam ejus miracula pervulgata ſunt. Eo igitur tempore cùm reverendus hic Præſul vitam cunctis virtutibus decoratam duceret, ATTILA Rex Hunnorum omnibus belluis crudelior, habens multas barbaras nationes ſuo ſubjectas dominio, poſtquam (a) Gundi- *An. Chr. 436.*
garium Burgundionum Regem ſibi occurrentem protriverat, ad univerſas deprimendas Gallias ſuæ ſævitiæ relaxavit habenas. Hujus adventu B. Servatius Tungrorum Epiſcopus præcognito, Romam ad beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſacratiſſima corpora perrexit, ut per eorum ſublime meritum ſpecialiter à Domino impetraret, quatenùs iræ ſuæ indignationem averteret, & Tungrenſis urbis populum à tanto exitio liberaret. Tunc ei divinitus per eumdem B. Petrum Apoſtolum revelatum

(a) Paulus nonniſi ex occaſione hîc loquitur de Burgundionum cæde, quæ præludium quoddam fuit eorum, quæ anno 451. egit in Gallia Attila.

Digitized by Google

eſt, quòd ita cæleſti eſſet judicio definitum, ut univerſa Gallia barbarorum foret A
infeſtationi tradenda, præter B. Stephani Levitæ & protomartyris ſitum apud Met-
* Oratorium. tis * Oraculum, in quo ipſius erat pretioſus cruor abſque corruptionis labe recon-
ditus.

An. Chr. 451. Hæc dum B. Servatio revelata fuiſſent, feſtinus ad Gallias repedavit: invenit-
* ab obſidio- que jam Hunnorum examina per univerſas Gallias debacchari. Qui cùm * ad ob-
ne. ſidionem Mettenſium, pro eo quòd eorum civitatem inexpugnabilem ob murorum fortitudinem cernerent, receſſiſſent; contigit B. Servatium ipſo tempore, dum à Roma reverteretur, Mettis devenire. Qui dum univerſa, ſicut revelatione didicerat, ſancto Conſacerdoti ſuo Auctori retuliſſet, ad civitatem propriam, hoc eſt Tungris, reverſus eſt. Nec mora, poſt ejus egreſſionem murus civitatis Mettenſis corruit, ingreſſumque hoſtibus ſuperna diſpoſitione patefecit. Mox verò B. Auctor traditam civitatem inimicorum gladiis advertens, univerſos parvulos, qui necdum B
ſacri fontis ablutionem perceperant, batipſari præcepit. Igitur audientes Hunni, qui duodecimo exinde milliario ſitum caſtrum, quod Scarponna (a) dicitur, obſidebant, Mettenſis urbis mœnia corruiſſe, iteratò ad eam feſtina celeritate regreſſi ſunt; incendiiſque & rapinis univerſa vaſtantes, plures è civibus cum eis, qui baptiſati fuerant, parvulos interemerunt: reliquos verò, qui exitio ſupereſſe poterant, ſimul cum S. Auctore Epiſcopo captivos abducunt. Impletum ſanè eſt ſuper beati Stephani Levitæ & protomartyris domicilio, quod à beatiſſimo Petro apud Romam Chriſti famulo Servatio fuerat antè prædictum. Nam cùm eamdem Baſilicam procul furentes barbari adſpicerent, ad eam curſim, quaſi opima ſpolia captaturi, properabant; cúmque propiùs accederent, eorum oculis velut ingens ſaxum ac moles ſolida apparebat. Quam cùm cæcati mentibus, manibus per gyrum palparent, aditumque ingrediendi quærerent, nihil omninò eis aliud quàm naturalis ſaxi durities videbatur. C
Denique ſæpius abſcedentes, rurſúmque revertentes, cùm ſe nihil proficere cernerent, tandem fatigati diſceſſerunt, ſuæque iniquitatis effectu fruſtrati ſunt.....

Igitur exinde hoſtes dum ad oppidum quod appellatur Decempagos (b), quod à Mettenſi urbe triginta millibus abeſt, perveniſſent; quia Deo noſtro ſemper de ſuis ſervulis cura eſt, & in ira miſericordiam (ſicut ait Pſalmiſta) non continet; tantæ ſubitò eoſdem Hunnos tenebræ circumvallaverunt, ut quid agerent, vel quò ſe verterent, omninò neſcirent. Tunc cauſam tantæ calamitatis, ut in tali re opus erat, ſollicitè inquirentes, ab uno ex captis, quos ducebant, audiunt, quia propter ſervum cæleſtis Domini Auctorem Epiſcopum, quem in captivorum numero ſe vidiſſe dicebat, talia paterentur. Mox igitur facta inquiſitione, B. Auctorem reperiunt: quem dum percunctarentur, quid in munere vellet accipere, ut à tanto eos periculo liberaret, ille ad hæc reſpondit, ſibi nullum aliud gratius poſſe munus offerri, D
quàm ſi omnes, quos ducebant captivos, ſinerent ad propria remeare. Quod ſi facerent, promittit ſe ſine dubio à ſuo Domino impetraturum, ut ab illis, quibus tenebantur, tenebris eruerentur. Factumque eſt. Et mox in univerſo ſuo Hunni exercitu captivos quos ducebant requirentes, eos B. Auctori reddiderunt: à ſuis (ut eis promiſſum fuerat,) ceſſantibus tenebris, luce reddita, anguſtiis liberati ſunt. Sicque venerabilis Chriſti famulus, dum ad modicum in captivorum ſorte deputatus eſt, multos pariter à captivitate reſolvit. O quantùm potiori gloria de reductis iſte civibus triumphavit, quàm crudeles barbari, qui eos anteà quaſi victores abduxerant, triumphare potuiſſent!

(a) *Scarponna* inter Tullum & Divodorum ponitur in Itinerario Æthici, in itinere à Durocortoro Divodurum, à Tullo X. à Divoduro XII. millibus paſſuum diſtans. In Tabula Peutingeriana ejus fit mentio. Vicus nunc eſt ad Moſellam, inter Tullum Leucorum & Divodurum Mediomatricum poſitus, Montioni ſeu Ponti Montionenſi proximus; incolis & accolis *Sanponne* vulgò dictus, noſtris *Scarpeigne* aut *Carpeigne*, nomine ad *Scarponnam* magis, quàm incolarum vocabulo, accedente. Jovinus *prope locum Scarponnam* multos Alamannos incautos interfecit, uti Ammianus in libro XXVII. ſcribit. *Hadr. Valeſius in Not. Gall. pag.* 508.

(b) *Decempagos* dixere, quoniam decem pagi vel vici in unum conjuncti erant. Vulgò *Dieuze* appellamus; Germanicæ linguæ populi *Duoſe in Lotringen*, nomine *ad-Duodecimum* magis referente, vocant. Hujus loci meminit Tabula Theodoſiana: meminit & Itinerarium quod Æthici nuncupatur, ac inter Tabernas & Divodurum *Decempagos* ponit, à Tabernis XX. à Divoduro totidem millibus paſſuum diſtantes. *Idem ibid. pag.* 170.

Digitized by Google



EXCERPTA
EX
PHILOSOPHIS,
ORATORIBUS,
POETIS ET ALIIS,
DE GALLIS.

EX ARISTOTELE. *Tom. I.*

Edit. Paris. in fol. an. 1619.

EX LIBRO I. METEOROLOGICORUM.

A Ἐκ δὲ τῆς Πυρήνης (τοῦτο δέ ἐστιν ὄρος πρὸς δυσμὴν ἰσημερινὴν ἐν τῇ Κελτικῇ) ῥέουσιν ὅ τε Ἴστρος καὶ ὁ Ταρτησσός. Ὁ δὲ Ῥοδανὸς ποταμὸς ναυσιπέρατός ἐστιν.

EX Pyrenæo (hic mons est Celticæ regionis, æquinoctialem occasum spectans) Ister & Tartessus defluunt. Rhodanus fluvius nonnisi navigio transmitti potest. Cap. 13.

EX LIBRO DE MUNDO.

[Ὠκεανὸς] τρία ποιεῖ πελάγη, τό τε Σαρδώνιον, καὶ τὸ Γαλατικὸν καλούμενον, καὶ Ἀδρίαν.

OCEANUS tria maria efficit, Sardoum, Gallicum & Adriam. Cap. 10.

EX LIBRO II. DE GENERAT. ANIMAL.

B Ψυχρὸν τὸ ζῶον ὁ ὄνος ἐστί· διόπερ ἐν τοῖς χειμερινοῖς οὐ θέλει γίνεσθαι τόποις, διὰ τὸ δύσριγον εἶναι τὴν φύσιν, οἷον περὶ Σκύθας καὶ

FRIGIDUM animal asinus est: quamobrem locis frigidis gigni non potest, utpote sua natura impatiens frigoris, velut apud Scythas & eorum finitimos. Cap. 25.

Digitized by Google

Nec apud Gallos, qui ſupra Hiſpaniam A colunt, genus id animalis eſt: nam ea quoque regio frigida eſt.

ἢ ὅμορον χώραν, ὑφ' ᾗπερ (a) Κελτοὶ τὴν ὑπὲρ τ Ιβηρείας· ψυχρὰ γὰρ καὶ αὕτη ἡ χώρα.

EX LIBRO DE MIRAB. AUSCULTATIONIBUS.

Pag. 1157. APUD Celtas venenum reperiri tradunt, quod toxicum ipſi appellant, tanta celeritate inficiens, ut venatores Celtæ, cùm cervum aut quodpiam aliud animal jaculo percuſſerint, feſtinatò adcurrant, carnemque vulneratam exſecent, ne veneno promeante animal putrefiat, alimentoque inutilis caro reddatur. Verùm inventum eſſe aiunt antidotum corticem quercinam, aut, ut volunt alii, folium quod *corvinum* ab ipſis appellatur, inde nimirum quòd obſervatione compertum ſit, corvum ex guſtato veneno malè affectum folium illud adiiſſe, moxque ut glutiviſſet, doloribus liberatum eſſe. In Iberia aiunt combuſtis aliquando à quibuſdam paſtoribus ſilvis, calenteque ex ignibus terra, manifeſtò argentum defluxiſſe; cúmque poſtmodùm terræ motus ſuperveniſſent, eruptis hiatibus magnam copiam argenti ſimul collectam fuiſſe: atque inde etiam Maſſilienſibus proventus non vulgares obtigiſſe.

Φασὶ δὲ παρὰ τοῖς Κελτοῖς φάρμακον ὑπάρχειν τὸ καλούμενον ὑπ' αὐτῶν τοξικόν· ὃ λέγουσιν οὕτω ταχεῖαν ποιεῖν τὴν φθοράν, ὥστε τοὺς Κελτοὺς τοὺς κυνηγέτας, ὅταν ἔλαφον ἢ ἄλλο τι ζῷον τοξεύσωσιν, διϊππεύοντας ἐκ πολλῆς ἐκτέμνειν τοῦ σαρκὸς τὸ πεπληγμένον, πρὶν τὸ φάρμακον μὴ (b) διαδῦναι, ἅμα μὲν τοῦ περισῶσαι ἕνεκα, ἅμα δὲ ὅπως μὴ σαπῇ τὸ ζῷον. εὑρῆσθαι δὲ τούτῳ λέγουσιν ἀντιφάρμακον, τὴν τοῦ δρυὸς φλοιόν· οἱ δ' ἕτερόν τι (c) φύλλον, ὃ καλοῦσι κοράκιον, διὰ τὸ καταπεπόσθαι ὑπ' αὐτῶν κόρακα γευσάμενον τοῦ φαρμάκου, μὴ κακῶς διαπεπλεγμένον, ὅτι τὸ φύλλον ὁρμήσαντα πεῖσαι, καὶ καταπίνοντα, παύσασθαι τοῦ ἀλγηδόνος. ἐν τῇ Ιβηρίᾳ λέγουσι τοῦ δρυμοῦ ἐμπεπρησθέντος ὑπό τινων ποιμένων, καὶ τῆς γῆς διαθερμανθείσης ὑπὸ τῆς ὕλης, φανερῶς ἀργύρῳ ῥεῦσαι τὴν χώραν, καὶ μυρίον χρόνον σεισμοῦ διηνεκοῦς, καὶ τῶν τόπων ῥαγέντων, πλάμπληθες συμβλῆναι ἀργύριον· ὃ δὴ καὶ τοῖς Μασσαλιώταις πρόσοδον ἐποίησεν οὐ τὴν τυχοῦσαν.

Pag. 1158. In regione Maſſilienſium circa Ligyſticam lacum eſſe aiunt, qui ebulliens effuſuſque piſcium multitudinem immenſam, verique fidem ſuperantem ejiciat. Cæterùm flantibus eteſiis, ſolum ab eo operiri, & tantum ibi pulverem excitari, ut ejus ſuperficies ſolida efficiatur inſtar ſoli: indigenas autem tridentibus pertundentes, facilè inde piſces, quotquot voluerint, extrahere.

Ἐν τῇ τῶν Μασσαλιωτῶν χώρᾳ πρὸς τῇ Λιγυστικῇ φασὶν εἶναί τινα λίμνην, ταύτην δὲ ἀναζεῖν καὶ ὑπορρεῖσθαι, καὶ τοσούτους ἰχθῦς ἐκβάλλειν τὸ πλῆθος, ὥστε μὴ πιστεύειν. ἐπειδὰν δὲ οἱ ἐτησίαι πνεύσωσιν, διϊππεύεσθαι τὸ ἔδαφος ἐπ' αὐτῆς, καὶ τοιοῦτον κονιορτὸν γίνεσθαι αὐτόθι, καὶ ἀποστερεῦσθαι τὴν διαφάνειαν αὐτῆς, ὥσπερεὶ ἔδαφος· τοῖς δὲ περιοδεύουσι διορύττοντας τοὺς ἐγχωρίους, ἐτοίμως ὅσους ἂν βούλωνται ἰχθύας ἐξαίρειν ἐξ αὐτῆς.

EX LIBRO III. DE MORIBUS. *Tom. II.*

Cap. 10. APPELLARI quis poterit vel inſanus, vel doloris expers, ſi nihil metuat, neque terræ motum, neque procellas, quales aiunt eſſe (d) Celtas.

Εἴη δ' ἂν τις μαινόμενος ἢ ἀνάλγητος, εἰ μηδὲν φοβοῖτο, μήτε σεισμὸν, μήτε τὰ κύματα, καθάπερ φασὶ τοὺς Κελτούς.

EX LIBRO III. EUDEMIORUM.

Cap. 1. CELTÆ ſumtis armis occurrunt fluctibus.

Οἱ Κελτοὶ πρὸς τὰ κύματα ὅπλα ἀπαντῶσι λαβόντες.

(a) Regio, quam Galli incolunt ſupra Hiſpaniam, Narbonenſis eſt provincia & Aquitania, ubi certè naſcuntur aſini, & quidem optimi: nec iſtæ provinciæ frigidæ ſunt.

(b) Leg. διαδῦναι. *Sylburgius.*

(c) Fortè φυτὸν, & mox iterum, ἐπὶ τὸ φυτόν. *Idem.*

(d) Veteres tantam amplitudinem regioni Celticæ tribuunt, ut quæ de Celtis narrant, ea omnia Gallis adſcribere non auſim. Illud ſemel annotaſſe ſufficiat.

Digitized by Google

EX LIBRO II. DE REPUBLICA.

Αναγκαῖον ἐν τῇ τοιαύτῃ πολιτείᾳ τιμᾶσθαι A τὴν πλοῦτον, ἄλλως τε κἂν τυγχάνωσι γυναικοκρατούμενοι, καθάπερ τὰ πολλὰ τῶν στρατιωτικῶν καὶ πολεμικῶν γενῶν ἔξω Κελτῶν, ἢ κἂν εἴ τινες ἕτεροι φανερῶς τετιμήκασι τὴν πρὸς τοὺς ἄρρενας συνουσίαν.

NECESSE est in tali reipublicæ administrandæ forma plurimi fieri divitias, maximè si viri imperio mulierum subjecti sint, quemadmodum multæ militares & bellicosæ nationes præter Celtas, & si qui alii palam concubitum cum masculis in honore habuerunt. Cap. 9.

EX LIBRO V. DE REPUBLICA.

Οτὲ μὲν γὰρ ἐξ αὐτῶν τῶν εὐπόρων, οὐ τῶν ὄντων δ' ἐν τῇ ἀρχαῖς, γίγνεται κατάλυσις, ὅταν ὀλίγοι σφόδρα ὦσιν οἱ ἐν τῇ τιμᾷς· οἷον ἐν Μασσαλίᾳ, καὶ ἐν Ιστρῳ, καὶ ἐν Ηρακλείᾳ, καὶ ἐν ἄλλαις πόλεσι συμβέβηκεν. οἱ γὰρ μὴ μετέχοντες τῶν ἀρχῶν ἐκίνουν, ἕως μετέλαβον οἱ πρεσβύτεροι πρότερον τῶν ἀδελφῶν, ὕστερον δ' οἱ νεώτεροι πάλιν. οὐ γὰρ ἄρχουσιν, ἐνιαχοῦ μὲν ἅμα πατήρ τε καὶ υἱὸς, ἐνιαχοῦ δὲ ὁ πρεσβύτερος καὶ ὁ νεώτερος ἀδελφός. καὶ ἔνθα μὲν πολιτικωτέρα ἐγένετο ὀλιγαρχία, ἐν Ιστρῳ δὲ εἰς δῆμον ἀπετελεύτησεν, ἐν Ηρακλείᾳ δ' ἐξ ἐλαττόνων εἰς ἑξακοσίους ἦλθε.

INTERDUM ab ipsis divitibus, non iis tamen qui magistratus gerunt, nascitur oligarchiæ interitus, cùm valde pauci sint ii qui honores obtinent: ut Massiliæ, Istri, Heracleæ, & in aliis urbibus accidit. Nam qui magistratuum participes non erant, rebus novandis studuerunt, donec participes facti sunt, fratres quidem majores natu priùs, posteriùs verò iterùm minores. Non enim simul magistratum obtinent in nonnullis locis pater & filius; in quibusdam frater natu major & natu minor. Atque Massiliæ quidem oligarchia facta est civilior, Istri verò in democratiam evasit; at Heracleæ à paucioribus ad sexcentos translata est. Cap. 6.

EX LIBRO VI. DE REPUBLICA.

Τὴν δὲ μετάδοσιν [δεῖ] γίνεσθαι τῷ πλήθει τῶν πολιτεύματος, ἤτοι, καθάπερ εἴρηται πρότερον, τοῖς τὸ τίμημα κτωμένοις· ἢ, καθάπερ Θηβαίοις, ἀποσχομένοις χρόνον τινὰ τῶν βαναύσων ἔργων· ἢ, καθάπερ ἐν Μασσαλίᾳ, κρίσιν ποιουμένους τῶν ἀξίων τῶν ἐν τῷ πολιτεύματι, καὶ τῶν ἔξωθεν.

REIPUBLICÆ administratio cum multitudine communicari debet, aut, ut anteà dictum est, cum iis qui censi sunt; aut, quomodo Thebani faciunt, cum iis qui aliquandiu se ab illiberalibus artibus abstinuerunt; aut, quemadmodum fit Massiliæ, judicio facto de iis qui digni sunt, tum ex eorum numero qui in republica administranda versantur, tum ex iis qui à muneribus exclusi sunt. Cap. 7.

EX LIBRO VII. DE REPUBLICA.

Παρὰ πολλοῖς ἐστι τῶν βαρβάρων ἔθος, τοῖς μὲν εἰς ποταμὸν ἀποβάπτειν τὰ γιγνόμενα ψυχρὸν, τοῖς δὲ σκέπασμα μικρὸν ἀμπισχεῖν, οἷον Κελτοῖς.

MULTI barbari hunc morem habent, alii ut pueros simul atque nati sunt, in frigidum flumen immergant, alii ut brevi integumento vestiant, quod Celtæ faciunt. Cap. 17.

Digitized by Google

EX THEOPHRASTI ERESII OPUSCU

Edit. Lugduni Batav. in fol. an. 1613.

EX LIBRO DE LAPIDIBUS.

Pag. 393. EST aliud lapidum genus contraria natura, quod uri nequit; Carbunculus vocatur; ex quo & sigilla scalpuntur. Colore quidem rubro, carbonis verò ardentis specie, si ad solem ponatur; pretiosissimus, ut ita dicam: nam valde parvus quadraginta aureis æstimatur. Fertur hic Carthagine & Massilia.

Pag. 396. Eximiæ gemmæ raræ sunt, & in paucis locis: cujusmodi sunt, quæ Carthagine & Massilia importantur.

A Ἄλλο δέ τι γένος ἐστὶ λίθων, ὡ
ἐναντίων πεφυκὸς, ἄκαυστον ὅλ
θραξ καλούμενος· ἐξ οὗ καὶ τὰ σφραγίδ
φουσιν· ἐρυθρὸν μὲν τῷ χρώματι, πρὸς δὲ
τιθέμενον, ἄνθρακος καιομένου ποιεῖ χρ
μιώτατον δ' ὡς εἰπεῖν· μικρὸν γὰρ σφόδ
ταράκοντα χρυσῶν. ἄγεται δ' οὗτος ἐκ
δονος καὶ Μασσαλίας.

Οἱ περιττοὶ [λίθοι] σπάνιοι, καὶ ἐ
τόπων· οἷον ἔκ τε Καρχήδονος καὶ ἐ
Μασσαλίαν.

EX PLAUTO DE GALLIS.

Edit. Lugduni Batav. in 8°. 1645.

In Aulularia Act. 3. *Scen.* 5. *v.* 20.

EGo faxim muli, pretio qui superant equos,
Sient viliores Gallicis cantheriis.

In Casina Act. 5. *Scen.* 4. *v.* 1.

Ubi tu es, qui colere mores Massilienses postulas?

EX MARCO TULLIO CICERONE, DE GA

Edit. Parisiis in fol. 1577.

EX LIBRO I. RHETOR. AD HERENNIUM.

Pag. 7. An. U. C. 403. C. Popillius, cùm à Gallis obsideretur, neque effugere ullo modo poss cum hostium ducibus in collocutionem: ita discessit, ut impedimen queret, exercitum educeret.

EX LIBRO IV.

Pag. 43. NEC tam facilè ex Italia (a) materis transalpina depulsa est.

EX LIBRO II. DE INVENTIONE.

Pag. 96. An. U. C. 658. L. Licinius Crassus Consul quosdam in citeriore Gallia, nullo illustri, ne duce, neque eo nomine, neque numero præditos, ut digni essent qui hos Romani esse dicerentur: quòd tamen excursionibus & latrociniis infestan ciam redderent, consectatus est & confecit: Romam rediit; triumphum postulat.

(a) *Materis Transalpina*, id est Galli Transalpini: nam materis telum est quo utebantur Ga

Digitized by Google

A

EX LIBRO, QUI DICITUR BRUTUS.

[CRASSUS] voluit adoleſcens in colonia Narbonenſi cauſæ popularis aliquid attingere, eamque coloniam, ut fecit, ipſe deducere. Pag. 223. An. U. C. 635.

Id tu, Brute, jam intelliges, cùm in Galliam veneris: audies tu quidem verba quædam non trita Romæ: ſed hæc mutari dediſcique poſſunt. Pag. 225.

EX ORAT. PRO P. QUINTIO. *Tom. II.*

CUM veniſſent ad Vada Volaterana quæ nominantur, vident perfamiliarem Nævii, qui ex Gallia pueros venales iſti adducebat. Pag. 5.

B Expulſus atque ejectus è prædio Quintius, accepta inſigni injuria, confugit ad C. Flaccum (a) imperatorem, qui tum erat in provincia [Gallia.] Pag. 6. An. U. C. 670.

EX ORATIONE PRO M. FONTEIO.

REFERTA Gallia negotiatorum eſt, plena civium Romanorum. Nemo Gallorum ſine cive Romano quidquam negotii gerit: nummus in Gallia nullus ſine civium Romanorum tabulis commovetur..... Provinciæ Galliæ (b) M. Fonteius præfuit, quæ conſtat ex iis generibus hominum & civitatum, qui, ut vetera mittam, partim noſtra memoria bella cum populo Romano acerba ac diuturna geſſerunt: partim modò ab noſtris imperatoribus ſubacti, modò bello domiti, modò triumphis ac monumentis notati, modò ab Senatu agris urbibuſque multati ſunt: partim qui cum ipſo M. Fonteio ferrum ac manus contulerunt, multoque ejus ſudore ac labore ſub po- C puli Rom. imperium ditionemque ceciderunt. Eſt in eadem provincia Narbo Martius, colonia noſtrorum civium, ſpecula populi Rom. ac propugnaculum, iſtis ipſis nationibus oppoſitum & objectum. Eſt item urbs Maſſilia, de qua antè dixi, fortiſſimorum fideliſſimorumque ſociorum, qui Gallicorum bellorum pericula populo Rom. copiis (c) armiſque compenſarunt. Eſt prætereà numerus civium Rom. atque hominum honeſtiſſimorum. Huic provinciæ, quæ ex hac gentium varietate conſtaret, M. Fonteius, ut dixi, præfuit: qui erant hoſtes, ſubegit: qui (d) proximi fuerant, eos ex iis agris, quibus erant multati, decedere coëgit: cæteris, qui idcircò magnis ſæpe erant bellis ſuperati, ut ſemper populo Rom. parerent, magnos equitatus ad ea bella, quæ tum in toto orbe terrarum à populo Rom. gerebantur; magnas pecunias ad eorum ſtipendium; maximum frumenti numerum ad Hiſpanienſe bellum tolerandum imperavit. Is qui geſſit, in judicium vocatur: vos, qui in re tanta D non interfuiſtis, cauſam unà cum (e) populo Rom. cognoſcitis. Dicunt contrà, quibus invitiſſimis imperatum eſt: dicunt, qui ex agris ex (f) Cn. Pompeii decreto decedere ſunt coacti: dicunt, qui ex bello, cæde & fuga nunc primùm audent contra M. Fonteium inermem conſiſtere. Quid coloni Narbonenſes? quid volunt? quid exiſtimant? Hunc per vos volunt, ſe per hunc incolumes exiſtimant eſſe. Quid Maſſilienſium civitas? hunc præſentem iis affecit honoribus, quos habuit ampliſſimos: vos autem abſens orat atque obſecrat, ut ſua religio, laudatio, auctoritas aliquid apud veſtros animos momenti habuiſſe videatur..... Cn. Pompeius (g) maximus atque ornatiſſimus hiemavit in Gallia, M. Fonteio imperante. An. U. C. 679.

Crimen à Pletorio, Judices, ita conſtitutum eſt, Fonteio non in Gallia primùm veniſſe in mentem, ut portorium vini inſtitueret, ſed hac in Italia propoſita ratione, Pag. 220.

(a) Putat Sigonius C. Flaccum prætorem fuiſſe in Gallia ulteriore, ideoque imperatorem à Cicerone vocari, quia rem bene geſſerat.

(b) M. Fonteius, Gallia ulteriori per triennium adminiſtrata, Romam reverſus, poſtulantibus Gallis repetundarum accuſatur à Pletorio, defenditur à Cicerone, an. U. C. 684.

(c) Gruterus corrigit, *coriis remiſque.*

(d) Multi legendum cenſent, *qui proximè fuerant*, id eſt, qui paulò antè hoſtes fuerant.

(e) In antiquo libro eſt, *cum P R. cognoſcitis*, id eſt, *cum prætore. Faërnus.*

(f) Retinenda hæc lectio, non corrigendum, *ex M. Fonteii decreto*, ut nonnulli volunt. Nam Pompeius per Galljam Narbonenſem iter faciens in Hiſpaniam, populos rebellantes ſubegit. Ipſe in Epiſtola ad Senatum, quam refert Nonius, ſic loquitur: *Recepi Galliam, Pyrenæum*, &c. Cicero in Oratione pro Lege Manilia de virtutibus Pompeii verba faciens, hæc habet: *Teſtis eſt Gallia, per quam legionibus noſtris in Hiſpaniam iter Gallorum internecione patefactum eſt.* Cæſar lib. 1. de bello civ. Maſſilienſibus agros Volcarum Arecomicorum & Helviorum à Pompeio publicè fuiſſe conceſſos teſtatur. Plinius de Pompeii trophæis in Pyrenæo poſitis loquens lib. 7. cap. 26. *Excitatis*, inquit, *in Pyrenæo trophæis, oppida 876. ab Alpibus ad fines Hiſpaniæ ulterioris in ditionem redacta victoriæ ſuæ adſcripſit.* Cùm Alpes inter & Pyrenæos ſita ſit Gallia Narbonenſis, multi iſtius Provinciæ populi à Pompeio ſubacti, & agris mulctati ſunt.

(g) Illum ex Hiſpania expulerat Sertorius. In Epitome lib. 93. Livii, Sertorius coëgit *diverſas regiones petere, Metellum ulteriorem Hiſpaniam, Pompeium Galliam.*

Digitized by Google

Roma profectum. Itaque Titurium Tolosæ quaternos denarios in sing
phoras portorii nomine exegisse..... portorium esse exactum, si qui
qui vicus inter Tolosam & Narbonem est, deverterentur, neque Tolos

Pag. 221. Vos (a) Volcarum atque Allobrogum testimoniis non credere tim
si homines ipsos spectare convenit (id quod in teste profectò valere
bet) non modò cum summis civitatis nostræ viris, sed cum infimo c
quam amplissimus Galliæ comparandus est? scit (b) Indutiomarus, qu
nium dicere?..... An verò istas nationes religione jurisjurandi, ac
immortalium in testimoniis dicendis commoveri arbitramini? quæ ta
rum gentium more ac natura dissentiunt, quòd cæteræ pro religion
suscipiunt, istæ contra omnium religiones: illæ in bellis gerendis ab
bus pacem ac veniam petunt, istæ cum ipsis diis immortalibus bell
An. U. C. 474. sunt nationes, quæ quondam tam longè ab suis sedibus Delphos us
nem Pythium, atque ad oraculum orbis terræ vexandum ac spolia
sunt. Ab iisdem gentibus sanctis & in testimonio religiosis obsessum
An. U. C. 363. atque ille Jupiter, cujus nomine Majores nostri sanctam testimoni
voluerunt. Postremò his quidquam sanctum ac religiosum videri p
siquando aliquo metu adducti deos placandos esse arbitrantur, hun
rum aras ac templa funestant? ut ne religionem quidem colere possin
priùs scelere violarint. Quis enim ignorat, eos usque ad hanc die
immanem ac barbaram consuetudinem hominum immolandorum? Q
fide, quali pietate existimatis esse eos, qui etiam deos immortales
num scelere & sanguine facilè posse placari?..... An verò dubitati
insitas inimicitias istæ gentes omnes & habeant & gerant cum popu
sic existimatis eos hîc sagatos bracatosque versari animo demisso
solent ii, qui affecti injuriis ad opem judicum supplices inferioresqu
hil verò minùs. Hi contrà vagantur læti atque erecti passim toto f
dam minis, & barbaro atque immani terrore verborum: quod ego
derem, nisi aliquoties ex ipsis accusatoribus vobiscum simul, Ju
cùm præciperent, ut caveretis, ne, hoc absoluto, novum aliquod
concitaretur.

Pag. 223. Ita verò, si illi bellum facere conabuntur, excitandus nobis e
Marius, qui Indutiomaro isti, minaci atque arroganti, par in bel
sit: excitandus (d) Cn. Domitius, & Q. Maximus, qui nationes
reliquas suis iterum armis conficiat atque opprimat: aut, quod ja
potest, orandus nobis amicus meus M. Pletorius, ut suos novo
faciendo deterreat, ut eorum iratos animos, atque horribiles im
aut, si non poterit, M. Fabium subscriptorem ejus rogabimus, u
mos mitiget, quoniam apud illos Fabiorum nomen est amplissim

Pag. 224. Venit huic subsidio, misero atque innocenti, Massilienſium c
non solùm ob eam causam laborat, ut huic, à quo ipsa servata
referre videatur: sed etiam quòd ea conditione, atque eo fato se
catam esse arbitratur, ne quid nostris hominibus illæ gentes noc
pariter pro salute M. Fonteii Narbonensis colonia, quæ per hu
dione hostium liberata, nunc ejusdem miseriis ac periculis com
ut oportet bello Gallico, ut majorum jura moresque præscribunt,
qui sibi ulla excusatione utendum putet.

EX ORATIONE PRO A. CÆC

Pag. 239. An. U. C. 363. UNDE dejecti Galli? à Capitolio..... Non, opinor, eos in
aggressi erant, sed in Capitolium restitui oporteret.

(a) Editi, *Belgarum*. Faërnus ex codice restituit *Vulgarum*, partim quia Cæsar *Volgas* lib. 1. nominat *Allobrogum vicinos*, partim quia *Belgæ* hoc tempore nihil ad imperium populi Romani pertinebant. *Hottomannus*. Legendum *Volcarum*, uti emendatum est in melioribus editionibus Cæsaris. Sic enim à veteribus vocantur, non *Volgæ*. Volcæ hodie superior & inferior Languedocia. *Grævius*.

(b) Indutiomarus dux Allobrogum cæterorumque Gallorum, ut ait inferiùs ipse Cicero.

(c) Marius quartùm Consul Ambrones Teutonesque circa Aquas Sextias du
C. 651.

(d) Cn. Domitius an. U.
mus an. 632. cum Allobrog

(e) Cuniculum egisse Gal
Philip. 3. significat his verb
quod in templum ipse nescio
lum ascendit. Ea tamen de
alius scriptor commemorav
Gronovius conjicit Ciceron
cuniculum.

Digitized by Google

EX ORATIONE III. IN CATILINAM.

A Itaque ut comperi, Legatos Allobrogum, belli Transalpini, & tumultûs Gallici excitandi causa, à P. Lentulo esse sollicitatos, eosque in Galliam ad suos cives, eodemque itinere cum litteris mandatisque ad Catilinam esse missos, comitemque iis adjunctum Vulturcium, atque huic datas esse ad Catilinam litteras : facultatem mihi oblatam putavi, ut, quod erat difficillimum, quodque ego semper optabam à diis immortalibus, tota res non solùm à me, sed etiam à Senatu & à vobis manifestè deprehenderetur. Itaque hesterno die L. Flaccum & C. Pomtinum prætores, fortissimos atque amantissimos reipublicæ viros, ad me vocavi; rem omnem exposui; quid fieri placeret ostendi. Illi autem, qui omnia de Republica præclara atque egregia sentirent, sine recusatione ac sine ulla mora negotium susceperunt; & cùm advesperasB ceret, occultè ad pontem Milvium pervenerunt : atque ibi in proximis villis ita bipartitò fuerunt, ut Tiberis inter eos & pons interesset. Eodem autem & ipsi sine cujusquam suspicione multos fortes viros eduxerunt, & ego de præfectura Reatina complures delectos adolescentes, quorum opera utor assiduè in Republica, præsidio cum gladiis miseram. Interim tertia ferè vigilia exacta, cùm jam pontem cum magno comitatu legati Allobrogum ingredi inciperent, unáque Vulturcius; fit in eos impetus : educuntur & ab illis gladii & à nostris. Res erat prætoribus nota solis; ignorabatur à cæteris. Tum interventu Pomtini atque Flacci pugna, quæ erat commissa, sedatur. Litteræ, quæcumque erant in eo comitatu, integris signis, prætoribus traduntur : ipsi comprehensi ad me, cùm jam diluceseeret, deducuntur..... Introducti autem Galli, jusjurandum sibi & litteras à P. Lentulo, Cethego, Statilio ad suam gentem datas esse dixerunt; atque ita sibi ab his & à L. Cassio esse præscriptum, ut equitatum in Italiam quamC primùm mitterent; pedestres sibi copias non defuturas : Lentulum autem sibi confirmasse ex fatis Sibyllinis, haruspicumque responsis se esse tertium illum Cornelium, ad quem regnum hujus urbis atque imperium pervenire esset necesse..... Leguntur eadem ratione ad Senatum Allobrogum populumque litteræ. Si quid de his rebus dicere vellet [Lentulus], feci potestatem. Atque ille quidem primò negavit : pòst autem aliquantò, toto indicio exposito atque edito, surrexit : quæsivit à Gallis, quid sibi esset cum iis; quamobrem domum suam venissent; itemque à Vulturcio : qui cùm illi breviter constanterque respondissent, per quem ad eum, quotiesque venissent : quæsissentque ab eo, nihil-ne secum esset de fatis Sibyllinis locutus; tum subitò ille scelere demens, quanta vis conscientiæ esset, ostendit..... Quid vero? ut homines Galli ex civitate malè pacata, quæ gens una restat, quæ populo Rom. bellum facere & posse & non nolle videatur, spem imperii & rerum amplissimarum ultrò sibi à D patriciis hominibus oblatam negligerent, vestramque salutem suis opibus anteponerent : id nonne divinitus factum esse putatis?

Pag. 326. An. U. C. 690. Pag. 328. Pag. 330.

EX ORATIONE PRO L. MURENA.

An se in contrariam partem terrarum abdet [L. Murena,] ut Gallia Transalpina, quem nuper summo cum imperio libentissimè viderit, eumdem lugentem, mœrentem, exsulem videat? In ea porrò provincia quo animo C. Murenam fratrem suum adspiciet?

Pag. 353. An. U. C. 689.

EX ORATIONE PRO L. FLACCO.

E Neque verò te, Massilia, prætereo, quæ L. Flaccum militem quæstoremque cognosti : cujus ego civitatis disciplinam atque gravitatem non solùm Græciæ, sed haud scio an cunctis gentibus anteponendam dicam : quæ tam procul à Græcorum omnium regionibus, disciplinis linguaque divisa, cùm in ultimis terris cincta Gallorum gentibus, barbariæ fluctibus alluatur, sic optimatum consilio gubernatur, ut omnes ejus instituta laudare faciliùs possint, quàm æmulari.

Pag. 364.

EX ORAT. DE HARUSPICUM RESPONSIS.

Quàm volumus licet, P. C. ipsi nos amemus, tamen nec numero Hispanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos..... superavimus.

Pag. 431.

[Clodius] cum Murenâ se in Galliam contulit; in qua provincia mortuorum

Pag. 436.

Digitized by Google

An. U. C. 689. testamenta conscripsit, pupillos necavit, nefarias cum multis scelerum pactiones so- A
cietatesque conflavit.

EX ORAT. DE PROVINCIIS CONSULARIBUS.

Pag. 507. QUATUOR sunt provinciæ, P. C. de quibus adhuc intelligo sententias esse dictas:
An. U. C. 697. (a) Galliæ duæ, quas hoc tempore uno imperio videmus esse conjunctas; & Syria & Macedonia.

Pag. 510. Bellum in Gallia maximum gestum est: domitæ sunt à Cæsare maximæ nationes, sed nondum legibus, nondum jure certo, nondum satis firma pace devinctæ.

Pag. 512. Bellum Gallicum, P. C. Caio Cæsare imperatore gestum est, anteà tantummodò repulsum. Semper illas nationes nostri imperatores refutandas potiùs bello, quàm la-
An. U. C. 652. cessendas putaverunt. Ille ipse C. Marius, cujus divina atque eximia virtus populi B
Rom. luctibus funeribusque subvenit, influentes in Italiam Gallorum maximas copias repressit, non ipse ad eorum urbes sedesque penetravit. Modò ille meorum laborum,
An. U. C. 692. periculorum, consiliorum socius C. (b) Pomtinus, fortissimus vir, ortum repentè bellum Allobrogum, atque hac scelerata conjuratione excitatum, præliis fregit, eosque domuit qui lacessierant: & ea victoria contentus, republica metu liberata, quievit. C. Cæsaris longè aliam video fuisse rationem: non enim sibi solùm cum iis, quos jam armatos contra populum Rom. videbat, bellandum esse duxit; sed totam Galliam in nostram ditionem esse redigendam. Itaque cum acerrimis nationibus & maximis Germanorum & Helvetiorum præliis felicissimè decertavit: cæteras contrivit, compulit, domuit, imperio populi Rom. parere assuefecit; & quas regiones, quasque gentes nullæ nobis anteà litteræ, nulla vox, nulla fama notas fecerat, has noster imperator, nosterque exercitus, & populi Rom. arma peragrarunt. Semitam tantùm C
Galliæ tenebamus antè, P. C. cæteræ partes à gentibus aut inimicis huic imperio, aut infidis, aut incognitis, aut certè immanibus & barbaris & bellicosis tenebantur; quas nationes nemo unquam fuit, qui non frangi domarique cuperet: nemo sapienter de republica nostra cogitavit jam inde à principio hujus imperii, quin Galliam maximè timendam huic imperio putaret: sed propter vim ac multitudinem gentium illarum nunquam est anteà cum omnibus dimicatum. Restitimus semper lacessiti: nunc denique est perfectum, ut imperii nostri terrarumque illarum idem esset extremum. Alpibus Italiam munierat antè natura, non sine aliquo divino numine. Nam si ille aditus Gallorum immanitati multitudinique patuisset; nunquam hæc urbs summo imperio domicilium ac sedem præbuisset.

EX ORAT. PRO L. CORNELIO BALBO. D

Pag. 520. AT enim quædam fœdera exstant, ut Germanorum, Insubrium, Helvetiorum, Japidum, nonnullorum item ex Gallia barbarorum, quorum in fœderibus exceptum est, ne quis eorum à nobis civis recipiatur.....

Pag. 523. Quid? Massilienscm Aristonem Sylla [nonne civitate donavit?]

EX ORATIONE IN L. PISONEM.

An. U. C. 690. EGO provinciam Galliam, Senatûs auctoritate exercitu & pecunia instructam & ornatam, quam cum Antonio (c) communicavi, quòd ita existimabam tempora reipublicæ ferre, in concione deposui, reclamante populo Romano.

EX PHILIPPICA III. E

Pag. 609. NEC verò de virtute, constantia, & gravitate provinciæ Galliæ taceri potest: est enim ille flos Italiæ, illud firmamentum imperii populi Rom. illud ornamentum dignitatis. Tantus autem consensus est municipiorum coloniarumque provinciæ Galliæ, ut omnes ad auctoritatem hujus ordinis, majestatemque populi Rom. defendendam conspirasse videantur.

Pag. 613. Quódque [D. Brutus] provinciam Galliam citeriorem, optimorum & fortissimorum

(a) Unam vocat posteà ulteriorem, alteram citeriorem. *Illæ sententiæ virorum clarissimorum minimè probandæ sunt, quorum alter ulteriorem Galliam decernit cum Syria, alter citeriorem.*

(b) Pontinius, teste Salustio, Prætor fuit, Consule Cicerone, id est anno U. C. 690. Anno sequenti ex prætura Galliam Narbonensem sortitus est.

(c) Videtur legendum, *commutavi*: Macedoniam enim sortitus fuerat, quam cum Gallia, quæ Antonio obvenerat, commutavit. *Hottomanus.*

Digitized by Google

A virorum, amiciſſimorum populo Rom. civium, exercitumque in Senatûs poteſtate retineat, id eum exercitumque ejus, municipia, colonias provinciæ Galliæ rectè atque ordine, exque republica feciſſe & facere [Senatus exiſtimat.] An. U. C. 709.

EX PHILIPPICA IV.

LAUDATUR provincia Gallia, meritóque ornatur verbis ampliſſimis à Senatu quòd reſiſtat Antonio: quem ſi Conſulem illa provincia putaret, neque eum reciperet, magno ſcelere ſe adſtringeret. Pag. 614.

EX PHILIPPICA V.

B EST enim opinio, decreturum aliquem M. Antonio illam ultimam (a) Galliam, quam Plancus obtinet. Pag. 616. An. U. C. 710.

[M. Antonius] bellum intulit provinciæ Galliæ, circumſedit Mutinam, firmiſſimam & ſplendidiſſimam populi Rom. coloniam; oppugnat D. Brutum imperatorem, Conſulem deſignatum. Pag. 619.

Galliaque quæ ſemper præſidet, atque præſedit huic imperio libertatique communi, meritò veréque laudetur, quòd ſe ſuaſque vires non tradidit, ſed oppoſuit Antonio. Pag. 621.

EX PHILIPPICA VI.

AN ille id faciat, quod paulò antè decretum eſt, ut exercitum citra flumen Rubiconem, qui finis eſt Galliæ, educeret. Pag. 625.
C

EX PHILIPPICA VIII.

EGO te, cùm in Maſſilienſes tam es acerbus, Q. Fuſi, non animo æquo audio. Quouſque enim Maſſiliam oppugnabis? ne triumphus quidem finem facit belli? per quem lata eſt urbs ea, ſine qua nunquam ex Tranſalpinis gentibus majores noſtri triumpharunt. Quo quidem tempore populus Rom. ingemuit. Quamquam proprios dolores ſuarum rerum omnes habebant, tamen hujus civitatis fideliſſimæ miſerias nemo erat civis, qui à ſe alienas arbitraretur. Cæſar ipſe, qui illis fuerat iratiſſimus, tamen propter ſingularem ejus civitatis gravitatem & fidem, quotidie aliquid iracundiæ remittebat: te nulla ſua calamitate civitas ſatiare tam fidelis poteſt? Rurſùs jam me iraſci fortaſſe dices. Ego autem ſine iracundia dico, ut omnia, nec
D tamen ſine dolore: neminem illi civitati inimicum eſſe arbitror, qui amicus huic ſit civitati.....

Pag. 634. An. U. C. 710.

Galliam, inquit [Antonius,] Togatam remitto, Comatam poſtulo. Pag. 635.

EX PHILIPPICA XII.

QUID? Galliam quo tandem animo hanc rem audituram putatis? Illa enim hujus belli propulſandi, adminiſtrandi, ſuſtinendi principatum tenet. Gallia D. Bruti nutum ipſum, ne dicam imperium, ſecuta, armis, viris, pecunia belli principia firmavit: eadem crudelitati M. Antonii ſuum totum corpus objecit: exhauritur, vaſtatur, uritur: omnes æquo animo belli patitur injurias, dummodò repellat pericu-
E lum ſervitutis. Et, ut omittam reliquas partes Galliæ (nam ſunt omnes pares) Patavini alios excluſerunt, alios ejecerunt, miſſos ab Antonio: pecunia, militibus, &, quod maximè deerat, armis noſtros duces adjuverunt. Fecerunt idem reliqui, qui quondam in eadem cauſa erant, & propter multorum annorum injurias alienati à Senatu putabantur: quos minimè mirum eſt, communicata cum his Republica, fideles eſſe, qui etiam expertes ejus fidem ſuam ſemper præſtiterunt. His igitur omnibus victoriam ſperantibus pacis nomen afferemus, id eſt, deſperationem victoriæ? Quid, ſi ne poteſt quidem ulla eſſe pax? Quæ eſt enim conditio pacis, in qua ei, cum quo pacem facias, nihil concedi poteſt? Multis rebus à nobis ad pacem eſt invitatus Antonius; bellum tamen maluit: miſſi legati, repugnante me; ſed tamen miſſi: delata mandata; non paruit: denunciatum eſt, ne Brutum obſideret, à Mutina

Pag. 652. An. U. C. 710.

(a) In Philippica VII. de Antonio dicitur, *remittere eum nobis Galliam citeriorem, illam ultimam poſtulare.*

Digitized by Google

diſcederet, oppugnavit etiam vehementiùs. Et ad eum legatos de pace mittemus, A qui pacis nuncios repudiavit?

EX PHILIPPICA XIII.

Pag. 687. An. U. C. 710. CLARISSIMI viri legati, L. Paullus, Q. Thermus, C. Fannius..... nunciant, ſe Pompeii conveniendi cauſa divertiſſe Maſſiliam, eumque cognoviſſe paratiſſimo animo, ut cum ſuis copiis iret ad Mutinam.

Pag. 661. *Maſſilienſibus jure belli ademta reddituros vos pollicemini.* Nihil diſputo de jure belli: magis facilis diſputatio eſt quàm neceſſaria. Illud tamen animadvertite, Patres Conſcripti, quàm ſit huic Reipublicæ natus hoſtis Antonius, qui tantoperè eam civitatem oderit, quam ſcit huic Reipublicæ amiciſſimam.

Pag. 663. Is [Antonius] etiam queritur conditiones ſuas repudiatas, æquas quidem & verecundas, ut haberet Galliam ultimam, aptiſſimam ad bellum renovandum inſtruendumque provinciam; ut (a) Alaudæ in tertia decuria judicarent, id eſt, ut perfugium ſcelerum eſſet cum turpiſſimis Reipublicæ ſordibus. B

EX LIBRO VI. EPIST. AD FAMIL. *Tom. III.*

In Epiſtola ad Cæcinnam.

Pag. 63. An. U. C. 707. [CÆSAR] Caſſium ſibi legavit, (b) Brutum Galliæ præfecit.

EX LIBRO VIII. C

In Epiſt. 1. Cœlii ad Ciceronem.

Pag. 84. An. U. C. 702. QUOD ad Cæſarem, crebri & non belli de eo rumores; ſed ſuſurratores duntaxat veniunt: alius equitem perdidiſſe, quod opinor certè factum eſſe; alius ſeptimam legionem vapulaſſe: ipſum apud Bellovacos circumſideri, intercluſum ab reliquo exercitu.

EX LIBRO X.

In Epiſt. Planci ad Ciceronem 15.

Pag. 113. An. U. C. 710. In Iſara, flumine maximo, quod in finibus eſt Allobrogum, ponte uno die facto, exercitum ad quartum Idus Maias traduxi. Cùm verò mihi nunciatum eſſet, L. Antonium præmiſſum cum equitibus & cohortibus ad Forum Julii veniſſe; fratrem D cum equitum quatuor millibus, ut occurreret ei, miſi ad prid. Idus Maias.

In Epiſtola ejuſdem 17.

Pag. 114. An. U. C. 710. ANTONIUS Id. Maiis ad Forum Julii cum primis copiis venit. Ventidius bidui ſpatio abeſt ab eo. Lepidus ad Forum Voconii caſtra habet; qui locus à Foro Julii quatuor & viginti millia paſſuum abeſt.

In Epiſt. ejuſdem 23.

Pag. 117. Vale, octavo Idus Junias, (c) Cularone ex finibus Allobrogum. E

In Epiſt. Galbæ ad Ciceronem 30.

Pag. 120. Audita re Hirtius cum cohortibus viginti veteranis redeunti Antonio in ſua

(a) Nomen eſt legionis veteranorum nobiliſſimæ, quæ & in Galliis multa meruit ſtipendia, & à vocabulo etiam Gallico nomen accepit. *Abramius.* Vide Suetonium in Jul. Cæſare c. 24. Alaudæ Galli tranſalpini erant, quos Cæſar, victo Pompeïo, civitate donavit. *Manutius.*

(b) M. Brutum, qui poſteà conſpiravit cum Caſſio contra Cæſarem: illum autem præfecit Galliæ Ciſalpinæ, cùm ad bellum Africanum profecturus eſſet. *Corradus.*

(c) Vulgò edi ſolebat, *Civarone*, ſed legendum eſt, *Cularone. Cularo* nominatur in Tabula itineraria Peutingeri, & in Notitia Imperii, quæ Tribunum cohortis primæ Flaviæ Cularone in Sapaudia ſtationem habuiſſe docet. Unde Muri *Cularonenſes* hodieque leguntur in antiqua Inſcriptione portæ civitatis. Poſteà ab Imper. Gratiano dicta Gratianopolis.

Digitized by Google

A caſtra occurrit, copiaſque omnes ejus delevit fugavitque eodem loco, ubi erat pugnatum, ad Forum Gallorum. An. C. U. 710.

In Epiſt. Lepidi ad Ciceronem 35.

Continuis itineribus ad Forum (a) Vocontium veni; & ultrà, caſtra ad flumen Argenteum contra Antonianos feci..... Data XI. Kalendas Junias, ex caſtris, ex (b) Ponte Argenteo. Pag. 123. Eod. an.

EX LIBRO XI.

In Epiſt. D. Bruti ad Ciceronem 11.

B BIDUO ab (c) Allobrogibus & totius (d) Galliæ populis legatos exſpecto, quos confirmatos domum remittam. Pag. 128. Eod. an.

EX LIBRO XII.

In Epiſt. Ciceronis ad Caſſium 5.

SI [Brutus] ut ſperabamus, erupiſſet Mutina, nihil belli reliquum fore videbatur. Parvis omninò jam copiis obſidebatur, quòd magno præſidio Bononiam tenebat Antonius. Erat autem (e) Claternæ noſter Hirtius; ad (f) Forum Cornelium Cæſar; uterque cum firmo exercitu..... Præter Bononiam, Regium (g) Lepidi, Parmam, totam Galliam tenebamus ſtudioſiſſimam Reipublicæ. Tuos etiam clientes Tranſpa-
C danos mirificè conjunctos cum cauſa habebamus. Pag. 137. Eod. anno.

EX LIBRO XIII.

In Epiſt. Ciceronis ad Brutum 11.

[ARPINATIUM] omnia commoda, omneſque facultates, quibus & ſacra conficere, & ſarta tecta ædium ſacrarum locorumque communium tueri poſſint, conſiſtunt in his vectigalibus, (h) quæ habent in provincia Gallia. Ad ea viſenda, pecuniaſque quæ à colonis debentur exigendas, totamque rem & cognoſcendam & adminiſtrandam, legatos equites Romanos miſimus. Pag. 154. An. U. C. 708.

D

EX LIBRO XVI.

In Epiſt. Ciceronis ad Tironem 12.

FERUNTUR omninò conditiones ab illo [Cæſare], ut Pompeius eat in Hiſpaniam; dilectus qui ſunt habiti, & præſidia noſtra dimittantur: ſe ulteriorem Galliam Domitio, citeriorem Conſidio Noniano (his enim obtigerunt,) traditurum..... putabamuſque illum metuere, ſi ad Urbem ire cœpiſſet, ne Gallias amitteret, quas ambas habet inimiciſſimas, præter (i) Tranſpadanos Pag 193. An U. C. 704.

(a) Al. *Vocontii*; nonnulli verò legunt, *Vocontiorum*: fortaſſe legendum, *Voconii*, ut ſuprà in Epiſt. 17. *Corradus.* Forum *Vocontium* eſt *Vaſio*, caput Vocontiorum, hodie *Vaiſon*. *Grævius.*

E (b) Hic locus ita appellatus eſt à ponte amni *Argenteo* impoſito.

(c) Qui erant in provincia Bruti. *Manutius.*

(d) Ciſalpinæ: nam Tranſalpina ad Planci pertinebat imperium, excepta Narbonenſi, quam Cæſar cum ei finitima Hiſpania Lepido regendam attribuerat. *Idem.*

(e) *Claterna*, oppidum Lingonum in Gallia Ciſpadana, nunc *Quaderna*, juxta amnem ejuſdem nominis. Corruptè ſcribitur *Cliterna.* Tenuia ſuperſunt nunc veſtigia, quia Ambroſius lib. 11. Ep. 8. jam ſuo tempore in ruinis jacuiſſe teſtatur. *Grævius.*

(f) *Forum Cornelii* cæteri ſcriptores habent. Hanc urbem Clephis Longobardorum rex Imolam appellavit. *Corradus.*

(g) Tacitus & alii *Regium Lepidum* vocant. Eſt oppidum Boiorum in Gallia Ciſpadana. Nunc *Rezzo* & *Reggio dicitur.*

(h) Atellani agrum etiam vectigalem habebant in Gallia. *Locutus ſum tecum de agro vectigali municipii Atellani, qui eſſet in Gallia.* Ep. 7. hujus libri.

(i) Præſertim Novocomenſes, quos Cæſar non multò antè colonos deduxerat. *Corradus.*

Digitized by Google

A

EX LIB. I. EPIST. CICERONIS AD ATTICUM.

In Epiſt. 18.

Pag. 210. An. U. C. 693. IN Republica nunc quidem maximè Gallici belli verſatur metus. Nam Ædui fratres noſtri pugnant. Sequani malè pugnarunt : Helvetii ſine dubio ſunt in armis, excurſioneſque in provinciam faciunt. Senatus decrevit, ut Conſules duas Gallias ſortirentur, dilectus haberetur, vacationes ne valerent, legati cum auctoritate mitterentur, qui adirent Galliæ civitates, darentque operam, ne hæ ſe cum Helvetiis jungerent.

EX LIBRO X.

B

In Epiſtola 14.

Pag. 322. An. U. C. 704. (a) MASSILIENSIUM factum cùm ipſum per ſe luculentum eſt, tum mihi argumento eſt, rectè eſſe in Hiſpaniis. Minùs enim auderent, ſi aliter eſſet & ſcirent : nam & (b) juncti & diligentes ſunt.

EX LIB. III. DE NAT. DEORUM. *Tom. IV.*

Pag. 251. COGNOSCE alias quæſtiones, auri Toloſani, conjurationis Jugurthinæ.

EX LIBRO I. DE DIVINATIONE.

C

Pag. 269. An. U. C. 474. OBJICIUNTUR etiam ſæpe formæ, quæ reapſe nullæ ſunt, ſpeciem autem offerunt. Quod contigiſſe Brenno dicitur, ejuſque Gallicis copiis, cùm fano Apollinis Delphici nefarium bellum intuliſſet. Tum enim ferunt, ex oraculo hæc fatam eſſe Pythiam :

Ego providebo rem iſtam, & Albæ virgines.

Ex quo factum, ut & viderentur virgines ferre arma contrà, & nive Gallorum obrueretur exercitus.

Pag. 270. Eaque divinationum ratio ne in barbaris quidem gentibus neglecta eſt : ſiquidem & in Gallia Druydes ſunt, è quibus ipſe Divitiacum Æduum, hoſpitem tuum laudatoremque cognovi ; qui & naturæ rationem, quam Phyſiologiam Græci appellant, notam eſſe ſibi profitebatur, & partim auguriis, partim conjectura, quæ eſſent futura, dicebat. D

Pag. 272. Cùm autem Veientes bello feſſi legatos ad Senatum miſiſſent, tum ex his quidam dixiſſe dicitur, non omnia illum transfugam auſum eſſe Senatui dicere : in iiſdem enim fatis ſcriptum Veientes habere, fore ut brevi à Gallis Roma caperetur. An. U. C. 363. Quod quidem ſexennio poſt Veios captos factum eſſe videmus.

EX LIBRO II. DE OFFICIIS.

Pag. 377. An. U. C. 707. ITAQUE vexatis & perditis exteris nationibus, ad exemplum amiſſi imperii portari in triumpho Maſſiliam vidimus, & ex ea urbe triumphari, ſine qua nunquam noſtri imperatores ex Tranſalpinis bellis triumpharunt. E

EX LIBRO III.

Pag. 403. An. U. C. 392. HIC T. Manlius is eſt, qui ad Anienem Gallo, quem ab eo provocatus occiderat, torque detracto, cognomen invenit.

EX LIBRO DE SENECTUTE.

Pag. 407. [Q. Maximus] Conſul iterum, Sp. Carvilio quieſcente, C. Flaminio tribuno

(a) Maſſilienſes Cæſari portas clauſerant. (b) *Juncti*, id eſt Hiſpanis vicini.

Digitized by Google

plebis quoad potuit reſtitit, agrum Picenum & Gallicum viritim contra Senatûs auctoritatem dividenti. An. U. C. 525.

Ille enim [L. Flaminius] cùm Conſul eſſet in Gallia, exoratus in convivio à ſcorto eſt, ut ſecuri feriret aliquem eorum, qui in vinculis eſſent damnati rei capitalis. Pag. 411. An. U. C. 561.

EX VITRUVIO, DE GALLIS.

Edit. Amſtelodami in fol. 1649.

EX LIBRO. I.

B

AD hunc diem nationibus exteris ex his rebus [fronde, arundine, luto] ædificia conſtituuntur, ut in Gallia, Hiſpania, Luſitania, Aquitania, ſcandulis robuſteis, aut ſtramentis..... Non minùs etiam Maſſiliæ animadvertere poſſumus ſine tegulis ſubactâ cum paleis terrâ tecta. Cap. 1.

Eſt autem in Hiſpania ulteriore Calentum, & in Galliis Maſſilia, in Aſia Pitane, ubi lateres cùm ſunt ducti & arefacti, projecti natant in aqua. Cap. 3.

EX LIBRO X.

MASSILIA cùm oppugnaretur, & numero ſupra XXX. ſpecus tum agerent, Maſſilitani ſuſpicati, totam quæ fuerat ante murum foſſam altiore foſſura depreſſerunt: ita ſpecus omnes exitus in foſſam habuerunt. Quibus autem locis foſſa non potuerat fieri intra murum, barathrum longitudine & amplitudine, uti piſcinam, fecerunt contra eum locum, quà ſpecus agebantur, eamque è puteis & è portu impleverunt. Itaque cùm ſpecus eſſet repentè naribus apertis, vehemens aquæ vis immiſſa ſupplantavit fulturas, quique intrà fuerunt, & ab aquæ multitudine, & ab ruina ſpecûs omnes ſunt oppreſſi. Etiam cùm agger ad murum contra eos compararetur, & arboribus exciſis, eóque collocatis, locus operibus exaggeraretur, baliſtis vectes ferreos candentes in id mittendo, totam munitionem coëgerunt conflagrare. Teſtudo autem arietaria cùm ad murum pulſandum acceſſit, demiſerunt laqueum, & eo ariete conſtricto, per tympanum ergata circumagentes, ſuſpenſo capite ejus, non ſunt paſſi tangi murum. Denique totam machinam candentibus malleolis & baliſtarum plagis diſſipaverunt. Cap. 22. An. U. C. 704.

C

D

EX P. VIRGILIO MARONE, DE GALLIS.

Edit. Pariſ. in 4°. 1682.

Æneidos Lib. VI. *Verſu* 855.

ASPICE, ut inſignis ſpoliis (a) Marcellus opimis
Ingreditur, victorque viros ſupereminet omnes.
Hic rem Romanam, magno turbante tumultu,
Siſtet eques: ſternet Pœnos, Gallumque rebellem:
Tertiaque arma patri ſuſpendet capta Quirino. An. U. C. 531.

E

Æneidos Lib. VIII. *Verſu* 655.

Atque hîc auratis volitans argenteus (b) anſer
Porticibus, Gallos in limine adeſſe canebat.
Galli per dumos aderant, arcemque tenebant,
Defenſi tenebris & dono noctis opacæ.
Aurea cæſaries ollis, atque aurea veſtis;
Virgatis lucent ſagulis: tum lactea colla
Auro innectuntur: duo quiſque Alpina coruſcant
Gæſa manu, ſcutis protecti corpora longis. An. U. C. 363.

(a) M. Claudius Marcellus Conſul, ut legitur in Tabulis Capitolinis, de Gallis Inſubribus & Germanis triumphavit, atque ſpolia opima reportavit, duce hoſtium Virdumaro ad Claſtidium interfecto.

(b) Jamjam Galli Capitolium erant occupaturi, ſed anſerum clangore detecti ſunt & repulſi.

Digitized by Google

A

EX Q. HORATIO FLACCO, DE GALLIS.

Edit. Pariſ. in 4°. 1691.

Carminum Lib. I. *Ode* 8. *Verſu* 6.

GALLICA (a) nec lupatis
Temperat ora frænis.

Lib. 3. *Ode* 16. *Verſu* 35.

B

Nec pinguia (b) Gallicis
Creſcunt vellera paſcuis.

Lib. 4. *Ode* 14. *Verſu* 49.

Te non paventis funera (c) Galliæ,
Duraque tellus audit Iberiæ.
Te cæde gaudentes (d) Sicambri
An. U. C. 745. Compoſitis venerantur armis.

Lib. Epodon, Ode 9. *Verſu* 17.

Ad hunc frementes verterunt (e) bis mille equos C
An. U. C. 722. Galli, canentes Cæſarem.

Ibid. Ode 16. *Verſu* 6.

Noviſque rebus infidelis Allobrox.

(a) Gallicos equos commemorat, qui Romæ in pretio erant. Apuleius Metamorph. lib. 10. *Jumentis Gallicanis, quibus generoſa ſoboles perhibet pretioſam dignitatem.*

(b) In Gallia Ciſalpina pinguia erant paſcua, quibus innumeri ovium greges alebantur, lanam afferentes laudatiſſimam. Unde Martialis lib. 5. Epigr. 13.

Tondet & innumeros Gallica Parma greges.

Et lib. 6. Epigr. 11. *Me pinguis Gallia veſtit.*

(c) Galli adeò mortem ſpernebant, ut evidens periculum declinare nollent.

(d) Sicambri, gens Francica, ab Auguſto domiti an. U. C. 745.

(e) Galli ad Auguſtum tranſeuntes, adverſus Antonium arma verterunt.

D

EX ALBIO TIBULLO, DE GALLIS.

Edit. Antuerpiæ in 8°. 1582.

Lib. I. *Eleg.* 8. *Verſu* I.

HUNC cecinere diem Parcæ fatalia nentes
Stamina, non ulli diſſolüenda Deo:
Hunc fore, Aquitanas (a) qui poſſet fundere gentes,
Quem tremeret forti milite victus (b) Atur.
Evenere: novos pubes Romana triumphos
Vidit, & evinctos brachia capta Duces. E
At te victrices lauros, Meſſala, gerentem
Portabat niveis currus eburnus equis.
Non ſine me eſt tibi partus honor. Tarbella Pyrene
Teſtis, & Oceani littora Santonici:
Teſtis (c) Arar, Rhodanuſque celer, magnuſque Garumna,
Carnuti (d) & flavi cærula lympha Liger.

(a) Meſſalæ de Aquitania victoriam hîc deſcribit Tibullus. Et lib. 2. Eleg. 1. v. 33.

Gentis Aquitanæ celeber Meſſala triumphis.

Meſſalam de Gallis triumphum meruiſſe tradit Appianus lib. 4. de Bellis civil. Vide ſuprà, pag. 459.

(b) Atur hîc non nomen fluvii, ſed populi ad Aturum amnem ſedem habentis.

(c) Cùm hæc duo flumina ad Aquitanos non pertineant, hunc verſum ſic emendandum putat Hadr. Valeſius;

Teſtis Atur, Doranuſque celer, magnuſque Garumna.

(d) Scaliger cenſet legendum, *Carnuti & fluvii*, Ligerimque Carnutum fluvium vocari, ſicut Tiberis Tuſcus amnis dicitur.

EX

Digitized by Google

A

EX VALERIO MAXIMO, DE GALLIS.

Edit. Pariſiis in 4°. 1679.

EX LIBRO I.

BRENNUS Gallorum Dux Delphis Apollinis templum ingreſſus, Dei voluntate in ſe manus vertit. Cap. 1. An. U. C. 474.

EX LIBRO II.

B INDE Maſſilienſes quoque ad hoc tempus uſurpant diſciplinæ gravitatem, priſci moris obſervantia, caritate populi Romani præcipuè conſpicui; qui tres in eodem manumiſſiones reſcindi permittunt, ſi ter ab eodem deceptum dominum cognoverint: quarto errori ſubveniendum non putant; quia ſua jam culpa injuriam accepit, qui ei ſe toties objecit. Eadem civitas ſeveritatis cuſtos acerrima eſt, nullum aditum in ſcenam mimis dando, quorum argumenta majore ex parte ſtuprorum continent actus; ne talia ſpectandi conſuetudo etiam imitandi licentiam ſumat. Omnibus autem, qui per aliquam religionis ſimulationem alimenta inertiæ quærunt, clauſas portas habet, & mendacem & fucoſam ſuperſtitionem ſubmovendam eſſe exiſtimans. Cæterùm à condita urbe gladius eſt ibi, quo noxii jugulantur; rubigine quidem exeſus, & vix ſufficiens miniſterio; ſed index, in minimis quoque rebus omnia antiquæ conſuetudinis monumenta ſervanda. Cap. 6.

Duæ etiam ante portas eorum arcæ jacent: altera, qua liberorum; altera, qua
C ſervorum corpora ad ſepulturæ locum plauſtro devehuntur. Sine lamentatione, ſine planctu, luctus funeris die, domeſtico ſacrificio, adjectoque neceſſariorum convivio, finitur. Etenim quid attinet, aut humano dolori indulgere, aut divino Numini invidiam fieri, quod immortalitatem ſuam nobiſcum partiri noluerit? Venenum cicuta temperatum in ea civitate publicè cuſtoditur, quod datur ei, qui cauſas Sexcentis (id enim Senatûs ejus nomen eſt) exhibuit, propter quas mors ſit illi expetenda; cognitione vitili benevolentia temperata, quæ nec egredi vita temerè patitur, & ſapienter excedere cupienti celerem fati viam præbet, ut vel adverſa, vel proſpera nimis uſis fortuna (utraque enim finiendi ſpiritûs, illa ne perſeveret, hæc ne deſtituat, rationem præbet) comprobato exitu terminetur. Quam conſuetudinem Maſſilienſium non in Gallia ortam, ſed è Græcia tranſlatam inde exiſtimo, quòd illam
D etiam in Inſula Ceo ſervari animadverti, quo tempore Aſiam cum Sex. Pompeïo petens, Julida oppidum intravi &c.....

Sed ut ad Maſſilienſium civitatem, unde in hoc diverticulum exceſſi, revertar; intrare oppidum eorum nulli cum telo licet: præſtoque eſt, qui id cuſtodiæ gratia acceptum, exituro reddat: ut hoſpitia ſua, quemadmodum advenientibus humana ſunt, ita ipſis quoque tuta ſint.

Horum mœnia egreſſo vetus ille mos Gallorum occurrit, quos memoria proditum eſt, pecunias mutuas, quæ his apud inferos redderentur, dare ſolitos: quia perſuaſum habuerunt, animas hominum immortales eſſe. Dicerem ſtultos, niſi idem Braccati ſenſiſſent, quod palliatus Pythagoras credidit.

Avara & fœneratoria Gallorum philoſophia: alacris & fortis Cimbrorum & Celtiberorum.

E

EX LIBRO III.

IN quo [M. Marcello] tantus animi vigor fuit, ut apud Padum Gallorum * Regem ingenti exercitu ſtipatum cum paucis equitibus invaderet: quem protinùs obtruncatum armis exuit, eaque Jovi Feretrio dicavit..... Cap. 1. An. U. C. 531. * Viridomarum.

Ne C. Atilium quidem præterire poſſumus, qui cùm decimæ legionis miles pro C. Cæſaris partibus maritima pugna præliaretur, abſciſſa dextra, quam Maſſilienſium navi injecerat, læva puppim apprehendit, nec antè dimicare deſtitit, quàm captam profundo mergeret. An. U. C. 704.

Cùm [L. Craſſus] ex Conſulatu provinciam Galliam obtineret, atque in eam C. Carbo, cujus patrem damnaverat, ad ſpeculanda acta ſua veniſſet, non ſolùm eum inde non ſummovit, ſed inſuper locum ei in tribunali aſſignavit, nec ulla de re, Cap. 7. An. U. C. 658.

Digitized by Google

niſi eo in conſilium adhibito, cognovit. Itaque acer & vehemens Carbo, nihil aliud A
Gallica peregrinatione conſecutus eſt, quàm ut animadverteret ſontem patrem ſuum
ab integerrimo viro in exilium miſſum.

EX LIBRO V.

Cap. 6. An. U. C. 363. SIMILITERQUE audierant, mille pondo auri, quæ Gallis obſidione Capitolii promiſſa debebantur, earum [mulierum] cultu expleta.

EX LIBRO VI.

Cap. 1. An. U. C. 564. EXERCITU & copiis Gallogræcorum à Cn. Manlio Conſule in Olympo monte ex parte deletis, ex parte captis, Oriagontis Reguli uxor miræ pulchritudinis à Centurione, cui cuſtodienda tradita erat, ſtuprum pati coacta; poſtquàm ventum B
eſt in eum locum, in quem Conſulis juſſu Centurio, miſſo nuntio, neceſſarios mulieris pretium, quo eam redimerent, afferre juſſerat: aurum expendente Centurione, & in ejus pondus animo oculiſque intento, Gallogræcis lingua gentis ſuæ imperavit, ut eum occiderent. Interfecti deinde caput abſciſſum manibus retinens, ad conjugem venit; abjectoque ante pedes ejus, & injuriæ & ultionis ſuæ ordinem expoſuit.

Cap. 9. An. U. C. 632. Nihil Q. Fabio Maximo, qui Gallica victoria cognomen Allobrogici ſibimet ac poſteris peperit, adoleſcente (a) magis infame.

EX LIBRO VII.

Cap. 4. An. U. C. 363. ILLUD quoque à Majoribus & conſilio prudenter, & exitu feliciter proviſum, C
cùm Urbe capta Galli Capitolium obſiderent, ſolamque potiendi ejus ſpem in fame obſeſſorum repoſitam animadverterent: perquàm callido enim genere conſilii, unico perſeverantiæ irritamento victores ſpoliaverunt. Panes enim jacere compluribus ex locis cœperunt. Quo ſpectaculo obſtupefactos, infinitamque frumenti abundantiam noſtris ſupereſſe credentes, ad pactionem omittendæ obſidionis compulerunt.

Cap. 8. Pompeius Rheginus vir Tranſalpinæ regionis, cùm teſtamento fratris præteritus eſſet; & ad coarguendam iniquitatem ejus binas tabulas teſtamentorum ſuorum in comitio inciſas, habita utriuſque ordinis maxima frequentia, recitaſſet; in quibus magna ex parte hæres frater erat ſcriptus, prælegabaturque ei centies & quinquagies ſeſtertiûm: multùm ac diu inter aſſentientes indignationi ſuæ amicos queſtus, quod ad haſtæ judicium attinuit, cineres fratris quietos eſſe paſſus eſt. Et erant ab eo inſtituti hæredes, neque ſanguine patrio pares, neque proximi; ſed alieni & humiles: D
ut non ſolùm flagitioſum ſilentium, ſed etiam prælatio contumelioſa videri poſſet.

EX LIBRO IX.

Cap. 6. An. U. C. 631. CN. autem Domitium ſummi generis, & magni animi virum nimiæ gloriæ cupiditas perfidum exiſtere coëgit. Iratus namque (b) Betulto Regi Arvernorum, quòd cùm ſuam, tum etiam Allobrogum gentem, ſe etiam tum in Provincia morante, ad Q. Fabii ſucceſſoris ſui dexteram confugere hortatus eſſet: per colloquii ſimulationem accerſitum, hoſpitioque exceptum vinxit, ac (c) Romam nave deportandum curavit. Cujus factum Senatus neque probare potuit, neque reſcindere voluit, ne remiſſus in patriam Betultus bellum renovaret. Igitur eum Albam cuſtodiæ cauſa relegavit.

(a) Vide Juvenalem Sat. 8. v. 13.
(b) Alii Bituitum vocant.
(c) Bituitum tamen cum Fabio adhuc pugnaſſe, id eſt anno ſequenti, tradit Strabo lib. 4. E

Digitized by Google

A

EX L. ANNÆO SENECA, DE GALLIS.

Edit. Genevæ, in fol. an. 1628.

EX EPISTOLARUM LIBRO XIV.

In Epist. 91.

LIBERALIS noster nunc tristis est, nunciato incendio, quo Lugdunensis co- Pag. 375.
lonia exusta est. Movere hic casus quemlibet posset, nedum hominem patriæ An. Chr. 64.
B suæ amantissimum..... Tot pulcherrima opera, quæ singula illustrare urbes singulas possent, una nox stravit: & in tanta pace, quantùm ne bello quidem timeri potest, accidit. Quis hoc credat? ubique armis quiescentibus, quum toto orbe terrarum diffusa securitas sit, Lugdunum, quod ostendebatur in Gallia, quæritur..... Civitas arsit opulenta, ornamentumque provinciarum, quibus & inserta erat & excepta, uni tamen imposita, & huic non altissimo monti..... In hac quoque urbe verisimile est certaturos omnes esse, ut majora certioraque, quàm amisere, restituantur. Sint utinam diuturna, & melioribus auspiciis in ævum longius condita. Nam huic coloniæ ab origine sua (a) centesimus annus est, ætas ne homini quidem extrema. A Planco deducta in hanc frequentiam loci opportunitate convaluit; quæ An. U. C.
tamen gravissimos casus intra spatium humanæ pertulit senectutis. 710.

C

EX LIBRO DE CONSOL. AD HELVIAM.

GRÆCI se in Galliam immiserunt, in Græciam Galli. Cap. 6.
(b) Phocide relicta, Graii, qui nunc Massiliam colunt, priùs in hac insula [Corsica] Cap. 8.
consederunt. Ex qua quid eos fugaverit, incertum est..... nam in caussa non fuisse feritatem accolarum, eò apparet, quòd maximè tunc trucibus & inconditis Galliæ populis se interposuerunt.

EX LIBRO III. QUÆST. NATUR.

FUIT aliquando aquarum inops Hæmus: sed quum Gallorum gens à Cassandro Cap. 11.
obsessa in illum se contulisset, & silvas cecidisset, ingens aquarum copia apparuit,
D quas videlicet in alimentum suum nemora ducebant.

EX LIBRO V.

ATABULUS Apuliam infestat..... Galliam Circius: cui ædificia quassanti, ta- Cap. 17.
men incolæ gratias agunt, tamquam salubritatem cæli sui debeant ei. Divus certè Augustus templum illi, quum in Gallia moraretur, & vovit & fecit.

IN LUDO DE MORTE CLAUDII CÆSARIS.

HUNC [Claudium] ego tibi recipio Lugduni natum, ubi Licinius multos annos Pag. 918.
regnavit. An. U. C. 743.

E (a) Centum & septem anni numerantur.
(b) Massilienses non è Phocide, ut sæpe monuimus, regione Græciæ oriundi, sed è Phocæa Ioniæ urbe.

Digitized by Google

EX LUCANI PHARSALIA, DE GALLIS.

Edit. Amſtelodami in 8°. 1658.

EX LIBRO I.

An. U. C. 704.

V. 283 (a) BELLANTEM geminis tenuit te Gallia luſtris.

V. 392 Cæſar ut acceptum tam prono milite bellum,
Fataque ferre videt, ne quo languore moretur
Fortunam, ſparſas per Gallica rura cohortes
Evocat, & Romam motis petit undique ſignis. B
Deſeruere cavo tentoria fixa (b) Lemano,
Caſtraque quæ Vogeſi curvam ſuper ardua rupem
Pugnaces pictis cohibebant Lingonas armis.
Hi vada liquerunt Iſaræ, qui gurgite ductus
Per tam multa ſuo, famæ majoris in amnem
Lapſus, ad æquoreas nomen non pertulit undas.
Solvuntur flavi longa ſtatione Rutheni:
Mitis Atax Latias gaudet non ferre carinas,
Finis & Heſperiæ promoto limite Varus:
Quáque ſub Herculeo ſacratus nomine portus
Urget rupe cava pelagus: non Corus in illum
Jus habet, aut Zephyrus: ſolus ſua litora turbat C
Circius, & tuta prohibet ſtatione Monœci.
Quáque jacet littus dubium, quod terra fretumque
Vendicat alternis vicibus, cùm funditur ingens
Oceanus, vel cùm refugis ſe fluctibus aufert

Tunc rura (c) Nemoſſi
Qui tenet, & ripas Aturi, quà littore curvo
Molliter admiſſum claudit (d) Tarbellicus æquor;
Signa movet, gaudetque amoto Santonus hoſte:
Et Biturix, longiſque leves Sueſſones in armis:
Optimus excuſſo Leucus Remuſque lacerto,
Optima gens flexis in gyrum Sequana frænis: D
Et docilis rector roſtrati Belga covini:
(e) Arvernique auſi Latio ſe fingere fratres,
Sanguine ab Iliaco populi, nimiúmque rebellis
Nervius, & cæſi pollutus ſanguine (f) Cottæ:
Et qui te laxis imitantur, Sarmata, braccis
Vangiones: Batavique truces, quos ære recurvo
Stridentes acuere tubæ: quà Cinga pererrat
Gurgite: quà Rhodanus raptum velocibus undis
In mare fert Ararim: quà montibus ardua ſummis
Gens habitat cana pendentes rupe Gebennas:
Pictones immunes ſubigunt ſua rura, nec ultrà
Inſtabiles Turonas circumſita caſtra coërcent. E
In nebulis, (g) Meduana, tuis marcere peroſus
Andus, jam placida Ligeris recreatur ab unda.
Inclyta Cæſareis (h) Genabos diſſolvitur alis.

(a) Decem quidem annorum imperium Cæſari decretum fuerat, ſed pacata jam intra novem annos Gallia, C. Marcellus ad Senatum retulit, ut Cæſari ante tempus ſuccederetur: ita ſupererat annus decimus. *Th. Farnabius.*

(b) Cavo Lemano, id eſt in ſinu & angulo lacûs Lemanni, qui Genevam & Lauſonam alluit: hinc dicitur *le Lac de Geneve & de Lozanne.* De Vogeſo monte, Iſara, Atace &c. jam alibi diximus.

(c) MSS. Cod. *Nemetis.* Arvernorum urbem primariam vocat Strabo *Nemoſſum*, Ptolemæus & Tabula Peuting. *Auguſtonemetum.*

(d) Cellarius putat corrigendum *Tarbellius*, id eſt *Tarbellus.*

(e) Cenſet Farnabius hic Arvernos poſitos pro Æduis, quibus ſunt vicini.

(f) Aurunculeius Cotta ab Eburonibus cæſus eſt an. U. C. 699.

(g) Meduana *la Mayne* ſeu *la Mayenne*, accepto Sarta, paulò infra Juliomagum Andium in Ligerim influit.

(h) *Genabos*, Straboni & Cæſari *Genabum*, nunc *Orleans.*

Digitized by Google

An. U. C. 704.

A Tu quoque lætatus converti prælia Trevir:
Et nunc tonse Ligur, quondam per colla decora
Crinibus effusis toti prælate Comatæ:
Et quibus immitis placatur sanguine diro
(a) Teutates, horrensque feris altaribus Hesus,
Et Taranis Scythicæ non mitior ara Dianæ.
Vos quoque qui fortes animas belloque peremtas
Laudibus in longum vates dimittitis ævum,
Plurima securi fudistis carmina Bardi.
Et vos barbaricos ritus, moremque sinistrum
Sacrorum Druidæ positis repetistis ab armis:
Solis nosse Deos & cæli numina vobis,
B Aut solis nescire datum: nemora alta remotis
Incolitis lucis. Vobis auctoribus, umbræ
Non tacitas Erebi sedes, Ditisque profundi
Pallida regna petunt: regit idem spiritus artus
Orbe alio: longæ, canitis si cognita, vitæ
Mors media est. Certè populi, quos despicit Arctos,
Felices errore suo, quos ille timorum
Maximus, haud urget leti metus. Inde ruendi
In ferrum mens prona viris, animæque capaces
Mortis; & ignavum redituræ parcere vitæ.
Et vos crinigeros bellis arcere Caycos
Oppositi, petitis Romam, Rhenique feroces
C Deseritis ripas, & apertum gentibus orbem.

EX LIBRO III.

An. U. C. 704.

V. 298 (b) Ille ubi deseruit trepidantis mœnia Romæ,
Agmine nubiferam rapto superevolat Alpem:
Cúmque alii famæ populi terrore paverent,
(c) Phocaïs in dubiis ausa est servare juventus
Non Graia levitate fidem, signataque jura,
Et causas, non fata, sequi. Tamen antè furorem
Indomitum, duramque viri deflectere mentem
Pacifico sermone parant, hostemque propinquum
D Orant Cecropiæ prolata fronde Minervæ.
Semper in externis populo communia vestro
Massiliam bellis testatur fata tulisse,
Comprensa est Latiis quæcunque annalibus ætas.
Et nunc, ignoto si quos petis orbe triumphos,
Accipe devotas externa in prælia dextras.
At si funestas acies, si dira paratis
Prælia discordes, lacrymas civilibus armis
Secretumque damus: tractentur vulnera nulla
Sacra manu. Si cælicolis furor arma dedisset,
Aut si terrigenæ tentarent astra gigantes;
Non tamen auderet pietas humana vel armis
E Vel votis prodesse Jovi: sortisque Deorum
Ignarum mortale genus, per fulmina tantùm
Sciret adhuc cælo solum regnare Tonantem.
Adde quòd innumeræ concurrunt undique gentes,
Nec sic horret iners scelerum contagia mundus,
Ut gladiis egeant civilia bella coactis.

(a) Teutates Mercurius est, Hesus verò Mars.

(b) Cæsar ab Urbe profectus, in ulteriorem Galliam pervenit. Massiliam, quæ sibi in itinere portas clauserat, obsedit.

(c) Id est Massilia, quæ Phocææ colonia est. Thucydides l. 1. φωκαεῖς τε Μασσαλίαν οἰκίζοντες, Καρχηδονίους ἐνίκων ναυμαχοῦντες. *Phocaenses Massiliam coloniam mittentes, Carthaginienses vicerunt navali prælio.* Isocrates in Archidamo; φωκαεῖς μὲν φεύγοντες τὴν βασιλέως τοῦ μεγάλου δεσποτείαν, ἐκλιπόντες τὴν Ἀσίαν, εἰς Μασσαλίαν ἀπῴκησαν: *Phocaenses magni regis dominationem fugientes, relicta Asia, Massiliam migrarunt.* Videtur tamen Lucanus eos secutus, qui Massiliam conditam volunt à Phocensibus Græciæ. Nam paullò pòst v. 340.

Et post tralatas exustæ Phocidos arces.

& l. 5. v. 53. *Massiliæque suæ donatur libera Phocis.*

Digitized by Google

An. U. C. 704.

Sit mens iſta quidem cunctis, ut veſtra recuſent
Fata, nec hæc alius committat prælia miles.
Cui non conſpecto languebit dextra parente?
Telaque diverſi prohibebunt ſpargere fratres.
Finis adeſt rerum, ſi non committitis illis
Arma, quibus fas eſt. Nobis hæc ſumma precandi,
Terribiles aquilas, infeſtaque ſigna relinquas
Urbe procul, noſtriſque velis te credere muris,
Excludique ſinas admiſſo Cæſare bellum.
Sit locus exceptus ſceleri, Magnoque tibique
Tutus, ut invictæ fatum ſi conſulat urbi,
Fœdera ſi placeant, ſit quò veniatis inermes.
Vel, cùm tanta vocent diſcrimina Martis Iberi,
Quid rapidum deflectis iter? non pondera rerum,
Nec momenta ſumus: nunquam felicibus armis
Uſa manus patriæ primis à ſedibus exul,
Et poſt tralatas exuſtæ Phocidos arces,
Mœnibus exiguis alieno in littore tuti,
Illuſtrat quos ſola fides. Si claudere muros
Obſidione paras, & vi perfringere portas,
Excepiſſe faces tectis, & tela parati,
Undarum raptos averſis fontibus hauſtus
Quærere, & effoſſam ſitientes lambere terram:
Et deſit ſi larga Ceres, tunc horrida cerni,
Fœdaque contingi maculato carpere morſu.
Nec pavet hic populus pro libertate ſubire,
Obſeſſum Pœno geſſit quod Marte Saguntum.
Pectoribus rapti matrum fruſtráque trahentes
Ubera ſicca fame medios mittentur in ignes:
Uxor & à caro poſcet ſibi fata marito:
Vulnera miſcebunt fratres, bellumque coacti
Hoc potiùs civile gerent. Sic Graia (a) juventus
Finierat: cùm turbato jam prodita vultu
Ira ducis, tandem teſtata eſt voce dolorem.
Vana movet Graios noſtri fiducia curſûs.
Quamvis Heſperium mundi properemus ad axem,
Maſſiliam delere vacat. Gaudete cohortes:
Obvia præbentur fatorum munere bella.
Ventus ut amittit vires, niſi robora denſæ
Occurrant ſilvæ, ſpatio diffuſus inani:
Utque perit magnus nullis obſtantibus ignis,
Sic hoſtes mihi deeſſe nocet: damnumque putamus
Armorum, niſi, qui vinci potuere, rebellent.
Sed ſi ſolus eam dimiſſis degener armis,
Tunc mihi tecta patent. Jam non excludere tantùm,
Incluſiſſe volunt. At enim contagia belli
Dira fugant: dabitis pœnas pro pace petita;
Et nihil eſſe meo diſcetis tutius ævo,
Quàm duce me bellum. Sic poſtquam fatus, ad urbem
Haud trepidam convertit iter: tum mœnia clauſa
Conſpicit, & denſa juvenum vallata corona.
Haud procul à muris tumulus ſurgentis in altum
Telluris, parvum diffuſo vertice campum
Explicat: hæc patiens longo munimine cingi
Viſa duci rupes, tutiſque aptiſſima caſtris.
Proxima pars urbis celſam conſurgit in arcem
Par tumulo, mediiſque ſedent convallibus arva.
Tunc res immenſo placuit ſtatura labore,
Aggere diverſos vaſto committere colles.

(a) Id eſt, Maſſilienſium legati. Sic mox per Graios intelligit Maſſilienſes.

Digitized by Google

A Sed priùs ut totam, quà terra cingitur, urbem
Clauderet, à ſummis perduxit ad æquora caſtris. An. U. C. 704.
Longum Cæſar opus, fonteſque & pabula campi
Amplexus foſſa, denſas tollentia pinnas
Ceſpitibus, crudaque extruxit brachia terra.
Jam ſatis hoc Graiæ memorandum contigit urbi,
Æternumque decus, quòd non impulſa, nec ipſo
390 Strata metu, tenuit flagrantis in omnia belli
Præcipitem curſum: raptiſque à Cæſare cunctis,
Vincitur una morâ: quantum eſt quòd fata tenentur!
Quódque virum toti properans imponere mundo,
Hos perdit fortuna dies! Tunc omnia latè
B Procumbunt nemora, & ſpoliantur robore ſilvæ:
Ut cùm terra levis mediam virgultaque molem
Suſpendant, ſtructa laterum compago ligatam
Arctet humum, preſſus ne cedat turribus agger.
Lucus erat longo nunquam violatus ab ævo,
400 Obſcurum cingens connexis aëra ramis,
Et gelidas altè ſummotis ſolibus umbras.
Hunc non ruricolæ Panes, nemorumque potentes
Sylvani Nymphæque tenent, ſed barbara ritu
Sacra Deûm, ſtructæ ſacris feralibus aræ;
Omnis & humanis luſtrata cruoribus arbos.
Si qua fidem meruit Superos mirata vetuſtas,
C Illis & volucres metuunt inſiſtere ramis,
Et luſtris recubare feræ: nec ventus in illas
* Incubuit ſilvas, excuſſaque nubibus atris * *Al.* incumbit.
410 Fulgura: non ullis frondem præbentibus auris,
Arboribus ſuus horror ineſt. Tum plurima nigris
Fontibus unda cadit, ſimulacraque mœſta Deorum
Arte carent, cæſiſque extant informia truncis.
Ipſe ſitus, putrique facit jam robore pallor
Attonitos: non vulgatis ſacrata figuris
Numina ſic metuunt: tantùm terroribus addit,
Quos timeant non noſſe Deos. Jam fama ferebat
Sæpe cavas motu terræ mugire cavernas,
D Et procumbentes iterum conſurgere taxos,
420 Et * non ardentis fulgere incendia ſilvæ, * *Al.* nondum.
Roboraque amplexos circumfluxiſſe dracones.
Non illum cultu populi propiore frequentant,
Sed ceſſere Deis. Medio cùm Phœbus in axe eſt,
Aut cælum nox atra tenet, pavet ipſe ſacerdos
Acceſſus, dominumque timet deprendere luci.
Hanc jubet immiſſo ſilvam procumbere ferro:
Nam vicina operi, belloque intacta priori
Inter nudatos ſtabat denſiſſima montes.
Sed fortes tremuere manus, motique verenda
430 Majeſtate loci, ſi robora ſacra ferirent,
E In ſua credebant redituras membra ſecures.
Implicitas magno Cæſar terrore cohortes
Ut vidit, primus raptam librare bipennem
Auſus, & aëriam ferro proſcindere quercum,
Effatur merſo violata in robora ferro:
Jam ne quis veſtrûm dubitet ſubvertere ſilvam,
Credite me feciſſe nefas. Tunc paruit omnis
Imperiis non ſublato ſecura pavore
Turba, ſed expenſa Superorum & Cæſaris ira.
440 Procumbunt orni, nodoſa impellitur ilex,
Silvaque Dodones, & fluctibus aptior alnus,
Et non plebeios luctus teſtata cupreſſus,

Digitized by Google

A. U. C. 704.

Tunc primùm poſuere comas, & fronde carentes A
Admiſere diem; propulſaque robore denſo
Suſtinuit ſe ſilva cadens. Gemuere videntes
Gallorum populi: muris ſed clauſa juventus
Exultat. Quis enim læſos impunè putaret
Eſſe Deos? Servat multos fortuna nocentes:
Et tantùm miſeris iraſci numina poſſunt:
Utque ſatis cæſum nemoris, quæſita per agros
Plauſtra ferunt: curvoque ſoli ceſſantis aratro
Agricolæ raptis annum flevere juvencis.
Dux tamen impatiens hæſuri ad mœnia Martis
Verſus ad Hiſpanas acies, extremaque mundi,
Juſſit bella geri. Stellatis axibus agger B
Erigitur, geminaſque æquantes mœnia turres
Accipit: hæ nullo fixerunt robore terram,
Sed per iter longum cauſa repſere latenti.
Cùm tantum nutaret onus, telluris inanes
Concuſſiſſe ſinus quærentem erumpere ventum
Credidit, & muros mirata eſt ſtare juventus.
Illinc tela cadunt excelſas urbis in arces.
Sed major Graio Romana in corpora ferro
Vis inerat: neque enim ſolis excuſſa lacertis
Lancea, ſed tenſo balliſtæ turbine rapta,
Haud unum contenta latus tranſire, quieſcit:
Sed pandens perque arma viam, perque oſſa, relicta C
Morte fugit: ſupereſt telo poſt vulnera curſus.
At ſaxum quoties ingenti ponderis ictu
Excutitur, qualis rupes, quam vertice montis
Abſcidit impulſu ventorum adjuta vetuſtas,
Frangit cuncta ruens: nec tantùm corpora preſſa
Exanimat; totos cum ſanguine diſſipat artus.
Ut tamen hoſtiles denſa teſtudine muros
Tecta ſubit virtus, armiſque innexa priores
Arma ferunt, galeamque extenſus protegit umbo,
Quæ priùs ex longo nocuerunt miſſa recuſſu,
Jam poſt terga cadunt: nec Graiis flectere jactum,
Aut facilis labor eſt longinqua ad tela parati D
Tormenti mutare modum: ſed pondere ſolo
Contenti, nudis evolvunt ſaxa lacertis.
Dum fuit armorum ſeries, ut grandine tecta
Innocua percuſſa ſonant, ſic omnia tela
Reſpuit: at poſtquàm virtus incenſa virorum
Perpetuam rupit defeſſo milite cratem,
Singula continuis ceſſerunt ictibus arma.
Tunc adoperta levi procedit vinea terra,
Sub cujus pluteis, & tecta fronte latentes
Moliri nunc ima parant, & vertere ferro
Mœnia: nunc aries ſuſpenſo fortior ictu
Incuſſus denſi compagem ſolvere muri E
Tentat, & impoſitis unum ſubducere ſaxis.
Sed ſuper & flammis, & magnæ fragmine molis,
Et ſudibus crebris, & aduſti roboris ictu
Percuſſæ cedunt crates, fruſtráque labore
Exhauſto feſſus repetit tentoria miles.
Summa fuit Graiis ſtarent ut mœnia voti
Ultrò acies inferre parant: armiſque coruſcas
Nocturni texere faces: audaxque juventus
Erupit: non haſta viris, non letifer arcus,
Telum flamma fuit, rapienſque incendia ventus
Per Romana tulit celeri munimina curſu.

Nec,

Digitized by Google

A Nec, quamvis viridi luctetur robore, lentas
Ignis agit vires : teda sed raptus ab omni
Consequitur nigri spatiosa volumina fumi :
Nec solùm silvas, sed saxa ingentia solvit,
Et crudæ putri fluxerunt pulvere cautes.
Procubuit, majorque jacens apparuit agger.
Spes victis telluris abit, placuitque profundo
Fortunam tentare mari. Non robore picto
Ornatas decuit fulgens tutela carinas,
Sed rudis, & qualis procumbit montibus arbor,
Conseritur stabilis navalibus area bellis.
Et jam turrigeram Bruti comitata carinam
B Venerat in fluctus Rhodani cum gurgite classis,
Stœchados arva tenens : necnon & Graia juventus
Omne suum fatis voluit committere robur :
Grandævosque senes mistis armavit ephebis.
Accepit non sola viros, quæ stabat in undis
Classis ; & emeritas repetunt navalibus alnos.
Ut matutinos spargens super æquora Phœbus
Fregit aquis radios, & liber nubibus æther,
Et posito Borea, pacemque tenentibus Austris,
Servatum bello jacuit mare, movit ab omni
Quisque suam statione ratem, paribusque lacertis
Cæsaris hinc pubes, hinc Graio remige classis
C Tollitur : impulsæ tonsis tremuere carinæ,
Crebraque sublimes convellunt verbera puppes.
Cornua Romanæ classis, validæque triremes,
Quasque quater surgens exstructi remigis ordo
Commovet, & plures quæ mergunt æquore pinus,
Multiplices cinxere rates. Hoc robur aperto
Oppositum pelago : lunata fronte recedunt,
Ordine contentæ gemino crevisse liburnæ.
Celsior at cunctis Bruti Prætoria puppis
Verberibus senis agitur, molemque profundo
Invehit, & summis longè petit æquora remis.
Ut tantùm medii fuerat maris, utraque classis
D Quod semel excussis posset transcurrere tonsis,
Innumeræ vasto miscentur in æthere voces :
Remorumque sonus premitur clamore : nec ullæ
Audiri potuere tubæ. Tum cærula verrunt,
Atque in transtra cadunt, & remis pectora pulsant.
Ut primùm rostris crepuerunt obvia rostra ;
In puppim rediere rates, emissaque tela
Aëra texerunt, vacuumque cadentia pontum.
Et jam diductis extendunt cornua proris,
Diversæque rates laxata classe receptæ.
Ut quoties æstus Zephyris Eurisque repugnat,
E Huc abeunt fluctus, illuc mare : sic ubi puppes
Sulcato varios duxerunt gurgite tractus,
Quod tulit illa ratis remis, hæc reppulit æquor.
Sed Graiis habiles, pugnamque lacessere pinus,
Et tentare fugam, nec longo frangere gyro
Cursum, nec tardè flectenti cedere clavo.
At Romana ratis stabilem præbere carinam
Certior, & terræ similem bellantibus usum.
Tunc in signifera residenti puppe magistro
Brutus ait, pateriſne acies errare profundo ?
Artibus & certas pelagi ? jam consere bellum :
Phocaïcis medias rostris oppone carinas.
Paruit, obliquas & præbuit hostibus alnos.

Ab. U. C. 704.

Tunc quæcumque ratis tentavit robora Bruti, A
Ictu victa suo, (a) percussæ capta cohæsit.
Ast alias manicæque ligant, tereteſque catenæ,
Seque tenent remis: tecto stetit æquore bellum.
Jam non excussis torquentur tela lacertis:
Nec longinqua cadunt jaculato vulnera ferro:
Miscenturque manus. Navali plurima bello
Ensis agit; stat quisque suæ de robore puppis
Pronus in adversos ictus: multique peremti
In ratibus cecidere suis. Cruor altus in undis
Spumat, & obducto concrescunt sanguine fluctus:
Et quas immissi traxerunt vincula ferri,
Has prohibent jungi conserta cadavera puppes. B
Semianimes alii vastum subiere profundum,
Hausеruntque suo permistum sanguine pontum.
Hi luctantem animam lenta cum morte trahentes,
Fractarum subita ratium periere ruina.
Irrita tela suas peragunt in gurgite cædes:
Et quodcunque cadit frustrato pondere ferrum,
Exceptum mediis invenit vulnus in undis.
Phocaïcis Romana ratis vallata carinis,
Robore diducto dextrum lævumque tuetur
Æquo Marte latus: cujus dum pugnat ab alta
Puppe Tagus, Graiûmque audax apluſtre retentat,
Terga simul pariter missis & pectora telis C
Transigitur. Medio concurrit pectore ferrum,
Et stetit incertus flueret quo vulnere sanguis;
Donec utrasque simul largus cruor expulit hastas,
Divisitque animam, sparsitque in vulnera letum.
Dirigit huc puppim miseri quoque dextra (b) Telonis,
Qua nullam meliùs, pelago turbante, carinæ
Audivere manum: nec lux est notior ulli
Crastina, seu Phœbum videat, seu cornua Lunæ,
Semper venturis componere carbasa ventis.
Hic Latiæ rostro compagem ruperat alni:
Pila sed in medium venere trementia pectus,
Avertitque ratem morientis dextra magistri. D
Dum cupit in sociam Gyareus erumpere puppim,
Excipit immissum suspensa per ilia ferrum,
Affixusque rati, telo retinente, pependit.
Stant gemini fratres, fœcundæ gloria matris,
Quos eadem variis genuerunt viscera fatis:
(Discrevit mors sæva viros: unumque relictum
Agnorunt miseri, sublato errore, parentes,
Æternis causam lacrymis: tenet ille dolorem
Semper, & amissum fratrem lugentibus offert.)
Quorum alter, mistis obliquo pectine remis
(c) Ausus Romanæ Graia de puppe carinæ E
Injectare manum: sed eam gravis insuper ictus
Amputat: illa tamen nixu quo prenderat, hæsit,
Diriguitque tenens strictis immortua nervis.
Crevit in adversis virtus: plus nobilis iræ
Truncus habet: fortique instaurat prælia læva,
Rapturusque suam procurrit in æquora dextram:
Hæc quoque cum toto manus est abscissa lacerto.
Jam clypeo telisque carens, non conditur ima
Puppe: sed expositus, fraternaque pectore nudo
Arma tegens crebra confixus cuspide perstat:

(a) Cod. MS. *percussa & capta.*
(b) Telo Massilienſis navis gubernator.
(c) Suetonius, Plutarchus & Valerius Max. hoc factum tribuunt Acilio militi Cæsariano.

Digitized by Google

A Telaque multorum leto caſura ſuorum
Emerita jam morte tenet. Tum vulnere multo
Effugientem animam laſſos collegit in artus:
Membraque contendit toto quicumque manebat
Sanguine, & hoſtilem, deſectis robore membris,
Inſiluit, ſolo nociturus pondere, puppim.
Strage virûm cumulata ratis, multoque cruore
Plena, per obliquum crebros latus accipit ictus.
At poſtquam ruptis pelagus compagibus hauſit,
Ad ſummos repleta foros, deſedit in undas,
Vicinum involvens contorto vertice pontum.
Æquora diſcedunt mersâ diducta carinâ:
B Inque locum puppis cecidit mare: multaque ponto
Præbuit illa dies varii miracula fati.
Ferrea dum puppi rapidos manus inſerit uncos,
Affixit Lycidam. Merſus foret ille profundo,
Sed prohibent ſocii, ſuſpenſaque crura retentant.
Scinditur avulſus: nec ſicut vulnere, ſanguis
Emicuit lentus: ruptis cadit undique venis,
Diſcurſuſque animæ diverſa in membra meantis
Interceptus aquis, nullius vita peremti
Eſt tantâ dimiſſa viâ. Pars ultima trunci
Tradidit in letum vacuos vitalibus artus;
At tumidus quà pulmo jacet, quà viſcera fervent,
C Hæſerunt ibi fata diu; luctataque multùm
Hac cum parte viri vix omnia membra tulerunt.
Dum nimiùm pugnax unius turba carinæ
Incumbit prono lateri, vacuamque relinquit,
Qua caret hoſte, ratem: congeſto pondere puppis
Verſa, cava texit pelagus nautaſque carina:
Brachia nec licuit vaſto jactare profundo,
Sed clauſo periere mari. Tunc unica diri
Conſpecta eſt leti facies, cùm fortè natantem
Diverſæ roſtris juvenem fixere carinæ.
Diſceſſit medium tam vaſtos pectus ad ictus:
Nec prohibere valent obtritis oſſibus artus,
D Quominus æra ſonent: eliſo ventre, per ora
Ejectat ſaniem permiſtus viſcere ſanguis.
Poſtquam inhibent (a) remis puppes, ac roſtra recedunt,
Disjectum in pelagus perfoſſo pectore corpus
Vulneribus tranſmiſit aquas. Pars maxima turbæ
Naufraga, jactatis morti obluctata lacertis,
Puppis ad auxilium ſociæ concurrit: at illi
Robora cùm vetitis prenſarent altiùs ulnis,
Nutaretque ratis populo peritura recepto:
Impia turba ſuper medios ferit enſe lacertos:
Brachia linquentes Graia pendentia puppe,
A manibus cecidere ſuis: non ampliùs undæ
E Suſtinuere graves in ſummo gurgite truncos.
Jamque omni fuſis nudato milite telis,
Invenit arma furor: remum contorſit in hoſtem
Alter: at hi tortum validis apluſtre lacertis,
Avulſaſque rotant excuſſo remige ſedes.
In pugnam fregere rates: ſidentia peſſum
Corpora cæſa tenent, ſpoliantque cadavera ferro.
Multi inopes teli, jaculum letale revulſum
Viſceribus traxere ſuis, & vulnera læva
Oppreſſere manu, validos dum præbeat ictus
Sanguis, & hoſtilem cùm torſerit, exeat, haſtam.

(a) Gronovius reponit, *remi*.

Digitized by Google

An. U. C. 704.

Nulla tamen plures hoc edidit æquore clades, A
Quàm pelago diverſa lues. Nam pinguibus ignis
Affixus tedis, & tecto fulfure vivax
Spargitur: at faciles præbere alimenta carinæ
Nunc pice, nunc liquida rapuere incendia cera:
Nec flammas ſuperant undæ: ſparſiſque per æquor
Jam ratibus, fragmenta ferus ſibi vindicat ignis.
Hic recipit fluctus, extinguat ut æquore flammas:
Hi, ne mergantur, tabulis ardentibus hærent.
Mille modos inter leti, mors una timori eſt,
Qua cœpere mori. Nec ceſſat naufraga virtus.
Tela legunt dejecta mari, ratibuſque miniſtrant:
Incertaſque manus ictu languente per undas B
Exercent: nunc, rara datur ſi copia ferri,
Utuntur pelago. Sævus complectitur hoſtem
Hoſtis, & implicitis gaudent ſubſidere membris,
Mergenteſque mori. Pugna fuit unus in illa
Eximius (a) Phoceus animam ſervare ſub undis,
Scrutarique fretum ſi quid merſiſſet arenis,
Et nimis affixos unci convellere morſus,
Adductum quoties non ſenſerat ancora funem.
Hic ubi compreſſum penitus deduxerat hoſtem,
Victor & incolumis ſummas remeabat in undas:
Sed ſe per vacuos credit dum ſurgere fluctus,
Puppibus occurrit, tandemque ſub æquore manſit. C
Hi ſuper hoſtiles jecerunt brachia remos,
Et ratium tenuere fugam. Non perdere letum
Maxima cura fuit, multus ſua vulnera puppi
Affixit moriens, & roſtris abſtulit ictus.
Stantem ſublimi Tyrrhenum culmine proræ
(b) Lygdamus excuſſa Balearis tortor habenæ
Glande petens, ſolido fregit cava tempora plumbo.
Sedibus expulſi, poſtquàm cruor omnia rupit
Vincula, procumbunt oculi, ſtat lumine rapto
Attonitus, mortiſque illas putat eſſe tenebras.
At poſtquàm membris ſenſit conſtare vigorem,
Vos, ait, ô ſocii, ſicut tormenta ſoletis, D
Me quoque mittendis rectum componite telis.
Egere quod ſupereſt animæ, Tyrrhene, per omnes
Bellorum caſus. Ingentem militis uſum
Hoc habet ex magna defunctum parte cadaver:
Viventis feriere loco. Sic fatus, in hoſtem
(c) Cæca tela manu, ſed non tamen irrita mittit.
Excipit hæc juvenis generoſi ſanguinis (d) Argus,
Quà jam non medius deſcendit in ilia venter;
Adjuvitque ſuo procumbens pondere ferrum.
Stabat diverſa victæ jam parte carinæ
Infelix Argi genitor, (non ille juventæ
Tempore Phocaïcis ulli ceſſurus in armis; E
Victum ævo robur cecidit, feſſuſque ſenecta
Exemplum, non miles erat) qui funere viſo,
Sæpe cadens longæ ſenior per tranſtra carinæ
Pervenit ad puppim, ſpiranteſque invenit artus.
Non lacrymæ cecidere genis, non pectora tundit;
Diſtentis toto riguit ſed corpore palmis.
Nox ſubit, atque oculos vaſtæ obduxere tenebræ,
Et miſerum cernens agnoſcere deſinit Argum.
Ille caput labens, & jam languentia colla

(a) Phoceus, id eſt Maſſilienſis.
(b) Lygdamus miles Maſſilienſis.
(c) Cod. MS. *Ænea tela manu.*
(d) *Argus*, Maſſilienſis.

Digitized by Google

A Viſo patre levat: vox fauces nulla ſolutas
Proſequitur: tacito tantùm petit oſcula vultu.
Invitatque patris claudenda ad lumina dextram.
Ut torpore ſenex caruit, vireſque cruentus
Cœpit habere dolor, « Non perdam tempora, dixit,
» A ſævis permiſſa Deis, jugulumque ſenilem
» Confodiam. Veniam miſero concede parenti,
» Arge, quòd amplexus, extrema quòd oſcula fugi.
» Nondum deſtituit calidus tua vulnera ſanguis,
» Semianimiſque jaces, & adhuc potes eſſe ſuperſtes. »
Sic fatus, quamvis capulum per viſcera miſſi
Polluerat gladii, tamen alta ſub æquora tendit
B Præcipiti ſaltu; letum præcedere nati
Feſtinantem animam morti non credidit uni.
Inclinant jam fata ducum: nec jam ampliùs anceps
Belli caſus erat: Graiæ pars maxima claſſis
Mergitur: aſt aliæ, mutato remige, puppes
Victores vexere ſuos: navalia paucæ
Præcipiti tenuere fuga. Quis in urbe parentum
Fletus erat! quantus matrum per litora planctus!
Conjux ſæpe ſui, confuſis vultibus unda,
Credidit ora viri, Romanum amplexa cadaver:
Accenſiſque rogis miſeri de corpore trunco
Certavere patres. At Brutus in æquora victor,
C Primus Cæſareis pelagi decus addidit armis.

An. U. C. 704.

EX LIBRO IV.

V. 9. PROFUGIQUE à gente vetuſta
Gallorum Celtæ miſcentes (a) nomen Iberis.

EX LIBRO V.

V. 27. TARPEIA (b) ſede peruſta
Gallorum facibus.

(a) Silius Italicus l. 3. v. 340. *Venere & Celtæ ſociati nomen Iberis.*

(b) Tarpeia ſedes ſeu Capitolium non à Gallis incenſum eſt; ſed urbs tantùm.

D

EX SILII ITALICI PUNICIS, DE GALLIS.

Edit. Pariſiis in 4°. an. 1618.

EX LIBRO I.

V. 617. HIc galeæ Senonum, penſatique improbus auri
Arbiter enſis ineſt, Galliſque ex arce fugatis,
Arma revertentis pompâ geſtata Camilli.

E

EX LIBRO III.

V. 417. (a) PYRENE celsâ nimboſi verticis arce
Diviſos Celtis altè proſpectat Iberos,
Atque æterna tenet magnis divortia terris.
Nomen Bebrycia duxere à virgine colles,
Hoſpitis Alcidæ crimen, qui ſorte laborum,
Gerionis peteret cùm longa tricorporis arva,

(a) Silius, ut Pyrenæorum montium originem celebriorem faceret, Amycum Pyrenes patrem & Bebrycum Aſiaticorum regem licentiâ poëticâ regnantem fecit in Galliarum parte Pyrenæis vicina. Hinc qui Silium ſubſecuti ſunt, ut Feſtus Avienus, Scymnus Chius, Dio Caſſius, Sthephanus Byzantius, Tzetzes Lycophronis Scholiaſtes & Zonaras, populos, qui à Narbone ad Pyrenæos uſque montes habitabant, Bebryces vocarunt.

Digitized by Google

Poſſeſſus Baccho, ſæva (a) Bebrycis in aula
Lugendam formæ ſine virginitate reliquit
Pyrenen. — — — — —

— — — — —

Aa. U. C. 535. V. 442. Jamque per & colles & denſos abjete lucos
Bebryciæ (b) Pœnus fines tranſcenderat aulæ:
Inde ferox quæſitum armis per inhoſpita rura
Volcarum populatur iter, tumidique minaces
Accedit Rhodani feſtino milite ripas.
Aggeribus caput Alpinis, & rupe nivali
Proſilit in Celtas, ingentemque extrahit amnem
Spumanti Rhodanus proſcindens gurgite campos,
Ac properè in pontum lato ruit incitus alveo.
Auget opes ſtanti ſimilis, tacitoque liquore
Mixtus Arar, quem gurgitibus complexus anhelis
Cunctantem immergit pelago, raptumque per arva
Ferre vetat patrium vicina ad littora nomen.
Invadunt alacres inimicum pontibus amnem.
Nunc celſo capite & cervicibus arma tenentur;
Nunc validis gurges certatim frangitur ulnis.
Fluminea ſonipes religatus ducitur alno:
Bellua nec retinet tardante Libyſſa timore:
Nam trabibus vada, & injecta tellure repertum
Connexas operire trabes, ac ducere in altum
Paulatim ripæ reſolutis aggere vinclis.
At gregis allapſu fremebundo territus acris
Expavit moles Rhodanus, ſtagniſque refuſis
Torſit arenoſo minitantia murmura fundo.
Jamque Tricaſtinis incedit finibus agmen,
Jam faciles campos, jam rura Vocontia carpit.
Turbidus hic truncis, ſaxiſque Druentia lætum
Ductoris vaſtavit iter. Namque Alpibus ortus
Avulſas ornos & adeſi fragmina montis
Cum ſonitu volvens fertur latrantibus undis,
Ac vade tranſlato mutat fallacia curſu.
Non pediti fidus, patulis non puppibus æquus,
Et tunc imbre recens fuſo, correpta ſub armis
Corpora multa virûm ſpumanti vertice torquens
Immerſit fundo laceris deformia membris.
Sed jam præteritos ultrà meminiſſe labores
Conſpectæ propiùs demſere paventibus Alpes.
Cuncta gelu canaque æternùm grandine tecta,
Atque ævi glaciem cohibent: riget ardua montis
Ætherii facies, ſurgentique obvia Phœbo
Duratas neſcit flammis mollire pruinas.
Quantùm tartareus regni pallentis hiatus
Ad manes imos, atque atræ ſtagna paludis
A ſupera tellure patet: tam longa per auras
Erigitur tellus, & cælum intercipit umbra.
Nullum ver uſquam, nullique æſtatis honores.
Sola jugis habitat diris, ſedeſque tuetur
Perpetuas deformis hyems: illa undique nubes
Huc atras agit, & mixtos cum grandine nimbos.
Jam cuncti flatus, ventique furentia regna
Alpina poſuere domo, caligat in altis
Obtutus ſaxis, abeuntque in nubila montes, &c.

(a) Per *Bebrycis aulam* intelligenda eſt Narbonenſis Gallia.

(b) Id eſt, Annibal. Vide Livium lib. 21.

Digitized by Google

A

EX LIBRO IV.

V. 145 BOIORUM ante alias Chryxo duce mobilis ala — An. U. C. 535.
Arjetat in primos, obicitque immania membra
Ipſe tumens, atavi Brenni ſe ſtirpe ferebat
Chryxus, & in titulos Capitolia capta trahebat,
Tarpeioque jugo demens, & vertice ſacro
150 Penſanteis aurum Celtas umbone ferebat.
Colla viri fulvo radiabant lactea torque,
Auro virgatæ veſtes, manicæque rigebant
Ex auro, & ſimili vibrabat criſta metallo.
B Sternitur impulſu vaſto perculſa Camertum
Prima phalanx, ſpiſſæque ruunt conferta per arma
Undæ Boiorum, ſociata examina denſant
Infandi Senones, colliſaque quadrupetantum
Pectoribus, toto volvuntur corpora campo.
Arva natant, altuſque virûm cruor, altus equorum
160 Lubrica belligeræ ſorbet veſtigia turmæ.
Seminecum lethum peragit gravis ungula pulſu,
Et circumvolitans tetros è ſanguine rores
Spargit humo, miſeriſque ſuo lavit ora cruore.
Spicula prima, puer tumidi Tyrrhene Pelori,
Purpureo moriens victricia ſanguine tingis.
C Nam tibi cùm ſtimulas cornu, atque in prælia mentes
Accendis, renovaſque viros ad vulnera cantu,
Hæſit barbaricum ſub anhelo gutture telum,
Et clauſit raucum lethali vulnere murmur.
170 At ſonus extremo morientis fuſus ab ore,
Feſſa pererravit mutis jam cornua labris
Chryxus Picentem, Laurumque, nec eminùs ambo,
Sed gladio Laurum, Picenti raſilis haſta
Ripis lecta Padi, lethum tulit: avia namque
Dum petit, ac lævo meditatur fallere gyro,
Haſta viri femur, & pariter per anhela volantis
Ilia ſedit equi, geminam dedit horrida mortem.
D Idem ſanguinea Venuli cervice revellens,
Sternit præcipitem trepido te, Farfare, telo:
180 Et te ſub gelido nutritum, Tulle, Velino,
Egregium Auſoniæ decus, ac memorabile nomen,
Si dent fata moras, aut ſervent fœdera Pœni.
Tum Romulum, atque olim celeberrima nomina bello
Tyburteis magnos, Hiſpellatemque, Metaurumque,
Et Damum, dubia meditatus cuſpide vulnus.
Nec locus eſt Tyriis belli pugnæve; ſed omnem
Celticus implevit campum furor: irrita nulli
Spicula torquentur, ſtatque omne in corpore ferrum.
Hic inter trepidos immane Quirinius audens,
E 190 Cui fugere ignotum, atque invicta mente placebat
Rebus in adverſis exceptum pectore lethum,
Cuſpide flammat equum, ac diſpergit geſa lacerto.
Si reſerare viam, atque ad Regem rumpere ferro
Detur iter, certuſque necis, petit omnibus auſis,
Quod nequeat ſentire decus: cadit inguine foſſo
Teutalus, & vaſto quatitur ſub pondere tellus.
Occumbit Sarmens, flavam qui ponere victor
Cæſariem, crinemque tibi, Gradive, vovebat
Auro certantem, & rutilum ſub vertice nodum.
200 Sed Parcæ intonsâ non exaudita voventem
Ad manes traxere comâ: per candida membra

Digitized by Google

An. U. C. 535.

It fumans cruor, & tellus perfuſa rubeſcit. A
At non tardatus jaculo occurente Lycaunus
Irruit, adverſumque viro rotat obvius enſem.
Et ferit inſurgens, humero quà brachia lenti
Annectunt nervi, deciſaque vulnere læva
Laxatis paulùm moribunda pependit habenis.
Dumque micans tremulo conatu lora retentat,
Flectentem aſſuetos imitatur neſcia frenos:
Demetit averſi Veſagus tum colla, jubaque
Suſpenſam portans galeam, atque incluſa perempti
Ora viri, patrio divos clamore ſalutat.
Dumque ea Gallorum populi dant funera campo,
Accitas properè caſtris in prælia Conſul B
Raptabat turmas, primuſque ruebat in hoſtem
Candenti ſublimis equo, trahit undique lectum
Divitis Auſoniæ juvenem, Marſoſque, Coramque,
Laurentumque decus, jaculatoremque Sabellum,
Et Gradivicolam celſo de colle Tudertem,
Indutoſque ſimul gentilia lina Faliſcos,
Quoſque ſub Herculeis taciturno flumine muris
Pomifera arva creant, Anienicolæque Catilli,
Quoſque in prægelidis duratos Hernica rivis
Mittebant ſaxa, & nebuloſi rura Caſini,
Ibant in Martem terræ dominantis alumni
Damnati ſuperis, nec jam reditura juventus. C
Scipio, quà medius pugnæ vorat agmina vortex,
Infert cornipedem, atque inſtinctus ſtrage ſuorum,
Inferias cæſis mactat Labarumque Padumque,
Et Camum, & multo vix fuſum vulnere Brennum,
Gorgoneoque Larum torquentem lumina vultu.
Occidis & triſti pugnans, Lepontice, fato:
Nam dum frena ferox objecto corpore prenſas,
Atque æquas celſus reſidentis Conſulis ora
Ipſe pedes, frontem in mediam gravis incidit enſis,
Et diviſum humeris jacuit caput. Abbatus amens
Qui luctatur equo, parmaque incurſibus obſtat,
Ictu quadrupedis fulva porrectus arena, D
Eliſa incuſſis amiſit calcibus ora.
Perfurit Auſonius turbata per æquora ductor,
Ceu gelidus Boreas totum cùm ſuſtulit imo
Icarium fundo victor mare, navita vaſto
Jactatur ſparſus, lacerata claſſe, profundo,
Cunctaque canenti perfunditur æquore Cyclas.
Chryxus ut in tenui ſpes, exiguumque ſalutis
Jam videt eſſe ſuæ, mortemque adſtare propinquam,
Armat contemptu mentem necis: horrida barba
Sanguineâ rutilat ſpumâ, rictuſque furentis
Albet, & effuſo ſqualent à pulvere crines. E
Invadit Tarium, vicino Conſule, pugnas
Miſcentem, ſæviſque virum circumtonat armis.
Volvitur ille ſolo: nam pronum effundit in armos
Fata extrema ferens abies, rapiturque pavore
Tractus equi, vinctis connexa ad cingula membris.
Longa cruor ſparſo liquit veſtigia campo,
Et tremulos cuſpis ductus in pulvere ſignat.
Laudabat lethi juvenem, egregioſque parabat
Ulciſci Conſul manes, cùm dira per auras
Vox venit, & Chryxum ferri clamoribus audit
Haud notum vultu: ſurgit violentior ira
Comminùs, atque oculos optato in corpore figit.

Tum

Digitized by Google

A Tum ſtimulans grato plauſæ cervicis honore
Cornipedem alloquitur: « Vulgum Martemque minorem
» Hactenus, & leto dedimus ſine nomine gentem.
» Nos, Gargane, vocant ſuperi ad majora; vides-ne
» Quantus eat Chryxus? jam nunc tibi præmia pono
» Illum Sidonio fulgentem ardore tapeta,
» Barbaricum decus, & fulvis donabere frenis. »
Sic fatus, magno Chryxum clamore ciebat
In pugnam, ac vacuo poſcebat prælia campo.
Nec detrectantem par ira accenderat hoſtem.
Ut juſſæ ceſſere retrò, ſpatiumque dederunt
Hinc atque hinc alæ, medio ſtetit æquore pugna.
B Quantus Phlegræis telluris alumnus in arvis
Movit ſigna * Mimas, & cælum exterruit armis,
Tantus ſemifero Chryxus ſub pectore murmur
Torquet, & horriſonis ululatibus erigit iras.
« Nemo-ne incenſæ captæque ſuperfuit urbi,
» Ut tibi quas Brenni populus ferremus in arma
» Narraret dextras? diſce en nunc, » inquit: & unà
Contorquet nodis & obuſto robore diram
Vel portas quaſſaſſe trabem; ſonat illa tremendum,
Ac nimio jactu ſervaſſe improvida campi
Diſtantis ſpatium, propiorem tranſvolat hoſtem.
Cui Conſul: « ferre hoc umbris proavoque memento
C » Quàm procul occumbas Tarpeia à ſede, tibique
» Haud licitum ſacri Capitolia cernere montis. »
Tum nodo curſuque levi ſimul adjuvat haſtam
Dignam mole viri nixus: fugit illa per ora
Multiplicis lini, ſubtectaque tegmina nervis,
Atque altum tota metitur cuſpide pectus.
Procumbit lata porrectus in arma ruina
Et percuſſa gemit tellus ingentibus armis.

Ductore amiſſo pedibus ſe credere Celtæ,
Una ſpes animæ, tantuſque pependerat ardor.

* *Al.* minax.

EX LIBRO V.

D

V. 644 DUMQUE ea commemorat * denſoſque obit obvius hoſteis, An. U. C. 536.
Advolat ora ferus mentemque Ducarius, acri
Nomen erat gentile viro, fuſiſque catervis
Boiorum quondam patriis, antiqua gerebat
Vulnera barbaricæ mentis; noſcenſque ſuperbi
Victoris vultus, « tu-ne, inquit, maximus ille
» Boiorum terror? libet hoc cognoſcere telo,
» Corporis an tanti manet de vulnere ſanguis.
» Nec vos pœniteat populares fortibus umbris
» Hoc mactare caput: noſtros hic curribus egit
E » Inſiſtens victos alta ad Capitolia patres.
» Ultrix hora vocat. » Pariter tunc undique fuſis
Obruitur telis, nimboque ruente per auras
Contectus; nulli dextra jactare reliquit
Flaminium cecidiſſe ſua: nec pugna perempto
Ulterior ductore fuit.

* Flaminius.

EX LIBRO VIII.

V. 16. QUIN etiam ingenio fluxi, ſed prima feroces, An. U. C. 536.
Vaniloquum Celtæ genus ac mutabile mentis,
Reſpectare domos: mœrebant cæde ſine ulla

Digitized by Google

(Inſolitum ſibi) bella geri, ſiccaſque cruore A
Inter tela ſiti Mavortis hebeſcere dextras.

— — — — — — —

V. 455 Et Clanis, & Rubico, & Senonum de nomine (a) Sena.

EX LIBRO X.

V. 77 Ut (b) canis occultos agitat quum Belgicus apros,
Erroreſque feræ ſollers per devia mersâ
Nare legit, tacitoque premens veſtigia roſtro
Luſtrat inacceſſos venantum indagine ſaltus.
Nec ſiſtit, niſi conceptum ſectatus odorem, B
Deprendit ſpiſſis arcana cubilia dumis.

EX LIBRO XI.

An. U. C. 537. V. 25 Jam verò Eridani tumidiſſimus accola Celtæ
Incubuere malis iterum, veteriſque doloris
Tota ſe ſocios properarunt jungere mole.
Sed fas id Celtis; fas impia bella referre
Boiorum fuerit populis? Capuæ-ne furorem
Quem Senonum genti placuiſſe?

EX LIBRO XII. C

V. 580 Intratam Senonum capietis millibus Urbem,
Aſſuetamque capi: fortaſſe curulibus altis
Jam vos, exemplo proavorum, ac nobile letum
Exſpectant de more ſenes, mortique parantur.

EX LIBRO XIII.

An. U. C. 363. V. 79 Hæc [Minerva] auſos Celtas irrumpere mœnia Romæ
Corripuit leto; neque tot de millibus unum
Ingentis populi, patrias dimiſit ad oras.

D

EX LIBRO XV.

V. 168 — — Occurrunt mœnia Graio
Condita Maſſiliæ, populis accincta ſuperbis,
Barbarus immani quæ territat accola ritu.
Antiquæ morem patriæ, cultuſque habitumque
Phocaïs armiſonas inter tenet hoſpita gentes

— — — — —

An. U. C. 545. V. 496 Terrore intereà poſito trans ardua montis
Bebrycia populos armabat Pœnus in aula,
Mercandi dextras largus, belloque parata
Prodigere in bellum facilis, præmiſſa feroces
Augebant animos argenti pondera & auri E
Parta metalliferis longo diſcrimine terris.
Hinc nova complerunt haud tardo milite caſtra
Venales animæ, Rhodani qui gurgite gaudent,
Quorum ſerpit Arar per rura pigerrimus undæ.
Jamque hieme affecta miteſcere cœperat annus;
Inde iter ingrediens rapidum per Celtica rura,
Miratur domitas Alpes ac pervia montis

(a) *Sena* hîc non oppidum, ſed fluvius.

(b) Gallici canis meminit Martialis lib. 3. Epigr. 47. *Leporemque læſum Gallici canis dente.* Meminit & Ovidius l. 1. Metam. v. 533.

Ut canis in vacuo leporem quum Gallicus arvo
Vidit; & hic prædam pedibus petit, ille ſalutem.

Digitized by Google

A Ardua, & Herculeæ quærit vestigia plantæ. An. U. C. 546.

V. 556. Pœnus inundavit campos, quà (a) Sena relictum
Gallorum à populis servat per sæcula nomen.

V. 719. Proceræ stabant, Celtarum signa, cohortes, Eod. ann.
Prima acies; hos impulsu cuneoque feroci
Laxat vis subita, & fessos errore viarum,
Nec soli faciles, longique laboris anhelos,
Avertit patrius gentem pavor: addere tergo
Hastas Ausonius, teloque instare sequaci,
Nec donare fugam. Cadit uno vulnere (b) Tyrus,
B Non uno Rhodanus; profligatumque sagittæ
Lancea deturbat Morinum, & jam jamque cadentem
Cedentemque urget totas largitus habenas
Livius (c) acer equo, & turmis abeuntibus infert
Cornipedem: tunc aversi turgentia colla
Diripit ense Mosæ, discussit pondere terram
Cum galea ex alto lapsum caput, ac residentem
Turbatus rapuit sonipes in prælia truncum.

(a) *Sena* seu *Senogallia*, oppidum ad Misum in Umbria.
(b) Tyrus, Rhodanus, Morinus & Mosa, milites Gallici.
(c) M. Livius sali nator Consul.

C

EX DIOSCORIDE, DE GALLIA.

Ex Edit. Wecheliana in fol. 1598.

EX LIBRO I.

Ἡ δὲ Κελτικὴ Νάρδος γεννᾶται μὲν ἐν τοῖς κατὰ Διγυρίαν Ἄλπεσιν, ἐπιχωρίως ὠνομασμένη (a) Ἀλιουγία.

Γίνεται δὲ ἡ ῥητίνη ὑγρὰ πιτυΐνη καὶ πευκίνη, κομιζόμεναι ἀπὸ Γαλλίας καὶ Τυῤῥηνίας.... καὶ ἀπὸ Γαλατίας τῆς πρὸς τοῖς Ἄλπεσιν, ἣν ἐπιχωρίως οἱ τῆσδε ἔποικοι (b) λάρικα ὀνομάζουσιν. D

CELTICA Nardus nascitur in Liguriæ Alpibus, vernaculo sermone Aliungia dicta. Cap. 7.

Manat resina liquida tum è pinu, tum è picea: hæ ex Gallia & Etruria convehuntur..... itemque ex Gallia subalpina, quam incolæ nomine vernaculo laricem appellant. Cap. 92.

EX LIBRO III.

Ἔστι δὲ καὶ τρίτον εἶδος ἀψινθίου, γεννώμενον ἐν τῇ κατὰ τὰς Ἄλπεις Γαλατίᾳ πλεῖστον· ὃ ἐπιχωρίως Σαντόνιον καλοῦσιν, ἐπωνύμως τῇ γεννώσῃ αὐτὸ Σαντονίδι χώρᾳ. ἐοικὸς ἀψινθίῳ, οὐ μὴν οὕτωγε ἔνσπερμον, ὑπόπικρον δὲ, καὶ δυνάμενον τὰ αὐτὰ τῷ σεριφίῳ.

Στιχὰς γεννᾶται μὲν ἐν τοῖς κατὰ Γαλατίαν νήσοις E ἀντικρὺ Μασσαλίας, καλουμέναις δὲ (d) Στιχάσιν, ὅθεν καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἔσχηκε. πόα λεπτόκαρπός ἐστι, ὁμοίαν ἔχουσα κόμην θύμῳ, μακροφυλλοτέρα μέντοι γε καὶ δριμεῖα ἐν τῇ γεύσει, καὶ ὑπόπικρος ποσῶς.

EST & tertium absinthii genus, quod copiosissimum in Gallia Alpibus finitima nascitur. Id patrio nomine (c) Santonicum appellant, tracto à Santonum regione, in qua gignitur, cognomento. Absinthio est simile, attamen non adeò seminis fecundum, sed subamarum, & ejusdem ac seriphium facultatis. Cap. 28.

Stichas in insulis Galliæ gignitur, quæ è regione Massiliæ sitæ Stichades appellantur; & ab iis quoque nomen accepit. Herba est tenuibus surculis, comâ thymi, sed folio longiore, gustu acris, & aliquantùm subamara. Cap. 31.

(a) Quidam legendum putant Γάλλικα.
(b) Ald. Cod. δάλακα.
(c) Santonica virga appellatur à Martiale Epigr. 96. lib. 9.
(d) Aliis Στοιχάδες *Stœchades* dicuntur; quod eodem redit: nam στίχος *ordo* idem quod στοῖχος, ejusdemque originis.

Digitized by Google

Cap. 60. Seſeli Maſſilienſe folia habet fœniculi, at craſſiora, caulemque vegetiorem. Habet etiam umbellam anethi, in qua ſemen oblongum, anguloſum, deguſtanti ſtatim acre: radix longa & jucundi odoris.

Σέσελι τὸ Μασσαλιωτικὸν φύλλα ἔχει ἐοικότα μαράθρῳ, παχύτερα ἢ, καὶ τὸν καυλὸν εὐερνέστερον ἔχει. ἔχει ἢ σπιάδιον ἀνήθῳ ὅμοιον, ἐφ' ᾧ ὁ καρπὸς ὀπιμήκης, γεγωνιωμένος, δριμὺς βιβρωσκόμενος, ῥίζα μακρὰ, εὐώδης.

Cap. 80. Smilax à quibuſdam thymalus, à Latinis taxus appellatur: arbor eſt abietis magnitudine, & foliorum ejuſdem figura, in Italia & Narbonenſi Gallia Hiſpaniæ contermina naſcens. Nigreſcunt pulli gallinacei qui Italicæ taxi fructu veſcuntur: & qui eumdem ederint homines, alvi profluviis corripiuntur. Narbonenſis verò tam præſentis eſt veneni, ut qui ſub ejus umbra ſederint obdormierintve, lædantur, & ſæpenumero etiam moriantur. Hæc de taxo traduntur, ut ab ea quiſque caveat.

Σμίλαξ, οἱ ἢ θύμαλον, Ρωμαῖοι ἢ τάξον καλοῦσι· δένδρον ὄζοι σφενδαμήσιον ἐλάτῃ τοῖς φύλλοις καὶ μεγέθει, ἐν Ἰταλίᾳ καὶ ἐν Ναρβωνίᾳ τῇ κατ' Ἰσπανίαν φυόμενον. ἢ ἢ ἐν Ἰταλίᾳ γεννωμένοις καρπὸν ὀρνίθια ἐσθίοντα μελαίνει· οἱ ἢ φαγόντες καμνουσι δι' ἀρροίας φθείρονται. τὸ ἢ ἐν τῇ Ναρβωνίᾳ, τοσαύτης δυνάμεως μετέχει, ὡς καὶ ἐπὶ τῆς σκιᾶς τοὺς ὑποκαθεύδοντας ἢ κοιμηθέντας βλάπτεσθαι, πολλάκις ἢ καὶ θνήσκειν. ἰσχυρὸν ἢ φασὶ καὶ αὐτῆς χρῆσθαι φαρμακεύεσθαι.

EX LIBRO V.

Cap. 43. RESINATUM vinum paſſim apud varias gentes factitari ſolet, ſed plurimùm in Gallia, quoniam illic præ frigore non matureſcente uva facilè coaceſcit, niſi picea reſina condiatur.

Ο ἢ Ρητινίτης καὶ κατὰ τὰ ἔθνη σπουάζεται· πλεοναζει ἢ ἐν Γαλατίᾳ, διὰ τὸ ὀπτᾶσθαι ἢ οἶνον, ἀπεπάντου μυσώσης τὸ σταφυλῆς διὰ τὸ ψύχειν, εἰ μὴ φαρμακῇ πευκίνῃ.

EX M. VAL. MARTIALE, DE GALLIS.

Edit. Amſtelædami, in 8°. 1701.

Lib. 1. *Epigr.* 54.

SIc interpoſitus vitio contaminat uncto
Urbica Lingonicus Tyrianthina bardocucullus.

Lib. 3. *Epigr.* 1.

(a) Gallia Romanæ nomine dicta togæ.

Lib. 4. *Epigr.* 19.

(b) Hanc tibi Sequanicæ pinguem textricis alumnam,
Quæ Lacedæmoniorum barbara nomen habet.
Sordida, ſed gelido non aſpernanda Decembri,
Dona peregrinam mittimus endromida.

Lib. 5. *Epigr.* 1.

Et tumidus Galla credulitate fruar.

Lib. 7. *Epigr.* 87.

Fertur habere meos, ſi vera eſt fama, libellos
Inter delicias pulchra Vienna ſuas.
Me legit omnis ibi ſenior, juveniſque, puerque,
Et coram tetrico caſta puella viro.

(a) Gallia Ciſalpina, Togata dicta, quòd veſtitum Romanorum aſſumſerat.

(b) *Endromis*, veſtis confecta apud Sequanos.

Digitized by Google

A

Lib. 8. *Epigr.* 33.

Et mutat latias ſpuma (a) Batava comas.

Epigr. 72

Artanum properas ſequi, libelle;
Quem pulcherrima jam redire Narbo,
Docti patria Narbo Votieni,
Ad leges jubet (b) annuoſque faſces.

B

Lib. 9. *Epigr.* 96.

(c) Santonica medicata dedit mihi pocula virga.

Epigr. 101.

Marcus amat noſtras (d) Antonius, Attice, muſas,
Charta ſalutatrix ſi modò vera refert:
Marcus (e) Palladiæ non inficianda Toloſæ
Gloria, quem genuit pacis amica quies.

C

Lib. 12. *Epigr.* 32.

Nec quadra deerat caſei Toloſatis.

Lib. 13. *Epigr.* 54.

Cerretana mihi fies, vel maſſa licebit
De (f) Menapîs: lauti de petaſone vorent.

Epigr. 103. *de Muria.*

Antipolitani, fateor, ſum muria thynni
Eſſem ſi ſcombri, non tibi miſſa forem.

D

Epigr. 107.

Hæc de vitiferâ veniſſe picata Viennâ
Ne dubites: miſit (g) Romulus ipſe mihi.

Epigr. 123.

Cùm tua centenos expugnet ſportula cives,
Fumea (h) Maſſiliæ ponere vina potes.

E

Lib. 14. *Epigr.* 128.

Gallia (i) Santonico veſtit te bardocucullo.

(a) Romanæ mulieres crinium flavedinem ſapone Batavo mentiebantur.

(b) Narbone ſingulis annis ex Decurionibus duumviri juri dicundo creabantur, qui Romanos Conſules repræſentabant.

(c) Santonica virga abſinthium eſt, vide Dioſcoridem l. 3. c. 28. ſuprà, pag. 683.

(d) Hic eſt Antonius Primus, quem Toloſæ natum dicit Suetonius in Vitellio. De Antonio adhuc Martialis l. 10. epigr. 23. & 32.

(e) Toloſa dicitur Palladia vel à Palladis cultu, vel à proventu olivæ, vel potiùs à ſtudiis litterarum. Eam quoque Auſonius & Sidonius Palladiam vocavere.

(f) Menapii Moſam fluvium incolebant. Hodie vocantur Geldrenſes, Juliacenſes, ubi pernæ multùm etiamnunc laudantur. *Colleſſo.*

(g) Romulus, mercator Viennenſis.

(h) De fumeis Maſſiliæ vinis vide eumdem l. 5. Epigr. 82. l. 10. Epigr. 36. l. 14. Epigr. 118.

(i) Cuculli Santonici meminit Juvenalis Sat. 8. v. 147.

——— *Santonico velas adoperta cucullo.*

Digitized by Google

A

Epigr. 129.

Roma magis fuſcis veſtitur, Gallia rufis.

Epigr. 159.

Vellera Lingonicis accipe raſa ſagis.

Epigr. 160.

Tomentum conciſa palus Circenſe vocatur.
Hæc pro Lingonico ſtramina pauper emit. B

EX SEXTI JULII FRONTONIS STRATAGEMATIBUS, DE GALLIS.

Edit. Pariſiis, in fol. 1535.

EX LIBRO I.

Cap. 6. An. U. C. 537. BOII in ſilva Litana, quà tranſiturus erat noſter exercitus, ſucciderant arbores, ita ut ex parte exigua ſuſtentatæ ſtarent, donec impellerentur: delituerant deinde ad extremas ipſi: ubi, ingreſſo ſilvam hoſte, proximas ulteriores impulerunt. Eo modo propagata pariter ſupra Romanos ruina, magnam manum eliſerunt. C

Cap. 7. Carthaginienſium duces inſtructuri claſſem, quia ſparto deficiebantur, crinibus tonſarum mulierum ad funes efficiendos uſi ſunt. Idem Maſſilienſes & Rhodii fecerunt

Cap. 8. An. U. C. 458. Ad ſua defendenda Etruſci Umbrique deſcenderunt: relictos Samnites Galloſque Fabius & collega Decius aggreſſi vicerunt.

EX LIBRO II.

Cap. 1. FABIUS Maximus non ignarus Gallos & Samnites primo impetu prævalere, ſuorum autem infatigabiles ſpiritus inter moras decertandi etiam incaleſcere; impe- D
ravit militibus, ut contenti eſſent primo congreſſu ſuſtinere, ut hoſtem mora fatigarent. Quod ubi ſucceſſit, admoto etiam ſubſidio ſuis, in prima acie univerſis viribus oppreſſum fudit hoſtem.

Cap. 3. C. Cæſar Gallorum falcatas quadrigas eadem ratione palis defixis excepit inhibuitque.

Cap. 4. An. U. C. 395. C. Sulpicius Petreius Conſul contra Gallos dimicaturus, juſſit muliones clam in montes proximos cum mulis abire, & inde conſerto jam prælio, velut equis inſidentes oſtentare ſe pugnantibus. Quare Galli exiſtimantes adventare auxilia Romanis, ceſſere jam penè victores.

An. U. C. 651. Marius circa Aquas Sextias, quum in animo haberet poſtera die depugnare adverſus Teutonos, Marcellum cum parva manu equitum peditumque noctu poſt terga hoſtium miſit, & ad implendam multitudinis ſpeciem, agaſones lixaſque armatos E
ſimul ire juſſit, jumentorumque magnam partem inſtratorum cum centunculis, ut per hoc facies equitatûs objiceretur; præcepitque ut, quum animadvertiſſent committi prælium, ipſi in terga hoſtium deſcenderent. Qui apparatus tantum terroris intulit, ut aſperrimi hoſtes in fugam verſi ſint.

An. U. C. 682. Licinius Craſſus fugitivorum bello apud Calamarcum educturus militem, adverſus Caſtum & Canimocum duces Gallorum duodecim cohortes cum Promptino & cum Q. Marcio Ruffo legatis poſt montem circummiſit, quæ quum, commiſſo jam prælio, à tergo clamore jam ſublato, decurriſſent, ita fuderunt hoſtes, ut ubique fugam pro pugna capeſſerent.

Cap. 5. An. U. C. 700. T. Labienus C. Cæſaris legatus adverſus Gallos, ante adventum Germanorum, quos auxilio his venturos ſciebat, confligere cupiens, diffidentiam ſimulavit,

Digitized by Google

A positisque in diversa ripa castris, profectionem edixit in posterum diem. Galli credentes eum fugere, flumen, quod medium erat, instituerunt transmittere. Labienus circumacto exercitu, inter ipsas superandi amnis difficultates eos cecidit.

Antonius apud Forum Gallorum quum Pansam Consulem adventare comperisset, insidiis per silvestria Æmiliæ viæ dispositis, agmen ejus excepit fuditque. Ibid. An. U. C. 710.

Gallos eo prælio, quod Camilli ductu gestum est, desiderantes navigia, quibus Tiberim transirent, Senatus censuit transvehendos, & commeatibus quoque persequendos. Ejusdem generis hominibus postea per Pomptinum agrum fugientibus via data est, quæ Gallica appellatur. Cap. 6. An. U. C. 404.

Galli pugnaturi cum Attalo, aurum omne & argentum certis custodibus tradiderunt, quibus, si acie fugissent, parceretur, quò faciliùs colligenda præda hostem impeditum effugerent. Cap. 13.

B (a) Comminius Atrabas quum victus à D. Julio ex Gallia in Britanniam fugeret, & fortè ad oceanum secundo vento quidem, sed æstu recedente venisset; quamvis naves in siccis littoribus hærerent, pandi nihilominus vela jussit. Quæ quum persequens eum Cæsar ex longinquo tumentia & flatu plena vidisset, ratus prospero sibi eripi cursu, recessit. Ibid. An. U. C. 702.

EX LIBRO III.

C. Cæsar in Gallia Cadurcorum (b) civitatem amne cinctam & fontibus abundantem ad inopiam aquæ redegit, quum fontes cuniculis avertisset, & fluminis usum per sagittarios arcuisset. Cap. 7. Eod. an.

Amilcar dux Pœnorum, quum frequenter auxiliares Galli ad Romanos transirent, C etiam ex consuetudine, ut socii exciperentur, sibi fidelissimos subornavit ad dissimulandam transitionem, qui Romanos excipiendorum caussa eorum progressos ceciderunt. Cap. 16.

Hanno Carthaginiensium Imperator in Sicilia, quum comperisset Gallorum mercenariorum circiter quatuor millia conspirasse ad transfugiendum ad Romanos, quòd aliquot mensium mercedes non receperant, animadvertere autem in eos non auderet, metu seditionis, promisit prolationis injuriam liberalitate pensaturum. Quo nomine gratias agentibus Gallis, per tempus datis pollicitis, fidelissimum dispensatorem ad Otacilium Consulem misit, qui tamquam rationibus interversis transfugisset, nunciavit nocte proxima Gallorum quatuor millia, quæ prædatum forent missa, posse excipi. Otacilius nec statim credidit transfugæ, nec tamen rem spernendam ratus, dispositis insidiis lectissimam manum suorum. Ab ea Galli excepti, dupliciter D Hannonis consilio satisfecerunt: & Romanos ceciderunt, & ipsi omnes interfecti sunt. An. U. C. 507.

C. Cæsar, in Gallia deletis ab Ambiorige Titurii Sabini & Cottæ legatorum copiis, quum à Q. Cicerone, qui & ipse oppugnabatur, certior factus, cum duabus legionibus adventaret, conversis hostibus metum simulavit, militesque in castris, quæ ampliora solito industriâ fecerat, tenuit. Galli, præsumta jam victoria, velut ad prædam castrorum tendentes, fossas implere, & vallum detrahere cœperunt. Qua re prælio aptatos Cæsar, emisso repente undique milite, trucidavit. Cap. 17. An. U. C. 699.

Titurius Sabinus adversùs Gallorum amplum exercitum continendo militem juxta munimenta, præstitit eis suspicionem metuentis: cujus augendæ caussâ perfugam misit, qui affirmaret exercitum Romanum in desperatione esse, ac fugam cogitare. Barbari oblata victoriæ spe concitati, lignis sarmentisque se oneraverunt, quibus E fossas complerent; ingentique cursu castra nostra in colle posita petiverunt: unde in eos Titurius universas immisit copias, multisque Gallorum cæsis, plurimos in deditionem accepit. An. U. C. 697.

EX LIBRO IV.

Auspiciis Imp. Cæs. Domitiani Augusti, Germanico bello, quod Julius Civilis in Gallia moverat, Lingonum opulentissima civitas, quæ ad Civilem desciverat, quum adveniente exercitu Cæsaris populationem timeret; quòd contra exspectationem inviolata, nihil ex rebus suis amiserat, ad obsequium redacta septuaginta millia armatorum tradidit ei. Cap 3. An. Chr. 70.

(a) Apud Cæsarem Comius dicitur.

(b) Hæc Cadurcorum civitas *Uxellodunum* est.

Digitized by Google

Cap. 5. An. U. C. 531.

Cl. Marcellus quum in manus Gallorum imprudens incidisset; circumspiciendæ regionis quà evaderet caussa, equum in orbem flexit: deinde quum omnia esse infesta vidisset, precatus deos in medios hostes irrupit: quibus inopinata audacia perculsis, ducem (a) quoque eorum trucidavit; atque ubi spes salutis vix superfuerat, inde opima retulit spolia. A

(a) Dux iste Virdumarus vocabatur, quem Livii Epitome XX. Insubrium Ducem facit, Orosius lib. 4. cap. 13. Gæsatarum Regem.

EX CL. ÆLIANO, DE GALLIS.

Ex editione Tigurina, in fol. 1556.

EX LIBRO I. DE ANIMALIUM NATURA.

Cap. 44.

ANTIOCHI equum prætereo, qui ut dominum suum ulcisceretur, Gallo (is vocabatur Centoarates) qui Antiochum in pugna interfecerat, necem intulit.

B Τον Αντιόχου δὲ ἵππον τὸν τιμωρήσαντα τῷ δεσπότῃ, καὶ ἀποκτείναντα τὸν Γαλάτην, ὁσπερεῦν ἀπέσφαξε τὸν Αντίοχον ἐν τῇ μάχῃ, ὄνομα δὲ τῷ Γαλάτῃ Κενταράτης ἦν, ἐῶ καὶ τοῦτον.

EX LIBRO XII.

Cap. 33. An. U. C. 363.

ANSERES ad custodiam utiliores sunt canibus, quod quidem deprehenderunt Romani. Eos igitur acerrimè impugnabant Galli, qui eis repulsis jam in Urbem invaserant, eamque totam occupabant, excepto Capitolio, quod superare non facilè poterant: nam loca quæ hostes admissura videbantur, munita erant custodibus. Consulatum gerebat tum temporis Marcus Manlius, & commissum sibi Capitolium custodiebat: is est qui filium quidem propter rem bene gestam coronavit, quòd verò extra ordinis sui locum progressus esset, morte affecit. Postquàm Galli collem sibi undique inaccessum animadverterunt, intempesta nocte per insidias adoriri somno profundiore detentos statuerunt: conscensuros autem se sperabant per illam partem, quæ tamquam naturâ satis munita custodibus erat vacua, quòd inde insidiaturos Gallos Romani minimè sperassent. Atqui ex eo loco collis pariter cum Jovis æde occupatus fuisset, nisi fortè adfuissent Anseres. Canes enim ad cibum sibi objectum silebant: Anserum verò proprium est ad esculenta sibi objecta exclamare, & non quiescere. Suo igitur clangore Manlium & custodes excitarunt.

Φυλάττειν δὲ ἄρα χηνῶν κύνες ἀχρειότεροι· καὶ τοῦτο κατεφώρασαν Ρωμαῖοι. ἐπολέμουν γοῦν αὐτοὺς οἱ Κελτοὶ, καὶ πάνυ καρτερῶς, καὶ ὠσάμενοί γε αὐτοὺς ἐν αὐτῇ τῇ πόλει ἦσαν, καὶ ἤρητό γε ὑπ' αὐτῶν ἡ Ρώμη πλὴν τοῦ λόφου τοῦ Καπετωλίου· ἦν γὰρ αὐτοῖς οὐκ ἐπιβατὸς ἐκ τοῦ ῥάστου. τὰ μὲν οὖν δοκοῦντα δέξασθαι οἷά τε χωρία τοὺς ἐπιόντας σὺν ἐπιβουλαῖς, πέφρακτο μέν τισι ταῦτα. ἦν δὲ ὁ χρόνος καθ' ὃν Μάρκος Μάλλιος ὑπατεύων τὸν λόφον τὸν προειρημένον ἐγχειρισθέντα οἱ διεφύλαττεν· οὗτός τοι καὶ τὸν υἱὸν ἀριστεύσαντα μὲν ἀνέδησε στεφάνῳ, ὅτι δὲ ἐκ τῆς αὐτοῦ μετῆλθε τάξεως, ἀπέκτεινεν. D ἐπεὶ δὲ οἱ Κελτοὶ πανταχόθεν ἄβατα ἐθεώρουν εἶναί σφισι, τῆς νυκτὸς τὸ ἀόρατον ἔκριναν ἐλλοχήσαντες, εἶτα ἐπιθέσθαι καθεύδουσι βαθύτατα· ἔσεσθαι δὲ ἐπιβατὰ ἑαυτοῖς ἤλπισαν, καθά γε τὸ ἀφύλακτον, καὶ ἔνθα ἠρεμία ἦν, τῶν Ρωμαίων πεπιστευκότων μὴ ἂν ἐντεῦθεν ἐπιθήσεσθαι τοὺς Γαλάτας. καὶ μέντοι καὶ ἐκ τούτων (a) ἄλησα ἦν καὶ αὐτὸς καὶ ἡ ἄκρα τοῦ Διὸς, εἰ μὴ χῆνες παρόντες ἔτυχον. οἱ μὲν γὰρ κύνες πρὸς τὴν ῥιφθεῖσαν τροφὴν κατεσιώπησαν. ἴδιον E δὲ ἄρα χηνῶν πρὸς τὰ ῥιπτούμενα εἰς ἐδωδὴν σφισι βοᾶν, καὶ μὴ ἀτρεμεῖν. οὐκοῦν ἀνέστησάν τε τὸν Μάλλιον ἀνακλάγξαντες, καὶ τὸν περικειμένην φυλακήν.

(a) Cod. MS. ἀλωτά. Alius ἄκλησα.

EX

EX LIBRO XIII.

Ἀκούω δὲ Κελτοὺς καὶ Μασσαλιώτας καὶ τὸ Λιγυστικὸν πᾶν ἀγκίστροις τοὺς Θυννους θηρᾶν· εἴη δ' ἂν ταῦτα ἐκ σιδήρου μὴ πεποιημένα, μέγιστα ἢ καὶ παχέα ἰδεῖν. A CELTAS audio & Massilienses atque omnes Ligures maximis & firmissimis hamis ex ferro confectis Thynnos comprehendere. Cap. 16.

EX LIBRO XV.

Κελτοὺς ἢ ἀκούω καὶ τοῖς βυσὶ καὶ τοῖς ἵπποις ἰχθῦς διδόναι δεῖπνον. ἐνταῦθά τοι λέγουσι καὶ τοὺς ἵππους τῇ ὀσφρήσει τῶν ἀνθρώπων ἐκφεύγοντας, εἰς τὰ νότια μέρη τῆς Εὐρώπης φέρεσθαι, μάλιστα ὅταν οἱ νότοι καταπνέωσι. CELTAS audio boves & equos piscibus alere. Apud eosdem aiunt equos odore hominum offensos ad meridionales Europæ regiones profugere, præsertim austro flante. Cap. 25.

EX LIBRO XVII.

Γαλάτας Εὔδοξος τοὺς ἑῴους λέγει δρᾶν τοιαῦτα, καὶ εἰ φανεῖταί τῳ πιστὰ, πιστευέτω· εἰ δὲ μὴ ἦπιον τοιαῦτα, μὴ ἐφιστανέτω. ὅταν αὐτῶν τῇ γῇ νέφη παρνόπων ἐπιφοιτήσαντα, εἶτα λυπήσῃ τοὺς καρπούς, οἵδε οἱ Γαλάται εὐχάς τινας εὔχονται, καὶ ἱερουργίας καταθύουσιν ὀρνίθων δεῖν ὡς καταπλητικάς. οἱ δὲ ὑπακούουσι, καὶ ἔρχονται σὺν κοινῷ, καὶ τοὺς πάρνοπας ἀφανίζουσιν. ἐὰν δέ τινα τούτων τις θηράσῃ Γαλάτης, τίμημά οἱ ἐκ τῶν νόμων τῶν ἐπιχωρίων θάνατός ἐστιν. ἐὰν δὲ συγγνώμης τύχῃ τινὸς καὶ ἀφεθῇ, εἰς μισθὸν ἐμβάλλει τοὺς ὄρνιθας, καὶ τιμῶντες τῷ ἁλωκότι, οὐκ ἀξιοῦσιν ὑπακοῦσαι, ἐάν γε καλῶν αὖθις. B EUDOXUS ait Gallos Orientales talia facere, quæ si cui credibilia videntur, fidem habeat; sin minùs, rejiciat. Cùm parnopum nubes in Galatiæ agros involantes, frugibus incommodant, tum Galatæ quibusdam precationibus utuntur, simul & sacra conficiunt, quibus aves implorant. Eæ autem obsequentes, frequentes veniunt, & parnopes perdunt. At si quis è Galatis aliquam comprehenderit, hoc supplicium in eum ex legibus illius gentis constitutum est, ut morte mulctetur. Si ei ignotum fuerit, aves tantoperè offenduntur, ut iterum invocatæ, propter impunitatem illius, non ipsorum precationibus obtemperent. C Cap. 19.

EX LIBRO II. VARIÆ HISTORIÆ.

Νόμος καὶ ὅτος Μασσαλιωτικὸς, γυναῖκας μὴ ὁμιλεῖν οἴνῳ, ἀλλ' ὑδροποτεῖν πᾶσαν γυναικῶν ἡλικίαν. LEX etiam hæc Massilienssium fuit, ut mulieribus non liceret vinum gustare, sed omnium ætatum feminæ aquam biberent. Cap. 38.

EX LIBRO XII.

Ἀνθρώπων ἐγὼ ἀκούω φιλοκινδυνοτάτους εἶναι τοὺς Κελτούς. τῶν ἀσμάτων οὖν ὑποθέσεις ποιοῦνται τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἀποθανόντας ἐν τῷ πολέμῳ καλῶς, καὶ μάχονται ἢ ἐστεφανωμένοι· ἀλλὰ καὶ τρόπαια ἐγείρουσιν, ἅμα τε ὅτι τοῖς πατράσι συμφορήμασι συμμύμενοι, καὶ ὑπομνήματα αὐτῷ τῆς ἀρετῆς ἀπολείποντες Ἑλληνικῶς. ὥστε ἢ αἰσχρὸν νομίζουσι τὸ φεύγειν, ὡς μηδὲ ἐκ τῶν οἰκιῶν καταλιθαινουσῶν καὶ ἐμπιπτουσῶν πολλάκις ἀποδιδράσκειν, ἀλλὰ μηδὲ πιμπραμένων αὐτῷ συναλαμβανομένους ὑπὸ τοῦ πυρός. πολλοὶ ἢ καὶ κατακλύζουσιν ἡ θάλασσαν ὑπομένουσιν· D OMNIUM hominum ad subeunda pericula promtissimos esse Celtas audio. Proinde in honorem eorum, qui in præliis fortiter occubuerunt, cantiones componunt, & coronati pugnas ineunt. Sed & tropæa statuunt, simul gloriantes rebus gestis, simul Græcorum more monimenta suæ virtutis posteritati reliquentes. Adeò verò ducunt ignominiosum fugere, ut è corruentibus & collabentibus ædibus sæpe non effugiant, sed ne ardentibus quidem, ita ut incendio ignique circumveniantur. Multi etiam inundans E Cap. 23.

Digitized by Google

εἰσὶ δ' ἢ οἱ ὅπλα λαμβάνοντες ἐμπίπτουσι τοῖς κύμασι, καὶ τὴν φορὰν αὐτῶν εἰσδέχονται, γυμνὰ τὰ ξίφη καὶ τὰ δόρατα προσείοντες, ὡσπερεὶ καὶ φοβῆσαι δυνάμενοι, ἢ τρῶσαι.

A mare ſuſtinent: quidam etiam in fluctus armati ſeſe injiciunt, & eorum impetum excipiunt, nudos gladios & haſtas ante ſe quatientes, perinde atque ſi vel terrere, vel vulnerare poſſent.

EX AULO-GELLIO, DE GALLIS

Edit. Lugduni Batav. in 8°. 1666.

EX LIBRO II.

Cap. 22. NOSTRI namque Galli ventum ex ſua terra flantem, quem ſæviſſimum patiuntur, Circium appellant, à turbine, opinor, ejus ac vertigine..... Sed quod ait [Favorinus] ventum, qui ex terra Gallia flaret, *Circium* appellari, M. Cato tertio libro Originum eum ventum *Cercium* dicit, non *Circium*. Nam quum de Hiſpanis ſcriberet qui citra Hiberum colunt, verba hæc poſuit: *Sunt in his regionibus ferrariæ, argentifodinæ pulcherrimæ, mons ex ſale mero magnus: quantùm demas, tantùm adcreſcit. Ventus Cercius, quum loquare, buccam implet: armatum hominem, plauſtrum oneratum percellit.*

EX LIBRO III.

Cap. 9. An. U. C. 647. EADEM ſententia eſt illius quoque veteris proverbii, quod ita dictum accepimus: *Aurum Tholoſanum.* Nam quum oppidum Tholoſanum in terra Gallia Q. Cæpio Conſul diripuiſſet, multumque auri in ejus oppidi templis fuiſſet; quiſquis ex ea direptione aurum attigit, miſero cruciabilique exitu periit.

EX LIBRO V.

Cap. 17. An. U. C. 363. URBE, inquit [Verrius Flaccus], à Gallis Senonibus reciperata, L. Atilius in Senatu verba fecit, Q. Sulpicium Tribunum militum, ad Aliam adversùs Gallos pugnaturum, rem divinam dimicandi gratia poſtridie Idus feciſſe; tum exercitum populi Romani occidione occiſum, & poſt diem tertium ejus diei Urbem præter Capitolium captam eſſe.

EX LIBRO IX.

Cap. 11. An. U. C. 404. [VALERIUS Corvinus] Furio & Appio Conſulibus fit tribunus militaris. Atque in eo tempore copiæ Gallorum ingentes agrum Pomptinum inſederant: inſtruebanturque acies à Conſulibus de vi ac multitudine hoſtium ſatis agentibus. Dux intereà Gallorum, vaſta & ardua proceritate, armiſque auro præfulgentibus, grandia ingrediens, & manu telum reciprocans incedebat: perque contemtum & ſuperbiam circumſpiciens deſpicienſque omnia, venire jubet & congredi, ſiquis pugnare ſecum ex omni Romano exercitu auderet. Tum Valerius tribunus, cæteris inter metum pudoremque ambiguis, impetrato priùs à Conſulibus, ut in Gallum tam immaniter arrogantem pugnare ſeſe permitterent, progreditur intrepidè modeſtéque obviàm: & congrediuntur, & conſiſtunt. Et conſerebantur jam manus; atque ibi vis quædam divina fit. Corvus repentè improviſus advolat, & ſuper galeam tribuni inſiſtit, atque inde in adverſarii os atque oculos pugnare incipit. Inſilibat, obturbabat, unguibus manum laniabat, & proſpectum alis arcebat; atque, ubi ſatis ſævierat, revolabat in galeam tribuni. Sic tribunus, ſpectante utroque exercitu, & ſua virtute niſus, & opera alitis propugnatus, ducem hoſtium ferociſſimum vicit interfecitque; atque ob hanc cauſam cognomen habuit *Corvinus*. Id factum eſt anno quadringenteſimo quinto poſt Romam conditam. (a)

Cap. 13. An. U. C. 392. Verba Q. Claudii, quibus pugna iſta depicta eſt, adſcripſi. « Quum interim Gallus quidam nudus, præter ſcutum & gladios duos, torque atque armillis decoratus proceſſit; qui & viribus & magnitudine & adoleſcentia, ſimulque virtute cæteris antiſtabat. Is maximè prælio commoto, atque utriſque ſummo ſtudio pugnantibus, manu ſignificare cœpit, utrinque quieſcerent pugnæ: facta pauſa eſt.

(a) Hic Varroniana annorum ab Urbe condita putatio adhibetur.

Digitized by Google

gladiatorio certamine congredi: armati enim seſe invicem ad umbratilem pugnam provocant, ſummiſque tantùm manibus dimicant: nonnunquam ad uſque vulnera res procedit, ac tum irritati, niſi qui adſunt eos dirimant ac inhibeant, ad mortem uſque præliantur. Priſcis quoque temporibus mos apud illos fuit, ut appoſitis pecudum artubus femur ſumeret ſtrenuiſſimus, & ſi quis aliud id ſibi vindicaret, ad alterutrius interitum uſque gladiis pugnarent. Aurum alii argentum-ve in theatro accipiunt, alii doliorum vini certum quemdam numerum, & ubi (a) donatio firmata eſt, muneraque accepta cariſſimis amicis diſpertiti ſunt, ſupinos ſe diſtendunt, & in ſcutis jacent, adſtante qui gladio jugulum exſcindat.

A μονομαχῶσιν· ἐν γὰρ τοῖς ὅπλοις ἐγερθέντες σκιαμαχῶσι, καὶ σφὰς ἀλλήλους ἀνορχεκίζοντας· ποτὲ δὲ καὶ μέχρι τραύματος σφάζουσιν, καὶ ἐκ τούτου ἐρεθισθέντες, ἐὰν μὴ ἐπισχῶσιν οἱ παρόντες, καὶ ἕως ἀναιρέσεως ἔρχονται. τὸ δὲ παλαιόν φησιν, ὅτι καταθέντων κωλικῶν τὸ μηρίον ὁ κράτιστος ἐλάμβανεν· εἰ δέ τις ἕτερος ἀντιποιήσαιτο, συνίσαντο μονομαχήσοντες μέχρι θανάτου. ἄλλοι δ' ἐν θεάτρῳ λαβόντες ἀργύριον ἢ χρυσίον· οἱ δὲ οἴνου κεραμίων ἀριθμόν τινα, καὶ πιστωσάμενοι τὴν δόσιν, καὶ τοῖς ἀναγκαίοις φίλοις διαδωρησάμενοι, ὕπτιοι ἐκτεθέντες ὑπὸ θυρεῶν κεῖνται· καταξάς δέ τις ξίφει τὸν λαιμὸν ἀποκόπτει.

EX LIBRO IV.

Cap. 16. GALATÆ, ut ait Sopater Paphius in Galatis, ſi feliciore cum hoſte ſucceſſu præliati ſunt, diis captivos immolare conſueverunt.

Κατὰ τὸν Παφίου Σωπάτρου Γαλάτας, παρ' οἷς ἔθος ἐστίν, ἡνίκ' ἂν εὐστόχημά τι ἐν τοῖς πολέμοις λάβωσι, θύειν τοῖς θεοῖς τοὺς αἰχμαλώτους.

EX LIBRO V.

Cap. 5. POST hos Thracum tria millia, Galatarum quinque. (b)

Cap. 10. Cannabim & hederam è Rhodano comparavit Hiero. (c)

Ἐπὶ δὲ τούτοις Θρᾷκες τρισχίλιοι, καὶ Γαλάται πενταχισχίλιοι.

Κάνναβιν δὲ καὶ κίττον ἐκ τοῦ Ροδανοῦ ποταμοῦ [ἠτοιμάσατο Ἱέρων.]

EX LIBRO VI.

Cap. 4. IN extremis orbis partibus exigui fluvii qualeſcumque auri ramenta deferunt, quæ radunt & ab arena ſeparant mulieres ac viri invalidi, lotaque in conflatorium conjiciunt, velut apud maris accolas, & alios quoſdam Celtas, inquit meus Poſidonius. In montibus quos olim (d) Rhipæos appellarunt, deinde Olbios, nunc verò Alpes (hi ſunt in Gallia) lignis fortuitò accenſis, liquatum argentum profluxit; quamvis metalli hujus major pars

Ἐν τῇ ἐχατιᾷ τῆς οἰκουμένης καὶ ποτάμια τὰ τυχόντα ψήγματα χρυσοῦ καταφέρει· καὶ ταῦτα γυναῖκες καὶ ἄνδρες ἀσθενεῖς τὰ σώματα σὺν τῇ ἄμμοις ὑποψήχοντες διΐσασι, καὶ πλύναντες ἄγουσιν ὅπου τῆς χώνης, ὡς παρὰ τοῖς ἐπακτίοις (φησὶν ὁ ἐμὸς Ποσειδώνιος) καὶ ἄλλοις που τῆς Κελτικῆς. καὶ τὰ μὲν πάλαι μὲν Ῥίπαια καλούμενα ὄρη, ἔπειθ' ὕστερον Ὀλβια προσαγορευθέντα, νυνὶ δὲ Ἄλπια (εἶσι δὲ τῆς Γαλατίας) αὐτομάτως ὕλης ἐμπρησθείσης ἀργύρου ἐρρύη· τὸ μὲν τοί γε πολὺ

(a) Intellige caveri ſolitum perituro vèl pignoribus captis, vel chirographo, vel fidejuſſione: nam ſolutio mercedis conventæ differebatur poſt cædem moriturientis; imò tunc tantùm promiſſum præmium deberi incipiebat. Mirum planè genus contractûs: quando teſtator ad heredes jus tranſmiſit, quod ipſe habuit nunquam, neque habere potuit vivus. *Caſaubonus in Animadv.*

(b) Nimirum in pompa Antiochi Epiphanis, quæ refertur poſt Polybium lib. 10.

(c) Ad navis fabricam. Rhodani nomine intellige fluminis illius utramque ripam, ubi etiam hodie cannabis copia non tenuis Sed fluvii hujus nomen diversè ſcriptum invenimus: in Epitoma diſertè Ραδανοῦ, mendosè ut palam eſt: in Euſtathii codicibus Ηριδανοῦ, an & hoc mendoſe? ita videtur mihi quidem. At voce κίττου quid faciemus. Hederæ uſum eſſe nullum ad funes nectendos, rectè pronunciant docti: quare in Excerptis & Euſtathio veſtigium nullum ejus verbi. πίτταν, opinor, ſcripſerat auctor: quod etiam doctiſſimo Geſnero venerat in mentem. Picem non poſtremas obtinere in nautica ſupellectile omnes norunt. *Caſaubonus in Animadv.*

(d) Hîc Rhipæi montes cum Alpibus confunduntur, qui error multis Veterum communis.

Digitized by Google

τύτυ βαθείαις ἢ κακοπάθοις μεταλλείαις εὑ- A profundis ſuffoſionibus cum ſumma ve-
ρίσκειν ἢ τὸ Φαληρέα Δημήτριον, ἐλπίζοντα xatione ac moleſtia reperitur, ſperante,
τὴν πλεονεξίας ἀνάξειν ἐκ τῶν ἐσχάτων τῆς γῆς αὐ- ut inquit Demetrius (a) Phalereus, ho-
τῶν τὴν Πλούτωνα. minum avaritia, ex terræ abditiſſimis
receſſibus Plutonem ſe extracturam.

Τῶν δὲ Γαλατῶν οἱ Κορδιστὰ καλούμενοι, E Gallis qui (b) Cordiſtæ vocantur in Cap. 5.
χρυσὸν μὲν οὐκ εἰσάγουσιν εἰς τὴν αὐτῶν χώραν, ſuam regionem aurum non admittunt,
ληϊζόμενοι δὲ τὴν ἀλλοτρίαν, καὶ ἀδικοῦντες δ' πα- verùm cùm alienam injuſtè populantur,
ραλείπουσι. τὸ δ' ἔθνος αὐτῶν ὅσοι μὲν λείψανον non relinquunt intactum. Sunt autem ii
τῆς μετὰ Βρέννου στρατευσαμένων ὅτι τὸ Δελφικὸν populi reliquiæ Gallorum, qui Brenni
μαντεῖον Γαλατῶν. Βαθανάτιός δέ τις ἡγεμὼν ductu oraculum Delphicum armis ten-
αὐτοὺς διώκισεν ὅτι τοὺς περὶ τὸν Ἴστρον τόπους, tarunt. Illos in agris Iſtro vicinis col-
ἀφ' ἧς καὶ τὴν ὁδὸν δι' ἧς ἐπόρευσαν Βαθανατίαν B locavit Bathanatius quidam eorum dux,
καλοῦσι, καὶ τοὺς ἀπογόνους τοὺς ἐκείνου Βαθανά- à quo viam qua reverſi ſunt Bathana-
τους ἔτι καὶ νῦν προσαγορεύουσιν. ἀφωσιώκασι δὲ tiam vocant, & ejus poſteros Batha-
οὗτοι τὸν χρυσὸν, καὶ οὐκ εἰσφέρουσιν εἰς τὰς πατρί- natos etiam nunc appellant. Aurum hi
δας, δι' ὃν πολλὰ καὶ δεινὰ ἔπαθον. ἀργύρῳ δὲ exſecrantur, nec in patriam ſinunt im-
χρῶνται, καὶ τούτου χάριν πολλὰ καὶ δεινὰ ποιοῦσι. portari, quia ejus gratia multa gravia-
καὶ τοίνυν ἐχρῆν οὐχὶ τὸ χρυσὸν ἢ συληθέντα, que mala ſunt perpeſſi. Argento verò
ἀλλὰ τὴν ἀσεβουλήτως ἀσέβειαν ἐξορίσαι. εἰ utuntur, & ejus cauſa multa graviaque
δὲ μηδὲ τὸν ἄργυρον εἰσέφερον εἰς τὴν χώραν, ſcelera patrare non dubitant. Atqui
τὸν δὲ χαλκὸν ἂν καὶ σίδηρον ἐπλημμέλουν· καὶ εἰ C oportebat non aurum quod erant de-
μηδὲ τοῦτ' ἦν παρ' αὐτοῖς, τὸν τε βορὸν καὶ prædati, ſed impietatem ſacrilegam ex-
τὸν πόσιν καὶ τὰ ἄλλων ἀναγκαίων ὁπλομανοῦντες terminare. Nam etiamſi argentum in
ἂν διετέλουν. ſuos tractus non perferrent, ob æs ac
ferrum multa iniquè committerent; at-
que ſi ea deeſſent, ob cibum ac potum
aliumque vitæ neceſſarium commea-
tum ad inſaniam uſque aſſiduè belliger-
arent.

Ποσειδώνιος δ' ὁ Ἀπαμεὺς ἐν τῇ εἰκοστῇ καὶ Poſidonius Apamenſis libro 23. hi- Cap. 12.
τρίτῃ τῶν ἱστοριῶν, Κελτοὶ, φησὶ, πολεμοῦντες ſtoriarum ſcribit, Celtas etiam cùm
ἑαυτοῖς καὶ πολεμοῦντας συμβιωτὰς, οὓς καλοῦσι bellum gerunt, ſecum ducere convi-
παρασίτους. ὅτοι δὲ ἐγκώμια αὐτῶν καὶ τοὺς ἀθρόους ctores, quos Paraſitos (c) nominant, ab
οὓς λέγουσιν ἀνθρώπους συνεστῶτας, καὶ τοὺς ἴδιον iiſque laudes ipſorum prædicari, & in
τὸν καθ' μέρος ἐκείνων ἀκροωμένων. τὰ δὲ ἀκρό- D frequentibus hominum conventibus, &
σματα αὐτῶν εἰσιν οἱ καλούμενοι Βάρδοι· ποιηταὶ privatim apud ſingulos qui audire ve-
δὲ ὅτοι τυγχάνουσι μετ' ᾠδῆς ἐπαίνους λέγοντες. lint. Eorum acroamata ſunt Bardi: hi
poëtæ ſunt qui laudes cum cantu cele-
brant.

Νικόλαος δ' ὁ Δαμασκηνὸς, εἷς δ' ὢν τῶν ἐκ Nicolaus Damaſcenus Peripateticus Cap. 13.
τοῦ Περιπάτου, ἐν τῇ πολυβίβλῳ ἱστορίᾳ (ἑκα- in immenſo hiſtoriarum opere (ſunt
τὸν δὲ καὶ πεντηκοντά εἰσι βίβλοι τῇ enim quatuor ac quadraginta ſupra cen-
ἑκκαιδεκάτῃ καὶ ἑκατοστῇ φησὶν Ἀδιάτομον τὸν Σω- tum libri) libro 116. narrat (d) Adia-
τιανῶν βασιλέα (ἔθνος δὲ τοῦτο Κελτικὸν) ἑξα- tomum Regem Sotianorum (gens eſt
κοσίους ἔχειν λογάδας περὶ αὐτὸν, οὓς καλεῖσθαι Gallica) ſexcentos circa ſe habuiſſe lectos

(a) Hoc Demetrii Phalerei dictum refert Poſidonius apud Strabonem lib. 3.

(b) Sine dubio ſunt Scordiſci, quos Strabo ex Poſidonio Gallos nominat libro 7. Non tamen aſſentior diligentiſſimo Abrahamo Ortelio, qui reſcribebat hic οἱ Σκορδίσκοι: repugnant enim omnia exemplaria antiqua & Abbreviator. Præterea binomines fuiſſe Scordiſcos, auctor Strabo, cujus quidem verba ita ſcribuntur: τοὺς δὲ Σκορδίσκους ἔνιοι Σκορδίσκας καλοῦσι, ſed Geographum cenſemus ſcripſiſſe, ἔνιοι Κορδίσκους καλοῦσι: ſic ſtatim adjicit, Tauriſcos à quibuſdam Tauriſtas eſſe appellatos. Galli ducis nomen hîc memorati variè ſcriptum in Veteribus offendiſſus, Ἀδιάτομος aut Βατάνατος. *Caſaubonus in Animadv.*

(c) Cave putes veteres Gallos uſurpaſſe in lingua ſua vocem *paraſitus*: ſed accipe ſic, vocant Gallica voce quæ reſpondet Græcæ παρασίτῳ. Ita ſolent optimi ſcriptores loqui. Ita autem Poſidonius vertit nomen vetuſtæ Gallorum linguæ *ſoldurius*: Nicolaus Damaſcenus σύσσιτος interpretatur: alii aliter: res omnibus nota. *Idem ibid.*

(d) In ecloga è libro 116 Nicolai Damaſceni *Adiatomus* dicitur, quem certum eſt appellari in Commentariis Cæſaris *Adcantuanum*. Scripti libri nihil variant. Conſtat tamen alterutro loco mendosè ſcribi hoc nomen. Σωτιανούς Athenæus vocat vel potiùs Damaſcenus, quos Cæſar Sotiates, vel Sottiates aut Sontiates, libro tertio: nam id nomen variè ſcribitur. Omninò autem ſcribendum, οὓς καλεῖσθαι ὑπὸ Γαλατῶν σιλοδούρους non σιλοδίνους, non ſolùm quia ſic in Cæſaris Codicibus ſcriptum, ſed etiam quia ſic ſcripſiſſe Nicolaum & Athenæum probare poſſumus. Euſtathius legit, σιλοδύρους. *Idem ibidem.*

Digitized by Google

homines, quos Galli *Siloduros* lingua patria vocant: ea vox Græcis *Devotos* significat. Hi cum Rege unà & vitam agunt, & moriuntur, cùm eo semetipsi voto obligaverint: in cujus rei gratiam ipsi quodammodo participes sunt regni, eodemque, quo Rex, victu ac corporis cultu utuntur. Cæterùm cùm Rex sive morbo, sive in prælio, sive alia qua causa interiit, simul ipsis moriendi necessitas incumbit. Neque adhuc hominum memoria repertus est quisquam, qui mortuo Rege mori recusaverit.

A ὑπὸ Γαλατῶν τῇ πατρίῳ γλώττῃ Σιλοδύρους, τοῦτο δ' ἔστιν Ἑλλησιν ἐυχωλιμαίους. τούτους δ' οἱ βασιλεῖς ἔχουσι συζῶντας καὶ συναποθνήσκοντας, ταύτῃ ἐκείνων εὐχῇ ποιουμένων, ἀνθ' ἧς συνδιαιτεῦσί τε αὐτοῖς τοῖς αὐτοῖς ἐδωδῇ καὶ διαίτῃ ἔχοντες, καὶ συναποθνήσκουσιν κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην, εἴτ' ἐν πόσῳ τελευτήσῃ ὁ βασιλεὺς, εἴτε πολέμῳ, εἴτε ἄλλως πως. καὶ οὐδεὶς εἰπεῖν ἔχει πινὰ ὑποδειλιάσαντα τούτων ἢ θάνατον, ὅταν ἥκῃ βασιλεῖ, ἢ διενδυτά.

B

Ibid. Polybius libro historiarum octavo scribit Cavarum Gallum, virum alioqui bonum, ab assentatore Sostrato, qui genere Chalcedonius erat, depravatum fuisse.

Πολύβιος δ' ἐν ὀγδόῃ ἱστοριῶν, (a) Καύαρος, φησὶν, ὁ Γαλάτης ὢν τ' ἄλλα ἀνὴρ ἀγαθὸς, ὑπὸ Ζωσράτου τοῦ κόλακος διεστράφθαι, ὃς ἦν Χαλκηδόνιος γένος.

EX LIBRO VIII.

Cap. 2. POLYBIUS libro 34. historiarum scribit, post Pyrenæos montes ad Narbonem fluvium usque campos esse, C per quos Iliberis & Ruscino fluvii juxta civitates ejusdem nominis à Celtis habitatas decurrunt; ac in iis campis fossiles quos vocant pisces reperiri. Ejus namque loci tenue solum esse, ac subnascente multo gramine herbosum: sub eo verò, cùm ad duos tresve cubitos arenosa terra sit, vagam & errabundam fluviorum aquam labi, cum quâ pisces sub terra meantes pabuli causa, quòd radice graminis impensè delectentur, subterraneis piscibus universam oram illam replere, quos egesta humo capiunt.

Πολύβιος δ' ἐν τῇ τετάρτῃ καὶ τριακοστῇ τῶν ἱστοριῶν, μετὰ τὰ Πυρηναῖα φησὶν ἕως τοῦ Νάρβωνος (b) ποταμοῦ πεδίον εἶναι· δι' οὗ φέρεσθαι ποταμοὺς (c) Ἰλιβέριν καὶ Ῥοσκινῶνα ῥέοντας παρὰ πόλεις ὁμωνύμους κατοικουμένας ὑπὸ Κελτῶν. ἐν οὖν τῷ πεδίῳ τούτῳ εἶναι τοὺς λεγομένους ἰχθῦς ὀρυκτούς· εἶναί τε τὸ πεδίον λεπτόχθονον, καὶ πολλὴν ἄγρωσιν ἔχον πεφυκυῖαν, ὑπὸ ᾗ ταύτῃ, διαμένειν δ' γῆς ὕσης ὑπὸ δύο καὶ τρεῖς πήχεις, ὑποῤῥεῖν τὸ πλαζόμενον (d) ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ ὕδωρ, μεθ' οὗ ἰχθύες καὶ τὰς παρεκχύσεις ὑποδέχοντες ὑπὸ τῆς γλοῦ, χαίειν δὲ τροφῆς (φιλοδόσι γὰρ τῇ δὲ ἀγρώστεως ῥίζῃ) πεποιήκασι πᾶν τὸ πεδίον πλῆρες ἰχθύων ὑποσείων, οὓς ἀνορύττοντες λαμβάνουσιν.

D

EX LIBRO X.

Cap. 8. APUD Massilienses alia lege cautum est, abstemiæ ut sint mulieres.

Παρὰ δὲ Μασσαλιώταις ἄλλος νόμος, τὰς γυναῖκας ὑδροποτεῖν.

Cap. 12. Ariæi, ut scribit Theopompus, Prospelatarum (ii sunt velut Helotes) trecenta millia possident: quotidie verò coëunt ad temulentiam usque potaturi, intemperanterque cibo ac potu sese E ingurgitant. Itaque Celtæ cùm eis

(e) Ἀριαῖοι δὲ, φησὶ [Θεόπομπος], κέκτηνται (f) Περιπελατῶν ὥσπερ (g) Εἵλωτας τριακοντα μυριάδας· καθ' ἑκάστην δὲ ἡμέραν μεθύουσι, καὶ ποιοῦνται συνουσίας, καὶ διάκεινται πρὸς ἐδωδὴν καὶ πόσιν ἀκρατέστερον. διὸ καὶ Κελτοὶ

(a) Vidimus suprà apud Polybium, pag. 196. Cavarum Gallorum, qui in Thracia sunt, regulum esse.

(b) *Narbo* fluvius est *Atax*, sic dictus ab urbe ejusdem nominis, quam docet Strabo super ostia Atacis sitam esse.

(c) Straboni Ῥοσκίνων καὶ Ἰλυβέρρις. Ptolemæi Græcus codex fluvium nominat Ἰλιτέραν, urbem Ἰλιβέριν. Livio est *Illiberis*.

(d) Non ὑπὸ sed ἀπὸ & sensus postulat & Hellenismus. Nam aqua illa quæ per obscuros terræ meatus penetrat, dicitur πλάζεσθαι ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ, id est, *fluviis relictis errare*. In Excerptis non malè, πλαζόμενον τὸ ποτάμιον ὕδωρ. *Casaubonus in Animadv.*

(e) Non est dubitandum, judicio meo, corruptos hic esse Codd. cùm Theopompus & Athenæus Ἀρδιαῖοι scripsissent. Inter Illyridis barbaras & agrestes nationes, Ardiæos nominant Geographi omnes. *Idem ibid.*

(f) Athenienses πελάτας & συμπελάτας vocabant, quos ferè Romani veteres dicebant *clientes*. Ardiæorum πελάται isti, similes videntur fuisse Gallorum Solduriis. *Idem ibidem.*

(g) Helotes erant servi quibus utebantur Lacedæmonii non solùm in agris colendis, sed etiam in bellis.

Digitized by Google

πολεμιοῦντες αὐτοῖς, ἢ εἰδότες αὐτῶν τὴν ἀκρασίαν, παρήγγελλον ἅπασι τοῖς στρατιώταις δεῖπνον ὡς λαμπρότατον παρασκευάσαντας καὶ σκιωλὴν, ἐμβαλεῖν εἰς τὰ σιτία πόαν τινὰ φαρμακώδη δυναμένην διαχωρεῖν τὰς κοιλίας καὶ διαχαθαίρειν. γενομένου δὲ τούτου, οἱ μὲν αὐτῶν καταληφθέντες ὑπὸ τῶν Κελτῶν ἀπώλοντο, οἱ δὲ καὶ εἰς τοὺς ποταμοὺς ἐρρίψαν ἑαυτούς, ἀκρατορες τῆς γαστρὸς γενόμενοι.

A bellum indixissent, perspecta eorum intemperantia, milites singulos monuerunt, ut in tentoriis apparata cœna lautissima, cibariis medicatam herbam injicerent, quæ alvo citâ purgaret. Hoc facto quidam à Celtis oppressi cæsi sunt ; alii qui alvum solutam cohibere non poterant, in fluvios se projecerunt.

EX LIBRO XII.

Ἴβηρες δὲ καί τοι ἐν τραγικαῖς στολαῖς καὶ ποικίλαις ἐσθῆσι περιόντες, καὶ χιτῶσι ποδήρεσι χρώμενοι, οὐδὲν ἐμποδίζονται τῆς πρὸς τοὺς πολέμους ῥώμης. Μασσαλιῶται δ' ἐθηλυώθησαν, οἱ τὴν αὐτὴν Ἴβηρσι τῆς ἐσθῆτος φορεσιν τῆς κόσμον. ἀχημονοῦσι γοῦν διὰ τὴν ἐν ταῖς ψυχαῖς μαλακίαν, διὰ τρυφὴν γυναικοπαθοῦντες· ὅθεν καὶ παροιμία παρῆλθεν, Πλεύσας εἰς Μασσαλίαν.

B Iberi certè, quamvis tragicis stolis & variis amicti, tunicis etiam ad pedes usque demissis vestiti in publicum prodeant, nihilo tamen ad bella gerenda ideò sunt ignaviores. Contrà Massilienses (a), quibus idem cultus est ac Iberis, imbelles sunt & effeminati, ob animorum mollitiem turpibus vitiis se contaminantes, ut qui præ voluptatis studio etiam muliebria patiantur : unde hoc inolevit proverbium, *Massiliam naviges.* Cap. 5.

EX LIBRO XIII.

Τὸ ὅμοιον ἱστορεῖ γενέσθαι καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Μασσαλιωτῶν πολιτείᾳ γράφων ὅτως· Φωκαεῖς οἱ ἐν Ἰωνίᾳ ἐμπορείᾳ χρώμενοι ἔκτισαν Μασσαλίαν. Εὔξενον δ' ὁ Φωκαεὺς Νάνῳ τῷ βασιλεῖ, (τοῦτο δ' ἦν αὐτῷ ὄνομα) ἦν ξένος· ἧς ὁ Νάνος ὑπερτελῶν γάμους τῇ θυγατρὸς, καὶ τύχῃ παραγενόμενον τὸν Εὔξενον παρεκάλεσεν ἐπὶ τὸ δεῖπνον. ὁ δὲ γάμος ἐγένετο τότε τὸ πρῶτον· ἐν᾽ᾧ μὲν τὸ δεῖπνον εἰσελθεῖν μὲν παῖδα φιάλην κεκραμένην ᾧ βούλοιτο δοῦναι τῶν παρόντων· μνηστὴρ ἦν· ᾧ δὲ δοίη, τοῦτον εἶχε νυμφίον. ἢ δὲ πᾶς εἰσελθοῦσα δίδωσιν, εἴτε ἀπὸ τύχης, εἴτε καὶ δι' ἄλλην τινὰ αἰτίαν, τῷ Εὐξένῳ· ὄνομα δ' ἦν παιδὶ Πέτα. τούτου δὲ συμπεσόντος, καὶ τοῦ πατρὸς ἀξιοῦντος ὡς καὶ θεὸν γενομένης τῆς δόσεως, ἔχειν αὐτὴν ἔλαβεν ὁ Εὔξενος γυναῖκα, καὶ συνῴκησε μεταθέμενος τοὔνομα Ἀριστοξένην. καὶ ἔστι γένος ἐν Μασσαλίᾳ ἀπὸ τῆς ἀνθρώπου μέχρι νῦν Πετιάδας καλούμενον· Πέτης γὰρ ἐγένετο υἱὸς Εὐξένου καὶ Ἀριστοξένης.

C Aristoteles libro de Republica Massilienſium, ſimilem hiſtoriam refert : Phocaënſes Ionios mercatores Massiliam condidiſſe : Euxenum Phocaënſem Regis Nani (ſic eum appellabant) fuiſſe hoſpitem. Nanus, cùm eſſent filiæ (b) præparatæ nuptiæ, Euxenum, qui fortè aderat, invitat ad convivium. Sic porrò fieri nuptiæ conſueverant : poſt cœnam virgo intrabat, temperatamque phialam porrigebat cui vellet ex adſtantibus procis : cui autem D tradidiſſet, is ſponſus erat. Accedit tum virgo, nomine Petta, & ſive caſu, ſive ob quamdam aliam cauſam, Euxeno phialam offert. Id cùm ita accidiſſet, & pater Dei providentia contigiſſe crederet, Euxeno filiam deſpondit. Mutato vir nomine Ariſtoxenam illam vocavit, & unà cum illa habitavit. Euxeni & Ariſtoxenæ filius fuit Protis, cujus poſteri nunc Maſſiliæ Protiadæ appellantur. Cap. 5.

Ὁ δ' αὐτὸς Φύλαρχος καὶ περὶ Μύσας ἱστορεῖ ἐν τῇ πεντακαιδεκάτῃ οὕτως· Μύσα Σελεύκου βασιλέως ἐφημένη ἦν, ἥτις ὑπὸ Γαλατῶν Σελεύκου νικηθέντος, καὶ μόλις ἐκ τῆς φυγῆς

E Idem Phylarchus libro 14. narrat (c) Myſtam Seleuci Regis amicam fuiſſe, eamque, Seleuco à Gallis ſuperato & vix fuga ſaluti conſulente..... com- Cap. 7.

(a) Ciceroni tamen & Valerio Massilienſium diſciplina graviſſima eſt. Vide Eraſmum proverbio, *Naviges Massiliam*; & proverbio, *E Massilia veniſti.*

(b) Rem aliter narrat Juſtinus lib. 43. cap. 3. Vide ſuprà, pag. 484.

(c) Pyſta dicitur Polyæno.

Digitized by Google

prehensam atque cum aliis captivis abductam fuisse.

A διασωθέντος ..... συλληφθεῖσα ἀνήχθη μετὰ τῶν ἄλλων αἰχμαλώτων.

Cap. 8. Ex barbaris Celtæ, quamvis pulcherrimas uxores habeant, amore puerorum magis delectantur, ut sæpius ex iis quidam in pellibus cum pullis duobus cubitent.

Κελτοὶ δὲ τῶν βαρβάρων, καίτοι καλλίστας ἔχοντες γυναῖκας, παιδικοῖς μᾶλλον χαίρουσιν, ὡς πολλάκις ἐνίους ἐπὶ τῶν δοραῖς μετὰ δύο ἐρωμένων ἀναπαύεσθαι.

EX LIBRO XIV.

Cap. 21. OPTIMÆ quidem pernæ è Gallia, quibus tamen nec cedunt advectæ ex Asiatica Cibyra, nec Lyciæ.

Κάλλισταί μὲν γὰρ αἱ Γαλατικαὶ [πέρναι], καὶ οὐκ ἀπολείπονται δὲ αὐτῶν, οὔτε αἱ ἀπὸ Κιβύρας B τῆς Ασιατικῆς, οὔτε αἱ Λύκιαι.

EX LACTANTIO, DE GALLIS.

Edit. Lipsiæ, in 8°. an. 1715.

EX DIVINARUM INSTITUTIONUM LIBRO I.

Cap. 21. GALLI (a) Esum atque Teutatem humano cruore placabant.

C

Ex Libro de mortibus persecutorum.

Cap. 29. An. Chr. 308. Impeditis consiliis senex Maximianus tertiam quoque fugam moliebatur: redit in Galliam plenus malæ cogitationis ac sceleris ut Constantinum Imperatorem, generum suum, generi filium, dolo malo circumveniret, & ut posset fallere, deponit regiam vestem. Francorum gens in armis erat. Persuadet nihil suspicanti, ne omnem secum exercitum duceret; paucis militibus posse barbaros debellari; ut & ipse haberet exercitum, quem occuparet; & ille opprimi posset ob militum paucitatem. Credit adolescens ut perito ac seni; paret ut socero; proficiscitur relicta militum parte majore. Ille paucis diebus exspectatis, quum jam Constantinum æstimaret intrasse fines barbarorum, repentè purpuram sumit, thesauros invadit, donat, ut solet, largè; fingit de Constantino, quæ in ipsum protinùs reciderunt. Imperatori properè quæ gesta sunt nunciantur: admirabili celeritate cum exercitu revolat. Op- D primitur homo ex improviso, nondum satis instructus. Occupaverat Massiliam, & portas obseraverat. Accedit propiùs Imperator, & in muro adstantem alloquitur, non asperè nec hostiliter: sed rogat, quid sibi voluisset, quid ei defuisset, cur faceret, quod ipsum præcipuè non deceret. Ille verò ingerebat maledicta de muris. Tum subitò à tergo ejus portæ reserantur, milites recipiuntur. Attrahitur ad Imperatorem rebellis Imperator, pater impius, socer perfidus. Audit scelera quæ fecit, detrahitur ei vestis, & increpito vita donatur.

(a) Esus Mars est, Teutates Mercurius, cui *Gallos humanas vel inhumanas victimas cædere* tradit Minucius Felix cap. 30.

E

EX PANEGYRICIS VETERIBUS, DE GALLIS.

Edit. Halæ Magdeburgicæ, in 12. 1703.

EX PANEGYRICO CLAUDII MAMERTINI,

In Maximianum Herculeum.

Cap. 5. An. Chr. 286. QUÒD verò statim, vixdum misero illo (a) furore sopito, quum omnes barbaræ nationes excidium universæ Galliæ minarentur, neque solùm Burgundiones & Alamani, sed etiam Chaibones Erulique, viribus primi barbarorum, locis

(a) Scilicet civili bello cum Bagaudis & Rusticis.

Digitized by Google

A ultimi, præcipiti impetu in has provincias irruiſſent, quis Deus tam inſperatam ſalutem nobis attuliſſet, niſi tu adfuiſſes? Tu enim divinæ providentiæ, Imperator, conſilio priùs, quàm vi bellum gerendum ratus, ceteros quidem perduelles, quibus ipſa peſtifera multitudo, ire paſſus es in profundam famem, & ex fame in peſtilentiam, mox ad triumphi ornamenta capienda militum manibus uſurus; Chaibones tamen Eruloſque non dignatus pari aſtu perdere: atque ut interim divina virtus tua exercitatione ſolita non careret, aperto Marte atque uno impetu perculiſti, non univerſo ad id prælium uſus exercitu, ſed paucis cohortibus. Quid enim opus erat multitudine, quum ipſe pugnares, ipſe omnibus locis totaque acie dimicares? ipſe hoſti undique, & quà reſiſteret, & quà cederet, & quà fugeret, occurreres; erroremque adverſariis pariter ac tuis faceres? quum neque te barbari unum putarent, neque milites, non dico ſtipatione atque comitatu, ſed ſaltem oculis ſequi poſſent? B toto quippe prælio ferebare, non aliter quàm magnus amnis ſolet, hibernis imbribus auctus & nivibus, paſſim fluere quà campus eſt. Ita cuncti Chaibones, Erulique cuncti tanta internecione cæſi interfectique ſunt, ut exſtinctos eos relictis domi conjugibus ac matribus non profugus aliquis è prælio, ſed victoriæ tuæ gloria nuntiaret. An. Chr. 286.

Tranſeo innumerabiles tuas tota Gallia pugnas atque victorias. Quæ enim tot tantiſque rebus ſufficiat oratio? Illùm tamen (a) primum Conſulatûs tui auſpicalem diem tacitus præterire nullo modo poſſum: quo tu ſolus omnium conſecutus es, ut quod tempus anteà incipiendis tantummodò rebus aptum videbatur, tunc primùm potuerit ſufficere peragendis; unoque ſol curriculo ſuo, eoque breviſſimo, & officia te Conſulis inchoantem videret, & Imperatoris implentem..... A tribunali temet in campum, à curuli in equum tranſtuliſti, & rurſus ex acie cum triumpho rediiſti; totamque (b) hanc urbem, repentina tua in hoſtes eruptione ſollicitam, lætitia C & exſultatione, & aris flagrantibus, & ſacrificiis, & odoribus accenſis numini tuo, impleſti. Ita utroque illius diei ſupremo tempore bis divina res pari religione celebrata eſt; Jovi, dum pro futuris vovetur; tibi, dum pro victoria ſolvitur. Cap. 6. An. Chr. 287.

Interim tamen te, (c) Gentium domina, quoniam hunc optatiſſimum principem in Galliis ſuis retinet ratio Reipublicæ, quæſumus, ſi fieri poteſt, ne huic invideas (d) civitati, cui nunc ille ſimilitudinem majeſtatis tuæ confert, natalem tuum diem celebrando in ea conſuetudine magnificentiæ tibi debitæ. Teque ipſum, Imperator, oramus, ut etiam, quum vos, totius orbis ſecuritate compoſita, illa imperii veſtri mater acceperit, amplexus ejus artiſſimos interdum piis manibus reſolvatis: tuque potiſſimùm (credo enim, hoc idem Diocletianum Oriens rogat) has provincias tuas frequenter illuſtres, & profundiſſima licèt pace florentes, adventu numinis tui reddas feliciores. Vides, Imperator, quanta vis ſit tuorum in nos cæleſtium beneD ficiorum? adhuc præſentia tua fruimur, & reditum deſideramus. Cap. 14. An. Chr 289.

EX PANEGYRICO II. CLAUDII MAMERTINI,

In Maximianum Herculeum.

Tu modò Galliæ oppida illuſtraveras, jam ſummas arces Monœci Herculis præteribas. Cap. 4. An. Chr. 290.

Prætereo Francos ad petendam pacem cum rege (e) venientes. Cap. 5.

Itidem hic gens Cavionum Erulorumque deleta, tranſrhenana victoria, & domitis oppreſſa Francis bella piratica Diocletianum votorum compotem reddiderunt. An. Chr. 288. Cap. 7.

E EX PANEGYRICO ſeu ORATIONE EUMENII

Pro Scholis reſtaurandis.

(f) Id poſtulo, quod non modò contradicendo nemo audeat impedire, ſed Cap. 3.

(a) Cùm Maximianus primo Conſulatûs die Treveris in Gallia vix ſacra peregiſſet, nuncius adfertur, Germanos in Gallias eruptionem feciſſe. Eodem die obviam progreſſus fudit hoſtes, & victor in urbem Treverorum revertit.

(b) Treverorum ſcilicet.

(c) Romam intelligit.

(d) Treverorum civitati, in qua verſabatur Maximianus.

(e) Hunc Francorum regem *Atech* nominat Hadr. Valeſius; putatque ad eum referenda eſſe verba Mamertini in Paneg. 1. *Per te regnum recepit Genoboudes: Atech verò munus accepit. Quid enim aliud ille expetivit, in conſpectum tuum cum omni ſua gente veniendo, niſi ut tunc demum integra auctoritate regnaret, quum te, Maximiane, placaſſet.*

(f) In hac Oratione quæ habita fuit poſt Galerii de Perſis victoriam, quæ contigit an. 297. petit Eume-

Digitized by Google

omnes potiùs, quibus divina principum liberalitas, quibus urbis iſtius reſtitutio, quibus optimarum artium celebratio grata atque jucunda eſt, ſummo gaudio & favore ſuſcipiant, ut (a) Mænianæ illæ Scholæ, quondam pulcherrimo opere & ſtudiorum frequentia celebres & illuſtres, juxta cetera quæ inſtaurantur opera ac templa, reparentur. A

Cap. 4. Ante omnia igitur, Vir perfectiſſime, divinæ Imperatorum Cæſarumque noſtrorum providentiæ, ſingularique in nos benevolentiæ hujus quoque operis inſtauratione parendum eſt, qui (b) civitatem iſtam, & olim fraterno populi Romani nomine gloriatam, & tunc demum graviſſima clade perculſam, quum latrocinio Bagaudicæ rebellionis obſeſſa, auxilium Romani principis irrogaret, non ſolùm pro admiratione meritorum, ſed etiam pro miſeratione caſuum attollere ac recreare voluerunt, ipſamque ruinarum ejus magnitudinem immortalibus liberalitatis ſuæ monimentis dignam judicaverunt, ut tantò eſſet illuſtrior gloria reſtitutorum, quantò B ipſa moles reſtitutionis immanior. Itaque maximas pecunias, & totum, ſi res poſcat, ærarium non templis modò ac locis publicis reficiundis, ſed etiam privatis domibus indulgent, nec pecunias modò, ſed etiam artifices tranſmarinos, & ex ampliſſimis provinciarum ordinibus incolas novos, & devotiſſimarum hiberna legionum, quarum invicta robora ne in his quidem, quæ nunc cùm maximè gerunt, bellis requirunt, ut commodis noſtris ſtudio gratiæ hoſpitalis operentur, & reſides aquas & novos amnes veluti aridis feſſæ urbis viſceribus infundant.

Cap. 5. Ex quo manifeſtum eſt eos, qui coloniam iſtam tot tantiſque opibus totius imperii erigere atque animare ſtatuerunt, vel præcipuè ſedem illam liberalium litterarum velle reparari, cui peculiarem frequentiam honeſtiſſimæ juventutis, illuſtrato ſtudiorum honore, providerint. Cui enim unquam veterum principum tantæ fuit curæ, ut doctrinæ atque eloquentiæ ſtudia florerent, quantæ his optimis & indul- C gentiſſimis dominis generis humani? quos ego quidem, quantùm ad votum pietatemque pertinet, liberorum noſtrorum parentes appellare non dubito: qui nobiliſſimam iſtam indolem Galliarum ſuarum, interitu ſummi doctoris orbatam, reſpicere dignati, ſuo potiſſimum judicio præceptorem ei moderatoremque tribuerunt.....

Cap. 6. In quo ego, Vir perfectiſſime, nihil laudi meæ tribuo; ſed domini noſtri Conſtantii, verè principis juventutis, incredibilem erga juventutem Galliarum ſuarum ſollicitudinem atque indulgentiam mirari ſatis nequeo: qui honorem litterarum hac quoque dignatione cumulavit, ut me, filio potiùs meo ad priſtina mea ſtudia aditum molientem, ipſum juſſerit diſciplinas artis oratoriæ retractare.

Cap. 9. Et ſanè, Vir perfectiſſime, intereſt etiam gloriæ, quam tanti principes tot victoriis ac triumphis merentur, ut ingenia, quæ canendis eorum virtutibus excoluntur, non intra privatos parietes, ſed in publica oſtentatione, & in ipſo urbis iſtius ore ve- D getentur. Quid autem magis in facie vultuque iſtius civitatis ſitum eſt, quàm hæc eadem Mæniana, in ipſo tranſitu advenientium huc invictiſſimorum principum conſtituta? qui quum ſe occurſu lætæ juventutis adfici, non ſolùm liberalitate, quam ipſi tribuunt, ſed etiam litteris, quibus me ad inſtitutionem ejus cohortantur, oſtendant; quantò plùs capient voluptatis, quum reparatum videant ipſum conciliabulum juventutis? Ad hoc, Vir perfectiſſime, opus iſtud reddit illuſtrius, & cùm ipſorum Cæſarum, tum etiam omnium hominum adſpectu promtius, quod præcipuo eſt loco poſitum, quaſi inter ipſos oculos civitatis, inter Apollinis templum atque Capitolium. Quo magis eſt etiam ſacroſancta ſedes, utriuſque lateris veneranda confinio, utriuſque latè numinis inſtauranda reſpectu, ne fana, longè omnium in hac urbe pulcherrima, labes media deformet: præſertim quum mihi videatur ipſe ille, qui Mæniana hæc primus exſtruxit, iccircò ea illic potiſſimùm collocaſſe, ut E veluti cognato vicinorum ſibi numinum tenerentur amplexu, quum auguſtiſſima tecta litteris dedicata, inde Athenarum conditrix Minerva conſpiceret, hinc Apollo medius Camenarum.

EX EPISTOLA CONSTANTII AD EUMENIUM.

Cap. 14. An. Chr. 297. MERENTUR & Galli noſtri, ut eorum liberis, quorum vita in Auguſtodunenſium oppido ingenuis artibus eruditur, & ipſi adoleſcentes, qui hilari conſenſu

nius Rhetor Auguſtodunenſis à provinciæ Lugdunenſis Præſide, ut inſtaurationem Mænianæ Scholæ, Bagaudico tumultu vaſtatæ, Principibus commendet.

(a) Schola erat Auguſtoduni, à quodam Mænio Mæniana dicta.

(b) Conſtantius annis 294. 295. 296. Civitatis Auguſtodunenſis reſtaurationi operam dedit.

meum

Digitized by Google

A meum ſuſcepere comitatum, ut eorum indoli conſulere cupiamus. Proinde quod aliud præmium his quàm illud conferre debemus, quod nec dare poteſt, nec eripere fortuna? Unde Auditorio huic, quod videtur interitu præceptoris orbatum, te vel potiſſimùm præficere debuimus, cujus eloquentiam & gravitatem morum ex actûs noſtri habemus adminiſtratione compertam. Salvo igitur privilegio dignitatis tuæ hortamur, ut profeſſionem oratoriam repetas, atque in ſupradicta civitate, quam non ignoras nos ad priſtinam gloriam reformare, ad vitæ melioris ſtudium adoleſcentium excolas mentes, nec putes hoc munere antè partis aliquid tuis honoribus derogari, quum honeſta profeſſio ornet potiùs omnem, quàm deſtruat, dignitatem. Denique etiam ſalarium te in ſexcenis millibus nummûm ex Reipublicæ viribus conſequi volumus; ut intelligas, meritis tuis etiam noſtram conſtituere clementiam. Vale Eumeni cariſſime nobis.

B

EX PANEGYRICO EUMENII

In Conſtantium.

STATIM itaque Gallias tuas, Cæſar, veniendo feciſti: ſiquidem illa celeritas, qua omnes ortûs atque adventûs tui nuntios prævertiſti, cepit oppreſſam Geſoriacenſibus (a) muris pertinacem, tunc errore miſero manum piraticæ factionis, atque illis olim mari fretis adluentem portas ademit oceanum. In quo divina providentia tua, & par conſilio effectus apparuit, qui omnem ſinum illum portûs, quem ſtatis vicibus æſtus alternat, defixis in aditu trabibus, ingeſtiſque ſaxis, invium navibus reddidiſti, atque ipſam loci naturam admirabili ratione ſuperaſti, quum mare fruC ſtra reciprocum prohibitis fuga quaſi illudere videretur, jamque nullo uſu juvaret incluſos, quaſi redire deſiſſet. Cap. 6. An. Chr. 292.

Quamquam (b) illa regio divinis expeditionibus tuis, Cæſar, vindicata atque purgata, quam obliquis meatibus Vahalis interfluit, quamque divortio ſui Rhenus amplectitur, pænè (ut cum verbi periculo loquar) terra non eſt. Ita penitus aquis imbuta permaduit, ut non ſolùm, quà manifeſtè paluſtris eſt, cedat ad nixum, & hauriat preſſa veſtigium; ſed etiam, ubi paullò videtur firmior, pedum pulſu tentata quatiatur, & ſentire ſe procul mota pondus teſtetur. Ita, ut res eſt, ſubjacentibus innatat, & ſuſpenſa latè vacillat, ut meritò quis duxerit, exercendum fuiſſe tali ſolo militem ad navale certamen. Sed neque illæ fraudes locorum, nec quæ plura inerant perfugia ſilvarum barbaros tegere potuerunt, quominùs ditioni tuæ divinitatis omnes ſeſe dedere cogerentur, & cum conjugiis ac liberis, ceteroque examine D neceſſitudinum ac rerum ſuarum, ad loca olim deſerta tranſirent, ut quæ fortaſſe ipſi quondam deprædando vaſtaverant, culta redderent ſerviendo. Cap. 8. An. Chr. 293.

Quis hoc unquam futurum, etiamſi coràm voluiſſet adfari, Deus ante vos principes perſuadere potuiſſet, quod nunc vidimus & videmus, totis porticibus civitatum ſedere captiva agmina barbarorum, viros attonita feritate trepidantes, reſpicientes anus ignaviam filiorum, nuptas maritorum, copulatas vinculis, pueros ac puellas familiari murmure blandientes, atque hos omnes provincialibus veſtris ad obſequium diſtributos, donec ad deſtinatos ſibi cultus ſolitudinum ducerentur? Inſultare hercule communi Galliarum nomine libet; & quod pace veſtra loquar, ipſis triumphum adſignare provinciis. Arat ergo nunc mihi Chamavus (c) & Friſius, & ille vagus, ille prædator exercitio ſqualidus operatur, & frequentat nundinas meas pecore venali, & cultor barbarus laxat annonam. Quin etiam ſi ad dilectum voceE tur, accurrit, & obſequiis teritur, & tergo coërcetur, & ſervire ſe militiæ nomine gratulatur. Cap. 9.

Iſto verò nefario latrocinio abducta primùm à fugiente (d) pirata claſſe, quæ olim Gallias tuebatur, ædificatis prætereà plurimis in noſtrum modum navibus, occupata legione Romana, intercluſis aliquot peregrinorum militum cuneis, contractis ad dilectum mercatoribus Gallicanis, ſollicitatis per ſpolia ipſarum provinciarum non Cap. 12. An. Chr. 287.

(a) Geſoriacum, quæ poſteà Bononia dicta, in Morinis. Hoc oppidum, vel portus, Carauſiano præſidio tenebatur. Conſtantius ita obſedit, mole in mari ſtructa, ut præſidiariis neque exitus pateret, neque ex Britannia, ubi Carauſius agebat, auxilium adferri poſſet: quo factum, ut deditione in poteſtatem Conſtantii veniret. *Cellarius.*

(b) Hîc Inſula Batavia deſcribitur, quam Conſtantius, pulſis aut captis Francorum gentibus, quas Carauſius in eam admiſerat, vindicavit.

(c) Conſtantius captivos barbaros, ut Chamavos & Friſios, in Gallia ad loca colenda cultoribus vacua diſtribuit.

(d) Ille pirata, Carauſius eſt, qui in Britanniam evaſit.

Digitized by Google

mediocribus copiis barbarorum, atque iis omnibus ad munia nautica flagitii illius auctoris magisterio eruditis : exercitibus autem nostris, licèt invictis virtute, tamen in re maritima novis, malam coaluisse ex indignissimo latrocinio belli molem audiebamus, licèt de exitu fideremus. A

Cap. 15. An. Chr. 296. Atenim tu, Cæsar invicte, omnis istius & navigationis & belli non modò pro imperii jure præceptor, sed rebus ipsis & exemplo constantiæ tuæ hortator atque impulsor fuisti. Prior siquidem Gesoriacensi litore quamvis fervidum invectus oceanum, etiam illi (a) exercitui tuo, quem Sequana in fluctus evexerat, irrevocabilem injecisti mentis ardorem.

Cap. 17. Eod. ann. Enimverò, Cæsar invicte, tanto Deorum immortalium tibi est addicta consensu victoria omnium quidem, quos adortus fueris, hostium; sed præcipuè internecio Francorum, ut illi quoque milites vestri, qui per errorem nebulosi, ut paullò antè dixi, maris abjuncti ad oppidum Londinienſe pervenerant, quidquid ex mercenaria B illa multitudine barbarorum prælio superfuerat, quum direpta civitate fugam capessere cogitarent, passim tota urbe confecerint; & non solùm provincialibus vestris in cæde hostium dederint salutem, sed etiam in spectaculo voluptatem. O victoria multijuga & innumerabilium triumphorum, qua Britanniæ restitutæ, qua gentes Francorum penitus excisæ !

Cap. 18. An. Chr. 277. Recursabat quippe illa sub divo Probo & paucorum ex Francis captivorum audacia & indigna felicitas, qui à Ponto usque correptis navibus, Græciam Asiamque populati, nec impunè plerisque Libyæ litoribus appulsi, ipsas postremò navalibus quondam victoriis nobiles ceperant Syracusas, & immenso itinere pervecti oceanum, quà terras irrupit, intraverant : atque ita eventu temeritatis ostenderant, nihil esse clausum piraticæ desperationi, quò navigiis pateret accessus.

Cap. 21. An. Chr. 291. Sicut posteà tuo, Maximiane Auguste, nutu Nerviorum & Treverorum arva jacentia Lætus (b) postliminio restitutus, & receptus in leges Francus excoluit : ita nunc per victorias tuas, Constanti Cæsar invicte, quidquid infrequens Ambiano & C
An. Chr. 296. Bellovaco & Tricassino solo Lingonicoque restabat, barbaro cultore revirescit. Quin etiam illa, cujus nomine mihi peculiariter gloriandum, devotissima vobis civitas Æduorum ex hac Britannicæ facultate victoriæ plurimos, quibus illæ provinciæ redundabant, accepit artifices, & nunc exstructione veterum domorum, & refectione operum publicorum, & templorum instauratione consurgit : nunc sibi redditum vetus illud Romanæ fraternitatis nomen existimat, quum te rursus habeat conditorem.

EX PANEGYRICO sive EPITHALAMIO INCERTI AUCTORIS D

In Maximianum & Constantinum.

Cap. 4. An. Chr. 293. An. Chr. 306. Multa ille [Constantius] Francorum millia, qui Bataviam aliasque cis Rhenum terras invaserant, interfecit, depulit, cepit, abduxit : tu [Constantine] jam ab ipsis eorum (c) regibus auspicatus es, simulque & præterita illorum scelera punisti, & totius gentis lubricam fidem timore vinxisti.

Cap. 8. An. Chr. 285. (d) Hic est, qui in ipso ortu numinis sui Gallias priorum temporum injuriis efferatas, Reipublicæ ad obsequium reddidit, sibi ipsas ad salutem.

EX PANEGYRICO EUMENII E

In Constantinum.

Cap. 4. An. Chr. 274. Te enim tantum ille & Imperator in terris, & in cælo Deus, in primo ætatis suæ flore generavit, toto adhuc corpore vigens, illa præditus alacritate ac fortitudine, quacum bella plurima, tum præcipue (e) campis Vindonis gessit.

(a) Huic exercitui præerat Asclepiodotus Præfectus prætorio.

(b) De hac voce, *Lætus*, vide quod suprà notavimus in Zosimo, pag. 577.

(c) Ascarico nimirum & Regaiso.

(d) Maximianus Herculius.

(e) Hinc confici posse videtur, Constantium jam anno 274. quo natus est Constantinus, ad Vindonissam in Helvetia victoriam reportasse. Infrà Eumenius post victoriam Lingonicam, quæ incidit in an. 301. aliam memorat, in campis Vindonis à Constantio relatam.

Digitized by Google

A [Constantius] adscitus imperio, primo adventu suo innumerabili hostium classe ferventem excluſit oceanum, exercitumque illum, qui Bononienſis oppidi litus inſederat, terra pariter ac mari ſepſit, quum reciprocos curſus illius elementi, jactis inter undas vallis, diremiſſet, ut quorum portas fluctus adlueret, mare & quod tangerent perdidiſſent: qui eodem exercitu virtute capto, clementia conſervato, dum ædificandis claſſibus Britanniæ recuperatio comparatur, terram Bataviam, (a) ſub ipſo quondam alumno ſuo à diverſis Francorum gentibus occupatam, omni hoſte purgavit; nec contentus viciſſe, ipſas in Romanas tranſtulit nationes, ut non ſolùm arma, ſed etiam feritatem ponere cogerentur. Cap. 5. An. Chr. 292. An. Chr. 293.

Quid loquar rurſus intimas Franciæ (b) nationes non jam ab his locis, quæ olim Romani invaſerant, ſed à propriis ex origine ſuis ſedibus, atque ab ultimis barbariæ litoribus avulſas, ut in deſertis Galliæ regionibus collocatæ, & pacem Romani im- Cap. 6. An. Chr. 296.
B perii cultu juvarent, & arma dilectu? Quid commemorem Lingonicam victoriam, etiam Imperatoris ipſius vulnere glorioſam? Quid Vindonis campos hoſtium ſtrage completos, & adhuc oſſibus opertos? Quid immanem ex diverſis Germanorum populis multitudinem, quam duratus gelu Rhenus illexerat, ut inſulam, quam divortio ſui idem amnis amplectitur, pedeſtri agmine auſa tranſmittere, repentè laxato flumine clauderetur, & demiſſis ſtatim obſeſſa navigiis, ita ſe dedere cogeretur, ut quod difficilius eſt ſorte communi, eligeret ex ſe, quos captivitati traderet, relatura cum reliquiis ſuis infamiam proditionis ſuorum. An. Chr. 301.

Adfeciſti pœna temeritatis reges ipſos Franciæ, qui per abſentiam patris tui pacem violaverant: non dubitaſti ultimis punire cruciatibus: nihil veritus gentis illius odia perpetua & inexpiabiles iras. Cap. 10. An. Chr. 306.

Sciunt poſſe Franci tranſire Rhenum, quos ad necem ſuam libenter admittas; Cap. 11.
C ſed nec victoriam poſſunt ſperare, nec veniam. Quid ipſos maneat, ex regum ſuorum cruciatibus metiuntur: ideóque tantùm abeſt, ut amnis illius tranſitum moliantur, magis ut cœpto ponte deſperent. Ubi nunc eſt illa ferocia? Ubi ſemper infida mobilitas? Jam ne procul quidem Rhenum audetis accolere, & vix ſecuri flumina interiora potatis. Contra hinc per intervalla diſpoſita magis ornant limitem caſtella, quàm protegunt: arat illam terribilem aliquando ripam inermis agricola, & toto noſtri greges flumine bicorni merſantur. Hæc eſt tua, Conſtantine, de Aſcarici Regaiſique ſupplicio quotidiana atque æterna victoria, omnibus quondam ſecundis præliis anteponenda.

Inſuper etiam Agrippinenſi ponte faciundo reliquiis adflictæ gentis inſultas, ne Cap. 13. An. Chr. 306.
unquam metus ponat, ſemper horreat, ſemper ſupplices manus tendat, quum tamen hoc tu magis ad gloriam imperii tui, & ornatum limitis facias, quàm ad fa-
D cultatem, quoties velis, in hoſticum tranſeundi: quippe quum totus armatis navibus Rhenus inſtructus ſit, & ripis omnibus uſque ad oceanum diſpoſitus miles immineat.

Statim igitur ut fœdum (c) illud facinus audierant, ultrò à te proficiſcendi ſignum Cap. 18. An. Chr. 308.
petiverunt, quum viatica dares, idipſum ſibi moram facere, pluſque jam ſe, quàm vel 309.
ſufficeret, ex largitionibus tuis habere dixerunt: inde adreptis armis portas petierunt, tot dierum iter à Rheno uſque ad Ararim ſine ulla requie peregerunt: inde feſſis corporibus, animis flagrantibus, creſcente in dies ardore vindictæ, quantò propiùs accederent. Tum quidem tua, Imperator, cura, qua refovendis eorum viribus à Cabillonenſi portu navigia provideras, feſtinantibus pænè non placuit. Segnis ille & cunctabundus amnis nunquam fuiſſe tardior videbatur. Carinis tacitè labentibus, & ripis lentè recedentibus, ſtare ſe, non ire clamabant. Tum verò uſum pedum manibus adgreſſi incubuere remigiis, & naturam fluminis urgendo vicerunt,
E & tandem eluctati Araris moras, vix ipſo Rhodano fuere contenti: parum illis videbatur concitus ruere, minùs ſolito Arelate properare. Quid multa? confitendum eſt, Imperator, hoc tuo vigore corporis, hoc mentis ardore laboraſti interdum, ut quem ducebas ſequereris exercitum. Tanto enim omnes impetu ferebantur, ut quum illum, Arelate deſerto, comperiſſent abiiſſe Maſſiliam, confeſtim navibus evolarent, effuſoque curſu non jam Rhodani curricula, ſed ipſa quodammodo

(a) Id eſt ſub Carauſio Batavo.

(b) Ultra Rhenum fuiſſe regionem, quæ Francia appellabatur, probatur quoque auctoritate Auſonii in Edyllio quod compoſuit labente anno ſui Conſulatûs, id eſt anno Chriſti 379.

Jane veni, novus anne veni, renovate veni ſol,
Hoſtibus edomitis, quà Francia juncta Suevis
Certat ad obſequium Latiis ut militet armis.

Item in Carmine de Moſella;

Accedent vires, quas Francia, quaſque Camaves
Germanique tremant.

Probatur etiam teſtimonio Hieronymi, quod infrà recitabimus.

(c) Maximiani ſcilicet perfidiam, Conſtantino genero ſuo inſidias molientis.

Digitized by Google

An. Chr. 308. vel 309. ventorum flamina præverterent. Tantus illos incenderat amor numinis tui, ut quamvis A
ſcirent oppugnandam eſſe munitiſſimam civitatem, ſufficere ſibi crederent pervenire.

Cap. 19. Maſſilia enim, ut audio, in profundum mare prominens, & munitiſſimo accincta portu, in quem anguſto aditu mediterraneus refluit ſinus, ſolis mille quingentis paſſibus terræ cohæret, quà firmiſſimus & turribus frequens murus opponitur. Quippe olim Græcos Italoſque illuc convenas, quum artibus ingenioque pollerent, etiam ipſe docuit locus omnia, quæ bello uſui forent, largiùs in eam partem, quæ adiri poſſet, impendere, quum natura in ceteris ſumtum operis remiſiſſet. Itaque illam

* Pompeïo. tum gravi fato Cæſari portas pro duce * ſeniore claudentem, terra marique admotis machinis, aggeribus exſtructis, navalibus præliis ſæpius oppugnatam, quàm territam, vix obſeſſio diuturna patefecit, quum tamen Græculi magiſtratus & ipſum Cæſarem, & mox duces ejus & copias non tam viribus ſuis quàm mœnibus repuliſſent. Atenim primo tuo, Imperator, adventu, primoque impetu exercitûs tui B
nihil ejuſdem Maſſiliæ altitudo murorum, nihil creberrimæ turres, nihil loci natura remorata eſt, quò minùs & portum caperes, & urbem continuò, ſi velles. Quippe tanta fiducia murum omnem milites invaſerant, ut ſtatim ſine dubio adſcenſuri fuiſſent, niſi in parandis, quas admoverant, ſcalis conjecturam oculorum ſublimitas fefelliſſet. Sed ſic quoque multi ſcalarum brevitate decepti, quod ſupererat adſcenſui, extentis corporibus æquabant, & ſuccedentium humeris ſublevati, jam intervalla pinnarum uncis manibus invaſerant: adeò nihil periculi in vindictæ exſecutione metuebant, ut ſibi non murum ſcandere, ſed ex æquo congredi viderentur.

Cap. 20. Sed ô ſingularem tuam, Conſtantine, pietatem, & ſua ſemper officia etiam inter arma ſervantem! ſignum receptui dediſti, & victoriam diſtuliſti, ut omnibus tibi liceret ignoſcere; ne quid atrocius faceret miles iratus, quàm clementiæ tuæ natura pateretur. C

Cap. 21. (a) Ecce enim, dum à limite paulliſper abſceſſeras, quibus ſe terroribus barbarorum perfidia jactaverat ſcilicet, dum ſibi illa proponunt; *Quando perveniet? quando vincet? quando feſſum reducet exercitum?* quum repentè, audito reditu tuo, velut attoniti conciderunt: nec tuum pro republica votum ampliùs quàm unius noctis cura tetigit. Poſtridie enim quàm accepto illo nuntio, geminatum itineris laborem ſuſceperas, omnes fluctus reſediſſe, omnem, quam reliqueras, tranquillitatem rediiſſe didiciſti; ipſa hoc ſic ordinante fortuna, ut te ibi rerum tuarum felicitas admoneret, Diis immortalibus ferre quæ voveras, ubi deflexiſſes ad templum toto orbe pulcherrimum, immò ad præſentem ut veniſti Deum..... Meritò igitur auguſtiſſima illa delubra tantis donariis honeſtaſti, ut jam vetera non quærant. Jam omnia te vocare ad ſe templa videantur, præcipuéque Apollo noſter, cujus ferventibus aquis perjuria puniuntur, quæ te maximè oportet odiſſe. D

Cap. 22. Dii immortales quando illum dabitis diem, quo præſentiſſimus hic Deus, omni pace compoſita, illos quoque Apollinis lucos, & ſacras ædes, & anhela fontium ora circumeat! quorum ſcaturigines leni tepore nebuloſæ arridere, Conſtantine, oculis tuis & oſculis ſeſe inſerere velle videantur. Miraberis profectò illam numinis tui ſedem, & calentes aquas ſine ullo ſoli ardentis indicio, quarum nulla triſtitia eſt ſaporis aut halitûs, ſed talis hauſtu & odore ſinceritas, qualis fontium frigidorum. Dabis & illic munera, conſtitues privilegia, ipſam denique patriam meam ipſius loci veneratione reſtitues. Cujus civitatis antiqua nobilitas, & quondam fraterno populi Romani nomine gloriata, opem tuæ majeſtatis exſpectat, ut illic quoque loca publica, & templa pulcherrima tuâ liberalitate reparentur; ſicut hic video (b) hanc fortunatiſſimam civitatem, cujus natalis dies tua pietate celebratur,

An. Chr. 309. ita cunctis mœnibus reſurgentem, ut ſe quodammodo gaudeat olim corruiſſe, au- E
ctior tuis facta beneficiis. Video circum maximum, æmulum, credo, Romano: video baſilicam & forum, opera regia, ſedemque juſtitiæ in tantam altitudinem ſuſcitari, ut ſe ſideribus & cælo digna & vicina promittant.

(a) Maximiani rebellio Conſtantinum à Rheno abſcedere coëgerat. Interim Franci nonnullos motus excitant; ad quos compeſcendos dum proficiſcitur Conſtantinus, Franci repente, audito ejus reditu, velut attoniti concidunt. Poſtridie Conſtantinus omnia pacata eſſe didicit in loco, ubi erat Apollinis templum toto orbe pulcherrimum. Jacobus de la Baune Auguſtodunenſe templum intelligit; ſed hoc mox Eumenius à pulcherrimo illo diſtinguit, *Præcipuè*, inquit, *Apollo noſter*, id eſt Æduorum. Deinde Conſtantinus nondum Auguſtodunum venerat; ideóque cap. 22. eum invitat Eumenius ut patriam ſuam, Auguſtodunum ſcilicet, inviſat. Hoc igitur templum fuerit in via quæ [illegible] ad Rhenum ducit, Lugduni fortè, aut Viennæ, aut in alia urbe ejuſdem tractûs.

(b) Treverorum civitatem, in qua Eumenius hanc Orationem habuiſſe creditur, eo die quo Conſtantinus natalem hujus urbis diem celebrabat anno 309.

Digitized by Google

(a) PANEGYRICUS ſive EUMENII GRATIARUM ACTIO,

Conſtantino Auguſto, Flavienſium nomine.

SI (b) Flavia Æduorum, tandem æterno nomine nuncupata, ſacratiſſime Imperator, commovere ſe funditus, atque huc venire potuiſſet; tota profectò coram de tuis in ſe maximis pulcherrimiſque beneficiis una voce loqueretur, tibique reſtitutori ſuo, immò, ut veriùs fatear, conditori, in ea potiſſimum civitate gratias ageret, cujus eam ſimilem facere cœpiſti. Sed quoniam id non poteſt, geſtit animo, quod natura non patitur; clamoreſque ſuos, quibus quotidie laudes tuas tollit in cælum, exaudiri à te non ſinit interjecta longinquitas ſua: id quod fieri decebat, gaudiorum patriæ meæ nuntium ſponte ſuſcepi, ut eſſem jam non privati ſtudii litterarum, ſed publicæ gratulationis orator. Nolui enim, ſacratiſſime Imperator, quum in illo aditu palatii tui ſtratum ante pedes tuos ordinem indulgentiæ tuæ voce divina, porrectaque hac invicta dextera ſublevaſti, numini tuo gratias agere: nec mihi verba quamvis imparata defuiſſent. Quis enim aut præparare ſe ad beneficia tam inſperata potuiſſet, aut ab tanta gratulatione cohiberet? ſed habui rationem loci ac temporis; ne meus ille ardor animi ſtudiumque dicendi tibi quidem (quod mihi ad immortalitatem ſufficeret) probaretur, ſed propter adſiſtentium paucitatem, minùs quàm te dignum eſſet, iret in populos, & te uno die de ſalute noſtra multa tractantem, moraretur oratio, quæ pro magnitudine meritorum tuorum feſtinare non poſſet. Cap. 1. An. Chr. 311.

Nunc itaque quum in hac (c) urbe, quæ adhuc adſiduitate præſentiæ tuæ præ ceteris fruitur, (habebit enim felicitatis æmulam Flaviam noſtram) totus tibi amicorum tuorum comitatus, & omnis imperii apparatus adſiſtat: & quum omnes homines omnium ferè civitatum aut publicè miſſi, aut pro ſe tibi ſupplices adſint; dicam, Imperator, ea quæ libenter agnoſcas, & ceteri nobis indulta non crederent, niſi te cognoſcente dixiſſem. Primum eſt autem, ſacratiſſime Imperator, in agendis gratiis oſtendere id, quod indultum ſit, non fortuitæ felicitatis, ſed juſtæ fuiſſe clementiæ. Nam quum omnes homines coràm non indigentes juvare boni ſit principis; tum præcipuè bene meritis & graviter adfectis ſubvenire ſapientis eſt. Quod quum oſtendero, non tam ſtudio prædicandæ patriæ meæ, quàm officio demonſtrandæ providentiæ tuæ, tum potiſſimè beneficiorum tuorum magnitudinem proſequar, tam majore voto quàm ingenio. Quænam igitur gens toto orbe terrarum in amore Romani nominis Æduis ſe poſtulet anteponi? qui primi omnium inter illas immanes & barbaras Galliæ gentes plurimis ſenatus-conſultis fratres populi Romani appellati ſunt, & quum à ceteris Rhodano ad Rhenum uſque populis ne pax quidem poſſet, niſi ſuſpecta, ſperari; ſoli & conſanguinitatis nomine gloriati ſunt: & nuper, ut media præteream, divum Claudium parentem tuum ad recuperandas Gallias ſoli vocaverunt, & ante pauciſſimos annos, quod maximè prædicandum, plurima patris tui beneficia, partim rebus effecta perceperunt, partim animo ſignificata, lætantur. Cap. 2. An. Chr. 269.

Fuit olim Saguntus fœderata, ſed quum jam tædio Punici belli novare imperium omnis cuperet Hiſpania: fuit amica Maſſilia; ſed protegi ſe majeſtate Romana gratulabatur: imputavere ſe origine fabuloſa in Sicilia Mamertini, in Aſia Ilienſes: ſoli Ædui non metu territi, non adulatione compulſi, ſed ingenua & ſimplici caritate fratres populi Romani crediti ſunt, appellarique meruerunt: quo nomine, præter cetera neceſſitudinum vocabula, & communitas amoris apparet, & dignitatis æqualitas. Deinde quum finitimæ nationes ipſi illi Romanæ fraternitati, non gloriæ invidentes, & uſque in perniciem ſui odiis incitatæ, Germanos ſibi auxiliarios dominos invocaſſent, princeps Æduus (b) in Senatum venit, rem docuit; quum quidem, oblato conſeſſu, minùs ſibi vindicaſſet, quàm dabatur, ſcuto innixus peroravit. Impetrata ope, Romanum exercitum Cæſaremque cis Rhodanum primus induxit: ſemita enim Galliæ uſque ad id temporis Tranſalpina Gallia nominabatur. Sed enim Ædui Cap. 3. An. U. C. 695.

(a) Hac oratione in Treverorum urbe anno 311. Flavienſium ſive Æduorum nomine habita, Eumenius Conſtantino gratias agit, quòd Flavienſibus quinque annorum reliqua & pluſquam quartam cenſûs partem remiſiſſet.

(b) Auguſtodunum *Flavia* nomen aſſumſit in memoriam acceptorum à Flavio Conſtantino beneficiorum.

(c) Treverorum urbe.

(d) A Cæſare l. 1. de Bel. Gal. vocatur *Divitiacus, qui eo tempore principatum in civitate ſua obtinebat.*

Digitized by Google

An. Chr. 311. totum iſtud, quod Rheno, Oceano, Pyrenæis montibus, cunctis Alpibus contine- A
tur, Romano imperio tradiderunt, hibernis hoſpitaliter præbitis, ſuppeditatis largiter commeatibus, armis fabricandis, pedeſtribus equitumque copiis auxiliantibus. Ita in unam pacem ſociatis omnibus Celtarum Belgarumque populis, eripuere barbaris quidquid junxere Romanis.

Cap. 4. Dicet aliquis, vetera iſta ſunt: & quidem hoc ſanctiora, quòd vetera: bonis enim meritis cum ætate dignitas & pondus accedit: atque ut magno natu parentes magis magiſque in dies veneramur & colimus; fratrum verò æqualitas, & liberorum ſoboles blandiore licèt, leviore tamen animos tangit adfectu, ita beneficia antiqua graviora ſunt, quamvis præſentia ſuaviora videantur. Sed tamen, ſi illa vetuſtate obſoleverunt, quid hæc recentia, quæ pueri vidimus? Attende, quæſo,
An. Chr. 269. quanti ſit, Imperator, quòd divum Claudium parentem tuum ad recuperandas Gal- B
lias primi ſollicitaverunt: exſpectanteſque ejus auxilium, ſeptem menſibus clauſi, & omnia inopiæ miſeranda perpeſſi, tum demum irrumpendas rebellibus Gallicanis portas reliquerunt, quum feſſi obſervare non poſſent. Quòd ſi vobis & conatibus Æduorum fortuna faviſſet, atque ille reipublicæ reſtitutor implorantibus nobis ſubvenire potuiſſet, ſine ullo detrimento Romanorum virium, ſine clade Catalaunica,
An. Chr. 273. compendium pacis reconciliatis provinciis attuliſſet fraternitas Æduorum. Ob hæc igitur merita & priſca divus pater tuus civitatem Æduorum voluit jacentem erige-
An. Chr. 294. & ſeqq. re, perditamque recreare, non ſolùm pecuniis ad Kalendaria largiendis, & lavacris quæ corruerant exſtruendis, ſed & metœcis undique transferendis, ut eſſet illa civitas provinciarum velut una mater, quæ reliquas urbes quodammodo Romanas prima feciſſet.

Cap. 5. Dixi, quàm bene meritis Æduis ſubveneris, Imperator: ſequitur ut dicam, quàm graviter adflictis: qui locus nimiùm quantùm plus mihi ſuppeditaret oratio- C
nis, ſi fas eſſet, audiente te, rebus triſtioribus immorari. Ut igitur in prædicandis laudibus patriæ meæ, verecundia modum fecit, ne arroganter inſurgerem; ita in commemorandis ejuſdem malis & meus dolor, & tuarum aurium conſuetudo cohibebit: nihil enim libenter audis, niſi quod tuis gratuleris. Sed tamen, quæſo, Imperator, injunge patientiam ſenſibus tuis, ut, quemadmodum præſtantes ſcientia medici non aſpernantur vulnera inſpicere, quæ ſanant; ita nunc tu paulliſper audias Æduorum labores, quos ſuſtuliſti: neque enim potes ſine experimento miſericordiæ ad laudem clementiæ pervenire. Jacebat illa civitas non tam innixa Romanis, quàm virium defectione proſtrata, ex quo eam novi cenſûs exanimaverat acerbitas. Nec tamen juſtè queri poterat, quum & agros, qui deſcripti fuerant, haberemus, & Gallicani cenſûs communi formula teneremur, qui fortunis nemini poſſumus æqua-
ri. Quò magis, Imperator, clementiæ tuæ gratias agimus, qui remediis ſponte con- D
ceſſis feciſti, ut quod non poteramus jure petere, juſtè obtinuiſſe videamur.

Cap. 6. Habemus enim, ut dixi, & hominum numerum, qui delati ſunt, & agrorum modum, ſed utrumque nequam, hominum ſegnitia, terræque perfidia. Unde enim nobis Remus aut Nervius, aut ipſe ille de proximo Tricaſſinus ager, aut arator, quorum reditus cum labore contendunt? quamquam meritò quivis ignoſcat ipſis cultoribus, quos piget laborare ſine fructu: ſiquidem ager, qui nunquam reſpondet impendiis, ex neceſſitate deſeritur, etiam inopia ruſticanorum, quibus in ære alieno vacillantibus nec aquas deducere, nec ſilvas licuit excidere. Ita quidquid olim fuerat tolerabilis ſoli, aut corruptum eſt paludibus, aut ſentibus impeditum. Quin etiam ipſe ille pagus Arebrignus inani fertur invidia, cujus uno loco vitium cultura perſpicua eſt: nam retrò cetera, ſilvis & rupibus invia, ſecurarum ſunt cubilia beſtiarum. Illa autem, quæ ſubjecta & uſque Ararim porrecta planities, fuit quidem, ut E
audio, aliquando jucunda, quum per ſingulorum fines continua cultura procurſus fontium vallibus patentibus evehebat: nunc autem intercluſis vaſtitate meatibus, quidquid humilitate ſua fuerat uberius, in voraginem & ſtagna converſum. Ipſæ denique vineæ, quas mirantur ignari, ita vetuſtate ſenuerunt, ut culturam jam pænè non ſentiant. Radices enim vitium, quarum jam neſcimus ætatem, millies replicando congeſtæ altitudinem debitam ſcrobibus excludunt; & ipſam propaginem non debitam, ſed obtectam, produnt imbribus eluendam, & ſolibus perurendam. Nec poſſumus, ut Aquitanis aliiſque provinciis familiare eſt, novis vitibus locum ubique metari; quum ſuprà ſaxa perpetua ſint, infrà humilitas pruinoſa.

Cap. 7. Nam quid ego de ceteris civitatibus illius regionis loquar, quibus illacrymaſſe te ipſe confeſſus es? Vidiſti enim non, ut per agros aliarum urbium, omnia ferè

Digitized by Google

A culta, aperta, florentia, vias faciles, navigera flumina, ipſas oppidorum portas adluentia; ſed ſtatim ab eo flexu, è quo retrorsùm via ducit in Belgicam, vaſta omnia, inculta, ſqualentia, muta, tenebroſa; etiam militaris via ſic confragoſa, & alternis montibus ardua atque præceps, ut vix ſemiplena carpenta, interdum vacua tranſmittat. Ex quo ſæpe accidit ut obſequia noſtra tarda ſint, quum paucarum frugum nobis difficilior ſit evectio, quàm ceteris plurimarum. Quò magis, Imperator, pietati tuæ gratias agimus, qui, quum ſcires itinerum regionum noſtrarum aditum atque adſpectum tam fœdum tamque aſperum, tamen illò deflectere, & urbem illam ſola opis tuæ exſpectatione viventem illuſtrare dignatus es. Boni principis eſt, libenter ſuos videre felices; ſed melioris, inviſere etiam laborantes. Dii boni! quiſnam ille tum nobis illuxit dies? Jam enim ad prædicanda remedia numinis tui ordine ſuo pervenit oratio, quum tu, quod primum nobis ſignum ſalutis fuit, portas ipſius urbis intraſti? quæ te habitu illo in ſinum reducto, & procurren- An. Chr. 311
B tibus utrinque turribus, amplexu quodam videbantur accipere.

Miratus es, Imperator, unde ſe tibi tanta obviàm effunderet multitudo, quum ſolitudinem ex vicino monte vidiſſes: omnes enim ex agris omnium ætatum homines convolaverunt, ut viderent, quem ſuperſtitem ſibi libenter optarent. Quod enim ad propagandos aliorum principum [annos] ſolemni verborum more juratur, tibi, Conſtantine, ſoli, ultra omnium noſtrûm fata victuro, ſecurè vovemus, cui tam longa ætas propria debeatur. Magna eſt profectò vis poſt diuturnam ægritudinem atque mœſtitiam ſurgentium gaudiorum: caluit in nobis ultra vires noſtras animus ad lætitiam; & quodam præſagio futuræ felicitatis elati, tanta te exſultatione ſuſcepimus, quaſi jam indulgentiam, quam daturus eras, haberemus. Exornavimus vias, quibus in palatium pervenitur, paupere quidem ſupellectile; ſed omnium ſigna collegiorum, omnium Deorum noſtrorum ſimulacra protulimus, pauciſ- Cap. 8.
C ſima clarorum inſtrumenta modulorum, per compendia ſæpius tibi occurſura protulimus. Divites nos crederet, qui veritatem ſtudio æſtimaret. Sed enim providentiam tuam latere non potuit, quamvis bene diſſimulata, paupertas: intellexiſti officioſam & honeſtam inopum vanitatem.

Sponte nos ad numinis tui aditum vocas; ſponte adfari, ſponte quid opis deſi- Cap. 9.
deraremus, interrogare dignatus es. Hæc ſunt, Imperator, vera beneficia, quæ non precibus efflagitata, ſed ex voluntaria tua bonitate proveniunt, & citra ullam petendi moleſtiam, adipiſcendi voluptatem dederunt. Neque enim parvi negotii eſt, Imperatorem totius orbis pro ſe peculiariter rogare, ſub tantæ majeſtatis adſpectu perfricare frontem, vultum componere, confirmare animum, verba concipere, trepidanter dicere, aptè deſinere, exſpectare reſponſum. Has omnes difficultates,
D Imperator, verecundiæ noſtræ remiſiſti, non ſolùm ultrò percunctando, quid remedii poſceremus, ſed etiam tibi ipſi ſuggerendo, quæ nos tacebamus, dum nos jacentes ad pedes tuos clementiſſimo attollis adfatu. Vidimus miſericordiam tuam humentibus oculis eminentem. Ibant per hæc ora lacrymæ, nobis ſalutares, tibi glorioſæ; & nos invicem, jam dolore diſcuſſo, flebamus gaudio. Nam ſicut agros diuturno ardore ſitientes expetitus votis imber ubertat; ita lacrymæ tuæ pectora noſtra gaudiis irrigabant; ut, quamvis nefas eſſet, te flente lætari, vinceret tamen gratulatio religionem, quum lacrymæ illæ pietatis eſſent indices, non doloris.

Et hæc quidem nobis ad ſummam gratulationem ſufficere potuiſſent, etiamſi re- Cap. 10.
mediorum noſtrorum ſpem diſtuliſſes, & quibus nos opibus levaturus eſſes, dubium reliquiſſes: ſed tam promta in te eſt natura bonitatis, ut, quod pia mente conceperis, ſtatim voce declares. Sic ingenui largique fontes, ut ubique proſint, ire feſti-
E nant: ſic celeriter in terras cælo miſſa perveniunt; ſic denique divina illa mens, quæ totum mundum hunc gubernat, quidquid cogitavit, illicò fecit. In quo tamen, Imperator, ſi conſilium callidioris admitteres, eſſet quod fortaſſe reprehenderetur; nimiùm te ſcilicet facilè ea quæ ſis tributurus, aperire, & ſine ullo artificio citò promere, quæ ſperari diu debeant. Neſcis, Imperator, tua commendare beneficia; præſtandi celeritate occupas tempus optandi. Sed enim indulgentiæ celeritate viciſti, Imperator, ipſa elementa, quibus animamur & vivimus. Diu venturi hominis partus optatur, diu vagitus inconditi locuturam differunt vocem; diu fruges hiems cohibet, ver elicit, æſtas flore ſolidat, calor ematurat: tu nobis vitam pariter totam dediſti; tu fructus meritorum tuorum ſtatim nos metere, & in conditis referre juſſiſti. Relevaturus cenſum, definiſti numerum: reliqua remiſſurus, quantum deberemus, interrogaſti: quæ interrogatio manifeſta promiſſio fuit. Nam quum is, qui

Digitized by Google

An. Chr. 311. omnia poteſt, quid ſibi debeatur interrogat, non curiosè percunctatur ut ſciat, ſed liberaliter cupit audire, quantum remittat. A

Cap. 11. Separatè igitur utraque dicam: neque enim quaſi per ſaturam confundenda ſunt tanta beneficia. Septem millia (a) capitum remiſiſti, quartam ampliùs partem noſtrorum cenſuum; & tamen utrùm ſufficeret hoc nobis, ſæpius requiſiſti. O nos utrumne verecundos dicam nimiùm, an ſatis gratos? qui reticuimus, hæſimus, indulgentiæ tuæ amplè fluenti modum fecimus. Plus adhuc præſtare cupiebas, ſi auſi fuiſſemus expoſcere. Quantum ſit hoc, Imperator, beneficium, quàm neceſſarium nobis, quàm utile etiam devotionis officiis, non queo ſatis dicere. Remiſſione iſta ſeptem millium capitum, viginti quinque millibus dediſti vires, dediſti opem, dediſti ſalutem; pluſque in eo conſecutus es quod roboraſti, quàm recidiſti in eo quod remiſiſti. Quater tantùm tibi firmum certumque redditum eſt id, quod irrito petebatur: ſiquidem deſperatio perferendi debiti etiam id, quod dari poterat, inhibebat, B nec erat ratio conandi, quum non eſſet ſpes ulla complendi. O divinam, Imperator, tuam in ſananda civitate medicinam! Sicut ægra corpora & onerata ſtupentium torpore membrorum, reſecata aliqua ſui parte, ſanantur, ut imminuta vigeant, quæ exaggerata torpebant; ita nos nimia mole depreſſi, levato onere, conſurgimus.

Cap. 12. Neſcit taxare indulgentiam tuam, qui te putat ſeptem millia capitum ſola donaſſe. Donaſti omnia quæ ſtare feciſti: quamquam enim adhuc ſub priſtina ſarcina vacillemus; tamen levior videtur, quia vicino nemo præfertur: exonerandi præſumtio dat patientiam ſuſtinendi. Certè & nunc liberi parentes ſuos cariores habent, & mariti conjuges non gravatè tuentur; & parentes adultorum non pœnitet filiorum, quorum onera ſibi remiſſa lætantur. Ita omnium pietas olim feſſa reſpirat, & ſuos quemque juvat numerare ſecurum, quum plures adjuvant obſequia paucorum. Quò magis ſpe futuri temporis elevamur; recreatur animus ſecuritate præteriti, remiſſiſque reliquis nihil eſt quod reſpectandum timendumque ſit, quod aliquid virium venturis penſitationibus necet. Ita duorum temporum, quæ ſunt maxima, moleſtia liberati ſumus, unum, atque id minimum, brevi labore tranſigimus. Nam quum præteritum tempus pro modo ſuo longum, futurum autem infinitum ſit; præſens tempus breve, & ſemper in partem utramque mutabile, quum & à præterito relinquatur, & tranſeat in futurum; unus hic annus propè ſenſum non habet difficultatis, duorum temporum indulgentiis coartatus, & quaſi terminus quidam poſitus felicitati & utriuſque confinii, quæ nos & præterito liberos facit, & in futuro ſecuros. C

Cap. 13. Quinque annorum nobis reliqua remiſiſti. O luſtrum, omnibus luſtris felicius! O luſtrum, quod meritò hanc imperii tui æquavit ætatem! Nobis ergo præcipuè te principem Dii creaverunt, quibus ſingulis hæc eſt nata felicitas, ex quo tu imperare D cœpiſti. Quinquennalia tua nobis etiam perfecta celebranda ſunt: illa enim quinto incipiente ſuſcepta, omnibus populis jure communia, nobis hæc propria quæ plena ſunt. Præclara fertur Catonis oratio de luſtri ſui felicitate: jam tunc enim in illa vetere republica, ad cenſorum laudem pertinebat, ſi luſtrum felix condidiſſent, ſi horrea meſſis impleſſet, ſi vindemia redundaſſet, ſi oliveta larga fluxiſſent. Quid ergo nos convenit gratulari de hoc indulgentiæ tuæ luſtro? luſtro? quo licèt nulla frugum ceſſarit ubertas, feciſti tamen ut omnia videantur fuiſſe largiora quàm fuerint. Valet etenim nos tantùm habuiſſe, quantùm debere deſinimus: valet plena fuiſſe horrea, plenas cellas, quum in nullis reliquis hæreamus. Hoc nobis eſt iſta largitio, quod terra mater frugum, quod Juppiter moderator aurarum. Quidquid illi parciùs dederant, nobis tamen ex beneficio tuo natum eſt.

Cap. 14. Quænam toto orbe terrarum auri argentique metalla tam larga ſunt? quis Tagus, quiſve Pactolus tanto fluxerunt auro, quantùm liberalitate tua conſecuti ſumus? non enim majoris eſt muneris abs te accepiſſe. Quinimmò, quantò eſt durius extorqueri, quod proprium fuerit, quàm non adquirere quod fuerit alienum; tantò dulcior eſt remiſſa ſolvendi neceſſitas, quàm lucrandi optata commoditas. Quàm multi, Imperator auguſte, quos inopia latitare per ſaltus, aut etiam in exſilium ire compulerat, iſta remiſſione reliquorum in lucem exeunt, in patriam revertuntur, deſinunt priſtinam accuſare pauperiem, deſinunt odiſſe agrorum ſuorum ſterilitatem, E

(a) Cenſa erant viginti quinque millia, ex quibus ſeptem millia remiſſa, ſupra quartam ſummæ partem. Cùm hæc remiſſio cefſerit in commodum & utilitatem viginti quinque millium *capitationi* obnoxiorum, ſequitur non ſeptem millibus civium *capitationis* immunitatem à Conſtantino datam fuiſſe, ſed viginti quinque millia partium *capitationis* ad decem & octo millia eſſe redacta.

reſumunt

A resumunt animos operi, præparant culturam, melioribus adnituntur auspiciis, revisunt domos, referunt vota templis? præsertim quum tu omnium nostrorum conservator adveneris, & quasi ille majestatis tuæ comes & socius, flagrabit tota civitas, gaudiis perstrepet, & quum proficiscéris, fortasse retinebit. Dabis enim veniam, amoris nostri contumeliam feres. Omnium sis licèt dominus urbium, omnium nationum, nos tamen etiam nomen accepimus tuum jam, non antiquum. (a) Bibracte quidem hucusque dicta est Julia, Pola, Florentia, sed Flavia est civitas Æduorum.

EX NAZARII PANEGYRICO

In Constantinum.

B In ore denique est omnium Galliarum, exercitus visos, qui se divinitus missos præ se ferebant. Cap. 14.

Tu ferocissimis regibus Ascarico & comite suo captis, tanta laude res bellicas auspicatus es, ut jam inauditæ magnitudinis obsidem teneremus. Cap. 16. An. Chr. 306.

Franci ipsi, præter ceteros truces, quorum vis quum ad bella efferveseceret, ultra ipsum oceanum æstu furoris evecta, Hispaniarum etiam oras armis infestas habebat: ii igitur sub armis ita conciderunt, ut deleri funditus possent, nisi divino instinctu, quo regis omnia, quos ipse adflixeras, conficiendos filio reservasses. Quamquam ad gloriam vestram fecunda malis suis natio ita raptim adolevit, robustéque recreata est, ut fortissimo Cæsari primitias ingentis victoriæ daret, quum memoria acceptæ cladis non infracta, sed aspera pugnaret. Cap. 17. An. Chr. 306. An. Chr. 320.

C EX PANEGYRICO MAMERTINI

In Julianum.

An ego nunc receptas virtute tua Gallias, barbariam omnem subactam pergam, quasi nova & inaudita, memorare, quæ in hac Romani imperii parte glorioſissimâ sint famæ laude celebrata in tantum, ut fratris imperatoris mererentur invidiam? Cap. 3.

Florentissimas quondam antiquissimasque urbes barbari possidebant; Gallorum illa celebrata nobilitas aut ferro occiderat, aut immitibus addicta dominis serviebat. Cap. 4.

Porrò aliæ, quas à vastitate barbarica terrarum intervalla distulerant, judicum nomine à nefariis latronibus obtinebantur. Ingenua indignis cruciatibus corpora [lacerabantur;] nemo ab injuria liber, nemo intactus à contumelia, nisi qui crudelitatem
D prædonis pretio mitigasset: ut jam barbari desiderarentur, ut præoptaretur à miseris fortuna captorum. In hoc statu Imperator noster Gallias nactus, minimùm habuit adversùs hostem laboris atque discriminis; unâ acie Germania universa deleta est; uno prælio debellatum: sed emendatio morum, judiciorumque correctio, & difficile luctamen, & periculi plenum negotium fuit. Nam ut quisque improbissimus erat, ita maximè Cæsaris rebus inimicus, vitandis legum pœnis de novo scelere remedia quærebat, & quia defendere admissa flagitia non poterat, in ultorem juris invidiam congerebat. Et quum sancti principis mores atque instituta falsarum opinionum, vituperationum licentiam submoverent, callido nocendi artificio accusatoriam diritatem laudum titulis peragebant, in omnibus conventiculis quasi per benevolentiam illa jactantes: *Julianus Alamaniam domuit; Julianus urbes Galliæ ex favillis & cineribus excitavit. Illæ provinciæ obsessæ, expugnatæ, ferro ignique vastatæ*
E *beatiores sunt his oppidis, quæ habet sine hoste Constantius. Æstates omnes in castris, hiemes in tribunalibus degit. Ita illi anni spatia divisa sunt, ut aut barbaros domitet, aut civilibus jura restituat, perpetuum professus aut contra hostem, aut contra vitia certamen.* An. Chr. 356. An. Chr. 357.

EX PANEGYRICO LATINI PACATI

In Theodosium.

Attritam pedestribus præliis Bataviam referam? Saxo consumtus bellis navalibus offeretur. Cap. 5. An. Chr. 367.

(a) Ex his verbis perplexis & intricatis quidam probari posse putant, Bibracte diversum ab Augustoduno oppidum fuisse. At nos contrarium eruimus suprà in Strabone, pag. 24.

Digitized by Google

Cap. 24. Unde igitur ordiar, niſi à tuis, mea Gallia, malis? quæ ex omnibus terris, quas illa peſtis inſederat, haud injuria tibi vindicas privilegium miſeriarum, non auribus An.Chr. 383. modò, quarum ſenſus eſt levior, ſed coram oculis ferre compulſa victoriam Maximi, interitum Gratiani. Alta licèt vulnera, quod fatendum eſt, proximus nobis Italus, & contiguus oſtendat Hiſpanus: ſed in dolore ſummo habet ſuum uterque ſolatium: tyrannidem ille non vidit: hic tyrannicidium vidit. Nos primi impetum belluæ furentis excepimus, nos ſævitiam ejus innocentium ſanguine, nos cupiditatem publica paupertate ſatiavimus. Apud nos ſemet exercuit crudelitas jam ſecura, & adhuc inops avaritia. Alibi malum publicum aut cœpit, aut deſtitit; in Gallia ſedit.

Cap. 25. Quis ſe nobis calamitate contulerit? tyrannum & cum aliis tulimus & ſoli. Quid ego referam vacuatas municipibus ſuis civitates, impletas fugitivis nobilibus ſolitudines? Quid perfunctorum honoribus ſummis virorum bona publicata, capita deminuta, vitam ære taxatam? Vidimus redactas in numerum dignitates, & exutos trabeis Conſulares, & ſenes fortunarum ſuperſtites, & infantium ſub ipſo ſectore ludentium flendam ſecuritatem: quum interim miſeri vetabamur agere miſeros, immò etiam omnes cogebamur mentiri beatos, & quum domi atque ſecretò ſolis conjugibus ac liberis credidiſſemus furtivum dolorem, procedebamus in publicum non noſtræ fortunæ vultu. Audires enim dicere delatorem: Quid ita ille triſtis incedit? an quia pauper ex divite eſt? non enim ſe vivere gratulatur? Quid ita hic publicum atratus inceſtat? luget, credo, fratrem; ſed habet filium. Ita fleri non licebat amiſſa, metu reliquorum. Serenos ergo nubilis mentibus vultus induebamus, & ad illorum vicem, qui, deguſtato Sardorum graminum ſucco, feruntur in morte ridere, imitabamur læta mœrentes. Eſt aliquod calamitatum delinimentum, dediſſe lacrymas malis, & pectus laxaſſe ſuſpiriis. Nulla major eſt pœna, quàm eſſe miſerum, nec videri. Spes inter hæc nulla prædonis explendi: nec enim, ut natura fert, copiam ſatietas ſequebatur: creſcebat in dies habendi fames, & parandi rabiem parta irritabant. Ut ægrorum ſitim potus accendit; ut ignis arentibus non obruitur, ſed augetur: ita coactæ publica egeſtate divitiæ, aviditatem jejunæ mentis acuebant.

Cap. 26. Stabat ipſe purpuratus ad lances & momenta ponderum, nutuſque trutinarum pallens atque inhians exigebat. Comportabantur interim ſpolia provinciarum, exuviæ exſulum, bona peremtorum. Hîc aurum matronarum manibus extractum, illic raptæ pupillorum cervicibus bullæ, iſtic dominorum cruore perfuſum appendebatur argentum. Numerari ubique pecuniæ, fiſci repleri, æra cumulari, vaſa concidi, cuivis ut intuenti non illud imperatoris domicilium, ſed latronis receptaculum videretur. Sed tamen latro raptis abutitur, & ablata aliis ſibi reddit; nec ideò vias ſaltuſque obſidet, ut theſaurum ſtruat atque defodiat, & quum ſcelere miſer ſit; ſed ut gulæ ventrique ſuppeditet, nec deſit ſumtus impendiis: nam & effundit & negligit, eadem perdendi & quærendi facilitate. Noſter ille pirata, quidquid undecumque converrerat, id nobis ſibique periturum, in illam ſpecûs ſui charybdim congerebat. Charybdim loquor? quæ quum plena navigia ſorbuerit, dicitur tamen rejectare naufragia, & contortas fundo rates Tauriminitanis litoribus exponere. Bona noſtra ad ærarium una & perpetua via ibant: nullas eorum reliquias, nulla fragmenta, vel ſero victa faſtidio, illa communis vorago revomebat.

EX JULIANO IMPERATORE, DE GALLIS.

Ex editione Lipſienſi, in fol. 1696.

EX ORATIONE I. IN CONSTANTIUM IMP.

Pag. 11. An. Chr. 332. PATREM tuum cùm hoc animadvertiſſet, jure dixerim Gallorum gentibus cuſtodem te atque Imperatorem præfeciſſe adhuc juvenem, vel ætate potiùs admodùm puerum.

Pag. 26. An. Chr. 350. *Magnentio. Nunciatum eſt, Galliam unà cum tyranno * defeciſſe, ac fratri tuo inſidias ſtruxiſſe, cædemque perpetraſſe.

Πατέρα σὸν ἀμφοῖν ἀθρήσαντα φαίλῳ ἂν εἰκότως τοῖς Κελτῶν ἔθνεσιν ὁπλῆσαί σε φύλακα καὶ βασιλέα, μειρακίου ἔτι, μᾶλλον δὲ παῖδα κομιδῇ τῷ χρόνῳ.

Ηκε δέ ἀγγέλλων τις, ὡς Γαλατία μὲ συναφεστῶσα τῷ τυράννῳ, ἀδελφῷ τῷ σῷ ἐβούλευέ τε, καὶ ἐπέλεσε τὸ φόνον.

Τῆς Ρώμης ἢ ἴσως ἄξιον μνησθῆναι πάλαι
ποτὲ χρησαμένης τύχῃ τοιαύτῃ· Γαλατῶν, οἵμοι,
καὶ Κελτῶν εἰς ταυτὸ πνευσάντων καὶ φερομένων
ἐπ' αὐτὴν, καθάπερ χειμάρρους ἐξαίφνης. κα-
τέλαβον μὲν γὰρ αὐτὴν λόφον ἐκεῖνον, ἔνθα τοῦ Διὸς
ἀφίδρυται βρέτας· γέρροις δὲ καὶ τοῖς τοιούτοις οἱ-
ονεὶ τείχει φερεπόμενοι πολυφορβηθέντων ὑδῶν,
ὑδὲ φερσίεναι τὴν πολεμίων βίαν τολμώντων ἐκφά-
τνων.

Κελτοὶ καὶ Γαλάται, ἔθνη καὶ τοῖς πάλαι φα-
νέντα δυσανταγώνιστα, πολλάκις μὲν ὑπερρεύσαν-
τα, καθάπερ χειμάρρους ἀνυπόστατος, Ἰταλοῖς
καὶ Ἰλλυριοῖς· ἤδη δὲ καὶ τὴν Ἀσίας ἐφάμιλλα,
τοῦ κρατεῖν τοῖς ἐνόπλοις ἀγῶσιν, ἁλόντες ἡμῖν
ὑπεείκασιν, εἰς τὰς καταλόγους τῶν στρατεύματων
ἐγγράφοντες, καὶ τέλη παρέχοντες λαμπρὰ παρὰ
τῶν σῶν φερόντων καὶ παχὺς καταειλέγμενα. εἰρή-
νης καὶ μαχρᾶς καὶ τῶν ἐκ ταύτης ἀγαθῶν ἀπο-
λαύοντες, ὑπηδύσης αὐτοῖς τῆς χώρας φερὸς
πλοῦτον καὶ εὐανδρίαν, καὶ ἀδελφοῖς τοῖς σοῖς στρα-
τιώτας καταλέξαι πολλὰς παρέχοντο· τέλος
δὲ τοῦ τυράννου βία καὶ ἡ γνώμη παρδημεὶ συν-
εστρατεύοντο. ἠκολούθουν δὲ αὐτοῦ καὶ τὸ ξύγ-
γλυες σύμμαχοι φερθυμότατοι Φράγγοι καὶ Σά-
ξονες, τὸ ὑπὲρ τὸν Ρῆνον καὶ τὴν ἑσπερίαν θά-
λατταν ἐθνῶν τὰ μαχιμώτατα. καὶ πόλις πᾶσα,
καὶ φρούριον φερόσικον Ρήνῳ, τῶν οἰκούντων φυ-
λάκων ἐξερημωθέντα φερδίδοτο μὲν ἀφύλακτα
τοῖς βαρβάροις· ἐφ' ἡμᾶς δὲ ἐξεπέμπετο πα-
ρεσκευασμένον λαμπρῶς τὸ στράτευμα. πᾶ-
σα δὲ ἐφίκει πόλις Γαλατικὴ στρατιᾷ παρα-
σκευαζομένῳ φερὸς πόλεμον· καὶ πάντα ἦν
ὅπλων, καὶ φαρετρῶν ἱππέων, καὶ πεζῶν,
καὶ τοξοτῶν, καὶ ἀκοντιστῶν πλήρη. συρρεόντων
δὲ εἰς τὴν Ἰταλίαν ἁπανταχόθεν τῶν ἐκεί-
νου συμμάχων, καὶ τοῖς ἐνταῦθα πάλαι κα-
τειλεγμένοις στρατιώτας εἰς ταυτὸν ἐλθόντων,
οὐδεὶς οὕτως ἐφάνη τολμητὴς, ὃς οὐκ ἔδει-
σεν, οὐδὲ ἐξεπλάγη τὸν ὑπόντα χειμῶνα.
σκηπτὸς ἐδόκει πᾶσιν ὁ φερόμενος ὑπὸ τῶν Ἀλ-
πεων, σκηπτὸς ἀφόρητος ἔργῳ, καὶ ἄῤῥητος
λόγῳ.

Αἰσχυνόμενοι μὲν ὀφθῆναι φεύγοντες, καὶ τὸ
πίστον ἄπιστον ἅπασιν ἀνθρώποις ἐφ' αὑτῷ δεῖξαι
συμβαῖνον, στρατιώτην Κελτὸν, στρατιώτην ἐκ
Γαλατίας τὰ νῶτα τοῖς πολεμίοις δείξαντα.

Romæ verò fortaſſis mentio aliqua facienda eſt, quæ ejuſmodi in fortunam olim incidit: cùm (a) Galli, opinor, & Celtæ conſpirantes, torrentis inſtar, repentina incurſione eam oppreſſiſſent. Tum enim in eum ſe collem receperunt, in quo Jovis ſimulacrum erectum eſt: ibi cratibus, cæteriſque id genus, tamquam mœnibus vallati, incurioſos hoſtes, ac ne violenter quidem ingredi tentantes facilè vicerunt. Pag. 29. An. U. C. 363.

Celtæ atque Galli, quæ gentes à majoribus noſtris invictæ olim habitæ fuerant, quæque velut torrens aliquis, cujus impetus ſuſtineri nequeat, in Italiam atque Illyricum inundaverant, atque etiam in Aſiam penetrarant, quòd armis ac præliis ubique victores eſſent; tandemque in poteſtatem redactæ imperio paruerant, ac luculenta tributa ex avorum tuorum ac parentis deſcriptione perſolvebant: tum diuturna pace ac maximis ejus commodis potitæ, cùm & opibus & hominum multitudine regio ipſa plurimùm aucta eſſet, fratribus tuis ſupplementi militaris ac delectûs non pœnitendam copiam præbuerant; ac tandem publicè tyranni ſigna vi atque invitæ ſequebantur. Aderant unà & affinitatis nomine promtiſſimi ſociorum Franci & Saxones, qui ultra Rhenum atque Occidentis mare habitant, nationes omnium bellicoſiſſimæ. Urbs porrò omnis, & vicina Rheno Caſtella, præſidiis deſtituta omnia, barbaris expoſita relinquebantur. Interim adversùs nos omnibus rebus paratus atque inſtructus exercitus mittebatur. Galliæ verò oppidum omne ad bellum ſeſe præparans, caſtrorum ſimile eſſe videbatur. Armis igitur, & equitum, peditum, ſagittariorum & jaculatorum apparatu plena erant omnia. Jam cùm ſocii illius in Italiam undique confluerent, ejuſque ſe copiis adjungerent, quæ dudum conſcriptæ ibi fuerant, nemo ita audax fuit, qui non metueret, atque ingruentem tempeſtatem perhorreſceret. Etenim fulmen id eſſe quoddam omnibus videbatur ex Alpibus immiſſum; fulmen, inquam, quod neque re ipſa tolerari, neque oratione explicari poſſet. Pag. 34.

Milites pudebat fugientes videri, ut quod mortalibus omnibus incredibile videretur, id in ſeipſis contigiſſe monſtrarent; militem ſcilicet Celtam, Gallumque militem hoſtibus terga vertiſſe. Pag. 36.

(a) Hic Julianus Gallos à Celtis diſtinguere videtur, & per Celtas Germanos intelligere. Sic in Oratione 3. in Euſebiam, τῶν Γαλατῶν καὶ τῶν Κελτῶν commemorat, id eſt *Galliam & Germaniam*. Alibi tamen Celtarum nomine Gallos intelligit.

Pag. 39. An. Chr. 353.

Nam cùm ad Gallos ſe egregius ille princeps ac legitimus [Magnentius] recepiſſet.... meritas ſibi ipſi pœnas eum infligere coëgiſti, ut ſe gladio tranſverberaret, quem multorum anteà civium cruore tinxerat.

Ἀφικόμην δὲ εἰς Γαλάτας ὁ χρηστὸς ὑποδεξόμενος καὶ νόμιμος ἄρχων.... οἰκεῖον ὑπεθείναις τῷ πολυμιαμμένῳ ἀξίαν κατηνάγκασας, ὥστε αὐτὸν ἐμπαγῆναι τὸ αὐτοῦ ξίφος, ὃ πολλῶν πολιτῶν ἐμίανε φόνῳ.

EX ORATIONE II. IN CONSTANTIUM IMP.

Pag. 72.

ALPES Italiam hodiernam ab Illyrico & Gallia dividentes, in Tyrrhenum mare deſinunt. Etenim Romani cùm regionem univerſam ſibi ſubjeciſſent, (in qua & Venetorum gens, & quidam Ligures, & Gallorum aliorum non exigua portio continetur) ita omnibus retinendarum veterum appellationum poteſtatem fecerunt, ut eoſdem Italiæ contribui, ac ſub ea comprehendi vellent. Et nunc quidquid citra Alpes eſt ad Ionium & Tyrrhenum uſque pelagus, eo nomine ornatur: quæ verò ultra Alpes ad Septentrionem ſunt, Galli obtinent ac Rheti.

Ἀποτειχίζουσα ἡ [ὄρη Ἄλπεων] τὴν νῦν Ἰταλίαν ἀπό τε Ἰλλυριῶν καὶ Γαλατῶν, καὶ ἐς τὸ Τυρρηνὸν πέλαγος ἀναπαυόμενα. Ῥωμαῖοι γὰρ ἐπειδὴ τὰ χώρας ἁπάσης ἐκράτησαν (ἔστι δὲ ἐν αὐτῇ τό τε τῶν Ἐνετῶν ἔθνος, καὶ Λίγυές τινες, καὶ τῶν ἄλλων Γαλατῶν ἡ φαύλη μοῖρα) τὰ μὲν ἀρχαῖα σφῶν ὀνόματα σώζειν ἠθέλησαν· τῇ κοινῇ δὲ τῶν Ἰταλῶν ξυγχωρεῖν καθυπάγκασαν. καὶ νῦν ὁπόσα μὲν εἴσω τῶν Ἀλπεων κατοικεῖται, ἔστι δὴ τὰ Ἰόνιον καὶ Τυρσηνὸν καθήκοντα, ταύτῃ κοσμεῖται τῇ προσωνυμίᾳ· τὰ δὲ ὑπὲρ τῶν Ἀλπεων τὰ πρὸς ἑσπέραν Γαλάται νέμονται καὶ Ῥῆτοι.

IN EPISTOLA AD S. P. Q. ATHENIENSEM.

Pag 277. An. Chr. 355.

CONSTANTIUS cum trecentis & ſexaginta militibus proficiſci me in Gallias, quæ tum erant perturbatæ, media hieme juſſit, non ut Provinciæ illius exercitibus imperarem magis, quàm ut illorum ducibus ſubeſſem. Scriptum enim ad illos fuerat, ac planè apertéque mandatum, ut non à me minùs quàm ab hoſte ipſo caverent, ne quid novarum rerum aggrederer. His ad eum, quem dixi, modum perfectis, circa ſolſtitium æſtivum proficiſcendi mihi ad exercitus facultatem concedit, habitum & imaginem ipſius circumlaturo. Nam & illud adjecerat, dare ſe Gallis non imperatorem, ſed qui ſuam imaginem ad eos ferret. Igitur cùm, ut audiſtis, primo anno non malè adminiſtratæ res eſſent, atque aliquod factum eſſet operæ-pretium; ubi ad hiberna redii, in extremum ſum diſcrimen adductus. Etenim copias mihi cogere non licebat; idque erat poteſtati alterius commiſſum: & eram cum paucis concluſus. Tum vicinis urbibus auxilium petentibus cùm eorum, quos mecum habebam, militum partem maximam miſiſſem, ſolus ſum relictus. Hæc

Τριακοσίους ἑξήκοντά μοι δοὺς στρατιώτας εἰς τὸ τῶν Κελτῶν ἔθνος ἀναπεταμμένον ἔστειλε [Κωνστάντιος], μεσοῦντος ἤδη τοῦ χειμῶνος· οὐκ ἄρχοντα μᾶλλον τῶν ἐκεῖσε στρατοπέδων, ἢ τοῖς ἐκεῖσε στρατηγοῖς ὑπακούοντα. ἐγέγραπτο γὰρ αὐτοῖς καὶ ἐνετέταλτο διαῤῥήδην, ὡς τοὺς πολεμίους μᾶλλον ἢ ἐμὲ φυλάττειν, ὡς ἂν μὴ νεώτερόν τι πράξαιμι. τούτων δὲ ὄντων ἔφην πρόπον τινὰ θυμουμένων, περὶ τὰς πρώτας τὰς (a) θερινὰς δοθῆναί μοι βασίζειν εἰς τὰ στρατόπεδα, (b) ὄχημα καὶ τὴν εἰκόνα περιΐοντι τὴν ἑαυτοῦ. καὶ γάρ τοι καὶ τοῦτο εἰρητο καὶ ἐγέγραπτο, ὅτι τοῖς Γάλλοις οὐ βασιλέα δίδωσιν, ἀλλὰ τὴν ἑαυτοῦ πρὸς ἐκείνους εἰκόνα κομιδῆ. οὐ καλῶς δ', ὡς ἀκηκόατε, τῶν πραττομένων ἐνιαυτοῦ, καὶ παρελθόντος [τινὸς] μοίρας, πρὸς τὰ χειμάδια πάλιν ἐπανελθών, εἰς τὴν ἔσχατον κατέστην κίνδυνον. ὅτε γὰρ ἀθροίζειν ἐξὸν μοι στρατόπεδον· ἕτερος γὰρ ἦν ὁ τότε κύριος, αὐτός τε ξὺν ὀλίγοις ἀποκεκλεισμένος. εἶτα παρὰ τὰ πλησίον πόλεων δεηθεὶς βοηθείαν, ὧν εἶχον τὸ πλεῖστον ἐκείνοις δοὺς, αὐτὸς ἀπελείφθην μόνος. ἐκεῖνα μὲν δὴ ὅπως

(a) Cùm Ammianus lib. 15. ſcribat Julianum Kalendis Decembribus in Gallias profectum, putat Petavius hîc perperam legi, περὶ τροπὰς θερινὰς pro χειμερινάς: & pro æſtivo ſolſtitio hibernum vertit. Petavio non aſſentitur Henr. Valeſius in notis ad Ammianum. Etenim, inquit, hic locus Juliani non de eo intelligendus eſt anno, ſub cujus exitum Julianus in Gallias eſt miſſus; ſed de anno ſubſequente, quo primum iniit conſulatum cum Conſtantio, qui fuit annus Chriſti 356. Ab æſtivo ſolſtitio Gallicani milites in expeditionem proficiſci ſolebant, ut docet Marcellinus lib. 17. his verbis: *Opperiens Julium menſem, unde ſumunt Gallicani procinctus exordia.* Et Julianus infrà, καὶ στρατεύω μὴν ἀκμάζοντος ἤδη θέρους. Denique Caſſiodorus l. 1. Epiſt. 24.

(b) Pro ὄχημα, χῆμα lego cum Henr. Valeſio loco cit.

Digitized by Google

ἴσως καὶ εἰς ὑμᾶς ἀφίκετο ἡ τοιαύτη μάχη. ἔν-
θα τῶν θεῶν δόντων μοι τὸν βασιλέα τῶν πολεμίων
αἰχμάλωτον, οὐκ ἐφθόνησα τῶν κατορθώματος
Κωνσταντίῳ. καί τοι εἰ μὴ θριαμβεύειν ἐξῆν,
ἀποσφάττειν τὸν πολέμιον κύριος ἦν· καὶ μέντοι
διὰ πάσης αὐτὸν ἄγων τῆς Κελτίδος, τῶν πόλεσι
ἐπιδεικνύειν, καὶ ὥσπερ ἐντρυφᾶν τῶν Χνοδομαρίου
τῶν συμφοραῖς, οὐδεὶς ἐκώλυε. τούτων οὐδὲν ᾠή-
θην δεῖν πράττειν, ἀλλὰ πρὸς τὸν Κωνστάντιον
αὐτὸν εὐθέως ἀπέπεμψα, τότε ἀπὸ τῶν Κουάδων
καὶ Σαυροματῶν ἐπανιόντα. συνέβη τοίνυν ἐμοῦ
μὲν ἀγωνισαμένου, ἐκείνου δὲ ὁδεύσαντος μόνον,
καὶ φιλίως ἐντυχόντος τοῖς παροικοῦσι τὸν Ἴστρον
ἔθνεσιν, οὐχ ἡμᾶς ἀλλ' ἐκεῖνον θριαμβεῦσαι.
τὸ δὴ μετὰ τοῦτο, δεύτερος ἐνιαυτὸς καὶ τρίτος· καὶ

testatem hostium venerat, nec non Ar-
D gentoratum vicinum castellum ad Vo-
segi radices : deinde conflixi haud in-
gloriè; cujus pugnæ fortassis ad vos fama
pervenit. In qua cùm captivum hostium An. Chr. 357.
Regem Dii in manus meas dedissent,
tanti facinoris gloriam Constantio non
invidi. Quamquàm etsi triumphare mi-
hi non licebat, hostem tamen jugulare
fas erat; neque per totam Galliam eum
traducere, ac per urbes ostentare, &
Chnodomarii calamitatibus insultare
prohibebat quispiam. Verùm nihil ho-
E rum committendum putavi; sed ipsum
statim ad Constantium misi, cùm is
commodùm è Quadis ac Sarmatis re-
diret. Ita contigit, ut cùm ego dimi-
cassem, ille solùm iter fecisset, & cum
Istri accolis pacificè colloquutus fuis-
set, non ego, sed ille triumpharit.
Alter post hæc annus successit ac

(a) Is erat Marcellus, quem, ut ait Ammianus, *sacramento solutum abire jussit* in Larem Constantius, ubi didicit quæ apud Senonas perfidè ab eo erant gesta, exeunte an. Chr. 356. vel ineunte altero.

(b) Cùm Αγέντορα scribatur, non Αργέντορα; nec urbs dicatur, sed *murus* tantùm vel *castellum*; neque in Rheni ripa collocetur, sed *ad Vosegi radices*; addubitat Cellarius an sit ille locus idem ac *Argentoratum*. Fatetur tamen illum non admodùm longè ab Argentorato abfuisse : quod ostendit historia illius pugnæ, quæ *Argentoratensis* à nobiliore loco nominata est, licèt non proximè illum facta esset.

tertius, cùm è Galliis pulsi omnes fugatique barbari, pleræque urbes recreatæ, multæ ex Britannia naves appulsæ.

Pag. 282. An. Chr. 360. Constantius literas scripsit non modò plenas infamia nominis mei, sed quæ Gallis extremam cladem ac vastationem indicerent. Etenim propemodùm milites omnes ac quicquid roboris erat, è Galliis sine ullo discrimine deportari jussit, idque Lupicino ac Gintonio commisit; mihi verò ne qua re illis obsisterem, per literas mandavit..... Florentii ac Lupicini adventum exspectabam: nam alter Viennæ tum erat, alter in Britanniis. Sub hæc tumultus ingens à paganis ac militibus exoritur, & à nescio quo libellus sine nomine spargitur per propinquum oppidum in Petulantes & Celtas; (ea legionum nomina sunt); in quo multa adversùs illum jactata, multæ de proditis Galliis querelæ continebantur. Nec minùs ignominiam meam auctor illius libelli deplorabat. Quo allato, qui Constantio erant addictissimi, valde commoti sunt, mihi ut quantis possent conatibus instarent, uti citiùs milites emitterem, priusquàm in alios ordines similes libelli spargerentur. Neque enim alius quisquiam aderat eorum, qui benevolo in me animo esse viderentur.....Igitur cùm se duplex iter offerret, deliberari cœptum est, utrum tenendum esset. Ego verò altero abeundum arbitrabar; isti ut alterum teneretur coëgerunt, (a) ne militibus id seditionis occasionem ac tumultûs causam afferret; tum ubi semel turbare cœpissent, repentè omnia permiscerent. Nec sine causa visus est ejusmodi illis timor injectus. Inde militares ordines adveniunt: ego ex istorum sententia illis occurro, hortorque ut se ad iter parent. Uno posteà die substiterunt, cùm eorum quæ milites deliberaverant, ignarus hactenus fuissem. Testor ego Jovem, Solem, Martem, Minervam, ac Deos omnes, ne minimam quidem hujus ad me rei suspicionem ante vesperam illius diei venisse. Vespere demum sub occasum solis res mihi tota significatur. Atque ecce repentè palatium undique à militibus obsidetur, vociferantibus omnibus; cùm ego, quid facto opus esset, cogitarem adhuc, neque admodùm considerem. Ac tum fortè, vivente adhuc conjuge, cùm in vicinum cœnaculum ascendissem,

πάντες μὲ ἀπελήλαντο τ Γαλατίας οἱ βάρβαροι, πλεῖσαι ϑ ἀνελήφθησαν τ πόλεων, παμπληθεῖς δὲ ἀπὸ γῆς Βρεταννίδος ναῦς ἀνήχθησαν.

Γεάφ γεάμματα πολλῆς μὲ ἀτιμίας εἰς ἐμὲ πλήρη, Κελτοῖς ϑ ἀνάστασιν ἀπειλοῦντα. μικρῷ γὰρ δέω φάναι τὸ στρατιωτικὸν ἅπαν ἀδιακρίτως τὸ μαχιμώτατον ἀπαγαγεῖν τ Γαλατίας ἐκέλευσεν, ὑπατάξας τοῦτο τὸ ἔργον Λυπικίνῳ κ) Γιντονίῳ, ἐμοὶ ϑ ὡς ἂν ϑεὸς μηδὲν ἐναντιωθείλω αὐτοῖς ἐπέστειλεν..... ἀνέμενον δὲ Φλωρέντιον ϖαραγίνεσθαι κ) τ Λυπικῖνον· ἰῶ γὰρ ὁ μὲ ϑεὶ τ Βίεννα, ὁ ϑ ἐν τ Βρεταννίαις. ἐν τούτῳ ϑόρυβος πολὺς ἰῶ ϑεὶ πάντας τοὺς ἰδιώτας κ) τοὺς στρατιώτας· κ) γεάφ τις ἀνώνυμος εἰς τ ἀσυγείτονά μοι πόλιν ϑεὸς τοὺς Πετυλάντας τυτσὶ, κ) Κελτούς· (ὀνομάζει) ϑ ὅτω τὰ τάγματα·) ἐν ᾧ πολλὰ μὲ ἐγέγραπτο κατ' ἐκείνου, πολλοὶ ϑ ὑπὲρ τ Γαλλιῶν ϖαϱδοσίας ὀδυρμοί. κ) μάϱ τοι κ) τ ἐμὴν ἀτιμίαν ὁ τὸ γεαμμάτιον ξυγγεάψας ἀπωδύϱετο. τοῦτο κομιδῇ ἐκίνησε πάντας, οἳ τὰ Κωνσταντίου μάλιστα ἐφϱόνουν, ὑπιδέδοκταί μοι κ) τὸ καϱτεϱώτατον, ὅπως ἤδη τοὺς στρατιώτας ἐκπέμψαιμι, ϖρὶν κ) εἰς τοὺς ἄλλους ἀϱιθμοὺς ὅμοια ῥιφῆναι. κ) γὰρ ἤδη ἄλλου τις παϱῆν τ δοκούντων εὔνους ἔχειν ἐμοί..... ἐσκόπουν μὲ ἐνταῦϑα ποίαν ὁδὸν αὐτοὺς χϱὴ βαδίζειν, ἀγνοῶν ὅσης. ἐγὼ μὲ ἠξίουν ἑτέϱαν ϖϱαπῆναι· οἱ ϑ αὖϑις ἀναγκάζουσιν ἐκείνῃ ἰέναι, μὴ τοῦτο αὐτὸ ϑυμούμενον ὥσϖεϱ ἀφοϱμήν τινα στάσεως τοῖς στϱατιώταις ϖαϱάσχῃ, κ) ταϱαχῆς τινος αἴτιον γένηται· εἶτα στασιάζειν ἅπαξ ἀϱξάμενοι ἀθεόως ταϱάξουσιν. ἐδόκει τὸ δεῖν ὑ παντάπασιν ἄλογον εἶναι τ ἀνϑϱώπων. ἦλϑε τὰ τάγματα· ϖαϱῄτησα κ) τὸ νενομισμένον αὐτοῖς, ἔχεσθαι τ ὁδοῦ ϖϱοτϱέψαι. μίαν ἡμέϱαν ἐπέμεινεν, ἄχϱις ἧς ὑϑὲν ἤδειν ἐγὼ τῆς βεβουλευμένων αὐτοῖς. ἴστω Ζεὺς, Ἡλιος, Ἄϱης, Ἀθηνᾶ, κ) πάντες ϑεοὶ, ὡς ὐδὲ ὑπόνοια ἀφίκετό μου τὶς τοιαύτη ϖϱότεϱον ἄχϱι δείλης αὐτῆς. ὀψίας ϑ ἤδη ϖεϱὶ ἡλίου δυσμὰς ἐμηνύϑη μοι. κ) αὐτίκα βασίλεια ϖεϱιείληπτο, κ) ἐβόων πάντες, ἓν φϑεγγιζόντος μου τί χϱὴ ποιεῖν, κ) ὅπως σφόδϱα ϖϱοσέχοντος. ἔτυχον γὰϱ ὑπὸ τ γαμετῆς ζώσης μοι ἀναπαυόμενος, εἰσῆλϑον ϖϱὸς τὸ πλησίον ὑπϱῷον ἀνελϑών· εἶτα ἐκεῖϑεν

(a) Nolebat Julianus milites per urbem Parisios transire: Decentius aliter sentiebat; timebat enim, ne si milites abirent insalutato Juliano, seditionem excitarent.

Digitized by Google

[illegible]

ne si milites abirent insalutato Juliano, sedicione excitarent.

μένον αὐτὸ, ἐμοὶ μὲν πρῶτον ἐμήνυσεν. ὡς δὲ
ἑώρα με μηδὲν προσέχοντα, παραφρονήσας, D
ὥσπερ οἱ θεόληπτοι, δημοσίᾳ βοᾷν ἤρξατο κατὰ
τὴν ἀγορὰν· Ἄνδρες στρατιῶται, καὶ ξένοι, καὶ πο-
λῖται, μὴ πρόδοτε τὴν αὐτοκράτορα. εἶτα ἐμπί-
πτει θυμὸς εἰς τοὺς στρατιώτας· καὶ πάντες εἰς τὰ
βασίλεια μετὰ τῶν ὁπλῶν ἔθεον. καταλαβόντες δέ
με ζῶντα, καὶ χαρέντες, ὥσπερ οἱ τοὺς ἐξ ἀνελ-
πίστων ὀφθέντας φίλους, ἄλλος ἄλλοθεν περιέ-
βαλον, καὶ περιέπλεκον, καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων ἔφερον.
καὶ ἦν ἴσως τὸ πρᾶγμα θέας ἄξιον, ἐνθυσια- E
σμῷ γὰρ ἐῴκει. ὡς δέ με ἁπανταχόθεν περιέ-
σχον, ἐξήτουν ἅπαντας τοὺς Κωνσταντίου φίλους
ἐπὶ τιμωρίᾳ. πηλίκον ἠγωνισάμην ἀγῶνα σῶ-
σαι βουλόμενος αὐτοὺς, ἴσασιν οἱ θεοὶ πάντες.
ἀλλὰ δὴ τὰ μετὰ τοῦτο πῶς πρὸς τὸν Κωνστάντιον
διεπραξάμην; οὔπω καὶ τήμερον τοῦ πρὸς αὐτὸν
ἐπιστολαῖς τῇ δοθείσῃ μοι παρὰ τῶν θεῶν ἐπωνυμίᾳ

[illegible] primùm ad me detulit. Sed cùm rem à
me negligi videret, velut subito furore
correptus ac fanaticus, publicè per fo-
rum volitans exclamat: *Adeste milites,
peregrini ac cives; Imperatorem nolite
prodere.* Quam ad vocem repentinus
militum animis ardor injectus est: fit
ad palatium cum armis concursus om-
nium. Ibi cùm me salvum & incolu-
mem offendissent, vehementer gavisi,
ut qui amicos suos ex insperato vident,
aliunde alius accurrens amplecti me,
circumstringere arctiùs, & in hume-
ros portare. Erat digna spectaculo res,
& divini cujusdam afflatûs ac furoris
similis. Cùm me undique circumde-
dissent, Constantii amicos omnes ad
necem postulabant. Hic ego quantùm,
ut eos servarem, laboris ac certaminis
susceperim, Deos omnes conscios ha-
beo. Tum verò posteà qua me tandem
erga Constantium ratione gessi? Non-
dum ad hodiernum usque diem in li-
teris, quas ad illum scripsi, ea sum usus
appellatione, quam mihi Dii tribuerunt:

Digitized by Google

An. Chr. 360. Cæsarem me dumtaxat nominavi; & militibus persuasi, mihi ut jurarent, se nihil affectaturos, si nos tutò in Galliis habitare permitteret, & rata quæ gesta erant haberet. Data est communi militum meorum nomine ad illum epistola, qua pro mutua inter nos concordia supplicabant. At ille pro his omnibus officiis in nos Barbaros commovit, & me apud eos hostem denunciavit; imò ad vastandas Gallias mercede illos auctoravit. Scripsit insuper ad eos qui erant in Italia, & ut eos caverent, qui è Galliis venirent, hortatus est: tum circa Galliarum limitem, vicinis in oppidis, Brigantiæ elaborati frumenti tricies millies centena medimnorum millia; totidem ad Alpes Cottias condita servari jussit, ut adversùm me copias moveret..... Quinetiam Epictetum quemdam Galliarum Episcopum ad me misit, qui mihi de salute mea fidem daret: atque hoc in omnibus suis epistolis commemorat, vitam se mihi concessurum; de honore meo verbum nullum.

A κέχρημαι· Καίσαρα δὲ ἐμαυτὸν ἔγραψα· καὶ πέπεικα τοὺς στρατιώτας ὀμόσαι μοι μηδενὸς ἐπιθυμήσειν, εἴπερ ἡμῖν ἐπιτρέψειεν ἀδεῶς οἰκεῖν τὰς Γαλλίας, τοῖς πεπραγμένοις συναινέσαι. ἅπαντα τὰ παρ' ἐμοὶ τάγματα πρὸς αὐτὸν ἔπεμψεν ἐπιστολὰς, ἱκετεύοντα περὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους ἡμῖν ὁμονοίας. ὁ δὲ ἀντὶ τούτων ἐπέβαλεν ἡμῖν τοὺς βαρβάρους· ἐχθρὸν δὲ ἀνηγόρευσέ με παρ' ἐκείνοις· καὶ μισθοὺς ἐτέλεσεν, ὅπως τὸ Γαλλιῶν ἔθνος πορθηθείη. γράφων τε τοῖς ἐν Ιταλίᾳ παραφυλάττειν τοὺς ἐκ τῶν Γαλλιῶν παρεκελεύετο· καὶ περὶ τοὺς Γαλλικοὺς ὅρους ἐν τῇ πλησίον πόλεσιν εἰς τριακοσίας μυριάδας μεδιμνῶν πυροῦ κατειργασμένου ἐν τῇ Βριγαντίᾳ· τοσοῦτον ἕτερον ἐπὶ τὰς Κοττίας Αλπεις, ὡς ἐπ' ἐμὲ στρατεύσων, ἐκέλευσε παρασκευασθῆναι.... ἀλλ' Επίκτητόν τινα τῶν Γαλλιῶν Επίσκοπον ἔπεμψεν, ὡς πιστά μοι περὶ τῆς ἀσφαλείας τῆς ἐμαυτοῦ παρέξοντα· καὶ τοῦτο θρυλλεῖ δι' ὅλων αὐτοῦ τῶν ἐπιστολῶν, ὡς
B
C οὐκ ἀφαιρησόμενος τῶν ξῆν, ὑπὲρ δὲ τῆς τιμῆς οὐθὲν μνημονεύει.

EX CÆSARIBUS.

Pag. 320. EGO (a) contra Ariovistum manus conserui..... plusquam ducenta oppida Galliæ, atque ducentas non minùs hominum myriadas subegi.

Εγὼ δὲ πρὸς Αριόβιστον ἠγωνισάμην..... πλέον ἢ τριακοσίας ὑπαγόμενος πόλεις [τὰς Γαλατικὰς,] ἀνδρῶν δὲ οὐκ ἐλάσσους ἢ διακοσίας μυριάδας.

EX MISOPOGONE.

Pag. 340. EGO olim eram in hibernis apud caram Lutetiam, (sic enim Galli Parisiorum oppidulum appellant,) quæ insula est non magna, in fluvio sita, qui eam omni ex parte cingit. Pontes sublicii utrinque ad eam ferunt, raróque fluvius minuitur ac crescit; sed qualis æstate, talis solet esse hieme: aquam præbet jucundissimam & aspectu purissimam volenti bibere: nam cùm insulam habitent, ibi maximè eos aquari necesse est. Hiems est illic placidissima propter calorem, ut aiunt, oceani: stadia enim abest non ampliùs nongenta: ac fortassè quædam tenuis aura illinc diffunditur: videtur autem maritima aqua dulci esse calidior. Sive igitur ob hanc causam, sive ob aliam mihi ignotam ita se res habet. Hiems ejus terræ incolis mitior est; propterea vites

D Ετύγχανον ἐγὼ χειμάζων παρὰ τὴν φίλην Λευκετίαν· (ὀνομάζουσι δὲ οὕτως οἱ Κελτοὶ τῶν Παρισίων τὴν πολίχνην·) ἔστι δ' οὐ μεγάλη νῆσος, ἐγκειμένη τῷ ποταμῷ, καὶ αὐτὴν κύκλῳ πᾶσαν καταλαμβάνει. ξύλιναι δ' ἐπ' αὐτὴν ἀμφοτέρωθεν εἰσάγουσι γέφυραι, καὶ ὀλιγάκις ὁ ποταμὸς ἐλαττοῦται καὶ μείζων γίνεται· τὰ πολλὰ δὲ ἔστιν ὁποῖος ὥρᾳ θέρους καὶ χειμῶνος· ὕδωρ ἥδιστον καὶ καθαρώτατον ὁρᾶν, καὶ πίνειν ἐθέλοντι παρέχων· ἅτε γὰρ νῆσον οἰκοῦντας ὑδρεύεσθαι μάλιστα ἔνθεν χρή. γίνεται δὲ καὶ ὁ χειμὼν ἐκεῖ πρᾳότερος ὑπὸ τῆς θέρμης, ὥς φασι, τῶν ὠκεανοῦ· στάδια γὰρ ἀπέχει τῶν ἐννακοσίων οὐ πλείω. καὶ διαδίδοται τυχὸν λεπτή τις αὖρα τῶν ὕδατος· εἴτε δὲ δοκεῖ θερμότερον τὸ θαλάττιον τῶν γλυκέος. εἴτε οὖν ἐκ ταύτης, εἴτε ἔκ τινος ἄλλης αἰτίας ἀφανοῦς ἐμοὶ τὸ πρᾶγμά ἐστι τοιοῦτον. ἀλεεινότερον ἔχουσιν οἱ τὸ χωρίον οἰκοῦντες τὴν χειμῶνα· καὶ

(a) Julianus sic Cæsarem loquentem facit.

φύεται

D Ἐτυγχάνον ἐγὼ χειμάζων παρὰ τοῦ Δία Λευκοτίαν· (ὀνομάζουσι δὲ οὕτως οἱ Κελτοὶ τὴν Παρισίων τὴν πολίχνην·) ἔστι δ' οὐ μεγάλη ... ἐγκειμένη τῷ ποταμῷ, καὶ αὐτὴν ... πᾶσαν καταλαμβάνει. ξύλινοι δ' ἐπ' αὐτῆς ... φοτέραθεν εἰσάγουσι γέφυραν, καὶ ὀλίγακις ... τὰ μὲν ἐλατοῦσι καὶ μείζων γίνεται· τὰ πολλὰ ... ἔστιν ὁπόσος ὥρα θέρους καὶ χειμῶνος· ... καὶ καθαρώτατον ὁρᾶν, καὶ πίνειν ἐθέλουσι ... ἄτε γὰρ νῆσον οἰκοῦντας ὑδρεύεσθαι ... E ... ἔνθεν χρή. γίνεται δὲ καὶ ὁ χειμὼν ... ὑπὸ τῆς θέρμης, ὥς φασι, τῆς ... ἀπέχει τῶν ἐνακοσίων ... τυχὸν λεπτὴ τις αὔρα τῆς ... δοκεῖ θερμότερον τὸ θαλάττιον τῆς γλυκέος ... ἐκ ταύτης, εἴτε ἔκ τινος ἄλλης αἰτίας ... ἐμοὶ τὸ πρᾶγμα ὄστι ποιοῦτον. ἀλεεστέρα ... οἱ τὸ χωρίον οἰκοῦντες τὴν χειμῶνα ...

τῆς κεφαλῆς. ἔδεισα μὲν οὖν ἀποπνιγῆναι· κομισθεὶς δ' ἔξω τῶν ἰατρῶν παραινούντων, ἀποῤῥίψαι τὴν ἐντεθεῖσαν ἄρτι τροφὴν, οὔτι μὰ Δία πολλὴν οὖσαν ἐξέβαλον, καὶ ἐγενόμην αὐτίκα ῥᾴων, ὥστε μοι γενέσθαι κουφοτέραν τὴν νύκτα, καὶ τῆς ὑστεραίας πράττειν ὅτι περ ἐθέλοιμι. οὕτω μὲν οὖν ἐγὼ ἐν Κελτοῖς, καὶ τὴν τῆς Μενάνδρου Δύσκολον, αὐτὸς ἐμαυτῷ πόνους προσετίθουν. ἀλλὰ ἡ Κελτῶν μὲν ταῦτα ῥᾷον ἔφερεν ἀγροικία.

Μηδὲ δὴ θαυμάσητε τοῦτο, εἰ καὶ ἐγὼ νυνὶ τοιαῦτα πάσχω πρὸς ὑμᾶς, ἀνὴρ ἀγριώτερος ἐκείνου [Κάτωνος], καὶ θρασύτερος τοσούτῳ καὶ αὐθαδέστερος, ὅσον οἱ Κελτοὶ Ρωμαίων. ὁ μὲν γὰρ ἐκεῖσε τεχθεὶς, ἐγγὺς ἦλθε γήρως ἅμα τοῖς πολίταις τρεφόμενος. ἐμοὶ δὲ Κελτοὶ, καὶ Γερμανοὶ, καὶ δρυμὸς Ερκύνιος ἔμελεν, ἄρτι πρῶτον εἰς ἄνδρα τελοῦντι· καὶ διέτριψα πολὺν ἤδη χρόνον, ὥσπερ τις κυνηγέτης ἀγρίοις ὁμιλῶν, καὶ συμπλεκόμενος θηρίοις, ἤθεσιν ἐντυγχάνων οὔτε

...unt, a quo cum caput meum oppletum esset, somnus me complexus est. Ac sanè D metui ne suffocarer: verùm raptus extra cubiculum, medicis suadentibus, ut cibum quem anteà sumseram ejicerem, non multum ejeci; neque sanè multus erat: ita me levatum sensi, adeò ut & nocte leviore usus fuerim, & postero die ad quidvis agendum paratus. Quare ad hunc modum ego apud Gallos, sicut ille apud Menandrum Dyscolus, labores novos mihi procreabam. Verùm hoc facilè Gallorum rusticitas ferebat.

Quare mirari non debetis, si mihi E apud vos idem accidit, cùm præsertim sim Catone asperior, tantóque eum libertate & audacia superem, quantò Romanos Galli vincunt. Etenim ille ibi natus, ad extremam ferè senectutem inter cives suos versatus est. At ego cùm primùm virilem ætatem attigi, statim ad Gallos, Germanos & Hercyniam silvam sum dimissus, & vixi cum illis multo tempore, tamquam venator cum feris bellando; quòd in eos mores incideram, qui adulari nesciunt,

Ibid. Pag. 359.

An. Chr. 355.

Digitized by Google

ſed liberè ac ſimpliciter cum omnibus æquabilique jure vivere..... Poſteà vir jam & robuſtus, poteſtatem adeptus meo more arbitratuque vivendi, inter ferociſſimos populos vixi, qui Venerem nuptiarum Deam, & Bacchum lætitiæ datorem, conjugii proliſque gratia, & vini quantum cuique liceat potandi cauſa, tantùm norunt. Petulantia verò nulla eſt in theatris, neque inſolentia, neque in ſcenam cordax admittitur. Aïunt quemdam in Cappadocia exulem dudum illuc fugiſſe, qui in veſtra urbe apud aurificem (noſtis quem dicam) educatus fuerat. Is neſcio ubi didicerat, non cum mulieribus, ſed cum pueris verſandum eſſe; & neſcio quæ illic tum fecerat, tum paſſus fuerat. Cùm autem ad ipſorum regem veniſſet, tactus memoria earum rerum quæ iſtic fiunt, primò multos ſaltatores inducere, deinde alia hujus urbis bona complura eis oſtendere; tandem cùm eis cotyliſtes deeſſet, (noſtis & rem & nomen) hunc quoque ex iſta urbe evocare: tantus in eo reſidebat honeſtiſſimæ hujus vitæ veſtræ amor & cupiditas. At Galli cotyliſten ignorabant; (tum namque eum regia aula primùm acceperat) ſaltatores verò, cùm artem ſuam oſtendiſſent in theatro, reliquerunt, quòd furens & fanatica illa ſpecies videretur.... Galli quidem certè adeò me propter morum ſimilitudinem amabant, ut non tantùm pro me arma ſumerent, verùm etiam pecunias darent; & recuſanti ſæpe vim intulerunt, & in omnibus obſequentes fuerunt.

σωπεύειν, ὅτε κολακεύειν εἰδόσιν, ἁπλῶς ἢ κὴ ἐλευθέρως ἐκ τ' ἴσα πᾶσι φερομένους.... ἦτε ἐν ἀνδράσιν αὐτουργία παρὰ τοῖς μαχιμωτάτοις κὴ θυμικωτάτοις τῶν ἐθνῶν, ὅπου τὴν γαμηλίαν Ἀφροδίτην, κὴ τ' μεθυστὴν Διόνυσον, γάμου τε ἕνεκα κὴ παιδοποιΐας, οἶνου ἢ ὁπόσης ἡδίστου δυνατὸν πόσεως, ἴσασιν μόνον. ἀσέλγεια δ' οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς θεάτροις, οὐδὲ ὕβρις, οὐδὲ ἕλκει τις εἴσω τ' σκηνῆς τ' κόρδακα. λέγεταί τοι μικρῷ πρόσθεν, ὡς ἐνθένδε ἐκεῖσέ τις Καππαδόκης φυγὰς, ἐν τῇ παρ' ὑμῖν τραφεὶς πόλει παρὰ τῷ χρυσοχόῳ· (γνωρίζετε δήπουθεν ὃν λέγω) μαθὼν ὅπου κὴ ἔμαθεν, ὡς μὲν δέον ὁμιλεῖν γυναιξὶ, μειρακίοις δ' ἐπιχειρεῖν, οὐκ οἶδα ὁπόσα ἐνθάδε δράσας κὴ παθών. ἐπειδὴ παρὰ τ' ἐκεῖσε βασιλέα πρῶτον ἀφίκετο, μνήμη τ' τῆδε, πολλοὺς μὲν ὀρχηστὰς αὐτοῖς ἐπαγαγεῖν, πολλὰ δ' τὰ ἐντεῦθεν ἀγαθὰ τοιαῦτα. κὴ δὴ τέλος ἐνεδέησεν ἔτι τ' (a) κοτυλιστοῦ, (τοῦτο δ' ὑμεῖς ἴστε πρὸς τὸ ἔργον τὸ ὄνομα) κὴ τοῦτον ἐνθένδε ἐκάλει, πόθῳ κὴ ἔρωτι τ' σεμνῆς παρ' ὑμῖν δίαιτης. οἱ Κελτοὶ δ' τ' μὲν κοτυλιστὴν ἠγνόησαν, (ἐδέξατο γὰρ αὐτὸν αὐτίκα τὰ βασίλεια) τοὺς ὀρχηστὰς δ' ὑποζαπέντας ἐν τῷ θεάτρῳ τ' τέχνῃ εἶασαν, οἰόμενοι τοῖς νηφαλιπποις αὐτοὺς ἐοικέναι..... Κελτοὶ μὲν γὰρ ὅτι με δι' ὁμοιότητα τρόπων ἠγάπησαν, ὥστε ἐτόλμησαν οὐχ ὅπλα μόνον ὑπὲρ ἐμοῦ λαβεῖν, ἀλλὰ κὴ χρήματα ἔδωκαν πολλά· κὴ φιλαιτίμημον οὐκ ὀλιγάκις ἐβιάσαντο λαβεῖν, κὴ πρὸς πάντα ἑτοίμως ὑπήκουσαν.

EX EPIST. XVI. AD MAXIMUM PHILOSOPHUM.

Pag. 383. CELTIS certè nullam injuriam facit Rhenus, qui ſpurios infantes undis abripit, tamquam impuri lecti vindex: quos autem ex puro ſemine ortos agnovit, in ſumma aqua ſuſpendit, matriſque trementis manibus reddit, & quaſi verum incorruptumque caſti & laudabilis conjugii teſtimonium ſervato infante perſolvit.

Πάντως δὲ ὁ Ῥῆνος ἀδικεῖ τοὺς Κελτοὺς, ὃς τὰ μὲν νόθα τ' βρεφῶν ὑποβρύχια τ' δίνης πέμπει, καθαρὰν ἀκολάστου λέχους τιμωρὸς πρέπων· ὅσα δ' ἂν ὑπάγῃ καθαροῦ σπέρματος, ὑφαίνων τ' ὑδατος αἰωρεῖ, κὴ τῇ μητρὶ τρεμούσῃ πάλιν εἰς χεῖρας δίδωσιν, ὥσπερ ἀδίκαστόν τινα μαρτυρίαν αὐτῇ καθαρὸν κὴ ἀμέμπτων γάμων τ' τ' παιδὸς σωτηρίαν ἀνταποδούμενος.

EX EPIST. XXIX. AD ALYPIUM CÆSARII FRATREM.

HÆC tecum Muſa Gallica & barbara jocatur.

Ταῦτά σοι Γαλλικὴ κὴ βάρβαρος Μοῦσα παίζει.

(a) Utrùm Cotyliſtes ad illud Ludi genus pertineat, de quo Pollux, Athenæus, Euſtathius, non temerè dixerim. *Petavius in notis.*

Digitized by Google

ὀνομάζονται Φρακτοί· οἱ δὲ ὑπὸ τῶν πολλῶν κέκληνται Φρακτοί, [τοῦτ' ἔστι προσηγορία τῇ τῶν πολλῶν ἀμαθίᾳ διεφθαρμένη.] οὗτοι πλήθει μὲν πάντα ἀριθμὸν ὑπερβαίνουσιν· ἰσχύι δὲ τῶν σφῶν πλήθους τὴν ὑπερβολὴν παρέρχονται. τούτοις ζάλη μὲν θαλάττης οὐδὲν ἠπείρου φοβεροτέρα· κρυμὸς δὲ ἀρκτῴος ἀέρων εὐκρασίας ἡδίων· συμφορὰ δὲ μεγίστη βίος ἀπράγμων· καὶ πέρας εὐδαιμονίας οἱ τῶν πολέμων καιροί. κἂν εἴ τις ἀκρωτηριάσειε, τῷ λειπομένῳ μάχονται· καὶ οὐ τῶν κρατούντων ἡ δίωξις δέχεται πέρας· εἴ τε κρατηθῆναι συμβαίη, τῆς φυγῆς τὸ τέλος ἀρχὴν ἐφόδου ποιοῦνται. γέρα δὲ ἀπονοίας, καὶ τιμὰς θρασύτητος νομοθετήσαντες ἔχουσιν· ἀῤῥώστημά τε ὅλως τὴν ἡσυχίαν κρίνουσι. τὴν μὲν οὖν ἔμπροσθεν ἅπαντα χρόνον, οἱ τὴν πάροικον ἐκείνοις βασιλείαν λαχόντες, οὔτε λόγους εὕρισκον, οἷς πείσουσιν, οὔτε ὅπλων ἰσχὺν οἷς ἀναγκάσουσιν ἡρεμεῖν. ἀλλ' ἔδει προσιδρυμένους συνεχῶς νύκτα καὶ ἡμέραν τῆς ἐκδρομαῖς ἀπαντᾶν· καὶ μήτε σῖτον

muniti-ve] nominentur: qui quidem ab imperito vulgo corruptè Franci vocati sunt. Hi multitudine numerum penè omnem excedunt; robore autem multitudinis immensitatem superant. His maris procellosi æstus non magis terrori est, quàm continens; & frigus septentrionale suavius, quàm aëris temperies. Calamitas verò maxima est vita absque negotiis; & felicitatis apex belli tempora sunt. Quòd si quis mutilatus fuerit, parte reliqua integra præliatur; & vincentium persecutio non admittit finem: at si contigerit ut superentur, extremum fugæ, invasionis initium faciunt. Porrò insanæ pervicacitatis præmia, & audaciæ honores, legibus apud ipsos sancitis, obtinent: quietem otiumque omnino judicant morbum. Quapropter ab omni ævo superiore, qui propinquum illis regnum sortiti sunt, neque rationes invenerunt, quibus persuaderent; neque tantam in armis vim habuerunt, ut quiescere cogerent. Verùm diu noctuque, nulla interposita mora, perseverantes, excursionibus

occurrere opus erat: neque cibum sine armis sumere, neque galea depositâ securè requiescere licebat; sed tantumnon armaturæ cohærentes, ferrum gestare priscorum Acarnanum more oportebat. Idemque usuveniebat, quod in scopulis, quando mare variis impulsum ventis, continuatos fluctus decumanos excitat. Nam quemadmodum ibi priusquàm prior fluctus ad scopulos fractus sit, secundus occupat, & tertius deinceps; isque motus non intermittit, donec venti cessent: ita certè *Fractorum* gentes rerum bellicarum amore ad insaniam concitatæ, crebras edebant impressiones: ac priusquàm primam aciem repulissent, dux alter exercitûs superincidebat. Verùm oportuit hos fluctuum motus componi sistique firmiter. Enimverò tum rex apparuit, qui insatiabilem in illis bellandi cupiditatem ad pacis desiderium convertit: nec ullam artem aliam adhibuit, nisi quòd majorem ipse, quàm illi, ad pugnandum alacritatem præ se tulit. Itaque minimè ad manus venire & congredi sunt ausi: sed solus timor perinde effecit, ac si manus conseruissent: ac dextras quidem non ad hastilium jaculationem intendêre; sed ad fœderum postulationem protenderunt. Cujus rei argumento est, quòd rectores à nobis acceperunt, tamquam eorum quæ agerentur inspectores: & belluina rabie abjecta, humanos discursus amplexati sunt, ac plus habendi cupiditate relicta, jurisjurandi religionem in honore habuerunt: denique omnino etiam juramentorum necessitate nulla urgente, quietem adamarunt. Sic pejor à meliori coërceri assolet. Et nunc Imperator, cùm non ingeniis *Fractorum*, verùm timori Majestatis suæ illorum pacta servanda tradidisset, in Pæonum civitatibus de summa rerum deliberat. At quos superioribus temporibus principes habuerant, *Fractorum* subitus adventus in se oculos convertere cogens, ne scire quidem ab initio permisit: sed auditu solo subditi rectoribus innotuerant..... *Fracti* igitur tam grave servitutis jugum subierunt: etenim hæc illis servitus est, nullos habere quos deprædentur.

A ἔξω τ ὅπλων αἱρεῖσθαι, μήτε τὸ κράνος ὑποθεμένους ἐπ' ἀδείας ἀναπαύεσθαι· ἀλλὰ μονονὺ τῇ σκευῇ συμπεφυκότας σιδηροφορεῖν κ τὺς παλαιοὺς Ακαρνᾶνας. καὶ ταὐτὸ συνέβαινεν, ὅσῳ ὅπ τῇ πρυμνῶν, ἐπειδὰν ἡ θάλαττα ποικίλοις ἐλαυνομένη πνεύμασιν, εἰς συνέχειαν ἐγείρῃ κυμάτων. ὥσπερ γὰ ἐκεῖ πρὶν καθαρεῦσ τὸ πρῶτον κῦμα πρὶ τὺς πρυμνῶς ῥαγῆναι, τὸ δεύτερον ἐπικαταλαμβάνῃ, κ τὸ τρίτον αὖθις, κ τοῦτ διαπελεῖ γινόμενον, ἕως ἂν λήξῃ τὰ πνεύματα· ὅτω δὴ κ τὰ τ Φραικτῶν γένη τῇ τῶν πολεμικῶν ἔρωτι πρὸς μανίαν κινούμενοι, πυκνὰς ἐποιοῦντ τὰς προσβολάς· κ πρὶν τ πρῶτον ἱκανῶς ὑποκριθῆναι φάλαγγα, δεύτερος στρατηγὸς ἐπέπιπτεν. ἀλλ' ἔδει κ τὰ τότων ποτὲ λῆξαι κύματα, κ σῆναι τ κίνησιν βεβαίως· ἐφάνη γὰ βασιλεὺς, ὃς τ ἀκόρεστον ἐκείνοις τ πολεμικῶν ἔρωτα πρὸς εἰρήνης ὑπηθυμίαν ἔτρεψε· κατ' ἄλλο μ ὑδὲν, μείζω ἢ τ ἐκείνων πρὶ τὰς μάχας προθυμίας τ οἰκείαν προθέσεως. ὅπου εἰς πεῖραν χειρῶν ἐλθεῖν ὑπέμειναν, ἀλλ' ἤρκεσεν ὁ φόβ τὰ τ πείρας ἐργάσασθαι· κ δεξιὰς εἰς μ δορατίων ἄφεσιν οὐκ ἀνέτειναν, εἰς ἣ σπονδικῶν αἴτησιν προύτειναν· τεκμήριον δέ· ἐδέξαντ παρ' ἡμῶν ἄρχοντας ὥσπερ ἐπόπτας τῆς δρωμένων· κ τ θηριώδη λύσαν ἐκβαλόντες, λογισμὸς ἀνθρωπίνους ἠσπάσαντ· κ τ πλεονεξίαν ἀφέντες, τ τ ὅρκων φυλακὴν ἐτίμησαν· πάντως δ' ἂν κ τ ἐκ τ ὅρκων ἀνάγκης ἀπόσης, τ ἡσυχίαν ἠγάπησαν. ὅτως εἰώθ τὸ χεῖρον ὑπὸ τ κρείττονος κατείργεσθαι. καὶ νῦν βασιλεὺς μ τ φύσει τ Φραικῶν, τῇ δ παρ' αὐτ φόβῳ τὰς ἐκείνων ὁμολογίας τηρεῖν παραδύς, ἐν τ Παιόνων πόλεσιν ὑπὲρ τ ὅλων βουλεύ. τὺς δ ἐπ τοῖς ἄνω χρόνοις ἄρχοντας, ἡ Φραικῶν αἰφνίδι φοβὰ προὲς αὐτὺς βλέπειν ἀναγκάζουσα, οὐδὲ εἰδέναι τ ἀρχὴν ἐπέτρεπεν, ἀλλ' ἀκοῇ μόνῃ τὸ ὑπήκοον τοῖς κρατοῦσιν ἐμανώσκετ..... Φραικτοὶ μὲν οὖν τοιοῦτον ὑπῆλθον ζυγὸν δουλείας· τὸ γὰρ μὴ ἔχειν ἑτέρους λῃΐζεσθαι, τοῦτ ἐκείνοις δουλεία.

EX ORATIONE X. IN JULIANI IMPER. NECEM.

Pag. 278. An. Chr. 358.

IN media hieme cùm [Julianus] Fractos mille (a), quibus æquè amœna sunt nix & flores, vicos aliquot, quorum

Εν χειμῶνι μέσῳ τοῦτ μὲν Φραικτοὺς χιλίους, οἷς ταὐτὸν εἰς ἡδονὴν χιών τε κ ἄνθη, κώμας τινὰς πορθουμένους, ὧν ἐν μέσῳ

(a) Sexcentos tantùm Francorum velites numerat Ammianus lib. 17. cap. 2.

Digitized by Google

[illegible]

N JULIANI IMPER. NECE[illegible]

[illegible]

[illegible] lib. 17. cap. 2.

θος τῶν ὀρῶν τε καὶ πόνων, κραυγήν τε ἐκίνησε καὶ δάκρυα σὺν χαρᾷ, καίπερ ἔβαλον ἀλλήλους οἱ κοινωνοὶ τῶν κινδύνων ἐκείνων. οὗτοι δὲ οὐ θάλατταν· ἀλλ' ὡς εἶδον ἀλλήλους, ταὐτὸν ἔδρων, οἱ μὲν οἰκείους ὁρῶντες ἐκφυγόντας δουλείαν, οἱ δ' οἰκείους τε καὶ τὴν οἰκείαν ἀπολαμβάνοντες· συνεδάκρυε δὲ καὶ ὅσον γένους μὲν αὐτοῖς οὐ μετεῖχεν. ἑώρα δὲ τὰς περιπλοκὰς, καὶ ἔρρει δάκρυα δακρύων ἀμείνω, ὧν τὰ μὲν ἦν διοικιζομένων πάλαι, τὰ δὲ συνιόντων. τότε οὕτω Γαλάτας ὁ πόλεμος καὶ διέσπασε, καὶ συνήγαγεν, ὁ μὲν δειλίᾳ τῶν ἐφεστώτων, ὁ δὲ ἀνδρείᾳ πολεμηθείς. καὶ βουλευτήρια δὲ ἐπίμπλατο, καὶ δῆμος, καὶ τέχναι, καὶ πόροι χρημάτων ηὔξοντο, καὶ θυγατέρων ἐκδόσεις, καὶ γάμοι νέων, καὶ ἀποδημίαι, καὶ ἑορταὶ, καὶ πανηγύρεις εἰς κόσμον τὸν ἔμπροσθεν ἦσαν..... ἕτερον δὲ πολλῷ μεῖζον, καὶ μάλιστα Γαλάταις

(a) Fortè ἐνώμησε.

& laborum multitudinem, clamorem excitavit & lacrymas cum gaudio: quamquam percutiebant se invicem periculorum ejusmodi socii. Isti nondum mare viderant: sed ut viderunt se invicem, idem præstiterunt, & qui familiares videbant jugo servitutis immunes, & qui domesticos & familiam recuperabant. Collacrymabantur etiam qui genere propinqui ipsis non erant. Cernebat quis arctos amplexus, & fundebantur lacrymæ lacrymis meliores; è quibus aliæ erant eorum qui jam pridem dissiti fuerant, aliæ eorum qui simul vixerant. Sic tunc Gallos divulsit & copulavit bellum, partim ignavia præfectorum, partim virtute confectum. Ac prætoria implebantur; populi, artes, & pecuniarum commeatus augebantur, & filiarum collocationes, & matrimonia juvenum, & peregrinationes, & festa, & conventus publici agebantur ut priùs..... En aliud multò majus, magisque salutare Gallis. Nam

(b) Alemanni coguntur Gallos, quos abduxerant, in Galliam reducere.

Digitized by Google

cùm frumentum ab insula olim veniret secundùm mare per Rhenum, id barbaris non ampliùs permittentibus, ex quo viribus pollebant; onerariæ naves jam dudum subductæ computruerant. Paucæ navigabant, quarum onere in portubus deposito, curribus vice fluminis comportandum erat frumentum; quod non sine maximo sumtu fieri poterat. Hoc igitur dum renovat, & molestum censet, nisi frumenti deductionem ad pristinum statum reduceret, tum naves celeriter ostendit plures quàm anteà: ac perpendebat qua ratione per fluvium frumentum comportaretur.

A σωτήριον· τοῦ σίτου γὰρ ἀπὸ τῆς νήσου πάλαι φοιτῶντος μετὰ τὴν θάλατταν διὰ τῶν Ῥήνου, καὶ τῶν βαρβάρων οὐκέτ' ἐπειδήπερ ἴσχυσαν ἐπιτρεπόντων, ὁλκάδες αἱ πάλαι μὲν ἀνελκυσμέναι κατεσάπησαν· ὀλίγαι δὲ ἔπλεον, ὧν ἐν λιμέσι τὸν γόμον ἐξαιρουμένων ἁμάξας ἐχρῆν ἀντὶ τῶν ποταμοῦ τῷ σίτῳ γενέσθαι· καὶ τὸ πρᾶγμα ἦν ἡ μεγίστη δαπάνη. τοῦτο οὖν ἀνανεούμενος, καὶ δεινὸν νομίζων, εἰ μὴ πρὸς τἀρχαῖα καταστήσει τὴν σιτοπομπίαν, ναῦς τε ὀξέως ἔδειξε πλείους B ἢ πρότερον· καὶ διεσκοπεῖτο πῶς ἂν αὐτῷ δέξαιτο τὸν σῖτον ὁ ποταμός.

EX ANTHOLOGIA, DE GALLIS.

Edit in 4°. an. 1604.

Lib. 1. cap. 43. Epigr. 1.

Incerti.

C ANIMOSI Celtæ fluvio rapido Rheno
Natos explorant; nec priùs sunt parentes,
Quàm viderint puerum ablutum aqua veneranda.
Statim enim ubi matris decidens per sinum
Infans, primùm lacrymatur: hunc verò attollens D
Ipse scuto imponit novum puerum, nec curat.
Nondum enim genitoris fert animum, antequam intueatur
Judicatum aquis nuptias reprehendentis fluvii.
Hæc verò post partum dolores alios post alios habens
Mater, quamquam pueri verum novit patrem, E
Exspectat trepidans, quid definitura sit instabilis unda.

Ἀδηλον.

Θ Αρσαλέοι (a) Κελτοὶ ποταμῷ ζηλήμονι Ῥήνῳ
Τέκνα ταλαντεύουσι, καὶ οὐ πάρος εἰσὶ τοκῆες,
Πρὶν πάϊν ἀθρήσωσι λελουμένον ὕδατι σεμνῷ.
Αἶψα γὰρ ἡνίκα μητρὸς ὀλισθήσας διὰ κόλπων
Νηπίαχος, πρῶτον προχέει δάκρυ, τὸν μὲν ἀείρας
Αὐτὸς ἐπ' ἀσπίδι θῆκε νέον πάϊν, οὐδ' ἀλεγίζει.
Οὔπω γὰρ γενέταο φέρει νοῦν, πρίν γ' ἐσαθρήσῃ
Κεκριμένον λουτροῖσιν ἐλεγχιγάμου ποταμοῖο.
Η δὲ μετ' Εἰλείθυιαν ἐπ' ἄλγεσιν ἄλγος ἔχουσα
Μήτηρ, εἰ καὶ παιδὸς ἀληθέα οἶδε τοκῆα,
Εκδέχεται τρομέουσα, τί μήσεται ἄστατον ὕδωρ.

Cap. 59. Epigr. 5.

Juliani Imp. in vinum ex hordeo.

Quis? unde es, Dionysi? Per verum enim Bacchum

Ιουλιανοῦ βασιλέως εἰς οἶνον ἀπὸ κριθῆς.
Τίς; πόθεν εἶς, Διόνυσε; μὰ γὰρ τὸν ἀληθέα Βάκχον,

(a) Julianus Orat. 2. in Constantium Imp. ὑπάρχειν δέ φασι καὶ Κελτοῖς ποταμὸν ἀδέκαστον κριτὴν τῶν ἐκγόνων. *Aiunt apud Celtas fluvium esse incorruptum prolis arbitrum.*

Digitized by Google

Νύμφιον, ἀλλ' ἀΐδην κηδεμόν' εὑράμεθα.

Sponsum, sed Orcum curatorem invenimus.

(a) Hieronymus l. 1. adversus Jovinianum septem virgines memorat. *Quis valeat*, inquit, *silentio præterire septem Milesias virgines, quæ, Gallorum impetu cuncta vastante, ne quid indecens ab hostibus sustinerent, turpitudinem morte fugerunt.*

D

EX AUSONIO, DE GALLIS.

Edit. Parisiis, in 4°. an. 1730.

PROFESSORES (a) BURDIGALENSES.

TIBERIUS Victor Minervius, Orator. Pag. 133.
Latinus Alcimus Alethius, Rhetor.
Luciolus, Rhetor.
(b) Attius Patera pater, Rhetor.
Attius Tiro (c) Delphidius, Rhetor.
Alethius Minervius filius (d), Rhetor.
E Leontius, Grammaticus, cognomento Lascivus.

(a) Professorum Burdigalensium nomina tantùm efferimus, omissis carminibus, quæ in eos scripsit Ausonius.

(b) De eo sic Ausonius:
Doctor potentum Rhetorum
Tu Bajocassis stirpe Druidarum satus.
Et Hieronymus in Chronico: *Pather Rhetor Romæ gloriosissimè docet.*

(c) Filius erat Attii Pateræ.

(d) Nempe Latini Alcimi Alethii.

Digitized by Google

Romulus, Corinthus, Spercheus, Meneſtheus, Grammatici Græci Burdigalenſes. A
Jucundus, Grammaticus Burdigalenſis, frater Leontii.
Macrinus, (a) Phœbicius, Concordius, Sucuro, Grammatici Latini Burdigalenſes, Philologi. Ammonius (b) Anaſtaſius, Grammaticus Pictaviorum.
Herculanus, Sororis filius, Grammaticus Burdigalenſis.
Thalaſſus, Grammaticus Latinus Burdigalenſis.
Citarius, Siculus Syracuſanus, Grammaticus Burdigalenſis Græcus.
Cenſorius Atticus Agrœcius, Rhetor.
Nepotianus, Grammaticus & Rhetor.
Æmilius Magnus Arborius, Rhetor Toloſæ.
Exuperius Rhetor Toloſæ.
Marcellus, Marcelli filius, Grammaticus Narbonenſis.
Sedatus (c), Rhetor Toloſanus. B
Staphylius, Rhetor, civis Auſcius.
Criſpus & Urbicus, Grammatici Latini & Græci.
Victorius, Subdoctor ſive Proſcholus.
Dynamius, Burdigalenſis; qui in Hiſpania docuit, & obiit.
Acilius Glabrio, Grammaticus Burdigalenſis.

EX CLARIS URBIBUS.

Treveri.

Pag. 218.

ARMIPOTENS dudum celebrari Gallia geſtit,
Trevericæque urbis ſolium, quæ proxima Rheno, C
Pacis ut in mediæ gremio, ſecura quieſcit;
Imperii vires quod alit, quod veſtit & armat.
Lata per extentum procurrunt mœnia collem.
Largus tranquillo prælabitur amne Moſella,
Longinqua omnigenæ vectans commercia terræ.

Arelas.

Pag. 216.

Pande, (d) duplex Arelate, tuos blanda hoſpita portus.
Gallula Roma Arelas; quam Narbo Martius, & quam
Accolit Alpinis opulenta Vienna colonis.
Præcipitis Rhodani ſic interciſa fluentis, D
Ut mediam facias navali (e) ponte plateam:
Per quem Romani commercia ſuſcipis orbis,
Nec cohibes: populoſque alios & mœnia ditas:
Gallia quîs fruitur, gremioque Aquitania lato.

Toloſa.

Pag. 220.

Non unquam altricem noſtri reticebo Toloſam,

(a) De Phœbicio ita Auſonius: *Beleni*, id eſt Apollinis, *ædituus*, *ſtirpe ſatus Druidum*, *Gentis Aremoricæ*, hoc eſt Bajocaſſium, *Burdigalæ cathedram nati*, Attii ſcilicet Pateræ, *operâ obtinuit.*

(b) *Burdigalæ hunc genitum tranſtulit ambitio, Pictonicæque dedit*, ait Auſonius.

(c) Scaliger & Vinetus volunt corpus ejus mortui à Burdigalenſibus repetitum, & Toloſa relatum Burdigalam: ubi etiam in eo loco, qui hodie *Podium Paulini* dicitur, ſaxeam ejus imaginem aiunt locatam fuiſſe barbaram, librum manu tenentem, cum hac inſcriptione: D. M. SEDATUS.

(d) *Arelate duplex* dicitur, quia primùm in ſiniſtra ripa fuit condita: pòſt Conſtantinus, ut putatur, in ripa altera urbem novam quaſi appoſuit, ponte navali conjunctam. Nunc ſimplex eſt, in veteri ſiniſtræ ripæ loco poſita, nova urbe ciſrhodanica à Gothis aut ab aliis barbaris exciſa. De urbe Arelatenſi in Libello Epiſcoporum Provinciæ Leoni Papæ anno 450. oblato ſic habetur: *Hæc in tantum à glorioſiſſimæ memoriæ Conſtantino peculiariter honorata eſt, ut ab ejus vocabulo, præter proprium nomen, quo Arelas vocatur, Conſtantina nomen acceperit. Hanc clementiſſimæ recordationis Valentinianus & Honorius fideliſſimi Principes ſpecialibus privilegiis, & ut verbo ipſorum utamur, matrem omnium Galliarum appellando decorarunt. In hac urbe, quicumque* E *intra Gallias ex tempore prædictorum oſtentare voluit inſignia dignitatis, Conſulatum ſuſcepit & dedit. Hanc ſublimiſſima Præfectura, hanc reliquæ poteſtates, velut communem omnibus patriam ſemper inhabitant. Ad hanc ex omnibus civitatibus multarum utilitatum cauſa concurritur. Et planè ita ſibi erga privilegia memoratæ vel Eccleſiæ vel civitatis divinâ, ut credimus, diſpenſatione omnia conſenſerunt, ut ſemper ſicut Eccleſia Arelatenſis intra Gallias primatum in ſacerdotio antiquitatis merito, ita etiam civitas ipſa principatum in ſæculo opportunitatis gratiâ poſſederit.*

(e) Hujus pontis meminit Athalaricus Rex in quadam Epiſtola ad Senatum urbis Romæ, cujus hæc verba refert Scaliger: *Arelate eſt civitas ſupra undas Rhodani conſtituta, quæ in orientis proſpectum tabulatum pontem per nuncupati fluminis dorſa tranſmittit.*

Coctilibus

Digitized by Google

A Coctilibus muris quam circuit ambitus ingens,
Perque latus pulchro prælabitur amne Garumna,
Innumeris cultam populis, confinia propter
Ninguida Pyrenes, & pinea Cæbennarum,
Inter Aquitanas gentes & nomen Hiberum.
Quæ modò (a) quadruplices ex se quum effuderit urbes,
Non ulla exhaustæ sentit dispendia plebis,
Quos genuit cunctos gremio complexa colonos.

Narbo.

NEC tu, Martie Narbo, silebere; nomine cujus Pag. 221.
B Fusa per immensum quondam provincia regnum,
Obtinuit multos dominandi jure colonos.
Insinuant quà se Sequanis Allobroges oris;
Excluduntque Italos Alpina cacumina fines:
Quà * Pyrenaicis nivibus dirimuntur Iberi: * *Al.* Pyrenæis.
Quà rapitur præceps Rhodanus, genitore Lemanno,
Interiúsque premunt Aquitanica rura Cebennæ,
Usque in Tectosagos primævo nomine Volcas,
Totum Narbo fuit. Tu Gallia prima togati
Nominis attollis Latio Proconsule fasces.
Quis memoret portusque tuos, montesque, lacusque?
Quis populos vario discrimine vestis & oris?
C Quodque tibi quondam Pario de marmore templum
Tantæ molis erat, quantam non sperneret olim
Tarquinius, Catulusque iterum, prostremus & ille *, * Domitianus.
Aurea qui statuit Capitolî culmina Cæsar?
Te maris Eoi merces, & Iberica ditant
Æquora: te classes (b) Libyci Siculique profundi:
Et quidquid vario per flumina, per freta cursu
Advehitur; toto tibi navigat orbe κατάπλους.

Burdigala.

IMPIA jam dudum condemno silentia, quòd te, Pag. 223.
D O patria, insignem Baccho, fluviisque, virisque,
Moribus, ingeniisque hominum, procerumque senatu,
Non inter primas memorem: quasi conscius urbis
Exiguæ, immeritas dubitem contingere laudes.
Non pudor hinc nobis. Nec enim mihi barbara Rheni
Ora, nec Arctoo domus est glacialis in Hæmo.
Burdigala est natale solum: clementia cæli
Mitis ubi, & riguæ larga indulgentia terræ:
Ver longum, brumæque breves: juga frondea subsunt:
Fervent æquoreos imitata fluenta meatus.
Quadrua murorum species, sic turribus altis
Ardua, ut aërias intrent fastigia nubes.
E Distinctas interne vias mirere, domorum
Dispositum, & latas nomen servare plateas:
Tum respondentes directa in compita portas,
Per mediumque urbis fontani (c) fluminis alveum:

(a) Hæ quatuor urbes, quas modò Tolosa effudit, sunt omnino, ni fallor, quatuor novæ ejus regiones, propter magnitudinem sui *urbes* & *coloniæ* à Poëta dictæ, quibus non multò antè, & forsitan ætate ipsius aucta fuerat, & quarum ope alumnos suos ac cives omnes gremio continebat; quibus in longinqua missis facilè potuisset exhauriri. Hæ quatuor urbes, vel coloniæ, aut regiones veteri civitati additæ & adjunctæ, instar quinque urbium erant. Unde Ausonius in epistola ad Paulinum *Tolosam quintuplicem* vocat. *Hadr. Valesius.*

(b) Ex Africa naves ad portum Narbonensem appelli affirmat Sulpicius Severus Dial. 1. c. 1. *In Ægypto navem onerariam offendi, quæ cum mercibus Narbonam petens solvere parabat.* Et c. 2. *Ubi Narbona navem solvimus, quinta die portum Africæ intravimus.*

(c) Hunc alveum designari hic putat Vinetus, quo aqua ex variis, qui in Occidentali Burdigalensis agri parte sunt, fontibus influit urbem duobus locis, inter Episcopi ædes Castellumque cognomento *Fari*, ubi *Peuga* nominatur, & post adversam earumdem Episcopi ædium partem, *Divicia* nomine.

Digitized by Google

(a) Quem pater Oceanus refluo quum impleverit æſtu, A
Adlabi totum ſpectabis claſſibus æquor.
Quid memorem Pario contectum marmore fontem
Euripi fervere freto? quanta unda profundi!
Quantus in amne tumor! quanto ruit agmine præceps
Margine contenti bis ſena per oſtia curſus,
Innumeros populi non unquam exhauſtus ad uſus!
Hunc cuperes, Rex Mede, tuis conjungere caſtris,
Flumina conſumpto quum defecere meatu:
Hujus fontis aquas peregrinas ferre per urbes,
Unum per cunctas ſolitus portare Choaſpem.
Salve, fons ignote (b) ortu, ſacer, alme, perennis,
Vitree, glauce, profunde, ſonore, illimis, opace, B
Salve urbis genius, medico potabilis hauſtu,
Divona, Celtarum lingua fons addite divis.
Non Aponus potu, vitrea non luce (c) Nemauſus
Purior; æquoreo non plenior amne Timavus.
Hic labor extremus celebres collegerit urbes.
Utque caput numeri Roma inclyta, ſic capite iſto
Burdigala ancipiti confirmet vertice ſedem.
Hæc patria eſt: patrias ſed Roma ſupervenit omnes.
Diligo Burdigalam: Romam colo: civis (d) in hac ſum,
Conſul in ambabus: cunæ hîc, ibi ſella Curulis.

Ex Epicedio in patrem ſuum Julium Auſonium. C

Pag. 256. NOMEN ego Auſonius, non ultimus arte medendi:
Et mea ſi noſces tempora, primus eram.
Vicinas urbes colui patriaque domoque;
Vaſates (e) patria, ſed lare Burdigalam.
Curia me duplex, & uterque ſenatus habebat
Muneris exſortem, nomine participem.
Conjugium per luſtra novem ſine crimine concors
Unum habui; gnatos quattuor edidimus.
Prima obiit lactens. At qui fuit ultimus ævi,
Pubertate rudi non rudis interiit.
Maximus (f) ad ſummum culmen pervenit honorum, D
Præfectus Gallis & Libyæ & Latio.

Ex Moſellæ deſcriptione.

Pag. 295. V. 1 TRANSIERAM celerem nebuloſo lumine (g) Navam
Addita miratus veteri nova mœnia vico:
Æquavit Latias (h) ubi quondam Gallia Cannas;
Infletæque jacent inopes ſuper arva catervæ.
Unde iter ingrediens nemoroſa per avia ſolum,

(a) Hinc apparet ætate Auſonii Burdigalæ navale fuiſſe; cujus etiam meminit Paulinus in Euchariſtico, quem vide. Hujus navalis nullum nunc exſtat veſtigium, ut obſervat Vinetus, ſed alterius, quo, ampliata urbe, Burdigalenſes uſi ſunt, extra ipſam Auſonii Burdigalam. Nunc nullum navigii genus Burdigalam ingreditur: ſed omnibus portus, & navale tutiſſimum ampliſſimumque eſt totus Garumna.

(b) Quòd ſubterraneo opere à capite uſque in urbem ejus aqua duceretur, ut ex canalis illius effoſſis veſtigiis conjicit Vinetus.

(c) *Nemauſus*, fons ſeu fluviolus à quo urbs *Nemauſus* nomen accepit. Quòd ſit vitri more purus, ſplendidus atque perſpicuus, depoſita *Nemauſi* appellatione, *Vitreus* nuncupatus eſt, nunc vulgò *le Viſtre*.

(d) Corrigit Grævius: *Conſul in hac ſum, civis in ambabus*. Civis Burdigalæ natus eſt Auſonius; Conſul Romæ eſſe non potuit, quin ſimul civis eſſet Romanus. E

(e) Hodie *Bazas*: antiquum nomen *Coſſio*. Ipſe Auſonius in Parentalibus XXIV. de Paulino ſororis genero:

Stirpis Aquitanæ mater tibi: nam genitori
Coſſio Vaſatum, municipale genus.

(f) Auſonius poëta maximus filiorum Julii fuit præfectus prætorio Galliæ annis Chriſti 378. & 379.

(g) *Nava* fluvius nunc appellatur *Naha* & *Nahe*, ad oppidum Bingium poſitus, quod creditur eſſe vetus ille vicus, qui novis mœnibus ornatus dicitur.

(h) His verſibus deſignari putat Henricus Valeſius cladem Vindicis atque Gallorum rebellium, à Virginio Rufo Romaniſque legionibus ad ripam Rheni Bingiumque cæſorum acie. Alii hos verſus referunt ad victoriam à Juliano Imp. reportatam de ſeptem Regibus Alemannis prope Argentoratum.

Digitized by Google

A Et nulla humani ſpectans veſtigia cultûs,
Prætereo arentem ſitientibus undique terris
(a) Dumniſſum, riguaſque perenni fonte Tabernas;
Arvaque Sauromatum nuper metata colonis.
Et tandem primis Belgarum conſpicor oris
(b) Nivomagum, divi caſtra inclyta Conſtantini.
Purior hic campis aër; Phœbuſque ſereno
Lumine purpureum referat jam ſudus Olympum.

V. 23 Salve amnis laudate agris, laudate colonis,
Dignata imperio debent cui (c) mœnia Belgæ:
Amnis odorifero juga vitea conſite Baccho,
B Conſite gramineas amnis viridiſſime ripas:
Naviger, ut pelagus; devexas pronus in undas,
Ut fluvius; vitreoque lacus imitate profundo;
Et rivos trepido potis æquiparare meatu,
Et liquido gelidos fontes præcellere potu.
Omnia ſolus habes, quæ fons, quæ rivus, & amnis,
Et lacus, & bivio refluus manamine pontus.
Tu placidis prolapſus aquis, nec murmura venti
Ulla, nec occulti pateris luctamina ſaxi.
Non ſuperante vado rapidos reparare meatus
Cogeris, exſtantes medio non æquore terras
Interceptus habes; juſti ne demat honorem
C Nominis, excluſum ſi dividit inſula flumen.
Tu duplices ſortite vias, & quum amne ſecundo
Defluis, ut celeres feriant vada concita remi,
Et quum per ripas, nuſquam ceſſante remulco,
Intendunt collo malorum vincula nautæ.
Ipſe tuos quotiens miraris in amne recurſus,
Legitimoſque putas propè ſegniùs ire meatus?
Tu neque limigenis ripam prætexeris ulvis,
Nec piger immundo perfundis littora cœno:
Sicca ſed in prima aſpergis veſtigia lympha.

V. 349 Sed mihi qui tandem finis tua glauca fluenta
D Dicere? Dignandumque mari memorare Moſellam?
Innumeri quòd te diverſa per oſtia latè
Incurrunt amnes; quamquam differre meatus
Poſſent: ſed celerant in te conſumere nomen.
Namque & (d) Pronææ Nemeſæque adjuta meatu
(e) Sura, tuas properat non degener ire ſub undas,
Sura interceptis tibi gratificata fluentis:
Nobiliùs permixta tuo ſub nomine, quàm ſi
Ignoranda patri confunderet oſtia ponto.
Te rapidus (f) Gelbis, te marmore clarus Erubrus
Feſtinant famulis quamprimùm adlambere lymphis.

E (a) *Dumniſſus* videtur eſſe *Dumnus* Tabulæ Peuting. Putat Cluverius vicum eſſe infra oppidum Kirchberg, qui *Denſen* vocatur. Idem ſuſpicatur *Tabernas* diverſoria fuiſſe juxta egregium fontem, mille quingentis circiter paſſibus ſupra arcem *Baldenau*, Dumniſſum versùs: ex quo rivulus limpidiſſima aqua profluens Moſellæ redditur paulò infra Noviomagum.

(b) *Noviomagus* in Tabula Peuting. vocatur: vicus eſt ad Moſellam *Numagen* dictus. Hîc Conſtantinus Magnus bello adverſus Francos geſto caſtra videtur habuiſſe.

(c) Mœnia ſcilicet urbis Trevericæ, in qua Conſtantinus, Conſtantius, Julianus, Valentinianus & Gratianus multùm habitarunt, palatium habuerunt, inde bella in Germanos moverunt, reſcripta Senatui & Præſidibus provinciarum dederunt non ſecus ac ex ipſa Roma.

(d) *Pronæa* fluvius nunc vulgò nuncupatur *Prumia*, *Prum* vel *Pruym*, nomenque dedit loco & monaſterio Prumiæ, *Pruime*, ad caput ſuum ſito. Recipit *Nemeſam* fluvium, qui præter Schonekium, Bidburgum ac Villarium delapſus, ad Suram cui ſe ingerit, devolvitur ab Septemtrione.

(e) *Sura* incolis *Saur*, Gallis *Sour* dictus, ad vicum Aquæbellicum, *Waſſerbillich*, octo millibus paſſuum ſupra Treverorum Auguſtam, Moſellæ fluentis miſcetur.

(f) *Gelbis*, ſeu *Celbis*, ut legendum cenſet Hadr. Valeſius, vulgò *Kil* aut *Kelh*, alias *Kyll*, non procul à fontibus alluit *Celbim* nominis ſui caſtellum, *Stat-Kil* vulgò dictum: Moſellam auget infra Auguſtam Treverorum. *Erubrus*, vel, ut legit idem Valeſius, *Erubris*, vulgò *Rouer* aut *Rober*, ad vicum cognominem in Moſellam dextrum effunditur.

Digitized by Google

Nobilibus Gelbis celebratus piſcibus : ille
Præcipiti torquens cerealia ſaxa rotatu,
Stridenteſque trahens per lævia marmora ſerras,
Audit perpetuos ripa ex utraque tumultus.
Prætereo exilem (a) Leſuram, tenuemque Drahonum,
Nec faſtiditos Salmonæ uſurpo fluores.
Naviger undiſona dudum me mole (b) Saravus
Tota veſte vocat; longum qui diſtulit amnem,
Feſſa ſub Auguſtis ut volveret oſtia muris.
Nec minor hoc, tacitùm qui per ſola pinguia labens,
Stringit frugiferas felix (c) Aliſontia ripas.

V. 381 Salve magne parens frugumque virûmque Moſella.
Te clari proceres, te bello exercita pubes,
Æmula te Latiæ decorat facundia linguæ.
Quin etiam mores & lætum fronte ſevera
Ingenium natura tuis conceſſit alumnis.

V. 461 Non tibi ſe Liger anteferet, non Axona præceps,
Matrona non, Gallos Belgaſque interſita fines;
Santonico refluus non ipſe (d) Carantonus æſtu.
Concedes gelido, Durani, de monte volutus
Amnis : & auriferum poſtponet Gallia Tarnem.
Inſanumque ruens per ſaxa rotantia latè
In mare purpureum, dominæ tamen antè Moſellæ
Numine adorato, Tarbellicus ibit (e) Aturrus.

V. 479 Te (f) Druna, te ſparſis incerta Druentia ripis,
Alpinique colent fluvii, (g) duplicemque per urbem
Qui meat, & dextræ Rhodanus dat nomina ripæ.
Te ſtagnis ego cæruleis, magnumque ſonoris
Amnibus, æquoreæ te commendabo (h) Garumnæ.

Ex Epiſtola IV. Theoni.

Pag. 440.

Quam tamen exerces (i) Medulorum in littore vitam?
Mercatus-ne agitas? leviore nomiſmate captans,
Inſanis quod mox pretiis gravis auctio vendat,
Albentis ſebi globulos, & pinguia ceræ
Pondera, Naryciamque picem, ſciſſamque papyrum,
Fumanteſque olidum paganica lumina tædas.

(a) *Leſura* vulgo *die Leſer* nuncupatur, & ad vicum Leſuram, *Leſer*, lævum Moſellam auget. *Salmona* autem vulgò *Salm* dicitur, & in eamdem Moſellæ ripam decurrit inter Celbim & Leſuram. *Drahonus*, *die Draon*, aliis *Traon* appellatus, apud Noviomagum, *Numagen*, XIII. lapide ab Auguſta Trevirorum, in dextram Moſellæ ripam evolvitur, ferè è regione Salmonæ. *Hadr. Valeſius.*

(b) *Saravus*, Fortunato Venantio *Sara*, hodie *Saar* vocatur : in Moſellam ſe infundit paulò ſupra Auguſtam Treverorum. Hi ſunt illi *Auguſti muri*, quos poëta dixit.

(c) De *Aliſontia* diſſentiunt interpretes. Frehero eſt *Eltz*, apud vicum cognominem Moſellâ exceptum flumen : ſed parvitas fluvioli obſtat, quum majorem deſcribat Auſonius. Valeſio videtur eſſe *Alſitz*, amnis qui Luzzelburgum præterlabitur : ſed hic in Suram, non in Moſellam proximè infertur. At Surâ exceptos fluvios jam antè poëta narraverat ; jam eos tangens, qui in Moſellam infunduntur. Scaliger refert ad *Alf* vel *Alb* : id autem nominis Latinè *Alba* potiùs, quàm *Aliſontia* eſſet. Adeò nihil definiri poteſt in re dubia. *Cellarius.*

(d) Carantonus *la Charante*, Duranius *la Dordogne*, Tarnis *le Tarn*, noti fluvii.

(e) *Aturrus* nunc vocatur *l' Ador*, ac ſæpius *l' Adour*: Tarbellicus dicitur, quia Tarbellos populos percurrit, & *Aquas Tarbellas*, non ignobile oppidum, præterfluit.

(f) *Druna* vulgò dicitur *la Drome* aut *Droume* : infra Valentiam in Rhodanum illabitur. *Druentia*, *la Durance*, incerta vocatur ab Auſonio, quòd nullis coërceatur ripis, & pluribus ſimul alveis fluat. Hunc fluvium Rhodanus propior oſtiis, hoc eſt inter Avenionem & Arelate, accipit.

(g) Hæc urbs duplex, eſt Arelate.

(h) *Garumna* æquorea dicitur propter marinos æſtus quos refert.

(i) *Meduli* pars Biturigum Viviſcorum ad Garumnam flumen & Oceanum, qui vulgò *Medoquins* dicuntur, quaſi Medulicini, & ager paguſque Medulicus, *le Medoc*. Sunt & inſulæ circiter tres in flumine Garumna infra ejus & Duranii confluentes, & una in mari ; quæ Medulicæ vocantur, *les Iſles de Medoc.*

Digitized by Google

A

Ex Epiſtola V. Theoni.

Scirpea (a) Domnotoni tanti eſt habitatio vati? Pag. 450.
(b) Pauliacus tanti non mihi villa foret.

Unus Domnotoni te littore perferet æſtus
Condatem (c) ad portum, ſi modò deproperes.

Invenies præſto ſubjuncta petorita mulis:
Villa (d) Lucani-mox, potieris-acò.

Ex Epiſtola VII. Theoni.

B

Oſtrea Baianis certantia, quæ (e) Medulorum Pag. 454.
Dulcibus in ſtagnis reflui maris æſtus opimat,
Accepi dilecte Theon, numerabile munus.

Vel quot habet junctos Vaſatica (f) rheda caballos.

Ex Epiſtola IX. Paulo.

Sed mihi præ cunctis (g) mitiſſima, quæ Medulorum Pag. 460.
Educat Oceanus, quæ Burdigalenſia nomen
Uſque ad Cæſareas tulit admiratio menſas,
C Non laudata minùs noſtri quàm gloria vini.
Hæc inter cunctas palmam meruere priorem,
Omnibus ex longo cedentibus: iſta & opimi
Viſceris & nivei, dulcique tenerrima ſucco,
Miſcent æquoreum, tenui ſale tincta, ſaporem.
Proxima ſint quævis, ſed longè proxima multo
Ex intervallo; quæ Maſſilienſia; portum
Quæ Narbo ad Veneris nutrit; cultuque carentis
Helleſpontiaci quæ protegit æquor Abydi;
Vel quæ Baianis pendent fluitantia pilis;
Santonico quæ tecta ſalo; quæ nota Genonis.

D Sunt & Aremorici qui laudent oſtrea ponti,
Et quæ Pictonici legit accola littoris.

Ex Epiſtola X. Paulo.

Te quoque ne pigeat conſponſi fœderis: & jam Pag. 464.
Citus (h) veni remo, aut rota.
Æquoris undoſi quà multiplicata recurſu,
Garumna pontum provocat.
Aut iteratarum quà glarea trita viarum

E (a) *Domnotonum* Theonis poëtæ habitationem, ſuſpicatur Elias Vinetus parvum vicum eſſe, *Domniſſan* dictum, apud Medulos, paulò ſupra Blaviam, in ipſa ferè Garumnæ ripa.

(b) *Pauliacus* vicus eſt, Vineto teſte, nomen adhuc retinens *Pauliac*, apud Medulos, in ipſa Garumnæ ripa, infra Domnotonum & Blaviam.

(c) *Condatem portum* Paulinus Epiſt. 3. Auſonio, *vicum Condatinum* vocat. Eduardus primus Angliæ rex & Dux Aquitaniæ Condati morabatur. Ejus exſtant duorum diplomatum exempla, in quorum priore eſt; *Datum & actum apud Condatum prope Liburniam an.* 1289. In altero; *Datum apud Condat prope Liburniam* 22. *die Junii, anno regni noſtri* 17°. Putat Elias Vinetus, muris portui Liburnenſi circumdatis, Condatenſes in novum oppidum cum aliis ex proximis agris commigraſſe, & portum vicumque deſolaſſe, cujus nunc ſolæ ſunt reliquiæ, priſcarum foſſarum veſtigium. Hadr. Valeſius *Condate* dicit ipſam eſſe Liburniam ad Ellæ & Duranii confluentes.

(d) *Lucaniacus* villa Auſoniana fortè pagus eſt *Lugagnac*, ad ſiniſtram Duranii in Oceanum delabentis collocatus.

(e) Medulorum oſtrea Sidonio quoque nota fuere: ſcribit enim lib. 8. Epiſt. 15. *Veni ad debellandos ſubjugandoſque iſtos Medulicæ ſupellectilis epulones.*

(f) *Rheda* fortaſſe ſic dicta à Vaſatibus: rhedam quippe gallicum eſſe vocabulum Quintilianus & Nonius Marcellus auctores ſunt.

(g) De oſtreis loquitur.

(h) Scaliger ad hunc locum: cùm eſſet, inquit, in Santonis, in Novero-pago, ubi villam habebat, invitat Axium Paulum Bigerritanum ad agrum ſuum. Itaque neceſſe ei Blavia ites facere. Recedente enim æſtu Oceani, trium horarum ſecundo Garumnâ evectio eſt Blaviam, navigio expedito.

Digitized by Google

Fert militarem ad (a) Blaviam. A

Ex Epiſtola XI. Paulo.

Pag. 468. Vinum quum bijugo parabo plauſtro
Primo tempore (b) Santonos vehendum;
(c) Ovum tu quoque paſſeris marini,
Quod nunc promus ait procul relictum
In (d) fundo patriæ Bigerritanæ.

Ex Epiſtola XV. Tetradio.

Pag. 475. Quondam docendi munere adſtrictum gravi B
(e) Iculiſma quum te abſconderet:
Et invidebam devio (f) ac ſolo loco
Opes Camœnarum tegi.

Ex Epiſtola XXII. Paulino ſuo.

Pag. 504. Is nunc ad uſque vectus (g) Hebromagum tuam,
Sedem locavit mercibus.

Ex Epiſtola XXIV. Paulino.

Pag. 513. (h) Santonus ut ſibi Burdigalam, mox jungit Aginnum C
Illa ſibi, & populos Aquitanica rura colentes;
Utque duplex Arelas Alpinæ tecta Viennæ,
Narbonemque pari ſpatio ſibi conſerit; & mox
(i) Quincuplicem ſocias tibi, Martie Narbo, Toloſam.

Ex Gratiarum actione pro Conſulatu.

Pag. 535. Quomodo & Titianus (k) Magiſter: ſed glorioſiùs ille municipalem Scholam apud Viſontionem Lugdunumque variando, non ætate quidem, ſed vilitate conſenuit.

Ex Epiſtola III. Paulini Auſonio. D

V. 136 An tibi me, Domine inluſtris, ſi ſcribere ſit mens,
Qua regione habites, placeat reticere nitentem
Burdigalam, & piceos malis deſcribere (l) Boios?
Quumque Maroialicis tua prodigis otia Thermis,
Inter & umbroſos donas tibi vivere lucos;
Læta locis & mira colens habitacula tectis,
Nigrantes-ne caſas & tecta mapalia culmo,

(a) His verſibus accuratè *Blaviæ* ſitus deſcribitur, nimirum ad dextram æſtuarii Garumnæ, paulò infra ejus & Duranii confluentes. *Blavia* militaris dicitur, quod præſidium militare haberet.

(b) Id eſt Santonicam urbem, ut ipſe vocat Auſonius Epiſt. 8. verſu 3.

Santonicamque urbem vicino acceſſimus agro.

(c) Ovum, id eſt poculum ex hujuſmodi ovo factum.

(d) Intellige *Crebennum* fundum Pauli apud Bigerros in Aquitania ad ſaltum Pyrenæum, inter Benearnenſes & Convenas.

(e) *Iculiſma*, ſive *Iculiſna*, ut quædam habent exemplaria, ea eſt urbs quæ nunc vocatur *Angouleſme*. Sita eſt in colle altiſſimo ad Carantonum flumen.

(f) Miratur Scaliger Iculiſmam ab Auſonio vocari *devium ac ſolum locum*, cùm ſit urbs vetus ac celebris, antiqua Epiſcopatûs ſedes, & in fertiliſſimo loco ſita: ſed ſic eam vocat Auſonius, quòd extra viam militarem, quam ſtratam & ruptam nuncupamus, condita eſſet.

(g) Hebromagus villa erat Paulini, cujus meminit ipſe Paulinus Epiſt. 5. ad Severum: *Ebromagum enim non hortuli cauſa, ut ſcribis, reliquimus, ſed paradiſi.* Putatur eſſe vicus *Embrau* vel *Brau* dictus, infra Burgum & infra Blaviam in ripa Garumnæ ſitus. Tabula Peuting. *Eburomagum* inter Lactoram & Carcaſſionem; Iter Jeroſol. *vicum Hebromagum* inter Eluſionem & Carcaſſonem collocat: qui ſitus non convenit Paulini Hebromago. Putant tamen novæ Hiſtoriæ Occitaniæ ſcriptores Hebromagum Paulini non diverſam eſſe ab Hebromago Itinerariorum. Vide ſuprà, pag. 111. Col. 1. E

(h) *Santonus*, id eſt incola urbis Santonicæ, qui utramque urbem vicinam habebat, Burdigalam & Aginnum; ſed ita ut media eſſet Burdigala inter Santonicam & Aginnum.

(i) *Toloſa* quincuplex dicitur, quia in quinque partes erat diviſa.

(k) *Titianus* ille eſt, quo Maximinus junior uſus eſt præceptore.

(l) *Boii* nunc vulgò *Buies* dicuntur, & ager Boicus *Buchs* à vico Boiis ad Leriam, *Laire*.

Digitized by Google

A Dignaque pellitis habitas deserta (a) Bigerris?
Quique superba tuæ contemnis mœnia Romæ,
Consul, arenosas non dedignare Vasatas.
Vel quia Pictonicis tibi fertile rus viret arvis,

Aut quum (b) Lucani retineris culmine fundi,
Æmula Romuleis habitans fastigia tectis,
Materiam præbente loco, qui proxima signat,
In Condatino diceris degere vico?

(a) *Bigerri* pelliti dicuntur ab habitu seu vestitu ob cæli asperitatem. Hinc vestis villosa, *Bigerrica* dicitur. Sulpicius Severus Dial. 2. cap. 1. *A proximis tabernis Bigerricam vestem, brevem atque hispidam, quinque comparatam argenteis rapit.* Glossarium vetus MS. *Bigerra, vestis grussa, id est vellata.*

(b) Hunc fundum, *Lucaniacum* vocat pluribus in locis Ausonius.

B

EXCERPTA EX HIERONYMO, DE GALLIS.

Edit. Parisiis, in fol.

Ex Lib. I. Comment. in Matthæi Cap. 3.

To. 4. part. 1.

HERODES ille, qui cum Pilato amicitias fecit, hujus Herodis filius est, frater Archelai, quem & ipsum (a) Tiberius Cæsar Lugdunum, quæ Galliarum est civitas, relegavit. Pag. 10.

Ex Prologo in Lib. II. Commentar. in Epistolæ ad Galatas Cap. 3.

C LACTANTII nostri, quæ in tertio ad Probum volumine de hac gente [Gallorum] opinatus sit, verba ponemus. *Galli*, inquit, *antiquitus à candore corporis Galatæ nuncupabantur; & Sibylla sic eos appellat*: Quod significare voluit Poëta, quum ait: *Lactea colla auro innectuntur*: quum posset dicere, *candida*. Hinc utique Galatia provincia, in quam Galli aliquando venientes, cum Græcis se miscuerunt. Unde primum ea regio Gallogræcia, pòst Galatia nominata est. Nec mirum si hoc ille de Galatis dixerit, & Occidentales populos, tantis in medio terrarum spatiis prætermissis, in Orientis plaga consedisse memorarit: quum constet Orientis contra & Græciæ examina ad Occidentis ultima perveniisse. Massiliam Phocæi condiderunt; quos ait Varro trilingues esse, quòd & Græcè loquantur & Latinè & Gallicè. Oppidum Rhoda, coloni Rhodiorum locaverunt: unde amnis Rhodanus nomen accepit..... Non mirum est stultos & ad intelligentiam tardiores Galatas appellatos, quum & Hilarius Latinæ eloquentiæ Rhodanus, Gallus ipse & Pictavis genitus, in Hymnorum carmine Gallos indociles vocet. Et quòd nunc Oratorum fertiles sunt, non tam ad regionis diligentiam, quàm ad Rhetoricorum clamorem pertinet; maximè cùm Aquitania Græcâ se jactet origine; & Galatæ non de illa parte terrarum, sed de ferocioribus Gallis sint profecti..... Unum est quod inferimus, & promissum in exordio reddimus, Galatas excepto sermone Græco, quo omnis Oriens loquitur, propriam linguam (b) eamdem penè habere quam Treviros, nec referre si aliqua exinde corruperint. Pag. 254. *Virg. Æneid. l. 8. v. 660.*

D

Ex Vita S. Hilarionis Eremitæ.

To. 4. part. 2.

E INTER Saxones & Alemanos gens est non tam lata quàm valida; apud Historicos Germania, nunc (c) Francia vocatur. Pag. 81.

Ex Libro Adversus Vigilantium.

SOLA Gallia monstra non habuit, sed viris semper fortibus & eloquentissimis Pag. 281.

(a) Tiberius Archelaum Viennam relegavit an. Chr. 7. Caius verò Herodem Lugdunum in exsilium misit an. 39. Vide Josephum Antiq. Jud. l. 17. c. 15. & l. 18. c. 9.

(b) Si verum est quod tradit Hieronymus, necessariò dicendum est, Cæsarem, cùm ait Belgas, Aquitanos & Celtas lingua inter se differre, hanc differentiam non in ipsa lingua ponere, sed tantùm in dialecto, seu vario loquendi genere. Nam si diversa fuerit Celtarum & Belgarum lingua, quomodo Tectosages, qui in Asiam irruperunt, quique profectò Celtæ erant, eamdem linguam habuerint quam Treviri, qui semper cum Belgis annumerati sunt?

(c) Fortè legendum, *Germanica*, *nunc Francica*.

Digitized by Google

An. U. C. 677. (a) abundavit..... Nimirum reſpondet [Vigilantius] generi ſuo, ut qui de latronum & convenarum natus eſt ſemine (quos Cn. Pompeius edomita Hiſpania, & ad triumphum redire feſtinans, de Pyrenæi jugis depoſuit, & in unum oppidum congregavit : unde & Convenarum urbs nomen accepit) hucuſque latrocinetur contra Eccleſiam Dei : & de (b) Vectonibus, Arrebacis Celtiberiſque deſcendens, incurſet Galliarum Eccleſias. A

Ex Epiſt. LIII. ad Theodoram viduam.

Pag. 581. REFERT Irenæus, vir Apoſtolicorum temporum, & Papiæ auditoris Evangeliſtæ Johannis diſcipulus, Epiſcopuſque Eccleſiæ Lugdunenſis, quòd Marcus quidam de Baſilidis Gnoſtici ſtirpe deſcendens, primùm ad Gallias venerit; & eas partes per quas Rhodanus & Garumna fluunt, ſua doctrina maculaverit; maximéque nobiles feminas, quædam in occulto myſteria repromittens, hoc errore ſeduxerit, magicis artibus & ſecreta corporum voluptate amorem ſui concilians. B

Ex Epiſt. XCI. ad Ageruchiam.

Pag. 748. An. Chr. 409. (c) INNUMERABILES & ferociſſimæ nationes univerſas Gallias occuparunt. Quidquid inter Alpes & Pyrenæum eſt, quod Oceano & Rheno includitur, Quadus, Wandalus, Sarmata, Halani, Gipedes, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alemani & (ô lugenda reſpublica !) hoſtes Pannonii vaſtarunt. Etenim Aſſur venit cum illis. Maguntiacum, nobilis quondam civitas, capta atque ſubverſa eſt, & in Eccleſia multa hominum millia trucidata. Vangiones longa obſidione deleti. Remorum urbs præpotens, Ambiani, Attrebatæ, extremique hominum Morini, Tornacus, Nemetæ, Argentoratus, tranſlati in Germaniam. Aquitaniæ, Novemque populorum, Lugdunenſis & Narbonenſis provinciæ, præter paucas urbes populata ſunt cuncta. Quas & ipſas foris gladius, intus vaſtat fames. Non poſſum abſque lacrymis (d) Toloſæ facere mentionem, quæ ut hucuſque non rueret, ſancti Epiſcopi Exuperii merita præſtiterunt..... Æterno quondam dedecore Romanum laborabat imperium, quòd Gallis cuncta vaſtantibus, fuſoque apud Alliam exercitu, Romam Brennus intravit. Nec priſtinam poterat abolere ignominiam, donec & Gallias genitale Gallorum ſolum, & Gallograeciam, in qua conſederant Orientis Occidentiſque victores, ſuo imperio ſubjugaſſet. C

Ex Epiſt. XCV. ad Ruſticum Monachum.

D

AUDIO religioſam habere te matrem, multorum annorum viduam, quæ aluit, quæ erudivit infantem : ac poſt ſtudia Galliarum, quæ vel florentiſſima ſunt, miſit Romam, non parcens ſumtibus, & abſentiam filii ſpe ſuſtinens futurorum ; ut ubertatem Gallici nitoremque ſermonis gravitas Romana condiret.

(a) Juvenalis Satyr. 15. v. 111.
Gallia cauſidicosdocuit facunda Britannos.
Symmachus l. 9. Epiſt. 83. *Gallicanæ facundiæ hauſtus requiro ; non quòd his ſeptem montibus eloquentia Latiaris exceſſit ; ſed quia præcepta rhetoricæ pectori meo ſenex olim Garumnæ alumnus immulſit.*

(b) Vectones, ſeu Vaſcones, ut legit Pagius cum Iſidoro Hiſpalenſi, Arrebaci & Celtiberi Hiſpaniæ populi, relicta patria, ad montes Pyrenæos ſeſe receperant : hos de Pyrenæi jugis eduxit Pompeius, & in unum oppidum congregavit, quod nunc S. Bertrandi dicitur.

(c) Ea Galliarum vaſtatio, quam narrat Hieronymus, non intra unicum annum facta eſt, ſed per triennium continuata, id eſt ab ultimo die anni 406. ad vernum tempus anni 409.

(d) Toloſa, quæ B. Exuperii precibus Vandalorum furorem effugerat, anno 413. capta eſt ab Ataulpho Viſigothorum Rege, ut teſtatur Rutilius Numatianus, loquens de amico ſuo Victorino Toloſano in Itinerario quod anno 417. compoſuit.

Victorinus enim, noſtræ pars maxima mentis, E
Congreſſu explevit mutua vota ſuo.
Errantem Tuſcis conſidere compulit agris,
Et colere externos capta Toloſa lares.

EX

Digitized by Google

A

EX CODICE THEODOSIANO, DE GALLIS.

Edit. Lugduni, in fol. 1665.

Leges (a) *vel ab Imperatoribus in Galliis datæ, vel Præfectis Prætorio Galliarum, & aliis qui Imperii Romani dignitates in Galliis obtinebant, inſcriptæ.*

Anno Chr. 313.

B LEx (b) Conſtantini Imp. ad Ælianum Proc. Afric. data Kal. Nov. Treveris, Conſtantino A. IV. & Licinio IV. Coss. *Tom.* 4. *p.* 8.

Lex ejuſdem ad eumdem, data Kal. Nov. Treveris, Conſtantino A. III. & Licinio III. Coss. *Tom.* 4. *p.* 66.

Lex ejuſdem ad Catullinum, data III. Non. Nov. Treveris, accepta XV. Kal. Maii Hadrumeti, Voluſiano & Aniano Coss. *Tom.* 3. *p.* 292.

Alia Lex ad eumdem, data eodem die. *Tom.* 4. *p.* 223.

Lex ejuſdem Ælio Proconſ. Africæ, data VI. Id. Nov. Treveris, (c) Conſtantino A. IV. & Licinio IV. Coss. *Tom.* 3. *p.* 472.

Lex ejuſdem ad Claudium Plotianum Correctorem Lucaniæ & Brittiorum, data VI. Kal. Jan. Treveris, Conſtantino A. III. & Licinio III. Coss. *Tom.* 4. *p.* 214.

Alia Lex ad eumdem, data III. Kal. Jan. Treveris, Conſtantino A. III. & Licinio III. Coss. *Tom.* 4. *p.* 221.

C

Anno Chr. 314.

Lex Conſtantini Imp. ad Maternum, XI. Kal. Febr. publicata (d) Triveris, Voluſiano & Aniano Coss.

Lex ejuſdem ad Voluſianum, data XIV. Kalend. April. Treveris, Voluſiano & Aniano Coss. *Tom.* 5. *p.* 58.

Lex ejuſdem, data VII. Kal. April. Treveris, Voluſiano & Aniano Coss. *Tom.* 1. *p.* 323.

Lex ejuſdem Palatinis, data (e) IV. Kal. Nov. Triveris, Voluſiano & Aniano Conss. *Tom.* 2. *p.* 235.

Anno Chr. 315.

D Lex Conſtantini Imp. Eumelio, data XII. Kalendas April. (f) Cabilluno, Conſtantino A. IV. & Licinio IV. Coss. *Tom.* 3. *p.* 293.

Lex ejuſdem Amabiliano Præf. Annonæ, data (g) Kal. Jun. Triveris, Conſtantino. A. IV. & Licinio IV. Coss. *Tom.* 5. *p.* 59.

Anno Chr. 316.

Lex Conſtantini Imp. ad Domitium Celſum Vicarium, data III. Id. Januar. (h) Treveris, Sabino & Rufino Coss. *Tom.* 1. *p.* 57.

Lex ejuſdem Juliano Præſidi Tarraconenſi, data pridie Non. Maii Viennæ, Sabino & Rufino Coss. *Tom.* 1. *p.* 109.

Lex ejuſdem Petronio Probiano ſuo, data. Id. Aug. (i) Arelato, Sabino & Ru-
E fino Coss. *Tom.* 4. *p.* 225.

(a) Legum, quæ ab Imperatoribus in Galliis datæ ſunt, ſed quæ ad Gallias non ſpectant, inſcriptionem tantùm & ſubſcriptionem damus: eas verò, quæ Præfectis prætorio Galliarum & aliis per Gallias in dignitate conſtitutis inſcriptæ ſunt, integras referimus.

(b) Hæc lex & quædam aliæ malè hactenus relatæ ſunt ad annum 315. Hoc enim anno Conſtantinus in Pannonia & vicinis locis fuit. Hinc legendum, *Conſtantino A.* III. *& Licinio* III. *Coſſ.*

(c) Corrig. *Conſtantino A.* III. *& Licinio* III. *Coſſ.*

(d) Malè in Editis *Tribon*, pro *Triber*.

(e) Cùm hoc menſe extra Galliam conſtitutus fuerit Conſtantinus, mallet Gothofredus alterius menſis vel loci nomen.

(f) Conſtantinus toto hoc anno in Galliis non fuit, niſi fortè ſub finem menſis Decembris: hinc per *Cabillunum*, non intelligendum eſt *Cabillonum* urbs ad Ararim, *Chalons ſur Saone*, ſed fortè, ut notat Gothofredus, *Cabyla* ſeu *Cabalis* urbs Thraciæ.

(g) Ob eamdem rationem Gothofredus hanc legem rejicit ad III. Kal. Jan. quo die alia lex eidem data eſt.

(h) Hoc anno Treveris dictus eſt Panegyricus ab Oratore Gallo, præſente ipſo Conſtantino.

(i) Hoc ipſo anno in hac Arelatenſi urbe Conſtantino natus eſt filius Conſtantinus junior. Poſt hunc annum in Gallias nunquam rediit Conſtantinus Magnus.

Digitized by Google

Lex alia eidem, data eodem die. *Tom.* 4. *p.* 226. A

Anno Chr. 319.

Imp. Conſtantinus ad Antonium Marcellinum Præſidem Provinciæ (a) Lugdunenſis primæ.

REI annonariæ emolumenta tractantes, ut cognoſceremus, quanta reliqua per ſingulas quaſque provincias, & per quæ nomina ex hujuſmodi penſitationibus reſedíſſent, cognovimus hanc eſſe cauſam maximè reliquorum, quòd nonnulli captati aliquorum momentarias neceſſitates, ſub hac conditione fundos opimos comparent & electos, *ut nec reliqua eorum fiſco inferant, & immunes eos poſſideant.* Ideóque placuit, ut ſi quem conſtiterit hujuſmodi habuiſſe contractum, atque hoc genere poſ- B ſeſſionem eſſe mercatum; tam pro ſolidis cenſibus fundi comparati, quàm pro reliquis univerſis ejuſdem poſſeſſionis obnoxius teneatur. Dat. Kalend. Jul. Agrippinæ (b), Conſtantino A. v. & Licinio C. Coss. *Tom.* 4. *p.* 52.

Anno Chr. 320.

Lex Conſtantini Imp. data Kal. Mart. in civitate (c) Velovocorum, Conſtantino A. VI. & Conſtantio Cæſ. CONSS. *Tom.* 2. *p.* 421.

Anno Chr. 321.

Conſtantinus Aug. Decurionibus Agrippinenſibus. C

CUNCTIS ordinibus generali lege concedimus, Judæos (d) vocare ad Curiam. Verùm ut aliquid ipſis ad ſolatium priſtinæ obſervationis relinquatur, binos vel ternos privilegio perpeti patimur nullis nominationibus occupari. Dat. III. Id. Dec. Criſpo II. & Conſtantino II. CC. Coss. *Tom.* 6. *p.* 221.

Anno Chr. 325.

Lex Conſtantini Imp. (e) data pridie Non. Mart. Treveris, Paulino & Juliano Coss. *Tom.* 4. *p.* 570.

Anno Chr. 326.

Lex Conſtantini Imp. ad Philippum PF. P. Data III. Nonas Nov. (f) Arelato, D Conſtantino A. VII. & Conſtantio Cæſare CONSS. *Tom.* 2. *p.* 574.

Anno Chr. 328.

Lex Conſtantini Imp. Maximo, data IV. Kal. Jan. (g) Triveris, Januarino & Juſto CONSS. *Tom.* 2. *p.* 428.

(a) Inde liquet jam tempore Conſtantini . Lugdunenſem provinciam in duas diviſam eſſe.

(b) Cùm Conſtantinus hoc anno non in Gallia conſtiterit, ſed in Pannonia, Gothofredus corrigendum cenſet, *Conſtantino Aug. II.* ſicque hanc legem refert ad annum 312. Verùm non animadvertit vir doctus hanc emendationem conciliari non poſſe cum verbis ſequentibus, *& Licinio Cæſare*; quæ nonniſi in Licinium juniorem quadrare poſſunt, qui anno 317. Cæſar creatus eſt. Addit idem Gothofredus hanc legem ad Gallias & cenſum Gallicanum pertinere, eaque Conſtantinum indulgentias reliquorum (id eſt tributorum non ſolutorum) concedere Lugdunenſi primæ, in qua Auguſtodunum; cujus nomine Eumenius Orator Auguſtodunenſis peculiari Oratione ei gratias egit anno 312. Verùm in hac lege non de reliquorum remiſſione agitur, ſed de cauſa eorum præcipua: prætereà Eumenii Panegyricus habitus fuit non an. 312. ſed an. 311. ut ſuprà notavimus pag. 717. Veriſimile quidem non eſt Conſtantinum *Agrippinæ* fuiſſe Kalendis Juliis anni 319. ſed fortè loco *Agrippinæ* reponendum *Aquileiæ*, ubi Conſtantinum conſtitiſſe iiſdem die & anno ex alia lege diſcimus.

(c) Viri docti Bellovacorum civitatem accipiendam crediderunt: quod falſum omninò eſt; nam Conſtantinus, ut mox notabamus, poſt annum 316. nunquam in Gallia verſatus eſt.

(d) Ex hac lege apparet, ut obſervat Gothofredus, Judæos adhuc hoc tempore per Galliam, & quidem Belgicam fuiſſe.

(e) *Data* pro *reddita* dicitur, ſcilicet Præfecto Prætorio Galliarum, cui hanc legem inſcriptam fuiſſe arbitratur Gothofredus.

(f) Putat idem Gothofredus reſcribendum *Arelape*, qui locus in Norico, vel fortè hanc legem referendam ad annum 353. & ſic Conſtantio tribuendam.

(g) Non fuit Conſtantinus hoc anno in Galliis, ſed vel in Bithynia vel in Macedonia: proinde vel *Triveris* hæc lex accepta fuit, vel *Triveris* alibi quàm in Gallia quærenda. MS. hìc habet *Triverei*; fortè locus in Triballis & Dacia, ubi Conſtantinus hoc tempore egit. Verùm malo *Treverim* in Gallia accipere, ubi *data* hæc lex, id eſt reddita Maximo, Præfecto Prætorio Galliarum ſcilicet. *Gothofredus.*

Digitized by Google

A

Anno Chr. 331.

Lex Conſtantini Imp. (a) data Kal. Jul. Triberis, Baſſo & Ablavio Conss. *Tom.* 2. *p.* 460.

Anno Chr. 332.

Lex Conſtantini Imp. ad Concilium Byzacenorum, data VII. Kalend. Aug. (b) Coloniæ Agrippinæ, Pacatiano & Hilariano Coss. *Tom.* 1. *p.* 176.

Lex alia ad idem Concilium, data VI. Kalend. Aug. (c) Coloniæ Agrippinæ, iiſdem Coss. *Tom.* 1. *p.* 375.

Anno Chr. 339.

B Lex Conſtantini Junioris ad Celſinum, data VI. Id. Jan. Treveris, Conſtantio II. & Conſtante AA. Coss. *Tom.* 4. *p.* 368.

Anno Chr. 341.

(d) Duæ leges Conſtantis Imp. ad Catulinum PF. P. data VIII. Kal. Jul. Lauriaco, Marcellino & Probino Conss. *Tom.* 2. *p.* 474. *Tom.* 4. *p.* 372.

Anno Chr. 343.

Lex Conſtantis Imp. ad Italicum, data VIII. Kal. Feb. (e) Bononiæ, Placido & Romulo Coss. *Tom.* 4. *p.* 117.

C Conſtantius & Conſtans AA. ad (f) Titianum.

Universi omnino ex Comitibus, vel ex Præſidibus, qui ſuffragio perceperint dignitates, civilibus oneribus muneribuſque teneantur adſtricti: plebeiam quoque ſuſtineant capitationem, ne commoda publica ſub umbratili ſuffragiorum pactione lacerentur. Eos tamen à prædictis oneribus excipi oportebit, qui vel in adminiſtratione vel in legationibus publicis verſati ſunt; ita ut ſi quis contra interdictum legis noſtræ precationem obtulerit, ejus patrimonium fiſci noſtri viribus protinus vindicetur. Dat. prid. Kalend. Jul. Triveris, Placido, & Romylo Coss. *Tom.* 4. *pag.* 376.

Anno Chr. 345.

D Lex Conſtantis Imp. ad Euſtathium Com. R. P. data Id. Maii Treveris, Amantio & Albino Coss. *Tom.* 3. *p.* 435.

Anno Chr. 349.

Imp. (g) Conſtantinus A. ad Silvanum Com. & Magiſtrum Equitum & Peditum.

Si quis miles per commeatum dimiſſus fuerit à Tribuno vel Præpoſito, aut inconſulto eodem ab obſequio militari ſigniſque diſceſſerit, per ſingulos milites Tribuni & Præpoſiti quina pondo auri fiſco inferant. Dat. VI. Kal. Jun. Sirmio, Limenio & Catullino Conss. *Tom.* 2. *p.* 273.

E (a) Hoc anno Conſtantinus non in Gallia, verùm Conſtantinopoli fuit. Quare *data* hîc accipiendum pro *reddita*, Præfecto ſcilicet Prætorio Galliarum. *Idem.*

(b) Hinc colligit Valeſius Conſtantinum hoc anno Coloniam Agrippinam petiiſſe, ut cum Francorum Regibus colloqueretur, quos ab Agrippinenſibus Rhenus dividebat. Contrà contendit Gothofredus, Conſtantinum hoc anno in Oriente verſatum eſſe, non in Gallia, quò poſt annum 316. nunquam acceſſit; legendumque eſſe, *Coloniæ Adrimitinæ*: Hadrumetus enim metropolis fuit Byzacenæ provinciæ, ad cujus Concilium hæc conſtitutio emiſſa eſt.

(c) Legendum etiam, *Coloniæ Adrimitinæ.*

(d) Cùm Conſtans hoc anno in Gallia conſtiterit, ubi ei cum Francis tunc res fuit, cenſet Gothofredus *Lauriacum* in Batavia fuiſſe, fortéque eſſe locum, qui hodie *Larens* dicitur, inter Ultrajectum & Flevionem lacum. Tabula Peuting. inter Lugdunum Batavorum & Noviomagum notat *Lauri*, quod Cluverius *Leerdam* interpretatur.

(e) Non Bononia Italiæ accipienda eſt, ut falsò credidit Sigonius, ſed Bononia Galliarum. Nam Conſtans, ut notat Gothofredus, anni 343. principio in Britanniam navigaſſe memoratur: in quam Britanniam ſolemnis è Bononia urbe Galliarum trajectus fuit.

(f) Hic Titianus præfecturam prætorianam hoc anno apud Gallias adminiſtrabat: hinc lex iſta ad Gallias pertinet.

(g) Hæc lex & ſequens Conſtanti Galliarum Imperatori tribuendæ ſunt. Inſcribuntur Silvano mili-

Digitized by Google

Imp. Conſtantius A. ad Silvanum Comitem & Magiſtrum militiæ. A

UNIVERSI officiales diverſorum officiorum, qui ex Protectoribus epiſtulas meruerunt, officiis priſtinis militiæque reddantur, nec opponant quæſitæ ſibi vocabulum dignitatis. Dat. VI. Kal. Jun. Sirmi, Limenio & Catulino CONSS. *Tom.* 2. *p.* 574.

Imp. (a) Conſtantinus A. ad Titianum P. P.

QUICUMQUE militum ex noſtra auctoritate familias ſuas ad ſe venire meruerint, non ampliùs quàm conjugia, liberos, ſervos etiam de peculio caſtrenſi emptos, neque adſcriptos cenſibus, ad eoſdem Excellentia tua dirigi faciat. Dat. III. Kal. Jun. Limenio & Catulino CONSS. *Tom.* 2. *p.* 274.

Imp. Conſtantius A. ad Titianum. B

QUAMVIS legis prioris extet auctoritas, qua inclytus Pater noſter contra raptores atrociſſimè juſſerat vindicari, tamen nos tantummodò capitalem pœnam conſtituimus; videlicet, ne ſub ſpecie atrocioris judicii aliqua in ulciſcendo crimine dilatio naſceretur. In audaciam verò ſervilem diſpari ſupplicio menſura legum impendenda eſt, ut perurendi ſubiciantur ignibus, niſi à tanto facinore ſaltem pœnarum acervitate revocentur. Dat. II. Id. Novemb. Limenio & Catullino COSS. *Tom.* 3. *pag.* 193.

Anno Chr. 353.

Lex Imp. Conſtantii A. ad Cerealem P. V. data VIII. Id. Sept. (b) Lugduni, Conſtantio A. VII. & Conſtante C. COSS. *Tom.* 3. *p.* 270. C

Lex ejuſdem ad Philippum PF. P. data III. Nonas Nov. Arelato, (c) Conſtantino A. VII. & Conſtantio Cæſare CONSS. *Tom.* 2. *p.* 574.

Anno Chr. 356.

Lex (d) Conſtantii Imp. ad Rufinum P. P. accepta VIII. Id. Mar. Conſtantina, Conſtantio A. VIII. & Juliano Cæſ. COSS. *Tom.* 3. *p.* 185.

Anno Chr. 364.

Impp. Valentinianus & Valens AA. ad (e) Menandrum.

VEHICULI nihil ultra mille librarum menſuram patiemur inponi, ita ut veredariis, D ut habeant quod his triginta libras equis vehere conceſſimus. Quidquid igitur ſupra menſuram exſuperare conſtiterit, ad diſpendium ejus, qui in legem conmiſerit, fiſco conveniet adſcribi. Illud ſanè, ut penitus enormium vehiculorum uſus intercidat, ſanciendum eſſe decernimus, ut quiſquis opificum ultra hanc, quam præſcribſimus, normam vehiculum crediderit eſſe faciendum, non ambigat ſibi, ſi liber ſit, exilii pœnam; ſi ſervus, metalli perpetua ſupplicia ſubeunda. Dat. Prid. Id. Mart. Med. Divo Joviano & Varroniano CONSS. *Tom.* 2. *p.* 530.

Lex Impp. Valentiniani & Valentis ad Mamertinum PP. data Idibus Decemb. (f) Triv. Divo Joviano & Varroniano CONSS. *Tom.* 2. *p.* 308.

tiæ per Gallias Magiſtro, ſpectantque ad militarem diſciplinam in Galliis obſervandam.

(a) Hæc etiam lex & ſequens, quæ Titiano Præfecto Prætorio Galliarum inſcriptæ ſunt, Conſtanti tribuendæ videntur.

(b) Menſe Auguſto an. 353. devictus Magnentius, Lugduni ſe ipſe interfecit. Hac urbe recepta, Conſtantius hanc Legem emiſit, qua ſecuritatem omnibus promittit.

(c) Si admittatur hæc ſubſcriptio, lex iſta Conſtantino M. tribuenda erit, referendaque ad annum 326. Verùm & Philippi nomen, qui Præfecturam non geſſit ante an. 346. & mora Conſtantii Arelate anno 353. faciunt, ut Gothofredus hanc legem retrahat ad hunc an. 353. legendumque cenſeat, *Conſtantio A.* VI. *& Conſtante Cæſ.* II. *Coſſ.*

(d) Hæc lex, quæ de cuſtodia portuum & litorum agit, inſcripta eſt Rufino, qui, ut teſtatur Ammianus Marcellinus in geſtis an. 354. Præfectus erat prætorio Galliarum. In ſubſcriptione putat Gothofredus fortè pro *Conſtantina* legendum, *ad Conſtantia*, id eſt *Caſtra Conſtantia*, quorum meminit idem Marcellinus lib. 15. E

(e) Menander hoc anno Galliarum gerebat Præfecturam. Et certè hanc legem ad Gallias ſpectare teſtatur ipſe Valentinianus, cùm id quod conſtituerat, Galliis profuiſſe ſcribit ad Probum Præfectum Prætorio Italiæ & Illyrici lege 28. *de curſu publico*, an. 365.

(f) Hîc vitium hærere arbitratur Gothofredus, ſiquidem hoc tempore Treviris non fuit Valentinianus.

Digitized by Google

A

Anno Chr. 365.

Impp. Valentinianus & Valens (a) Jovio Magiſtro Peditum & Equitum.

PLURES de diverſis numeris ante impleta ſtipendia ad indebitos honores ſuffragiorum ambitione perveniunt. Sive igitur eos purpuram adoraſſe conſtabit, ſive excepiſſe aliquas dignitates, eo quem ceperint honore ſolvantur: ita ut qui ceteros in labore poſitos feſtina cupiditate tranſierint, nec teſtimonium quidem emeriti laboris accipiant. Quod ſi aliquibus fortaſſe rationibus adtinentur impliciti, ad eos Numeros, de quibus per ambitionem exierant, revertantur. Dat. Prid. Kal. Jun. Med. Valentin.
B & Valente AA. CONSS. *Tom.* 2. *p.* 278.

Lex Impp. Valentiniani & Valentis ad Dracontium Vic. Afric. data XV. Kal. Nov. Pariſiis, A. D. 365. *Tom.* 4. *p.* 22.

Lex eorumdem ad Creſconium Com. Metallorum, data IV. Id. Decemb. Pariſiis, Valentiniano (b) & Valente AA. COSS. *Tom.* 3. *p.* 491.

Lex eorumdem ad Rufinum PP. data prid. Id. Decemb. Pariſiis, Valentiniano & Valente AA. CONSS. *Tom.* 2. *p.* 469.

Anno Chr. 366.

Lex Impp. Valentiniani & Valentis ad Secundum PP. data prid. Non. April. (c) Treveris, Gratiano NB. P. & Dagalaipho COSS. *Tom.* 1. *p.* 372.

C

Valentinianus & Valens ad (d) Geminianum PP. Ō.

QUI de Ordinariorum officiis Judicum, vel Amplitudinis tuæ (exceptis his, qui Cornicularii honore perfuncti ſunt, vel his, qui ſecundùm legem purpuram noſtram adorarunt) inter Protectores Domeſticos vel Scholares militant, ad ejus, quòd declinare temptarunt, muneris functionem, & ad neceſſitates conſtringantur Mancipatûs. Dat. VII. Id. April. Remis, Gratiano & Dagalaiſo CONSS. *Tom.* 2. *p.* 579.

Lex Impp. Valentiniani & Valentis ad Severianum Ducem, data XVI. Kalend. Jun. Remis Gratiano A. 1. & Dagalaiſo CONSS. *Tom.* 1. *p.* 440.

Lex eorumdem ad (e) Probum PF. P. data XIV. Kal. Jun. Remis, Gratiano & Dagalaiſo COSS. *Tom.* 4. *p.* 26.

D Lex eorumdem ad Julianum PF. Annonæ, data XVIII. Kal. Jul. Remis, Gratiano A. 1. & Dagalaiſo COSS. *Tom.* 5. *p.* 227.

Lex eorumdem ad Florentium S. L. data X. Kal. Octob. (f) Mantebri, Gratiano NB. P. & Dagalaiſo COSS. *Tom.* 4. *p.* 544.

Lex eorumdem ad (g) Prætextatum P. V. data VIII. Id. Octob. Remis, Gratiano A. 1. & Dagalaiſo COSS. *Tom.* 3. *p.* 300.

Lex eorumdem ad Maximinum Correctorem Tuſciæ, data XV. Kalend. Decem. Remis, Gratiano Nob. Cæſ. & Dagaeleiſo CONSS. *Tom.* 3. *p.* 12.

Lex eorumdem ad Valerianum P. V. data VII. Kal. Decemb. Remis, Gratiano NB. P. & Dagaeleiſo CONSS. *Tom.* 3. *p.* 13.

(a) Cùm Jovius ſeu potiùs Jovinus hoc anno militiæ Magiſter per Gallias fuerit, exiſtimat Gothofredus hanc legem pertinere ad Gallicanum militem,
E Alamannis oppoſitum, de quorum irruptionibus in Galliam hoc anno, teſtatur Amm. Marcellinus lib. 26. Complures occurrunt leges hoc anno Treveris datæ, & una Agrippinæ: verùm error eſt, & referendæ ſunt ad annum 368. vel 370.

(b) Valentinianum hoc anno prope Kalendas Novembres Pariſios veniſſe teſtis eſt Amm. Marcellinus lib. 26.

(c) Putat Gothofredus legendum, *Remis*: nam teſte Ammiano lib. 26. Valentinianus Lutetia Pariſiorum Remos progreſſus eſt.

(d) Legendum, *Germanianum PF. P.* id eſt Præfectum Prætorio, Galliarum ſcilicet, ut teſtatur expreſsè Ammianus lib. 26. Hæc lex, ut obſervat Gothofredus, tota pertinet ad Gallias, ut pote quarum Præfecto ea inſcribatur, & à Valentiniano Remis data dicatur.

(e) Probum Præfectum Prætorio Galliarum fuiſſe putat Gothofredus: verùm ipſe Gothofredus notat ad legem datam Remis VII. Id. April. hoc anno 366. Præfecturam Galliarum geſſiſſe Germanianum.

(f) Cùm toto hoc anno Remis conſtiterit Valentinianus, neceſſe eſt omnino hunc locum, *Mantebrum*, fuiſſe prope Remos. Putat Gothofredus, pagum eſſe hodie ſatis magnum, *Mantoy* dictum, dimidia fermè leuca Remis: ubi ſuperſunt veſtigia ſtratæ publicæ ſeu viæ militaris. Hadr. Valeſius in Not. Gall. p. 346. cenſet corrigendum, *Monte-Briſiaco*.

(g) Hanc legem ad annum 367. referendam cenſet Gothofredus, eò quòd Prætextatus, cui ea inſcribitur, non fuerit Præfectus urbi niſi poſt Viventium, qui primis adhuc menſibus anni 367. hanc gerebat urbis Præfecturam.

Digitized by Google

Impp. Valentinianus, Valens & (a) Gratianus AAA. ad (b) Dagalaifum Magiſtrum militum. A

REMOTIS injuriis, juſſimus veteranis noſtris, vel adgnatis licere emere, vendere, negotiari: quos ſecundùm veterem conſuetudinem Parentum noſtrorum ab omni munere univerſiſque reditibus auri argentique, ſed & portorii indemnes eſſe oportet. Dat. VIII. Id. Decemb. (c) Veronæ, Gratiano NB. P. & Dagalaipho CONSS. *Tom.* 2. *p.* 431.

Anno. Chr. 367.

Leges duæ Impp. Valentiniani & Valentis, datæ VI. Id. Jan. (d) Remis, Lupicino & Jovino COSS. *Tom.* 3. *p.* 492. *Tom.* 4. *p.* 546. B

Impp. Valentinianus & Valens AA. ad (e) Jovinum Magiſtrum Equitum.

TAM (f) Duces, quam etiam Comites, & quibus Rheni eſt mandata cuſtodia; Sinceritas tua protinus admonebit, ut neque (g) Regalibus, neque Legatis ſua milites jumenta ſubpeditent. Etenim cum propriis animalibus eò uſque veniendum eſt, ubi obſequium curſuale ſuccedit. Sanè ſollicitudinem competentem Auctoritas tua jubebit adhiberi, ut eorum pecoribus, ubi conlocaverint (h) Manſionem, alimenta non deſint. Dat. IV. Kalendas Feb. Remis, Lupicino & Jovino CONSS. *Tom.* 2. *pag.* 281.

Iidem AA. ad Jovinum Magiſtrum militum. C

PLERIQUE milites ſecum homines condicionis ingenuæ, propinquitate ſimulata, vel condicione lixarum, frequenter abducunt; ideóque ut numeroſiſſima pube creſcat exercitus, moneantur, ut ipſi ſponte hujuſcemodi homines, quos penes ſe eſſe meminerint, Tribunis ſuis ſive Præpoſitis offerant ad tuum Officium dirigendos, aut ſciant ſe non abſque devotionis nota, & morſu honoris alieni, commilitonibus eſſe poſtponendos. Etenim his qui occultatores perfidos publicaverint, pro præmio hujus indicii gradus unus addetur: hi verò ad inferiorem ordinem revolventur, qui caſtris idoneos juvenes ſtudio inertis obſequii putaverint occulendos. Dat. XVI. Kalend. Mart. Remis, Lupicino & Jovino CONSS. *Tom.* 2. *p.* 283.

Lex eorumdem ad Dracontium Vic. Africæ, data IV. Kal. Maii, Remis, Lupicino & Jovino COSS. *Tom.* 5. *p.* 94. D

Lex eorumdem ad Viventium P. V. data III. Non. Maii, (i) Remis, Lupicino & Jovino COSS. *Tom.* 3. *p.* 271.

(a) Delendum Gratiani nomen, qui nonniſi inſequenti anno Ambianis Auguſtus renunciatus eſt.

(b) Dagalaiphus Magiſter militum erat per Gallias: hunc enim tradit Ammianus lib. 26. in geſtis anni 366. ex Pariſiis miſſum adverſus Alemannos, qui Galliam tum infeſtabant. Ad Galliam igitur pertinet iſta lex, qua veteranis eorumque liberis per Gallias negotiari permittitur, cum plena immunitate à luſtrali & collatione & portorio.

(c) *Verona* in Gallia non procul Remis inquirenda eſt. Credidit Petitus *in leges Aticas*, Virodunum eſſe, *Verdun*. Gothofredus aſſerit ſe prope Remos reperire urbem, quæ dicitur *Vrigny*: attamen conjicit *Veronam* in Veromanduis eſſe, eamque dici in Tabula Peuting. *Vironum*, in Itinerario Antonini *Verbinum*, nunc *Vervins*.

(d) In utraque lege perperàm ſcribitur *Rom.* pro *Rem.*

(e) Ipſe Jovinus Magiſter Equitum, cui hæc lex inſcribitur: imò Magiſtri Militum per Gallias in univerſum, Remis hoc tempore conſtitere, ut ex Amm. Marcellino colligimus lib. 25. Imò Jovinum hunc ipſum Remis templum ſeu Baſilicam fundaſſe ad corporis ſui ſepulturam, poſitis ibi quoque verſibus, titulo S. Agricolæ, teſtatur Flodoardus l. 1. hiſtor. Rhem. c. 6. *Gothofredus*.

(f) Duces & Comites rei militaris per Galliam hujus legis initio memorantur, qui ſcilicet per utramque Germaniam Ciſrhenanam & Belgicam fuere, aut etiam per Sequanicam. De harum enim provinciarum omnium militibus, Ducibus & Comitibus lex noſtra intelligenda eſt. Per eas quippe provincias Francis & Alamannis, (qui populi tum utrique Tranſrhenani erant, ſeu trans Rhenum ſedes habebant) oppoſitus miles erat: & per eaſdem provincias ad Valentinianum in Galliis hærentem Francis & Alamannis ad fœdera ineunda iter erat neceſſariò. Præter hos Duces & Comites memorantur & tertii, quibus Rheni mandata erat cuſtodia, à Ducibus & Comitibus diverſi. Ii erant Præfecti ſpeciales, in ſingulis civitatibus ad Rheni ripam conſtituti, qui pariter ut Comites & Duces ſub diſpoſitione Magiſtri militum fuerunt. Ducibus & Comitibus univerſa Provincia commiſſa erat: hinc & *Duces Provinciarum* dicuntur. At Præfectis urbs certa ad Rhenum, limiti tuendo, Rhenoque cuſtodiendo, demandata erat. *Gothofredus*. E

(g) Regales hi ſunt, ut notat Gothofredus, non alii quàm Regiæ Francorum & Alamannorum ſtirpis Principes, filii agnati, regali ſtirpe orti, quorum frequens quoque apud Amm. Marcellinum mentio occurrit. Fatetur tamen ipſe Gothofredus, *Regalium* appellatione & ipſos reges ſæpe comprehendi, ut apud eumdem Marcellinum, & fortè etiam hac ipſa lege.

(h) Manſio erat publicum diverſorium.

(i) Male etiam hîc *Rom.* pro *Rem.* legitur.

Digitized by Google

A Lex eorumdem ad Rufinum PF. P. data XIV. Kal. Jun. Remis, Lupicino & Jovino Coss. *Tom.* 3. *p.* 474.

Iidem AA. ad Florentium (a) PF. P. Galliarum.

Si (b) quis, censûs inquisitione conpleta, gravatum se esse credat, aput Provinciæ Judicem pulset, quem mavult, ex die clausi renuntiatique censûs spatia præstituta dinumerans: ut si necessitatibus publicis occupatus, domesticis commodis defuit, cùm census agitatus est, intra anniversarii temporis curriculum fiducia competitionis adsistat. Si verò præsentem sciat se esse censitum, intra quinque menses, quibuscunque viribus fultus immineat, ultrà non habeat hujus vocis arbitrium. Dat. III. Non. Jun. Remis, Lupicino & Jovino. Coss. *Tom.* 5. *p.* 119.

Lex eorumdem ad Festum PC. Africæ, data V. Id. Jun. (c) Trev. Lupicino
B & Jovino Coss. *Tom.* 3. *p.* 161.

Lex eorumdem ad Dracontium, data prid. Non. Aug. (d) Nemasiæ, post Conss. Gratiani N. P. & Dagalaifi Coss. *Tom.* 4. *p.* 567.

Lex eorumdem ad Prætextatum P. V. data XV. Kal. Sept. (e) Ambianis, Lupicino & Jovino Conss. *Tom.* 2. *p.* 631.

Lex Valentiniani, Valentis & Gratiani Impp. ad Prætextatum P. V. (f) data VIII. Id. Octob. Remis, Lupicino & Jovino Coss. *Tom.* 5. *p.* 173.

Lex eorumdem ad Prætextatum P. V. data XIV. Kalend. Dec. Triveris, Lupicino & Jovino Conss. *Tom.* 2. *p.* 241.

Anno Chr. 368.

C Lex eorumdem ad Prætextatum P. V. data III. Kalend. Feb. Triveris, Valentiniano & Valente (g) III. AA. Coss. *Tom.* 5. *p.* 34.

Lex eorumdem ad Claudium Proc. Africæ, data XIV. Kalend. Mart. Triveris, (h) Valentiniano & Valente AA. Coss. *Tom.* 6. *p.* 45.

Lex eorumdem ad Probum PF. P. data IV. Id. Mart. Treveris, Valentiniano & Valente (i) AA. Coss. *Tom.* 3. *p.* 532.

Lex eorumdem ad Olybrium P. V. data XIV. Kal. April. Treveris, Valentiniano & Valente (k) AA. Coss. *Tom.* 4. *p.* 282.

Lex eorumdem ad Probum PF. P. data XII. Kal. April. Treveris, Valentiniano & Valente (l) AA. Coss. *Tom.* 3. *p.* 462.

Lex eorumdem ad Probum PF. P. data VIII. Kal. April. Treveris, Valentiniano & Valente AA. Coss. *Tom.* 2. *p.* 490.

D Lex eorumdem ad Olybrium P. V. data III. Kal. April. Treveris, Valentiniano & Valente AA. Coss. *Tom.* 5. *p.* 158.

Lex eorumdem ad eumdem, data III. Non. April. Triveris, Valentiniano & Valente Coss. *Tom.* 5. *p.* 183.

Duæ leges eorumdem ad Florianum Conf. Venetiæ, data XI. Kal. Maii, Treveris, Valentiniano & Valente AA. Coss. *Tom.* 2. *p.* 589. *Tom.* 4. *p.* 74.

Lex eorumdem Remigio Magistro Officiorum, data prid. Non. Maii, Triveris, Valentiniano & Valente AA. Conss. *Tom.* 2. *p.* 344.

(a) Florentium istum non alium esse existimat Gothofredus à Florentio Præfecto Galliarum anno 357. de quo Amm. Marcellinus lib. 16. cap. 12. lib. 17. cap. 3. &c. Diversum statuunt Valesius & Lacarrius. Istius Florentii meminit Marcellinus lib. 27.
E cap. 7. ubi Præfectus Florentius imitatus dicitur libertatem Eupraxii Quæstoris in admonendo Valentiniano.

(b) Hæc lex ad Censum Gallicanum pertinet.

(c) Scribendum existimat Gothofredus *Rem.* id est *Remis*, pro *Trev.* hoc est *Treveris*.

(d) Cùm credat Gothofredus Valentinianum rectà Remis Ambianos perrexisse, *Nemasiam* Remos inter & Ambianos quærit, putatque locum esse, qui hodie vocatur *Nemay*, haud procul Remis.

(e) Ambianis Gratianus à Valentiniano patre Augustus creatus est IX. Kal. Sept. sexto post hanc legem datam die.

(f) An. 366. retulimus legem datam eodem die Remis, & eidem Prætextato inscriptam. Hanc rejicit Gothofredus in an. 367. In Codice Justinianeo lex est data Treveris III. Id. Octob. Lupicino & Jovino Coss.

(g) Rescribendum putat Gothofredus II. id est an. 368. Nam post initia hujus anni Olybrius Urbis præfecturam gessit.

(h) Refert Gothofredus hanc legem vel ad annum. 368. id est Valentinianum & Valentem II. Coss. vel ad annum 370. id est Valentinianum & Valentem III. Coss. Fuit enim hoc tempore Proconsul Africæ Claudius; at non etiam anno 365.

(i) Addit Gothofredus II. Nam an. 365. Valentinianus Treveris non erat, neque Probus Præfecturam Italiæ gerebat.

(k) Addendum II. Olybrius enim ante an. 368. Præfectus urbi non fuit. Posset etiam hæc lex ad an. 370. referri.

(l) Hæc lex & aliæ sequentes, quæ datæ notantur Valentiniano & Valente Coss. ad annum 365. non possunt referri: illas Gothofredus rejicit in annum 368. nonnullas fatetur commodè etiam ad an. 370. retrahi posse.

Digitized by Google

Lex eorumdem ad Probum PF. P. data xv. Kal. Jul. Treveris, Valentiniano A
& Valente AA. Coss. *Tom.* 3. *p.* 463.

Lex eorumdem ad Musufilum Vic. Africæ, data prid. Kalend. Aug. (a) Vangionibus, Valentiniano & Valente AA. Coss. *Tom.* 5. *p.* 94.

Impp. Valentinianus, Valens & Gratianus AAA. ad Viventium (b) PP. O.

Perspicue (c) sanxeramus, ut in carpentis redarum mensûram subditam nullus excederet, & nemo ampliùs redæ, quàm mille pondo; angariæ, quàm mille quingenta; veredo, quàm triginta auderet imponere. Ideóque ad Inl. Magistros Equitum & Peditum scripta porreximus, ut per loca, quæ hujuscemodi observationis excubiis munienda sunt, sollicitos Protectores diligentesque constituant, quò B
iidem & mensuram vehiculorum & vim onerum semper inspiciant, nihilque fieri contra hæc jura patiantur. Quinetiam quotienscumque aliquis fuerit inventus excessisse legem, vel vehiculi inormitate vel ponderis, quemlibet locum, quamlibet ille protulerit dignitatem, quidquid ultra mensuram esse constiterit, apud se Protector, qui insolentiam deprehenderit, retentabit, donec super eo, qui interdicta contempserit, ad Clementiam nostram relatio dirigatur. Dat. ix. Kal. Octob. Valentiniano & Valente II. AA. Conss. *Tom.* 2. *p.* 540.

Lex (d) eorumdem ad Probum PF. P. Illyrici, data prid. Kal. Octob. Agrippinæ, Valentiniano & Valente AA. Coss. *Tom.* 4. *p.* 93.

Impp. Valentinianus & Valens A A. ad Viventium PF. P. Galliarum. C

In Virginitate (e) perpetua viventes, & eam Viduam, de quâ ipsa maturitas pollicetur ætatis nulli jam eam esse nupturam, à plebeiæ capitationis injuria vindicandas esse decernimus: item pupillos in virili sexu usque ad viginti annos ab istius modi functione inmunes esse debere; mulieres autem, donec virum unaquæque sortitur. Dat. x. Kalend. Decemb. Valentiniano & Valente AA. Coss. *Tom.* 5. *p.* 118.

Lex eorumdem ad Claudium Proc. Africæ, Data Kal. Decemb. Triveris, Valentiniano & Valente AA. Coss. *Tom.* 5. *p.* 160.

Lex eorumdem ad Domnum Consularem Siciliæ, Data iv. Non. Decemb. Triveris post (f) Conss. Lupicini & Jovini vv. cc. *Tom.* 2. *p.* 539.

Impp. Valentinianus & Valens A A. ad Viventium P F. P.

Super delictis provincialium nunquam Rectores provinciarum ad scientiam Prin- D
cipum putent esse referendum, nisi ediderint prius Consultationis exemplum. Quippe tunc demum relationibus plena maturitas est, cùm vel allegationibus refelluntur, vel probantur adsensu. Dat. iii. Kal. Jan. Trev. Valentiniano & Valente A A. Coss. *Tom.* 4. *p.* 215.

Anno Chr. 369.

Lex eorumdum ad Olybrium P. V. data v. Kal. Febr. Triveris, Valentiniano N B. P. & Victore Coss. *Tom.* 5. *p.* 196.

Lex eorumdem ad Claudium Proc. Africæ, data iv. Non. Febr. Treveris, Valentiniano N B. P. & Victore Conss. *Tom.* 4. *p.* 590. E

(a) Id est Borbetomagi Vangionum. Hac tempestate jam populorum seu regionum nomina Metropolibus indita. *Gothofredus.*

(b) Corrigendum P F. P. id est Præfectum prætorio, Galliarum scilicet.

(c) Lege nimirum inscripta Menandro Præfecto Prætorio Galliarum, & data an. 364. quam suprà retulimus.

(d) Hæc lex referenda vel ad *Valentinianum & Valentem* ii. *Coss.* id est ad an. 368. vel ad Valentinianum & Valentem iii. Coss. id est ad an. 370. Si ad an. 368. referatur, tum eò pertinet, quòd superiore anno 367. Franci & Saxones Gallicanos tractus, quà quisque erumpere potuit, terra vel mari prædis acerbis incendiisque & captivorum funeribus violarunt, teste Amm. Marcellino cap. 27. Si ad annum 370. tum eò pertinet, quòd eo fermè tempore, teste eodem Marcellino, Valentinianus Rhenum omnem à Rhetiarum exordio aduque Oceanum magnis molibus communivit, castra altiùs & castella extollendo & turres assiduas. *Ita Gothofredus.*

(e) Hæc lex ad censum Gallicanum & Capitationem pertinet.

(f) Putat Gothofredus hanc legem datam *Lupicino & Jovino Coss.* id est anno 367. & fortè acceptam anno sequenti. Nam cur ita adsignaretur Consulatus anni 368. quò sanè Valentinianus & Valens ii. Consules fuerunt?

Impp.

Digitized by Google

A Impp. Valentinianus, Valens & Gratianus ad Viventium PF. P.

OPERARUM (a) præbitionem, quæ inlicitè à Provincialibus hactenus expetita eſt, Sinceritas tua ceſſare præcipiat. Nullum autem qui caupona, vel propola, vel tabernaria lucrum familiare ſectetur, cùm animalia, quibus proſecutio debeatur, advenerint, ſi Collegiati numero inpares videbuntur, ab hoc obſequio [immunem] eſſe patiatur. Melius eſt enim, ut otioſorum ſit iſta ſedulitas, quàm ipſas quoque perdat urbes triſtis abductio Ruſticorum. Dat. x. Kalend. Mart. Trev. Valentiniano NB. P. & Victore Coss. *Tom.* 4. *p.* 90.

Lex eorumdem ad Olybrium P. V. data prid. Id. Mart. Treveris, Valentiniano NB. P. & Victore Coss. *Tom.* 4. *p.* 325.

B Impp. Valentinianus, Valens & Gratianus ad (b) Viventium PP.

UNUSQUISQUE Judex in his locis ſedem conſtituat, in quibus oportet omnibus præſto eſſe Rectorem, non deverticula delicioſa ſectetur. Addimus ſanè, ut quiſque Provinciæ Præſidentem propria poſſeſſione ſuſceperit, ager, quem diverſorium habuerit prædictus in Tranſitu, fiſci viribus vindicetur: ita enim Judices Manſiones inſtruere & inſtaurare nitentur. Dat. Kal. April. Trev. Valentiniano NB. P. & Victore Coss. *Tom.* 1. *p.* 46.

Lex eorumdem ad Probum PF. P. data Kal. Aprilis, Treveris, Valentiniano NB. P. & Victore Coss. *Tom.* 3. *p.* 48.

Lex eorumdem Olybrio PF. Urbi, data VII. Kalend. Maii, Treveris, Valentiniano NB. P. & Victore Coss. *Tom.* 1. *p.* 397.

C Lex eorumdem ad Probum P. P. data III. Non. Maii, Treveris, Valentiniano NB. P. & Victore Coss. *Tom.* 3. *p.* 333.

Lex eorumdem ad Apodemium, data VI. Id. Maii, Treveris, iiſdem Coſſ. *Tom.* 4. *p.* 216.

Lex eorumdem ad Demetrianum PF. Ann. Africæ, data prid. Id. Maii, Triveris, iiſdem Coſſ. *Tom.* 5. *p.* 68.

Iidem AAA. ad Viventium (c) PP. Ō.

PROBABILE & celebrandum tuæ Sinceritatis examen lege firmamus, quòd ex officio tui Culminis iners vulgus ejeciſti, & indignos militia diverſis juſſiſti inhærere muneribus. Ideóque nulli eorum, quos inluſtris Præſtantia tua propoſitis publicavit Edictis, habendi vel adipiſcendi gradum alterum ſit facultas. Quin etiam ſi quis de D his unquam interdictam adfectaverit dignitatem, injecta manu à quocumque Rectore retrahantur, ut à condicione ſententiæ non recedant. Dat. XVI. Kal. Jun. (d) Complati, Valentiniano N. P. & Victore CONSS. *Tom.* 2. *p.* 579.

Lex eorumdem ad Olybrium P. V. data Kalend. Jun. Triveris, iiſdem Coſſ. *Tom.* 5. *p.* 161.

Lex eorumdem ad Probum PF. P. data prid. Non. Jun. (e) Martiatici, iiſdem Coſſ. *Tom.* 3. *p.* 494.

Lex eorumdem ad Olybrium P. V. data XIII. Kal. Jul. (f) Alta-ripa iiſdem Coſſ. *Tom.* 4. *p.* 282.

Lex eorumdem ad Probum PF. P. data III. Kal. Sept. (g) Briſiaci, iiſdem Coſſ. *Tom.* 2. *p.* 242.

Lex eorumdem ad Probum P. P. data prid. Id. Octob. Treveris, iiſdem Coſſ. E *Tom.* 3. *p.* 262.

(a) Hac lege Valentinianus Provinciales ſeu Ruſticos per Gallias equorum proſecutione liberat: Caupones verò, Propolas & Tabernarios eò adigi jubet, otioſam videlicet hominum turbam.

(b) Viventius adhuc hoc anno Præfecturam Galliarum gerebat: hinc ipſi inſcripta lex ad Gallias pertinet.

(c) Corrig. PF. P. id eſt Præfectum Prætorio, Galliarum ſcilicet.

(d) *Complatum* neceſſariò fuiſſe in Gallia Rhenum versùs obſervat Gothofredus; ſed quid ſit, ſe neſcire fatetur, niſi fuerit Cambete, *Caemps*, vel *Kemps*.

(e) Pro *Martiatico* fortè reponendum *Mattiacum* vel *Mattiaticum*: munimentum id à Trajano olim conditum, à Juliano C. reparatum, teſte Marcellino lib. 17. Et ſanè Valentinianus anno 371. Macrianum Buccinobantum Alamannorum Regem contra Moguntiacum poſitorum comprehenſurus, juncto navibus Rheno, Severum Magiſtrum peditum contra *Mattiacas aquas* primùm præmiſit, teſte eodem Marcellino lib. 29. Fortè *Martiaticum* à Martienſibus militibus qui & Altæ-ripæ erant, teſte Notitia Imperii. Fortè *Mantiaticum*, hodie *Manheenum*. *Gothofredus*.

(f) *Alta-ripa*, nunc vicus qui nomen priſtinum retinet, *Altrip*: poſitus eſt in Rheni ripa, inter Noviomagum ſive Spiram & Vangionum Borbetomagum, paulò infra confluentem Nicri.

(g) Hodie priſcum nomen ſervat *Briſach*.

Digitized by Google

A

Impp. Valentinianus, Valens & Gratianus AAA. ad Viventium PF. P. Gall.

QUÆCUNQUE (a) pro reliquis prodigorum in annonario titulo ceteriſve fiſcalibus debitis, in quibuſcunque corporibus, ſub auctione licitanda ſunt, fiſco auctore vendantur, ut perpetuò penes eos ſint jure dominii, quibus res hujuſmodi ſub haſtæ ſollemnis arbitrio fiſcus addixerit. Etſi quid unquam, ut à fiſco facta venditio poſſit infringi, auctoritate Reſcribti fuerit impetratum, nullus obtemperet: cùm etiam Minoribus, ſi quando aliquid ex rebus eorum pro fiſcalibus debitis adjudicatur emptoribus, repetitionis facultas in omnem intercipiatur ætatem. Dat. III. Non. Novemb. Trev. Valentiniano NB. P. & Victore Coss. *Tom.* 3. *p.* 480.

Lex eorumdem ad Olybrium P. V. data IV. Non. Decembr. Triveris, iiſdem B Coſſ. *Tom.* 5. *p.* 69.

Lex eorumdem ad Probum P. P. data X. Kal. Jan. Triveris, iiſdem Coſſ. *Tom.* 2. *p.* 432.

Anno Chr. 370.

Impp. Valentinianus, Valens & Gratianus AAA. ad (b) Jovinum Magiſtrum militum.

CONMONEAT tua Sinceritas hac Sanctione Veteranos, ut loca abſentium ſqualida, & ſitu diſſimulationis horrentia, de ſolita fructuum indemnitate ſecuri, quantùm vires uniuſcujuſque patientur, exerceant. Namque decernimus, ut his, qui ſoli relicti terras ſulcaverint, ſine moleſtia præjudicioque dominorum, provectuum emo- C lumenta quærantur: nihilque illis, qui meſſium tempus adſolent aucupari, *Agratici* nomine deferatur. Dat. XVI. Kal. Feb. Valentiniano & Valente (c) IV. CONSS. *Tom.* 2. *p.* 433.

Lex eorumdem ad Julianum Proc. Africæ, data X. Kalend. Mart. Treveris, Valentiniano & Valente (d) IV. Coss. *Tom.* 6. *p.* 193.

Lex eorumdem ad (e) Olybrium P. V. data IV. Id. Mart. Triveris, Valentiniano & Valente III. Coss. *Tom.* 5. *p.* 197.

Lex eorumdem ad Probum PF. P. data XIV. Kalendas April. Treveris, Valentiniano & Valente (f) AA. Coss. *Tom.* 3. *p.* 495.

Lex eorumdem ad Maximinum PF. Ann. data XIV. Kalend. April. Triveris Valentiniano & Valente (g) Coss. *Tom.* 5. *p.* 246.

D

Iidem Impp. ad (h) Viventium PF. P.

NULLA vidua, nemo pupillus ex utroque ſexu, donec eos ingrediatur annos, qui jam Tutoribus Curatoribuſve publicis non egeant, exactionem plebis agnoſcat. Simili autem devotione habeantur inmunes, & ſi quæ ſe ſacræ legis obſequio perpetuò dedicarunt. Dat. III. Kalend. April. Valentiniano & Valente III. AA. Coss. *Tom.* 5. *p.* 120.

Lex eorumdem ad Creſcentem Vic. Africæ, data pridie Non. April. (i) Alteio, Valentiniano & Valente AA. Coss. *Tom.* 3. *p.* 408.

Duæ (k) Leges eorumdem Mauris Sitifenſibus, datæ IX. Kal. Maii, Treveris, Valentiniano & Valente AA. Coss. *Tom.* 2. *p.* 278. *Tom.* 4. *p.* 414.

Lex eorumdem ad Claudium Proc. Africæ, data VI. Kal. Maii, Triveris, Va- E lentiniano & Valente III. AA. Coss. *Tom.* 5. *p.* 12.

(a) Hæc lex ad Gallias pertinet, ut pote quæ Præfecto prætorio Galliarum inſcripta, & Treveris data ſit.

(b) Cùm Jovinus per Gallias Magiſter militum fuerit, ad eas hæc lex pertinere cenſenda eſt.

(c) Corrigendum putat Gothofredus III. pro IV. & hanc legem refert ad annum 370.

(d) Hic quartus etiam Conſulatûs annus anno 373. congruit: mavult tamen Gothofredus hanc pariter legem ad an. 370. referre.

(e) Exſtat in Codice Juſtinianeo *l.* 7. *de poſtulando* ad Olybrium P. V. *Data Kal. Martii Treveris Valentiniano & Valente AA. utriſque* III. *Conſſ.*

(f) Gothofredus addit III. & ſic hanc legem malè relatam ad annum 365. retrahit ad an. 370.

(g) Hic etiam reponit III. Gothofredus.

(h) Cùm adhuc hoc anno Viventius Ptæfecturam Galliarum geſſerit, hæc lex ad Cenſum Gallicanum pertinere videtur.

(i) Gothofredus, qui hanc legem ab an. 365. ad an. 370. retrahit, *Alteium* quærit in Gallia prope Treviros, ſuſpicaturque eſſe vel vicum *Eltz*, vel *Altzhemum*, qui eò omnino loci ſunt.

(k) Hæ duæ leges poſſunt etiam ad an. 373. referri.

Digitized by Google

A

Iidem Impp. ad Viventium PP. Galliarum.

Si quis (a) ad fugienda ſacramenta militiæ fuerit inventus truncatione digitorum damnum corporis expediſſe, & ipſe flammis ultricibus concremetur, & dominus ejus qui non prohibet, gravi condemnatione feriatur. Dat. VI. Kal. Maii, Triberis, Valentiniano & Valente (b) AA. Conss. *Tom.* 2. *p.* 375.

Lex eorumdem ad Amphilocium Conſ. Campaniæ, data III. Non. Maii, Treveris, Valentiniano & Valente III. AA. Coss. *Tom.* 4. *p.* 420.

Lex eorumdem ad Olybrium Conſ. Tuſciæ, data III. Non. Maii, Treveris, Valentiniano & Valente III. AA. Coss. *Tom.* 4. *p.* 421.

B

Iidem Impp. ad Theodoſium Magiſtrum equitum.

Nulli (c) provincialium, cujuſcumque ordinis aut loci fuerit, cum barbara ſit uxore conjugium: nec ulli Gentilium provincialis fœmina copuletur. Quòd ſi quæ inter provinciales atque Gentiles affinitates ex hujuſmodi nuptiis extiterint; quod in iis * ſuſceptum vel noxium detegitur, capitaliter expietur. Dat. v. Kal. Jun. Valentiniano & Valente AA. Coss. *Tom.* 1. *p.* 306. * *Leg.* ſuſpectum.

Lex eorumdem ad Artemium Vicarium Hiſpaniarum, data Kal. Jun. Triveris Valentiniano & Valente III. AA. Conss. *Tom.* 2. *p.* 476.

Duæ leges eorumdem ad Catafronium Vic. Ital. datæ XVIII. Kal. Septemb. Triveris, Valentiniano & Valente III. AA. Coss. *Tom.* 2. *p.* 541. *Tom.* 4. *p.* 92.

Lex eorumdem ad Symmachum Proconſ. Africæ, data prid. Kal. Decemb. Treveris, Valentiniano & Valente (d) IV. AA. Coss. *Tom.* 4. *p.* 421.

C

Anno Chr. 371.

Impp. Valentinianus, Valens & Gratianus AAA. ad Viventium (e) P.V.

Scænici & ſcænicæ, qui in ultimo vitæ, neceſſitate cogente interitûs imminentis, ad Dei ſummi ſacramenta properarunt, ſi fortaſſis evaſerint, nulla poſthac in theatralis ſpectaculi conventione revocentur. Ante omnia tamen diligenti obſervari ac teneri ſanctione jubemus, ut verè & in extremo periculo conſtituti, id pro ſalute poſcentes, (ſi tamen Antiſtites probant) beneficii conſequantur. Quod ut fideliter fiat, ſtatim eorum ad Judices, ſi in præſenti ſunt, vel Curatores urbium ſingularum, deſiderium perferatur. Quod ut, inſpectoribus miſſis, ſedula exploratione quæratur,
D an indulgeri his neceſſitas poſcat extrema ſuffragia. Dat. III. Id. Feb. Triv. Gratiano A. II. & Probo Coss. *Tom.* 5. *p.* 361.

Lex eorumdem ad Senatum, data (f) XIV. Kal. Jun. Treveris, Gratiano A. II. & Probo Coss. *Tom.* 3. *p.* 274.

Lex eorumdem ad Senatum, data IV. Kal. Junii, Treveris, Gratiano A. II. & Probo Coss. *Tom.* 3. *p.* 128.

Lex eorumdem Filematio Com. S. L. data IV. Kalendas Jul. Treveris, iiſdem Coss. *Tom.* 3. *p.* 508.

Iidem Impp. ad Viventium PF. P.

Qui (g) ad Sacerdotium provinciæ, & Principalis honorem, gradatim & per
E ordinem muneribus expeditis, (non gratiâ emendicatiſque ſuffragiis,) & labore

(a) Cùm nullus Gallorum, ut diſertè teſtatur Amm. Marcellinus lib. 15. munus Martium pertimeſcens pollicem ſibi præcidat, mirari ſubit, hanc legem Præfecto prætorio Galliarum inſcribi. Verùm, ut obſervat Gothofredus, Galliarum Præfectura prætoriana intra ſe continebat Britannias & Hiſpaniam. Præterea Gentiles jam Barbarique intra Gallias milites erant, quorum filii id patrare potuerunt.

(b) Addit III. Gothofredus, ut ſic hæc lex referatur ad an. 370.

(c) Hanc legem refert Gothofredus ad an. 370. eamque pertinere cenſet ad limitem Gallicanum & Italicum, ſparſoſque per eum Gentiles. Et ſanè Zoſimus lib. 4. in horum ipſorum temporum hiſtoria auctor eſt, Valentinianum ad Galliarum ſecuritatem limitis, etiam maximam juvenum multitudinem de Barbaris Rheni accolis, numeris militaribus adſcripſiſſe.

(d) III. pro IV. corrigit Gothofredus, quia anni 373. initio Julianus adhuc Proconſul Africæ erat, & initio anni 374. Chilo.

(e) Scribendum P F. P. id eſt Præfectum Prætorio, Galliarum ſcilicet. Nam hoc ipſo anno 371. Galliarum Præfecturam adhuc gerebat Viventius, & Ampelius erat Præfectus Urbi. Ideò hanc legem ad Gallias pertinere arbitramur.

(f) Hanc legem & ſequentem eodem die datas eſſe vult Gothofredus, & in alterutra errorem eſſe.

(g) Hæc lex ſpectat ad Sacerdotium provinciæ & ad Principalitatem Curiarum per Gallias.

Digitized by Google

pervenerint, probatis actibus, si consona est civium fama, & publicè ab universo Ordine comprobantur, habeantur immunes, otio fruituri, quod continui laboris testimonio promerentur : liberumque sit corpus eorum ab his injuriis, quas Honoratos non decet sustinere. Honorem etiam eis ex Comitibus addi censemus, quem hii consequi solent, qui fidem diligentiamque suam in administrandis rebus publicis adprobarint. Dat. IV. Kal Jul. Trev. Gratiano A. II. & Probo Coss. *Tom.* 4. *p* .425. A

Lex eorumdem ad Probum P. P. data III. Kal. Jul. (a) Contionaci, iisdem Coss. *Tom.* 3. *p.* 38.

Lex eorumdem ad Crescentem Vic. Africæ, data IV. Id. Jul. Contionaci, iisdem Coss. *Tom.* 4. *p.* 28.

Lex eorumdem ad Ampelium P. V. data IV. Kal. Aug. Contionaci, iisdem Coss. *Tom.* 1. *p.* 99.

Lex eorumdem ad Ampelium PF. V. data XVIII. Kal. Septembr. Contionaci, iisdem Coss. *Tom* 1. *p.* 351. B

Lex eorumdem ad Julianum Proc. Africæ, data VIII. Id. Septemb. Magontiaci, iisdem Coss. *Tom.* 5. *p.* 363.

Lex eorumdem ad Ampelium, data III. Id. Decemb. Triveris, iisdem Coss. *Tom.* 2. *p.* 541.

Iidem Impp. Severo Magistro Militum.

Si (b) quando Præfectus Prætorio, vel Vicarius, aut Rector provinciæ significaverit, eum qui chartis ac ratiociniis publicis invenitur obnoxius, ad Præposituram castris ac militum transisse, retractus illi adsignetur officio, à quo necessitatem præstandi ratiocinii devocatur : tamen in rejecti vero loco is potissimùm destinetur, cui meritorum adstipulentur insignia. Dat. x. Kalend. Jan. Gratiano A II. & Probo Conss. *Tom.* 2. *p.* 580. C

Anno Chr. 372.

Lex eorumdem ad Ursicinum PF. Ann. data VIII. Kalend. Mart. Triveris, Modesto & Arintheo Coss. *Tom.* 5. *p.* 162.

Lex eorumdem ad Probum V. C. data VII. Kalend. Mart. Treveris, Modesto & Arintheo Coss. *Tom.* 4. *p.* 427.

Lex eorumdem ad Ampelium PF. V. data VI. Non. Mart. Treveris, iisdem Coss. *Tom.* 6. *p.* 113. D

Lex eorumdem ad Provinciales Afros, data VII. Id. April. Triveris, iisdem Coss. *Tom.* 5. *p.* 95.

Iidem Impp. ad Severum Magistrum militum.

Hii (c) qui inter Adcrescentes matriculis adtinentur, tamdiu alimoniam à parentibus sumant, quoad gerendis armis idonei fuerint æstimati, ita ut cesset super eorum nomine præbitio fiscalis annonæ. Dat. VIII. Kal. Maii, Triveris, Modesto & Arintheo Conss. *Tom.* 2. *p.* 284.

Lex eorumdem ad Probum PF. P. data VII. Kal. Maii, Triveris iisdem Coss. *Tom.* 5. *p.* 348.

Lex eorumdem ad Julianum Proc. Africæ, data III. Kal. Jun. (d) Nasonaci, iisdem Coss. *Tom.* 2. *p.* 581. E

Lex eorumdem ad Probum P. P. data VI. Kal. Jul. *Treveris*, iisdem Coss. *Tom.* 3. *p.* 400.

Leges eorumdem ad Ampelium P. V. datæ III. Non. Jul. Nasonaci, iisdem Coss. *Tom.* 2. *p.* 77. 84. 92. 101. 119.

(a) *Contionacum* in Gallia circa Treveros vel Maguntiacum fuerit oportet. Putatur esse *Cruciniacum*, quod vulgò nunc dicitur Valesio *Creutznach* ad Rhenum prope Bingium ; Gothofredo *Gentzingen* ad Navam.

(b) Hæc lex quæ inscribitur Severo Magistro peditum per Gallias, tota ad Gallias pertinet : agit enim de Præfecto Prætorio Galliarum, de Vicario per Præfecturam Prætorianam Galliarum, & de Rectore provinciæ alicujus Galliarum.

(c) Observat Gothofredus hanc legem pertinere ad militem Gallicanum oppositum hoc tempore Alamannis, & in his Macriano Alamannorum Regi, adversus quem operam navavit sæpe Severus, Magister peditum per Gallias, cui hæc lex inscribitur.

(d) *Nasonacum* vel *Nasonnacum* Gothofredus exponit *Nassoniam* vulgò *Nassoin* vel *Nassogne*, vicum illustrem in Arduenna Silva, ac in Diœcesi Leodiensi. Hadriano Valesio videtur esse *Schoneck* vel *Schonneck*, municipium, aut certè castellum, inter Prumiam & Bedam vicos insignes positum ad fluvium Nemesam.

Digitized by Google

A Lex eorumdem ad Bapponem P. V. data XI. Kalend. Septemb. Naſonaci, iiſdem Coss. *Tom.* 2. *p.* 58.

Lex eorumdem ad Paulinum Præſidem Epyri novæ, data Kalend. Decembr. Treveris, iiſdem Coss. *Tom.* 6. *p.* 51.

Anno Chr. 373.

LEX eorumdem (a) ad Jovinum Magiſtrum militum, data XVI. Kal. Febr. Valentiniano & Valente IV. CONSS. *Tom.* 2. *p.* 433.

Lex eorumdem ad Symmachum Proconſ. Africæ, data prid. Kal. Decemb. Treveris, Valentiniano & Valente IV. AA. Coss. *Tom.* 4. *p.* 421.

Anno Chr. 374.

B LEX eorumdem ad Claudium P. V. data XII. Kalend. Jun. Treveris, Gratiano III. & Equitio Coss. *Tom.* 4. *p.* 309.

Lex eorumdem ad Chilonem Vic. Africæ, data XII. Kalend. Jul. Triveris, Gratiano A. III. & Equitio Coss. *Tom.* 5. *p.* 54.

Lex eorumdem ad (b) Conſtantium, data VI. Id. Jul. (c) Robore, Gratiano A. III. & Equitio CONSS. *Tom.* 2. *p.* 542.

Lex eorumdem ad Probum PP. data III. Non. Dec. Treveris, Gratiano A. III. & Equitio V. C. Coss. *Tom.* 1. *p.* 391.

Anno Chr. 375.

C Lex eorumdem ad Chilonem, data V. Id. April. Treveris, poſt Conſ. Gratiani A. III. & Equitii V. C. *Tom.* 4. *p.* 549.

Anno Chr. 376.

LEX Impp. Valentis, Gratiani & Valentiniani AAA. ad Heſperium Proc. Africæ, data VI. Id. Mart. Triveris, Valente V. & Valentiniano AA. Coss. *Tom.* 5. *p.* 364.

Impp. Valens, Gratianus, & Valentinianus AAA. Artemio, Euridico, Appio, Geraſimo, & ceteris Epiſcopis.

D (d) QUI mos eſt cauſarum civilium, * idem in negotiis Eccleſiaſticis obtinendi ſunt, ut ſi quæ ſunt ex quibuſdam diſſenſionibus levibuſque delictis ad religionis obſervantiam pertinentia, locis ſuis & à ſuæ Diœceſeos Synodis audiantur; exceptis quæ actio criminalis ab ordinariis extraordinariiſque Judicibus, aut Inluſtribus poteſtatibus * audientia conſtituit. Dat. XVI. Kal. Jun. Trev. Valente V. & Valentiniano AA. Coss. *Tom.* 6. *p.* 52.

* Sic.

* *Leg.* audienda.

Impp. Valens, Gratianus, & Valentinianus AAA. (e) Antonio PF. P. Galliarum.

PER (f) omnem Diœceſim commiſſam Magnificentiæ tuæ, frequentiſſimis in

(a) Conſulatus quartus in ſubſcriptione hujus legis
E & duarum ſequentium convenit anno 373. has tamen Gothofredus mavult referre ad annum 370. Duæ aliæ leges Mauris Sitifenſibus, datæ IX. Kal. Maii, Treveris, quas retulimus ad annum 370. poſſunt etiam ad hunc annum 373. retrahi.

(b) Conſtantium dicit Gothofredus Rectorem alicujus provinciæ per Gallias, & alibi Præfectum Prætorio Galliarum. Hunc anno 374. Licinio in Præfectura Galliarum ſucceſſiſſe ſcribit Gothofredus, ut notat Lacarrius in Hiſtor. Gall. ſub Præfectis Prætorio, pag. 46. Exſtat lex prima *de fundis limitrophis*, data à Valentiniano, Valente & Gratiano Auguſtis ad Licinium Præfectum Prætorio, ſine die & Coſſ. Fit mentio hac in lege Tiberiani, Præfecti ſcilicet Prætorio Galliarum.

(c) *Robur*, munimentum prope Baſileam, quod Valentinianum anno 374. poſt vaſtatos aliquos Alamanniæ pagos ædificaſſe tradit Amm. Marcellinus lib. 30. cap. 3.

(d) Hanc legem integram deſcripſi, quia Gothofredus plurimis probat argumentis, eam ad Epiſcopos, ſeu Synodos Gallicanas referendam videri. Argumenta Gothofredi parum firma demonſtrat Pagius ad an. 376. N. 3.

(e) Sub finem anni 375. Probum Galliarum Præfecturam geſſiſſe arbitratur Lacarrius ſuprà laudatus pag. 46. Hanc Præfecturam, inquit idem, geſſiſſe poſt Præfecturas Italiæ, Illyrici & Africæ indicat ex tantula conjectura vetus inſcriptio, in qua legitur Probus Præfectus hoc ordine quater, Italiæ, Illyrici, Africæ & Galliarum. Præfecturam ejus Galliarum aſſerit lex 1. Cod. *ne rei Dominicæ vel templorum vindicatio* &c. data ſine die & coſſ. ad Probum Præfectum Prætorio Galliarum à Valente & Valentiniano II. Auguſtis perperam aſcriptis: nam ambo ſoli nunquam imperarunt. Hanc legem videtur referre Gothofredus ad an. 367. atque in hunc annum referre etiam Probi Præfecturam Galliarum.

(f) Hæc lex admodùm eſt ſingularis, quâ Gratia-

Digitized by Google

civitatibus, quæ pollent & eminent claritudine Præceptorum, optimi quique eru- A diendæ præſideant juventuti, Rhetores loquimur & Grammaticos Atticæ Romanæque doctrinæ : quorum Oratoribus viginti quatuor annonarum è fiſco emolumenta donentur; Grammaticis Latino vel Græco duodecim annonarum deductior paulò numerus ex more præſtetur : ut ſingulis urbibus, quæ *Metropoleis* nuncupantur, nobilium Profeſſorum electio celebretur, nec verò judicemus liberum ut ſit cuique civitati ſuos Doctores & Magiſtros placito ſibi juvare compendio. Triverorum vel clariſſimæ civitati uberius aliquid putavimus deferendum; Rhetori, ut triginta, item viginti Grammatico Latino, Græco etiam, ſi qui dignus reperiri potuerit, duodecim præbeantur annonæ. Dat. x. Kalend. Jun. Valente v. & Valentiniano AA. Coss. *Tom.* 5. *p.* 39.

Iidem Impp. ad Antonium P. P. Galliarum. B

DECURIONES (a) ſive ob alienum, ſive ob ſuum debitum exortes omnino earum volumus eſſe pœnarum, quas (b) *Fidiculæ* & *Tormenta* conſtituunt. Quod quidem capitale Judici erit, ſi in contumeliam Ordinis exitiumque temptetur. Majeſtatis tantùmmodò reos, & quæ nefanda dicto ſunt conſcios aut molientes, ex Ordine Municipali, maneat tam cruenta condicio. Debitores verò, & quos Allectos aut Suſceptores memorant, à ſummo uſque ad infimum ordinem Curiales exortes talium volumus eſſe pœnarum. Habet ſeveritas multa, quæ ſumat ad ſanciendam publici officii diſciplinam, ut abſtineant tam cruentis. *Plumbatarum* verò ictus, quos in ingenuis corporibus non probamus, non ab omni Ordine ſubmovemus, ſed Decem-Primos tantùm Ordinis Curiales ab immunitate hujuſmodi verberum ſegregamus ; ita ut in ceteris animadverſionis iſtius habeatur moderatio commonentis. C Dat xv. Kalend. Octob. Trev. Valente v. & Valentiniano AA. Coss. *Tom.* 3. *pag.* 249.

Anno Chr. 377.

Lex eorumdem ad Gracchum P. P. data prid. Non. Januar. Treveris, Gratiano A. iv. & Merobaude Coss. *Tom.* 3. *p.* 251,

Lex eorumdem ad Gregorium V. C. PF. Ann. data xiv. Kalend. Mart. Triveris, Gratiano A. iv. & Merobaude Coss. *Tom.* 5. *p.* 163.

Lex eorumdem ad Heſperium PF. P. data iii. Kal. Mart. Triveris, iiſdem Coss. *Tom.* 2. *p.* 543.

Impp. Valens, Gratianus & Valentinianus AAA. ad (c) Antonium P. P. D

NE quis domum Judicis ordinarii poſtmeridiano tempore, ex occaſione ſecreti, ingredi familiariter affectet, ejuſdem duntaxat provinciæ : ſive notus Judici, ſive etiam ignotus (d) geſtet tamen honoris auctoritatem præferens. Dat. v. Kal. Aug. (e) Morantiaco, Gratiano A. iiii. & Merobaude Coss. *Tom.* 1. *p.* 49.

Lex eorumdem ad Probianum P. V. data xv. Kalend. Octob. Treveris, Gratiano A. iv. & Merobaude Coss. *Tom.* 4. *p.* 50.

Anno Chr. 378.

Duæ leges eorumdem ad (f) Antonium PP. datæ prid. Id. Jan. Treveris, Valente vi. & Valentiniano ii. AA. Coss. *Tom.* 3. *p.* 165. *Tom.* 4. *p.* 326. E

Quatuor leges eorumdem ad Thalaſſium Proconſ. Africæ, datæ iii. Kal. Feb. Treveris, Valente vi. & Valentiniano ii. AA. Coss. *Tom.* 4. *p.* 256. 309. 310.

nus certas annonas è fiſco præberi jubet Profeſſoribus in Metropolitanis civitatibus, & nominatim in clariſſima Treverorum civitate, quæ Imperatorum in Galliis ac Præfectorum Prætorio ſedes erat ac domicilium.

(a) Hac lege, ut notat Gothofredus, Gratianus Decurionibus conſulit, in quos Judices ſeu Rectores provinciarum per Gallias impotenter ſævire ſoliti erant, ſanciendæ publicæ diſciplinæ obtentu.

(b) *Fidiculæ* Tormenti genus.

(c) Antonius adhuc anno 377. Præfectus erat Prætorio Galliarum : ideò hæc lex ad Gallias pertinet.

(d) Legendum, *exſtet*, *tametſi honoris* &c.

(e) Corrigendum, *Mogontiaco* : ibi ſiquidem hoc tempore conſtitit Gratianus, ſive ad procinctum adverſus Alamannos, quos hoc ipſo anno, teſte Ammiano lib. 31. apud Argentuariam vicit, proficiſcens, ſive inde rediens.

(f) Gothofredus ad has leges notat Antonium tunc temporis fuiſſe Præfectum prætorio Italiæ : eum ta-

Digitized by Google

A Impp. Valens, Gratianus & Valentinianus AAA. ad Auſonium (a) PP. Ō.

A nullo (b) unquam oppido, aut frequenti civitate, manſione denique atque vico, uno die ultra quinque Veredorum numerus moveatur; ac ſi quis eorum qui Præpoſiti vocantur, aut Mancipes, publico denique curſui nomine aliquo præſunt, hunc quem præſcribſimus modum patiatur excedi, ſeveriſſimæ Sinceritatis tuæ auctoritate compeſcetur, aut militans exauctoritatem ſubibit, aut Decurio vel Manceps relegatione annua plectetur. Hi autem, qui ſupraſcribtum numerum ſupergredi molientur, cujuſcunque ſint honoris aut nominis, quinque argenti libris in unius Veredi uſurpatione multentur. Si tamen neceſſitas major coëgerit, ſuper ſollemnem numerum jubemus admitti, quos aut ſacras literas ferre conſtiterit, aut habere in
B evectionibus adnotatum, ut aliqua de cauſa inſtantiùs ire jubeantur; quod vel ſpectabilis viri Officiorum Magiſtri vel Sinceritatis tuæ literis oportebit adſcribi, ut exſtet evidens cauſa, quæ præſcribtum legis excedat. In Vehiculis etiam hac volumus ratione moderari, ne ſupra (c) aſſium numero reda moveatur. Quod facinus ſublimis Auctoritas tua ſi contra vetitum cernat admitti, pro motu ſuo ſeveritate cohibebit. Dat. XII. Kal. Maii, Triveri, Valente VI. & Valentiniano II. AA. Conss. *Tom. 2. p. 545.*

Lex eorumdem ad Heſperium PF. P. data x. Kalend. Maii, Treveris, (d) Valente & Valentiniano AA. Coss. *Tom. 6. p. 114.*

Impp. Gratianus & Valentinianus AA. ad (e) Vindicianum U. C. Vicarium.

C Datis ad inluſtres viros Præfectos Galliarum & Italiæ litteris, primùm metallarios præcipimus admoneri, ne eis novelli ſtatuti, quod fuerat elicitum, privilegio, tranſeundi ad Sardiniam ſpes inproba blandiatur: deinde provinciarum, quæ mari alluuntur, Judices ſcientes fieri, ut univerſorum navigatio hujuſmodi hominum generi clauderetur; ita ut ſi aurileguli transfretare temptaſſent, ſeveritate Judicis audaciæ ſuæ ferrent digna ſupplicia: adficiendis etiam pœna cuſtodibus, ſi neglegentia navigandi hiſdem copiam præbuiſſent; ita ut hæc non ſine periculo ſuo Rectores provinciarum neglegenda meminerint. Dat. XVIII. Kal. Septemb. Valente [VI. &] Valentiniano II. AA. Coss. *Tom. 3. p. 498.*

Lex Impp. Gratiani & Valentiniani AA. ad (f) Antonium P. P. data prid. Kal. Decemb. Treveris, Valente VI. & Valentiniano II. AA. Coss. *Tom. 3. p. 302.*

D *Anno Chr. 379.*

Lex Impp. Gratiani, Valentiniani & Theodoſii AAA. ad Hypatium P. V. data Non. (g) April. Treveris, Auſonio & Olybrio Coss. *Tom. 4. p. 311.*

Impp. Gratianus, Valentinianus & Theodoſius AAA. ad (h) Heſperium PF. P.

Actor ejus fundi, in quo alienigena, vel idoneus militiæ, vel antè jam traditus latuerit, ultima flammarum animadverſione conſumatur. Hoc interim nos conſtituiſſe ſufficiat: nam ſi parum profecerit in ſervos interminatio conſtituta, in

men in Topographia adhuc nominat Præfectum Gal-
E liarum. Ægidius Lacarry è Soc. Jeſu in hiſtoria Galliarum ſub Præfectis prætorio, cenſet Antonium perſtitiſſe in Præfectura Galliarum ante XII. Kal. Maii, quo tempore fuit Auſonius Præfectus Prætorio Galliarum, & poſthæc in Præfectura Italiæ ſucceſſiſſe Heſperio Auſonii filio.

(a) Corrig. PF. P. id eſt Præfectum Prætorio, Galliarum ſcilicet. De Præfectura Auſonii in Galliis videndus Symmachus lib. 1. ep. 12. 14. 16. & ipſemet Auſonius in Epicedio in Patrem ſuum, & in Gratiarum actione.

(b) Hæc lex agit de numero Veredorum & Vehiculorum, quæ uno die ex uno loco per Gallias moveri poſſunt.

(c) Fortè *ſupra aſcriptum numerum*, vel *ſupra duſim numerum*.

(d) Legendum cenſet Gothofredus, *Valente* VI. *& Valentiniano* II. *AA. Coſſ.*

(e) Ex hac lege colligit Gothofredus, Vindicianum hunc Vicarium alicujus diœceſeos per Præfecturam Galliarum fuiſſe, quandoquidem Gratianus ait ſeſe literas ad Præfectos Prætorio Galliarum & Italiæ dediſſe, quibus præcepit admoneri metallarios, ne in Sardiniam tranſirent: nempe quia metallarii aurileguli per Præfecturam Galliarum certatim in Sardiniam, quæ ſub Præfectis Italiæ erant, tranſibant.

(f) Antonius tunc temporis Italiæ gerebat Præfecturam: in hac enim lege mentio fit Campaniæ.

(g) Gothofredus vitium ſuſpicatur in menſe, cenſetque reponendum. *Non. Aug.*

(h) Heſperius cum patre ſuo Auſonio Præfecturam

Digitized by Google

dominos; peccatum deinceps emendatura, decernat. Dat. VI. Non. Jul. Aquileia, A Auſonio & Olybrio VV. CC. Coss. *Tom.* 2. *p.* 404.

Iidem Impp. ad eumdem Heſperium.

ETSI (a) omnes mercatores ſpectat luſtralis auri depenſio, Clerici tamen intra Illyricum & Italiam, in denis ſolidis; intra Gallias, in quinis denis ſolidis immunem uſum converſationis exerceant. Quidquid autem ſupra hunc modum negotiationis verſabitur, id oportet ad functionem aurariam devocari. Dat. III. Non. Jul. Aquileiæ, Auſonio & Olybrio Coss. *Tom.* 5. *p.* 14.

Iidem Impp. ad eumdem Heſperium.

QUISQUIS Naviculariorum (b) codicillis optaverit ornari, præbitioni equorum B intelligat ſe eſſe ſubdendum. Acc. XII. Kal. Aug. (c) Conſtantinæ, Auxonio & Olybrio Coss. *Tom.* 5. *p.* 72. (d)

Lex eorumdem de Hæreticis ad eumdem Heſperium, data III. Non. Aug. Mediolani, iiſdem Coss. *Tom.* 6. *p.* 116.

Lex eorumdem ad Potitum Vicarium Urbis, data prid. Non. Aug. (e) Triverini, iiſdem Coss. *Tom.* 2. *p.* 185.

Lex eorumdem Vindiciano, data XVIII. Kal. Octob. Triveris, iiſdem Coss. *Tom.* 5. *p.* 43.

Lex eorumdem ad (f) Siburium PF. P. data III. Non. Decemb. Treveris, iiſdem Coss. *Tom.* 4. *p.* 284.

Anno Chr. 380. C

Duæ leges eorumdem Navicularis Afris, datæ VIII. Id. Febr. Triveris, Gratiano V. & Theodoſio I. AA. Coss. *Tom.* 5. *p.* 73. 106.

Lex eorumdem ad Arborium P. V. data XV. Kal. Mart. (g) Triberini, Gratiano V. & Theodoſio I. AA. Coss. *Tom.* 2. *p.* 242.

Lex eorumdem ad Theodorum Com. R. P. data XV. Kalend. April. Treveris, iiſdem Coss. *Tom.* 4. *p.* 124.

Lex eorumdem ad Titianum Vic. Africæ, data IV. Id. Jul. Triveris, iiſdem Coss. *Tom.* 5. *p.* 164.

Anno Chr. 381.

Lex eorumdem ad Valerianum PF. V. data VIII. Kal. Maii (h) Triv. Eucherio & Syagrio CONSS. *Tom.* 5. *p.* 367. D

Lex eorumdem ad Potitum Vicarium Urbis, data prid. Idus Octob. Treveris, Eucherio & Syagrio Coss. *Tom.* 1. *p.* 412. (i)

prætorianam Galliarum hoc anno adminiſtravit: hanc enim inter ſe & filium diviſam teſtatur ipſemet Auſonius *in Gratiarum actione*: *Ad Præfecturæ collegium*, inquit, *filius cum patre conjunctus, ad Conſulatum præceptor evectus.* Et paulò pòſt, dignitates in ſe collatas à Gratiano commemorans: *Tui tantùm Præfectura beneficii: quæ & ipſa non vult vice ſimplici gratulari, liberaliùs diviſa, quàm juncta: cùm teneant duo integrum, neuter deſiderat ſeparatum.*

(a) Hac lege certus ſolidorum numerus ſtatuitur, intra quem Clerici negotiantes immunes eſſent à luſtrali collatione: nempe in Illyrico & Italia intra decem ſolidos, in Galliis intra quindecim.

(b) Navicularii codicillis ornati, id eſt, qui honorarios codicillos dignitatum impetrarunt, ad equorum præbitionem teneri jubentur hac lege. Adeò creverat Naviculariorum favor hac tempeſtate, ut non tantùm ipſis Equeſtris ordinis dignitas delata fuerit; verùm etiam codicillos altiorum dignitatum à Principe nonnulli ex his impetrarent.

(c) Arelatenſis urbs Conſtantina dicta eſt à Conſtantino Magno.

(d) In Codice Juſtinianeo, *Quemadmodum teſtamenta aperiantur*, exſtat lex 4. eorumdem Impp. ad Heſperium P. P. *data* III. *Kal. Aug. Mediolani*, *Auſonio & Olybrio Conſſ.*

(e) Gothofredus ait fortè *Triverinum* hoc in Rhætia fuiſſe: notat tamen in MS. hîc non *Triverini*, ſed *Triverim* apertè ſcriptum.

(f) Siburium hunc aſſerit Gothofredus Præfectum fuiſſe Prætorio Galliarum. Verùm non video quomodo id conciliari poſſit cum verbis Auſonii, qui aſſerit *in gratiarum actione* quam ſub finem ſui Conſulatûs Gratiano habuit, ſe tunc cum filio Heſperio conjunctim Præfecturam Galliarum tenere, quam neuter deſiderat ſeparatam. Lacarrius tamen Gothofredi accedit ſententiæ, pag. 70.

(g) Legendum, *Triberis*, nam hoc tempore Gratianus in Gallia Treviris fuit.

(h) Gothofredus cenſet fortè hîc pro *Triv.* repo- E nendum *Trid.* id eſt *Tridenti*, quod eſt oppidum in Rhætia.

(i) In Cod. Theodoſ. exſtant duæ Leges eorumdem Impp. datæ, altera III. Kal. Mart. ad Syagrium PP. O. *Tom.* 2. *pag.* 546. altera VII. Id. Oct. ad Syagrium P. V. *Tom.* 2. *pag.* 583. Gothofredus cenſet legendum, *ad Syagrium PF. P.* eumque fuiſſe Præfectum Prætorio Italiæ. Sidonius Epiſt. 12. libri 7. triplicem memorat Syagrii Præfecturam, quam Sirmondus interpretatur de triennali Præfectura à Syagrio in Italia geſta & continuata. Lacarrius Savaronem ſecutus, ter initam putat à Syagrio Præfecturam, primò Italiæ anno 380. ſecundò Galliarum an. 381. & iterum Italiæ anno 382. atque has duas leges ſuprà memoratas inſcriptas arbitratur Syagrio Præfecto Prætorio Galliarum.

Anno

Digitized by Google

A

Anno Chr. 389.

Impp. Valentinianus II. Theodosius & Arcadius (a) Constantiano PF. P. Galliarum.

OMNES (b) qui Tyranni usurpatione provecti, cujuslibet acceperunt nomen inlicitum dignitatis, codicillos adque epistulas & promere jubemus & reddere. Juris quoque dictionem adque sententias, quas promere nequiverunt, qui Judicum nomen habere non potuerunt, ex omnibus publicorum monumentorum scriniis jubemus auferri, ut abolita auctoritate gestorum, nullus his judicatis conetur inniti, quæ & tempore & auctore delentur. Exceptis his tantùm negotiis, adque in sui
B integra firmitate mansuris, quæ conventionibus pactisque finita sunt, si dolo metu-ve caruerunt. His quoque pariter exceptis quæ donatio transtulit, mancipatio liberavit, contulit manumissio præmia meritæ servitutis : quia in his omnibus voluisse sat juris est. Dat XIX. Kalend. Febr. Med. Timasio & Promoto VV. CC. Coss. *Tom.* 5. *p.* 410.

Iidem Impp. Constantiano PF. P. Galliarum.

SI defunctus cujuscumque sexûs aut numeri reliquerit filios, & ex filia defuncta cujuscumque sexûs aut numeri nepotes, ejus partis, quam defuncti filia superstes patri inter fratres suos fuisset habitura, duas partes consequantur nepotes ex eadem filia, tertia pars fratribus, sororibusve ejus quæ defuncta est : id est, filiis filiabusque ejus de cujus bonis agitur, avunculis scilicet, sive materteris eorum, quorum
C commodo legem sancimus, accrescat. Quòd si hic defunctus, de cujus bonis loquimur, habebit ex filia nepotes, sed præterea filios non habebit, sed, qui præferri nepotibus possint, habebit agnatos, in quandam Falcidiam, & in dodrantem nepotes jure succedant. Hæc eadem, quæ de avi materni bonis constituimus, de aviæ maternæ, sive etiam paternæ simili æquitate sancimus : nisi fortè avia elogia inurenda impiis nepotibus justâ semotis ratione monstraverit. Non solùm autem, si intestatus avus aviave defecerit, hæc de nepotibus quæ sancimus jura servamus; sed etsi avus vel avia, quibus hujusmodi nepotes erant, testati obierint, & præterierint nepotes, aut exhæredarint eosdem, & de injusto avorum testamento, si quæ filiæ poterant vel de re, vel de lite competere actiones, nepotibus deferemus secundùm justum nostræ legis modum, quæ de parentum inofficiosis testamentis competunt filiis. Dat. v. Kal. Mart. Mediolani, Timasio & Promoto Coss. *Tom.* 1. *p.* 427.

D Lex eorumdem ad Messianum Com. R. P. (c) data XVIII. Kal. Jul. Treveris, Timasio & Promoto Coss. *Tom.* 1. *p.* 414.

Iidem Impp. (d) Constantio PP.

IN sacris scriniis nostris militantes, Ordinarii Judices à salutatione non arceant, etiam inviti in consessum accipiant : scituris, vel Principe, vel Corniculario, vel Capitibus ternas libras auri ex suis facultatibus eruendas, si Consistorium nostrum sæpe ingredientibus, Secretarii Judicum non patuerit ingressus, aut reverentia non fuerit in salutatione delata, aut sedendi cum Judice societas denegata. (e) Data VI. Id. Nov. Triveris, Timasio & Promoto viris clarissimis CONSS. *Tom.* 2. *p.* 151.

Anno Chr. 390.

E

Iidem Impp. (f) PP. Ō.

NON patimur * hippocomos per eos, qui veredis uterentur, indigna spoliatione

* Gallicè *postillons.*

(a) Constantianus in Præfectura Galliarum successit Evodio, qui sub Maximo Præfectus fuit, teste Sulpicio Severo lib. 2.

(b) Hac lege infirmantur ea, quæ sub tyranno Maximo per Gallias gesta fuerant : putà dignitates ab eo collatæ, Judicum sub eo sententiæ : non tamen actus voluntarii.

(c) *Data* dicitur pro *reddita* vel *accepta* : nam hoc tempore Valentinianus Jun. in Italia degebat.

(d) Constantianus est, Præfectus Prætorio Galliarum, cui jam hoc anno duas leges inscriptas vidimus. Lex eadem in Codice Justiniani inscribitur *Constantino Præfecto Prætorio Galliarum.*

(e) *Data*, hîc etiam accipiendum videtur pro *reddita* : Valentinianus siquidem adhuc hoc tempore in Italia versabatur.

(f) Cùm hæc lex dicatur *proposita* Treviris, putat Gothofredus eam inscriptam esse Præfecto prætorio

Digitized by Google

vexari, ſiquidem nonnullis veredarii ſaga eorundem dicantur auferre. Quocircà per omnes Judices & Curioſos miſerabilis removeatur injuria : ſcientibus cunctis, quòd ſi obſervata non fuerit noſtra ſanctio, non ſolùm damna reſarcire, verùm etiam notam & multam qui neglexerit ſubire cogetur, ut his retenti qui fuerint detecti hippocomis ſaga abſtuliſſe, ſuper eorum nominibus ad noſtram Clementiam referatur. PP. XV. Kal. Jul. Triveris, Valentiniano A. IV. & Neoterio CONSS. *Tom.* 2. *p.* 557. A

Anno Chr. 391.

Iidem Impp. (a) Richomeri Comiti & Magiſtro utriuſque militiæ.

CUM ſupra virentes fluminum ripas omnis Legionum multitudo conſiſtit, id provida auctoritate decernimus, ut nullus omnino immundo fimo ſordidatis fluentis commune poculum polluat, neve abluendo (b) equorum ſudore deproperus publicos oculos nudatus inceſtet, atque ita & turbido potum cœno miſceat, & confundat aſpectum : ſed procul à cunctorum obtutibus in inferioribus partibus fluviorum, id eſt infra tentatoria, vagos natatus animalium, prout libitum videtur, exerceat. Sublimis igitur Magnificentia tua id ſollicitudinis ſtudio, & admonitionis præcepto faciet cuſtodiri, ut unuſquiſque Tribunus agnoſcat, gravi ſe ſubdendum eſſe ſupplicio, in cujus parte neglectum probabitur, quod agnoſcit imperatum. Dat. VI. Kal. Jun. Vincentiæ, Tatiano & Symmacho CONSS. *Tom.* 2. *p.* 287. (c) B

Anno Chr. 395.

Impp. Arcadius & Honorius AA. (d) Theodoro PF. P.

AD ſubeunda patriæ munera digniſſimi & meritis & facultatibus eligantur; ne tales fortè nominentur, qui functiones publicas implere non poſſint. Dat. XIII. Kal. Febr. Olybrio & Probino Coss. *Tom.* 4. *p.* 480. C

Iidem Impp. Theodoro PF. P.

CUM ſuper ordinando ſacerdote (e) provinciæ publicus eſſet ex more tractatus, idem noſtra authoritate decretum eſt, ut ad ſubeunda patriæ munera digniſſimi & meritis & facultatibus eligantur; nec hujuſmodi nominentur, qui functiones debitas implere non poſſint. Dat. IV. Kal. Octobr. Med. Olybrio & Probino Coss. *Tom.* 4. *pag.* 485.

Anno Chr. 397. D

Iidem (f) Impp. Vincentio Præfecto prætorio Galliarum.

IN criminali negotio rei forum accuſator ſequatur. Is verò qui ſuam cauſam ſive criminalem, ſive civilem ſine cæleſti oraculo in vetito vocavit examine, aut executionem popoſcit militarem : actor quidem propoſiti negotii actione multetur; reus verò pro condemnato habeatur : & tribuni ſive vicarii capitalem ſibi animadverſionem ſubeundam eſſe cognoſcant, ſi vel ſuam, vel militum executionem interdictam præbuerint. Dat. V. Kal. Janua. Mediolani, Cæſario & Attico CONSS.

Galliarum, quem Conſtantianum fuiſſe aſſerit. Eadem lex in Cod. Juſtin. inſcribitur Floro PP. hinc Ægidius Lacarry *in hiſtoriâ Galliarum ſub Præfectis Prætorio* pag. 83. colligit Galliarum Præfecturam hoc anno adminiſtratam fuiſſe à Floro, quem dicit & Florentinum & Florentium aliquândo appellari.

(a) Richomerem hunc Magiſtrum equitum peditumque fuiſſe per Gallias exiſtimat Gothofredus, ideóque legem hanc ad Galliam & Francos pertinere, ex quibus fermè Legiones in Gallia hoc tempore conſtabant.

(b) Notat Gothofredus fortè legendum, *hirquorum*, unde ſanè *hirquinæ alæ* Plauto.

(c) Valentiniano anno 392. apud Viennam interfecto, ad Majorianum uſque nullum ampliùs Principum in Gallia conſtitiſſe obſervat Sidonius Carmine V. ad Majorianum : *Ex quo Theudoſius &c.* Itaque nullæ jam ampliùs nobis occurrent Principum Conſtitutiones in Gallia datæ. *Ita Gothofredus in Topographia Codicis Theodoſiani Tom.* 6. *pag.* 432. E

(d) Theodori Præfecturam Galliarum apertè teſtatur Claudianus in Panegyrico in hujus Theodori Conſulatum. Symmachus lib. 9. epiſt. 23. huic Theodoro in Galliarum Præfectura ſucceſſiſſe Vincentium aſſerit.

(e) Alicujus provinciæ per Præfecturam Prætorianam Galliarum.

(f) Hæc lex, quæ non exſtat in Codice Theodoſiano, eruta eſt ex Codice Juſtinianeo *l.* 5. *de Juriſdictione.* Vincentii Præfecti meminit Sulpicius Severus Dial. 1. cap. 17. eumque vocat virum egregium, & quo nullus ſit inter Gallias omni virtutum genere præſtantior.

Digitized by Google

A

Anno Chr. 398.

Iidem Impp. Vincentio (a) PP. Ō.

Si quis mulionem mutationibus deputatum, vel ſollicitatione vel receptione ſubtraxerit, per ſingula capita humana x. libras argenti inferre cogatur. Et ne ſollicitatoribus & occultatoribus ſit ullum in aliqua excuſatione perfugium, nec mutari quemquam per compenſationis ſimulationem, vel abſolvi ſub ætatis aut debilitatis alicujus obtentu licebit. Ideóque Judex, qui ſibi hoc vindicaverit, ut ſervum publicum liberet, unam lib. auri per homines ſingulos, officium quoque ejus, ſi legem ſupprimendo conſenſerit, ſimili pœna multetur. Hæc in futurum Manſuetudo noſtra conſtituit. In præteritum autem hoc ſtatuiſſe ſufficiat, ut ſi muliones publici
B reperti fuerint, licèt ſenes aut debiles, cum uxoribus ſuis & omni peculio atque agnatione retrahantur: & cetera. Dat. XII. Kal. Mar. Med. Honorio A. IV. & Eutychiano Conss. *Tom.* 2. *p.* 563.

Iidem Impp. Vincentio PP. Ō.

In (b) Burgariis eadem volumus obſervari, quæ de Mulionibus lex noſtra præcepit, ut hii quoque, qui intra Hiſpanias, vel in quibuſcumque (c) locis, auſi fuerint Burgarios vel ſollicitare vel receptare; eodem modo teneantur. Similiſque eos, qui publicis veſtibus deputatos ſollicitaverint, vel receperint, & de conjunctione & de agnatione & de peculiis & de cunctis rebus, quas in illis deprehendimus, pœna cohibeat. Dat. XI. Kal. Mart. Mediolani, Honorio A IV. & Eutychia-
C no Conss. *Tom.* 2. *p.* 392.

Iidem Impp. Felici (d) P. V.

Glebam poſſeſſionum, non perſonarum eſſe perſpicimus: ac propterea neceſſe eſt, ut illis immineat exactio, qui ex re eadem reditus conſecuntur: nam cùm cenſibus deferantur, non poteſt auri profeſſio perire domino. Hac itaque ſanctione decernimus, ut Hiſpaniæ in præſens tantùm tempus beneficiis indultis utantur: ſervaturi poſthac in ſolvendis functionibus provinciarum conſuetudinem ceterarum. Dat. IV. Kal. Apr, Mediol. Honorio A. IV. & Eutychiano Conss. *Tom.* 2. *p.* 21.

Anno Chr. 399.

D Iidem Impp. Macrobio * PP. Hiſpaniarum & Procliano Vic. (e) quinque Provinciarum.

*Propræfecto

Sicut ſacrificia prohibemus, ita volumus publicorum operum ornamenta ſervari. Ac ne ſibi aliqua auctoritate blandiantur, qui ea conantur evertere, ſi quod

(a) Hîc & in ſequenti Lege corrigendum, PF. P. *Galliarum.* Vincentium enim hanc Præfecturam hoc anno geſſiſſe teſtatur lex ſequens, in qua nominatim Hiſpaniarum fit mentio, quæ una fuit ex diœceſibus Præfecturæ Prætorianæ Galliarum.

(b) *Burgarii* cuſtodes erant Burgorum, quo nomine eos vocat Juſtinianus.

E (c) Præfecturæ ſcilicet Galliarum, atque adeò ſeptem Provinciarum, ſeu Galliæ & Britanniarum.

(d) Cenſet Gothofredus legendum PF. P. Felicemque fuiſſe Præfectum Prætorio Galliarum, quia ſcilicet in hac lege mentio fit Hiſpaniarum, quæ Præfecto Prætorio Galliarum parebant. Quod ſi verum eſt, neceſſe fuerit, ut Vincentius, quem hujus anni menſe Februario Præfectum vidimus, ante menſem Aprilem ſequentem Galliarum Præfecturam depoſuerit, eamque reſumſerit an. 399. Nam ipſi inſcribitur lex data XIII. Kal. Julias ipſius anni. Verùm ſi admittatur correctio Gothofredi, & in duabus legibus Vincentio inſcriptis legatur XII. Kal. Maii, pro XII. Kal. Mart. dicendum erit Vincentium ſucceſſiſſe Felici circa menſem Aprilem an. 398. atque Præfecturam per reliquum hunc annum & per annos 399. & 400. continuaſſe.

(e) Quinque Provinciarum primùm meminit Concilium Valentinum anno 374. habitum: meminit & epiſtola Maximi Tyranni ad Siricium Papam anno 385. ſcripta: meminit etiam Symmachus lib. 4. Epiſt. 30. & Synodica Epiſt. Concilii Taurinenſis data anno 397. Sed quænam fuerint hæ quinque Provinciæ in controverſia poſitum, diſtractis in varias ſententias Eruditis. Minùs probabilis ſententia eſt Gothofredi cenſentis has quinque Provincias non alias eſſe, quàm Aquitaniam primam & ſecundam, Lugdunenſem ſecundam, tertiam & Senoniam. Nam cùm quinque Provinciæ à Galliis propriè dictis diſertè diſtinguantur, eæ profectò minimè quærendæ ſunt in ea Galliarum parte, quæ propriè Gallia dicta eſt, uti ſunt Senonia & Lugdunenſes Provinciæ: quod eò magis dicendum, quòd Lugdunum *exordium Galliarum*, & *caput Galliarum* ab Antiquis appellatum ſit. Berterius Diatriba prima cap. 5. Marca in Diſſert. de Primatu Lugdun. Num. 65. aliique paſſim, has quinque Provincias fuiſſe duas Narbonenſes, Viennenſem, Alpes Maritimas & Alpes Penninas arbitrantur. Eas ex Aquitania, Novempopulana, Narbonenſi, Viennenſi & Alpibus Maritimis fuiſſe compoſitas cenſet Lacarrius in Hiſtoria Galliarum ſub

Digitized by Google

Reſcriptum, ſi qua Lex fortè prætenditur, (a) erutæ hujuſmodi chartæ, ex eorum ma- A
nibus ad noſtram Scientiam, ſi inlicitis evectiones aut ſuo aut alieno nomine potuerint demonſtrare, quas oblatas ad nos mitti decernimus: qui verò talibus curſum præbuerint, binas auri libras inferre cogantur. Dat. IV. Kal. Febr. Rav. Theodoro V. C. Conss. *Tom. 6. p.* 280.

Iidem Impp. Vincentio PF. P. Gall.

Omni (b) amoto privilegio beneficiorum, poſſeſſores Sublimitas tua præcipiet univerſos muneribus adſtringi, earum ſcilicet provinciarum, ex quibus orta querimonia eſt, aut in quibus hæc retinendæ plebis ratio adſcribtioque ſervatur. Nullum gratia relevet, nullum iniquæ partitionis vexet incommodum, ſed pari omnes ſorte teneantur: ita tamen ut ſi ad alterius perſonam transferatur prædium, cui certus B
plebis numerus fuerit adſcriptus, venditi onera novellus poſſeſſor conpellatur agnoſcere; cùm plebem conſtet, non tam in omnibus prædiis adſcribendam, neque auferendam ab eo, cui ſemel poſthac deputata fuerit, &c. Dat. XIII. Kal. Jul. Med. Theodoro V. C. Cons. *Tom. 4. p. 36.*

Iidem Impp. Vincentio PF. P.

Hac auctoritate ſancimus, ut quicumque (c) Centurionum corpus deſeruit, nullis dignitatum privilegium excuſatus, debitum munus ſubire cogatur. Dat. Id. Septembr. Med. Theodoro V. C. Cons. *Tom. 4. p. 611.*

Anno Chr. 400. C

Iidem Impp. Vincentio PF. P.

Cunctos Judices ſcire volumus à Prætorio Ordinariorum Judicum his præſentibus abſtinendum. Dat. XVI. Kalend. Feb. Med. Stilichone & Auriliano VV. CC. Conss. *Tom. 2. p.* 349.

Iidem Impp. Vincentio PF. P. Galliarum.

Protectores (d) qui ad inquiſitionem Vagorum per provincias diriguntur, nullas in retinendis fugitivis duntaxat indigenis injurias poſſeſſoribus parent: quia hoc illis tantùm permittitur, ut deſertores Veteranorum filios, ac Vagos, & eos D
quos militiæ origo conſignat, ad delectum Juniorum provocet. Dat. XVI. Kal. Jun. Med. Stilicone & Auriliano VV. CC. Conss. *Tom. 2. p.* 411.

Iidem Impp. Vincentio PF. P. Gall.

Destitutæ (e) miniſteriis civitates ſplendorem, quo pridem nituerant, amiſerunt: plurimi ſiquidem Collegati cultum urbium deſerentes agreſtem vitam ſecuti in ſecreta ſeſe & devia contulerunt; ſed talia ingenia hujuſmodi auctoritate

Præfectis Prætorio pag. 20. Pagius denique in Crit. in Annal. Baronii ad an. 374. Aquitaniam primam, utramque Narbonenſem, Viennenſem & Alpes Maritimas quinque Provinciarum numerum conſtituiſſe exiſtimat. Rationes, quibus nituntur hæ ſententiæ, longius eſſet enumerare. Novæ Hiſtoriæ Occitaniæ Auctores Lacarrii ſententiæ accedunt, hoc ducti argumento, quòd Philaſtrius in hæreſi Manichæorum 62. de Priſcillianiſtis agens, iſtos hæreticos in Hiſpania & Quinque Provinciis latere aſſerat; illos verò in ſecunda Aquitania & Novempopulania errores ſuos diſſeminaſſe diſertè teſtetur Sulpicius lib. 2. Philaſtrio coævus. Aquitania igitur ſecunda & Novempopulania pars erant Quinque provinciarum.

(a) Hunc locum corruptum ſic reſtituit Gothofredus: *erutas hujuſmodi chartas ex eorum manibus ad noſtram ſcientiam, ut & ſi quas inlicitas evectiones aut ſuo aut alieno nomine potuerint demonſtrare, eas oblatas ad nos mitti decernimus.*

(b) Hac Conſtitutione conſultum it Honorius æquabilitati ſolvendorum per Gallias tributorum, adversùs Potentiorum injurias.

(c) Quinam *Centuriones* fuerint, obſcurum admodùm eſſe, obſervat Gothofredus: neque enim Centuriones hîc accipiendi ſunt, qui in militia armata; non etiam illi, qui inter Officiales Judicum fuere: E
verùm certum corpus fuit in Municipiis debita patriæ munera & perſonalia & civilia implentium. Notat idem Gothofredus adeò miſerum fuiſſe hac tempeſtate imperii Rom. ac nominatim Galliarum ſtatum, ut plerique attriti nimiùm, conditione ſua relicta, aliò ſeſe conferrent, ſeu ad alium ſtatum: quod ruituri mox per Gallias Imperii præambulum fuit.

(d) Hæc lex ad Gallias pertinet, à deſertoribus non ſemel infeſtari ſolitas, ut docet Spartianus in *vita Peſcennii Nigri*, quem miſſum fuiſſe dicit *ad comprehendendos deſertores, qui innumeri Gallias tunc vexabant.*

(e) Hac lege & tribus ſequentibus cavet Honorius, ne perſonæ à conditione propria temerè recedant. Hoc enim tempore per Gallias omnia tumultûs adeò plena erant, ut conditionis ſuæ pertæſi quamplurimi, eam variis rationibus deſererent.

Digitized by Google

A deſtruimus, ut ubicumque terrarum repperti fuerint, ad officia ſua ſine ullius niſu exceptionis revocentur. De eorum verò filiis, qui tamen intra hos proximè quadraginta annos docebuntur fuiſſe ſuſcepti, hæc forma ſervabitur, ut inter civitatem & eos, quorum inquilinas vel colonas vel ancillas duxerint, dividantur: ita ut in ulteriorem gradum miſſa ſucceſſio nullam calumniam perhorreſcat, &c. Dat. III. Kal. Jul. Med. Stilicone & Aureliano VV. CC. Coss. *Tom.* 4. *p.* 617.

Iidem Impp. Vincentio PF. P. Gall.

ACTIONES publicas privataſque non eadem ratione concludimus: ſiquidem ſtatui publico inpenſiùs providendum eſt. Eum igitur, qui Curiæ, vel Collegio, vel
B Burgis ceteriſque Corporibus intra eandem provinciam poſt triginta annos, in alia quadraginta ſine interpellatione ſervierit, neque res Dominica, neque actio privata continget, ſi Colonatus quis aut Inquilinatus quæſtionem movere temptaverit, &c. Dat. III. Kal. Jul. Med. Stilicone & Aureliano Coss. *Tom.* 4. *p.* 618.

Iidem Impp. Vincentio PF. P. Gall.

MANENTE hoc præcepto Manſuetudinis noſtræ, ut is qui triginta annis docebitur functus officiis, neque ulla unquam interpellatione pulſatus intra eandem duntaxat provinciam, nihil calumniæ ſuper ſtatu ſuo, à privato, neque à rei Dominicæ actoribus pertimeſcat. Intra definiti temporis metas ſi quis docebitur fuiſſe conventus, jure legitimo in Ordinaria ſede pulſabitur, ut illic de ſtatu ejus ſententia profe-
C ratur. Primates ſanè Ordinum, Defenſoreſque civitatum pœnæ denunciatione conſtringimus, ne paſſim vagari Curiæ, vel Collegii defugas in publica damna patiantur. Quòd ſi per gratiam tacuiſſe detegerentur, pœnam relegationis excipiant. Dat. III. Kal. Jul. Med. Stilichone & Aureliano Coss. *Tom.* 4. *p.* 618.

Iidem Impp. Vincentio PF. P. Galliarum

Si Coloni, quos bona fide quiſque poſſedit, ad alios fugæ vitio tranſeuntes, neceſſitatem conditionis propriæ declinare tentaverint, bonæ fidei poſſeſſori primùm oportet & celeri reformatione ſuccurri, tunc cauſam originis & proprietatis agitari, non expectatis temporibus, nec denunciatione ſolenni, quæ locum in iis negotiis non habebunt. Dat. IIII. Id. Jul. Mediol. Stillicone & Aureliano Coss. *Tom.* 1.
D *p.* 419.

Iidem Impp. Vincentio PP. O.

MACROBIUM (a) inlicita præſumptione evectiones feciſſe conſtat, cùm neceſſitas publica non flagitaret, quique multam temeritatis excepit. Ne autem idem in futurum contingat, Sublimitas tua Vicarios admonebit atque eorum Officia, interminatione propoſita, ut ab hujuſmodi uſurpatione noverint abſtinendum. Dat. v. Id. Decemb. Mediol. Stilichone & Auriliano CONSS. *Tom.* 2. *p.* 565.

Anno Chr. 409.

Impp. Honorius & Theodoſius AA. Dardano (b) PF. P. Gall.

E PLACUIT Principales (c) viros è Curia in Galliis non antè diſcedere, quàm

(a) Hac lege Macrobio Vicario Hiſpaniarum & aliis Vicariis, qui erant ſub diſpoſitione Præfecti Prætorio Galliarum, Evectionum faciendarum, id eſt Curſûs publici indulgendi, denegatur poteſtas

(b) Integro nomine Claudius Poſtumus Dardanus vocabatur, Galluſque erat natione, ut diſcimus ex Inſcriptione quam ſuprà recitavimus pag. 137. Exiſtimat Lacarrius Dardanum anno 410. defeciſſe ab Honorio, quinetiam arripuiſſe tyrannidem in parte Galliarum, fortè in ipſa ſecunda provincia Narbonenſi. Memoratur hæc tyrannis Sidonio Epiſtola 9. libri 5. ad Aquilinum, ubi Dardanus Tyrannis Galliarum Conſtantino, Gerontio & Jovino annumeratur. *Cùm in Conſtantino*, inquit, *inconſtantiam, in Jovino facilitatem, in Gerontio perfidiam, ſingula in ſingulis, omnia in Dardano crimina ſimul execrarentur.* Mutatum poſteà Dardanum, aliumque fuiſſe quàm ſcribat Sidonius, ſaltem poſt alteram Præfecturam, quam, teſte Hieronymo geſſit, oſtendit Hieronymus Epiſt. 129. ad Dardanum data. *Quæris*, inquit, *Dardane Chriſtianorum nobiliſſime, & nobilium Chriſtianiſſime*, &c. Et ſub finem Epiſtolæ: *Hæc tibi, vir eloquentiſſime, in duplici Præfecturæ honore tranſactæ, nunc in Chriſto honoratior, tumultuaria & brevi incubratione dictavi.* Apparet ex his Hieronymi verbis Dardanum poſt duplicem Præfecturam, hoc eſt, poſt annum 413. factum eſſe ex Gentili Chriſtianum. Ad Dardanum ſcripſit etiam Auguſtinus. *Ita Lacarrius hiſtor. Gall. ſub Præfectis Præt. pag.* 119.

(c) Hi Principales, inquit Lacarrius, ex ordine

Digitized by Google

quindennium in Ordinis ſui adminiſtratione compleverint, per quæ annorum moderata curricula impleant patriæ gratiam. Et quamvis cunctos deceat revocari, qui brevi tempore videntur elabſi, ſectandam tamen moderationem eſſe cenſuimus, ut eos tantùm ad declinatas neceſſitates nunc redire juberemus, qui ante hoc receſſiſſe ſexcennium deteguntur. Nec quemquam convenit conſtituta ſalubriter annorum ſpatia recuſare, quando, expletis omnibus, ſplendoris & honoris ornamenta ſuccedunt. Sanè quoniam Principalem locum, & Gubernacula urbium probatos adminiſtrare ipſa magnitudo depoſcit, ſine Ordinis præjudicio, conſenſu Curiæ eligendos eſſe cenſemus, qui contemplatione actuum, omnium poſſint reſpondere judicio. Cùm verò qui uſque ad ſecundum evectus locum, Adminiſtrationem aut ætate implere, aut debilitate nequiverit, ſuffragium meritorum, & tranſactæ teſtimonium vitæ, tamquam Primus conſtituto tempore Curiam rexerit, obtinere conveniet. Dat. VII. Id. Decemb. Rav. Honor. (a) VIII. & Theod. III. AA. Coss. *Tom.* 4. *p.* 501.

Anno Chr. 412.

LEX eorumdem (b) Melitio PF. P. data III. Id. Decemb. Rav. Honorio IX. & Theodoſio V. AA. Coss. *Tom.* 6. *p.* 81.

Anno Chr. 418.

Honorius (c) & Theodoſius Auguſt. V. I. (d) Agricolæ Præfecto Galliarum.

SALUBERRIMA Magnificentiæ tuæ ſubgeſtione inter reliquas Reipub. utilitates evidenter inſtructi, obſervanda Provincialibus noſtris, id eſt per Septem Provincias, manſura in ævum auctoritate decernimus, quod ſperari planè ab ipſis Provincialibus debuiſſet. Nam cùm propter privatas & publicas neceſſitates, de ſingulis civitatibus, non ſolùm de provinciis ſingulis, ad examen Magnificentiæ tuæ, vel Honoratos confluere, vel mitti Legatos, aut poſſeſſorum utilitas, aut publicarum ratio exigat functionum: maximè opportunum & conducibile judicamus, ut ſervata poſthac annis ſingulis conſuetudine, conſtituto tempore in (e) metropolitana, id eſt in Arelatenſi urbe, incipiant (f) Septem Provinciæ habere concilium. In quo planè tam ſingulis quàm omnibus in commune conſulimus. Primùm, ut optimorum conventu ſub illuſtri præſentia Præfecturæ, ſi id tamen ratio publicæ diſpoſitionis obtulerit,

Decurionum erant, & quidem primi in Curia: Senatores in urbibus celebrioribus appellabantur, & ex illis Duumviri, Sacerdotes & Flamines aſſumebantur. Gravia erant Curialium ſeu Decurionum munera, unde factum paſſim, ut à Curia aufugerent, alióque ſe conferrent.

(a) Gothofredus in Notis ad hanc legem ait, ſe hunc Conſulatum hîc non immutare: in quem incidit prima Dardani Præfectura: quam poſteà an. 413. rurſum geſſit. Attamen *in Topographia* aſſerit, hanc legem ideò ad annum 412. retrahendam videri, quia Dardanus non antè Præfectus Prætorio Galliarum eſſe potuerit, quàm ſublato Conſtantino, qui univerſa Gallia (niſi quà exteræ gentes eam jam arroſerant) potiebatur. Quod certè factum eſt anno 411. Hanc etiam legem Tillemontius ad an. 412. vel 413. retrahit, ea ductus ratione, quod Honorius an. 409. nihil in Galliis poſſideret. Verùm duplex agnoſcenda Præfectura Dardani, ut agnoſcit Hieronymus in fine Epiſtolæ ad ipſum Dardanum ſcriptæ.

(b) Putat Gothofredus hunc Melitium Præfectum Prætorio Galliarum fuiſſe, cùm liqueat hoc tempore Seleucum Italiæ Præfecturam geſſiſſe.

(c) Hæc Conſtitutio non eſt ex Codice Theodoſiano depromta, ſed ex Sirmondo in Notis ad Sidonium p. 245.

(d) Agricolam hoc anno Gallias rexiſſe, patet etiam ex ipſius Agricolæ edicto de exſilio Pelagii ac Cæleſtii, quod edictum emiſſum fuiſſe an. 418. probat Card. Henricus Noris de hær. Pelag. l. 1 c. 13. p. 88. licèt illud Baronius retrahat ad an. 420.

(e) *Arelatem* in ordine tantùm civili metropolim dictam eſſe occaſione inſtitutionis Septem Provinciarum à Petronio Præfecto circa annum 402. factæ, in eamque urbem, Treviris primùm exciſis, Præfecturæ ſedem tranſlatam eſſe, cenſet Pagius ad an. 401. Num. 36. & ad an. 402. Num. 32. Queſnellus in Diſſertatione 5. Apologetica pro S. Hilario Arelatenſi, ſcribit *Arelatem* à Valentiniano Imperatore ſeu primo ſeu ſecundo jam ante an. 402. Metropolitanam civitatem & ſedem Præfecturæ factam eſſe, quòd Epiſcopi Gallicani in Libello precum, quem pro Arelatenſi Epiſcopo obtulerunt Leoni Papæ, de urbe Arelatenſi dicant: *Hanc clementiſſimæ recordationis Valentinianus & Honorius fideliſſimi Principes ſpecialibus privilegiis, &, ut verbis ipſorum utamur, matrem omnium Galliarum appellando, decorarunt.* Verùm reponit Pagius, ea Gallicanorum Epiſcoporum verba de quibuſdam privilegiis à Valentiniano II. urbi Arelatenſi conceſſis, non verò de ſede Præfecturæ illi attributa intelligenda eſſe, eaque *diviſivè*, ut ita dicam, eſſe interpretanda, ita ut aliqua de Valentiniano, aliqua de Honorio dicta ſint. Doctiſſimus Abbas Dubos in Hiſtoria Critica Monarchiæ Francicæ lib. 2. cap. 5. exiſtimat Arelatem tempore Valentiniani Imp. quo adhuc Treviris ſedes erat Præfecti Prætorio Galliarum, metropolim dictam eò quòd in ea Vicarius ſeptemdecim Provinciarum Galliæ conſiſteret.

(f) Septem illæ Provinciæ, ut diſcimus ex Notitia Galliarum, quam ſuprà edidimus, ſunt Provincia Viennenſis, Aquitanica prima, Aquitanica ſecunda, Novempopulana, Narbonenſis prima, Narbonenſis ſecunda, Provincia Alpium Maritimarum. Licèt Aquitania in primam & ſecundam jam ſecta eſſet tempore Rufi circa an. 370. & Narbonenſis ſecunda detracta eſſet à Viennenſi an. 381. adhuc tamen perſtitit in uſu & conſuetudine communi appellatio diviſionis Galliarum in Gallias & quinque provincias, donec alia appellatio diviſionis Galliarum in Gallias & ſeptem Provincias ſub Honorio invaluit, ut notat Lacarrius.

Digitized by Google

A ſaluberrima de ſingulis rebus poſſint eſſe conſilia. Tum quicquid tractatum fuerit, & diſcuſſis ratiociniis conſtitutum, nec latere potiores Provincias poterit, & parem neceſſe eſt inter abſentes æquitatis formam juſtitiæque ſervari. Ac planè præter neceſſitates publicas, etiam humanæ ipſi converſationi non parum credimus commoditatis accedere, quòd in (a) Conſtantina urbe jubemus annis ſingulis eſſe concilium. Tanta enim loci opportunitas, tanta eſt copia commerciorum, tanta illic frequentia commeantium, ut quicquid uſquam naſcitur, illic commodiùs diſtrahatur. Neque enim illa provincia ita peculiari fructûs ſui felicitate lætatur, ut non hæc propriâ Arelatenſis ſoli credatur eſſe fœcunditas. Quicquid enim dives Oriens, quicquid odoratus Arabs, quicquid delicatus Aſſyrius, quod Africa fertilis, quod ſpecioſa Hiſpania, quod fortis Gallia poteſt habere præclarum, ita illic affatim exuberat, quaſi ibi naſcantur omnia, quæ ubique conſtat eſſe magnifica. Jam verò decurſus Rhodani & Tyrrheni recurſus, neceſſe eſt ut vicinum faciant, ac penè conterminum,
B vel quod iſte præterfluit, vel quod ille circuit. Cùm ergo huic ſerviat civitati quicquid habet terra præcipuum, ad hanc velo, remo, vehiculo, terra, mari, flumine deferatur quicquid ſingulis naſcitur: quomodo non multùm ſibi Galliæ noſtræ præſtitum credant, cùm in ea civitate præcipiamus eſſe conventum, in qua divino quodammodo munere commoditatum & commerciorum opportunitas tanta præſtatur? Siquidem hoc, rationabili planè probatoque conſilio, jam & vir illuſtris Præfectus (b) Petronius obſervari debere præceperit, quod interpolatum vel incuria temporum, vel deſidia Tyrannorum (c) reparari ſolita prudentiæ noſtræ auctoritate decernimus, Agricola parens cariſſime atque amantiſſime. Unde illuſtris Magnificentia tua, & hanc præceptionem noſtram, & priorem ſedis ſuæ diſpoſitionem ſecuta, id per ſeptem Provincias in perpetuum faciet cuſtodiri, ut ab Idibus Auguſti, quibuſcumque
C mediis diebus, in Idus Septembris, in Arelatenſi urbe noverint Honorati vel Poſſeſſores, Judices ſingularum Provinciarum, annis ſingulis concilium eſſe ſervandum. Ita ut de Novempopulana & ſecunda (d) Aquitania, quæ provinciæ longiùs conſtitutæ ſunt, ſi earum Judices certa occupatio tenuerit, ſciant legatos juxta conſuetudinem eſſe mittendos. Qua proviſione plurimùm & Provincialibus noſtris gratiæ nos intelligimus utilitatiſque præſtare, & Arelatenſi urbi, cujus fidei, ſecundùm teſtimonia atque ſuffragia (e) Parentis Patriciique noſtri, multa debemus, non parum adjicere nos conſtat ornatui. Sciat autem Magnificentia tua, quinis auri libris Judicem eſſe multandum, ternis Honoratos vel Curiales, qui ad conſtitutum locum intra definitum tempus venire diſtulerint. Data xv. Kal. Maias, Accepta Arel. x. Kal. Junias, DD. NN. Honorio XII. & Theodoſio VIII. Augg. Coss.

D *Anno Chr.* 425.

Imp. (f) Theodoſius Aug. & Valentinianus Cæſ. Armatio V. Inl. Præfecto Prætorio Galliarum.

I. PRIVILEGIA Eccleſiarum, vel Clericorum omnium, quæ ſæculo noſtro Tyrannus inviderat, prona devotione revocamus: ſcilicet ut quicquid à Divis principibus ſinguli quidem Antiſtites impetrarunt jugi ſolidata æternitate ſervetur: nec cujuſquam audeat titillare præſumptio, in quo nos nobis magis præſtitum confitemur. II. Clericos etiam, quos indiſcretim ad ſæculares Judices debere deduci infauſtus præſumptor edixerat, Epiſcopali audientiæ reſervamus: his manentibus, quæ

E (a) Conſtantinus Magnus ita urbem Arelatenſem amavit, ut in ea ſedem Præfecti Prætorio Galliarum conſtituerit, eique magnis à ſe operibus exornatæ nomen ſuum impoſuerit, Conſtantinamque appellandam curaverit.

(b) Hunc Petronium Galliarum Præfecturam ab anno 402. ad annum 408. aliquo tempore adminiſtraſſe obſervat Ægidius Lacarrius. Tillemontius etiam illius Præfecturam collocat ante an. 407.

(c) Tyranni, qui hac lege memorantur, inquit Lacarrius, ſunt Conſtantinus & ejus filii Conſtans & Julianus, qui tyrannide occupata Arelate conſederant circa annum 408. Hinc conjicit idem Petronium ante hunc annum Præfectum fuiſſe Prætorio Galliarum.

(d) Aquitania prima, quæ una erat è ſeptem Provinciis, magis diſtabat ab Arelate, quàm Aquitania ſecunda. Quia tamen ex prima Aquitania merces & homines fluviis Ligeri ac Rhodano facilè Arelatem deportari poterant; contrà verò ex ſecunda Aquitania nonniſi terreſtri itinere, & cum minori commodo, idcircò Aquitania ſecunda remotior cenſebatur, ut notat Pagius ad an. 401. Num. 35.

(e) Id eſt Conſtantii, quem Collegam ſibi cooptavit Honorius an. 421.

(f) Hanc Conſtitutionem deſcripſimus ex Sirmondo, qui eam edidit in primo tomo Conciliorum Galliæ pag. 54. Hujus Conſtitutionis inſcriptionem reſpuit Gothofredus ea ratione ductus, quòd Joannes tyrannus nihil unquam juris habuerit in Galliis. Verùm Joannem aliquod jus in Galliis habuiſſe clarè indicat Proſper in Chronico, cùm ait, Exuperantii Præfecti Prætorio Galliarum necem patratam Arelate à militibus, Caſtino & Victore Coſſ. id eſt an. 424. apud Joannem fuiſſe inultam.

Digitized by Google

circa eos ſanxit antiquitas. Fas enim non eſt, ut divini muneris miniſtri temporalium poteſtatum ſubdantur arbitrio. Inluſtris auctoritas tua omni ævo manſura quæ juſſimus in provinciarum miſſa notitiam præcipiet etiam ſub pœna ſacrilegii cuſtodiri; ſpecialiter id inluſtribus comprehenſura præceptis, ut in omnibus circa Eccleſiaſtica privilegia veterum Principum ſtatuta ſerventur. III. Diverſos verò Epiſcopos nefarium Pelagiani & Cæleſtiani dogmatis errorem ſequentes, per Patroclum ſacroſanctæ legis Antiſtitem præcipimus conveniri. Quos quia confidimus emendari, niſi intra viginti dies ex conventionis tempore, intra quos deliberandi tribuimus facultatem, errata correxerint, ſeſeque Catholicæ fidei reddiderint, Gallicanis regionibus expelli, atque in eorum loco ſacerdotium fidelius ſubrogari: quatenus præſentis erroris macula de populorum animis tergeatur, & futuræ bonum diſciplinæ juſtioris inſtituatur. IV. Sanè quia religioſos populos nullis decet ſuperſtitionibus depravari, Manichæos omneſque hæreticos, vel Schiſmaticos, ſive Mathematicos, omnemque ſectam Catholicis inimicam ab ipſo aſpectu urbium diverſarum exterminari debere præcipimus, ne præſentiæ quidem criminoſorum contagione fœdentur. V. Judæis quoque, vel Paganis cauſas agendi vel militandi licentiam denegamus: quibus Chriſtianæ legis nolumus ſervire perſonas, ne occaſione dominii ſectam venerandæ religionis immutent. Omnes igitur perſonas erroris infauſti jubemus excludi, niſi his emendatio matura ſubvenerit. Data VII. Idus Julias Aquileiæ, CONSS. D. N. Theodoſio Aug. XI. & Valentiniano Cæſ. Coss.

Anno Chr. 445.

Impp. (a) Theodoſius & Valentinianus AA. Aëtio V. Inl. Comiti & Magiſtro utriuſque Militiæ & Patricio.

CERTUM eſt, & nobis & imperio noſtro unicum eſſe præſidium in ſupernæ divinitatis favore, ad quem promerendum præcipuè Chriſtiana fides, & veneranda nobis religio ſuffragatur. Cùm igitur ſedis Apoſtolicæ primatum ſancti Petri meritum, qui princeps eſt Epiſcopalis coronæ, & Romanæ dignitas civitatis, ſacræ etiam Synodi firmarit auctoritas, ne quid præter auctoritatem Sedis iſtius inlicitum præſumptio adtentare nitatur. Tunc enim demum Eccleſiarum pax ubique ſervabitur, ſi rectorem ſuum agnoſcat univerſitas. Hæc cùm hactenus inviolabiliter fuerint cuſtodita, Hilarius Arelatenſis, ſicut venerabilis viri Leonis Romani Papæ fideli relatione comperimus, contumaci auſu inlicita quædam præſumenda tentavit, & ideò Tranſalpinas Eccleſias abominabilis tumultus invaſit, quod recens maximè teſtatur exemplum. Hilarius enim, qui Epiſcopus Arelatenſis vocatur, Eccleſiæ Romanæ urbis inconſulto Pontifice, indebitas ſibi ordinationes Epiſcoporum ſola temeritate uſurpans invaſit. Nam alios incompetenter removit, indecenter alios invitis & repugnantibus civibus ordinavit. Qui quidem quoniam non facilè ab his qui non elegerant recipiebantur, manum ſibi contrahebat armatam, & clauſtra murorum in hoſtilem morem, vel obſidione cingebat, vel aggreſſione reſerabat, & ad ſedem quietis pacem prædicaturus per bella ducebat. His talibus & contra Imperii majeſtatem, & contra reverentiam Apoſtolicæ Sedis admiſſis, per ordinem religioſi viri urbis Papæ cognitione diſcuſſis, certa in eum ex his, quæ malè ordinaverat, lata ſententia eſt. Et erat quidem ipſa ſententia per Gallias etiam ſine Imperiali ſanctione valitura. Quid enim tanti Pontificis auctoritati in Eccleſias non liceret? Sed noſtram quoque præceptionem hæc ratio provocavit, ne ulteriùs vel Hilario, quem adhuc Epiſcopum nuncupari ſola manſueti Præſulis permittit humanitas, nec cuiquam alteri Eccleſiaſticis rebus arma miſcere, aut præceptis Romani Antiſtitis liceat obviare. Auſibus etiam talibus fides & reverentia noſtri violatur Imperii. Nec hoc ſolùm, quod eſt maximi criminis, ſubmovemus: verùm ne levis ſaltem inter Eccleſias turba naſcatur, vel in aliquo minui religionis diſciplina videatur, hoc perenni ſanctione decernimus, ne quid tam Epiſcopis Gallicanis, quàm aliarum provinciarum, contra conſuetudinem veterem liceat ſine viri venerabilis Papæ urbis æternæ auctoritate tentare: ſed illis omnibuſque pro lege ſit, quicquid ſanxit, vel ſanxerit Apoſtolicæ Sedis auctoritas. Ita ut quiſquis Epiſcoporum ad judicium Romani Antiſtitis evocatus venire neglexerit, per moderatorem ejuſdem provinciæ adeſſe cogatur, per

(a) Hanc etiam Conſtitutionem depromſimus ex tomo 1. Concil. Galliæ pag. 85.

omnia

Digitized by Google

A omnia ſervatis, quæ Divi parentes noſtri Romanæ Eccleſiæ detulerunt, Aëti P. K. A. Unde inluſtris & præclara magnificentia tua, præſentis edictalis legis auctoritate, faciet quæ ſunt ſuperiùs ſtatuta ſervari, decem librarum auri multâ protinus exigendâ ab uno quoque Judice, qui paſſus fuerit præcepta noſtra violari. *Et manu divina*, Divinitas te ſervet per multos annos, Patens cariſſime. Datum VIII. Idus Junias Romæ Valentiniano Auguſto VI. Conſule.

EX CLAUDIANO, DE GALLIS.

Edit. Lugduni Batav. in 8°. 1665.

Ex Lib. I. *in Rufinum.*

B

V. 124. EST locus, extremum pandit quà Gallia litus,
Oceani prætentus aquis; ubi fertur Ulyſſes
Sanguine libato populum moviſſe ſilentem.
Illic umbrarum tenui ſtridore volantum
Flebilis auditur queſtus: ſimulacra coloni
Pallida defunctaſque vident migrare figuras.
Hinc Dea proſiluit, Phœbique egreſſa ſerenos
Infecit radios, ululatuque æthera rupit
Terrifico. Senſit ferale Britannia murmur,
Et Senonum quatit arva fragor, revolutaque Tethys
C Subſtitit, & Rhenus projecta torpuit urna.
Tunc in canitiem mutatis ſponte colubris
Longævum mentita ſenem, rugiſque ſeveras
Perſulcata genas, & ficto languida paſſu,
Invadit muros (a) Eluſæ, notiſſima dudum
Tecta petens, oculiſque diu liventibus hæſit.

Ex Lib. II. *in Rufinum.*

V. 110. INDE truces flavo (b) comitantur vertice Galli, An. Chr. 395.
Quos Rhodanus velox, Araris quos tardior ambit,
Et quos naſcentes explorat gurgite Rhenus,
Quoſque rigat retrò pernicior unda Garumnæ,
D Oceani pleno quoties impellitur æſtu.

V. 174. Armeniis frons læva datur, per cornua (c) Gallos
Dexteriora locat.

Ex Libro de quarto (d) *Conſulatu Honorii.*

V. 439. *HUNC tamen in primis populos (e) levitate feroces, *Stilichonem
Et Rhenum pacare jubes. Volat ille citatis
Vectus equis, nullaque latus ſtipante caterva, An. Chr. 395.
Aſpera nubiferas quà Rhætia porrigit Alpes,
Pergit & hoſtiles (tanta eſt fiducia) ripas
E Incomitatus adit. Totum properare per amnem
Attonitos Reges humili cervice videres.
Ante Ducem noſtrum flavam ſparſere Sycambri
Cæſariem, pavidoque orantes murmure Franci
Procubuere ſolo. Juratur Honorius abſens,
Imploratque tuum ſupplex Alemannia nomen.

(a) Hic Megara furia more poëtico inducitur, Rufinum Eluſanum inſtigans, ut totum perdat terrarum orbem. *Eluſa* in Notitia Galliarum tempore Honorii Imp. condita vocatur provinciæ Novempopulanæ *Metropolis civitas Eluſatium*; Metropolis & Epiſcopatûs ſedes eſſe jamdiu deſiit, nunc vulgò *Eauſe* dicitur in Comitatu Armeniacenſi. Patria fuit Rufini, qui Magiſter Officiorum & Conſul, deinde Patricius & Præfectus Prætorii, Imperium affectavit.

(b) Galli Stilichonem ad auxilium Orientis properantem comitantur.

(c) Non data eſt pugna, prohibente Rufino.

(d) Quartus Honorii Conſulatus incidit in annum 398.

(e) Gallos intelligit. Suprà Verſu 392. Galliam animoſam dixerat: *animoſa tuas ut Gallia leges audiat.*

Digitized by Google

V. 582. Illuſtri te prole Tagus, te Gallia (a) doctis
Civibus, & toto ſtipavit Roma ſenatu. A

Ex Libro de Bello Gildonico.

V. 430. —— —— —— Sciat orbis Eous,
Sitque palam, Gallos cauſſa, non robore vinci.

Ex Libro de Conſulatu (b) *Mallii Theodori.*

V. 47. Sic cùm clara diu rerum documenta dediſſes,
Non te parte ſui, ſed in omni corpore, ſumpſit
Imperium, cunctaque dedit tellure regendos
Rectores. Hiſpana (c) tibi Germanaque (d) Tethys B
Paruit, & noſtro diducta Britannia mundo.
Diverſoque tuas coluerunt gurgite voces
Lentus Arar, Rhodanuſque ferox, & dives Iberus.
O quoties doluit Rhenus, quà Barbarus ibat,
Quòd te non geminis frueretur judice ripis!
Unius fit cura viri, quodcumque rubeſcit
Occaſu, quodcumque dies devexior ambit.

Ex Libro I. in Eutropium.

V. 377. —— —— —— Tum fortè decorus
* Honorius Cum Stilichone * gener pacem implorantibus ultrò C
Germanis reſponſa dabat, legeſque Caücis
Arduus, & flavis ſignabat jure Suëvis.
His tribuit Reges, his obſide fœdera ſancit
Indicto: bellorum alios tranſcribit in uſus,
Militet ut noſtris detonſa Sycambria ſignis.

Ex Libro I. de laudibus (e) *Stilichonis.*

* Stilicho An. Chr. 395.

V. 197. * Impiger à primo deſcendens fluminis ortu
Ad bifidos tractus, & juncta paludibus ora,
Fulmineum præſtrinxit iter. Ducis impetus undas
Vincebat celeres, & pax à fonte profecta
Cum Rheni creſcebat aquis. Ingentia quondam D
Nomina crinigero flaventes vertice Reges,
Qui nec Principibus, donis precibuſve vocati,
Paruerant, juſſi properant, ſegnique verentur
Offendiſſe mora: tranſvecti lintribus amnem,
Occurſant ubicumque velis; nec fama fefellit
Juſtitiæ: videre pium, videre fidelem:
Quem veniens timuit, rediens Germanus amavit.
Illi terribiles, quibus otia vendere ſemper
Mos erat, & fœda requiem mercede paciſci;
Natis obſidibus, pacem tam ſupplice vultu
Captivoque rogant, quàm ſi poſt terga revincti
Tarpeias preſſis ſubeant cervicibus arces. E

V. 217. Tempore tam parvo tot prælia ſanguine nullo

(a) Egregia & merita laus. Gallia quo pacto literarum gloria hoc tempore floruerit, notum ex Auſonii Profeſſoribus, Eumenio, aliiſque. *Barthius.*

(b) Mallius Theodorus factus eſt Conſul anno 399. Galliarum Præfecturam rexerat annis 395. & 396.

(c) Non potuit clariùs Claudianus limites Præfecturæ Galliarum definire, quàm cùm eam Hiſpaniis, Britannia inſula & Galliis circumſcripſit, quarum diœceſeon provinciarum Rectores uſque ad Rhenum Theodoro Præfecto parebant: quæ omnia mari mediterraneo Gallico & Hiſpano, tum occiduo oceano cinguntur. *Lacarrius.* Exſtant duæ leges Impp. Arcadii & Honorii, Theodoro Præfecto Prætorio inſcriptæ anno 395. & ſuprà relatæ pag. 762.

(d) Germaniam pro Gallia dixit: nam duæ Provinciæ Germaniæ tum populo Romano ſuberant, eæque inter ſeptemdecim Gallicanas numerabantur. *Barthius.*

(e) Nonnulli Codices habent, *De Conſulatu Stilichonis*, qui Conſulatus incidit in annum Chriſti 400.

Digitized by Google

A Perficis, & Luna nuper naſcente profectus;
Antè redis quàm plena fuit; Rhenumque minacem
Cornibus infractis adeo miteſcere cogis,
Ut Salius jam rura colat, flexoſque Sycambrus
In falcem curvet gladios, geminaſque viator
Cùm videat ripas, quæ ſit Romana requirat:
Ut jam trans fluvium, non indignante Caïco,
Paſcat Belga pecus, mediumque ingreſſa per (a) Albin
Gallica Francorum montes armenta pererrent.
V. 235. —— —— —— —— Provincia miſſos
Expellet citiùs faſces, quàm Francia Reges,
Quos dederis. Acie nec jam pulſare rebelles,
B Sed vinclis punire licet. Sub judice noſtro
Regia Romanus diſquirit crimina carcer.
Marcomeres (b) Sonnoque docent; quorum alter Etruſcum An. Chr. 397.
Pertulit exilium; cùm ſe promitteret alter
Exulis ultorem, jacuit mucrone ſuorum.
Res avidi concire novas, odioque furentes
Pacis, & ingenio ſcelerumque cupidine fratres.
V. 315. —— —— —— Senioque iterum vernante reſumſit
Gallia bis fractas Alpino vulnere vires.

Ex Libro II. de Laudibus Stilichonis.

C
V. 186. GRATES (c) Gallus agit, quòd limite tutus inermi,
Et metuens hoſtile nihil, nova culmina toris
Ædificet ripis, & ſævum gentibus amnem
Tibridis in morem domibus prævallet amœnis.
—— —— —— —— Tum flava repexo
Gallia crine ferox, evinctaque torque decoro,
Binaque geſa tenens, animoſo pectore fatur:
» Qui mihi Germanos ſolus, Francoſque ſubegit,
» Cur nondum legitur faſtis? cur pagina tantum
» Neſcit adhuc nomen, quod jam numerare decebat?
Uſque adeóne levis pacati gloria Rheni?

Ex Libro III. de Laudibus Stilichonis.

D
V. 91. —— —— —— ——— Quis Gallica rura,
Quis meminit Latio Senonum ſerviſſe ligones?
Aut quibus exemplis fœcunda Tibris ab Arcto
Vexit Lingonico ſudatas vomere meſſes?

Epigramma de Mulabus Gallicis.

ADSPICE morigeras Rhodani torrentis alumnas
Imperio nexas, imperioque vagas,
Diſſona quàm varios flectant ad murmura curſus,
E Et certas adeant voce regente vias.
Quamvis quæque ſibi longis diſcurrat habenis,

(a) Incredibile putat Hadr. Valeſius, pecora Belgarum trans Albim propulſa in pabulum: hinc pro *Albim* legit *alveum*, Rhenumque intelligit. Legendum potiùs *Albam*, qui eſt fluvioſus *Albe* vel *Alve* nuncupatus Arduennenſibus, in Urtam influens; hoſque Francos, quorum montes armenta Gallica pererrabant, Cattos eſſe à Romanis olim in Tungrenſe territorium deductos, cenſet doctiſſimus Abbas Dubos in Hiſt. Crit. Monarchiæ Francicæ lib. 1. cap. 17.

(b) Marcomeres & Sonno fratres Reges aut Principes Francorum erant. Marcomerem à ſuis vivum Honorio traditum, Imperator in carcerem conjecit, atque poſteà in Etruriam relegavit. Hunc noſtri Marcomirum vocant, putaturque eſſe pater Faramundi, qui primus inter Francorum Reges numeratur. Sonno fratris exſilium ac injuriam ſe ulturum minitans, Principum Majorumque conjuratione interfectus eſt.

(c) Gallus certè Stilichoni grates non egiſſet, ſi ejus perverſa noviſſet conſilia Copiis enim Stilicho limitem Imperii nudaverat, quò faciliorem Vandalis & Alanis aditum in Gallias præberet: ſperabat quippe, perturbatis Occidentis rebus, omnium animos & ſtudia in ſe verſum iri, & abſque ullo negotio filium ſuum Eucherium renunciandum eſſe Imperatorem.

Digitized by Google

Et pateant duro libera colla jugo; A
Ceu conſtricta tamen ſervit, patienſque laborum
Barbaricos docili concipit aure ſonos.
Abſentis longinqua valent præcepta magiſtri,
Frenorumque vicem lingua virilis agit.
Hæc procul anguſtat ſparſas, ſpargitque coactas,
Hæc ſiſtit rapidas; hæc properare facit.
Læva jubet? lævo deducunt limite greſſum.
Mutavit ſtrepitum? dexteriora petunt.
Nec vinclis famulæ, nec libertate feroces,
Exutæ laqueis, ſub ditione tamen.
Conſenſuque pares, & fulvis pellibus hirtæ
Eſſeda concordes multiſonora trahunt. B
Miraris ſi voce feras pacaverit Orpheus,
Cùm pronas pecudes Gallica verba regant?

EX EUCHARISTICO (a) PAULINI.

Edit. in Appendice Bibliothecæ SS. Patrum per Marg. de la Bigne, Pariſiis in fol. 1579.

Pag. 283.

TANDEM autem exacto longarum fine viarum,
Majorum in patriam tectiſque advectus avitis,
Burdigalam veni, cujus ſpecioſa Garumna
Mœnibus Oceani refluas maris invehit undas C
Navigeram per portam, quæ (b) portum ſpatioſum
Hæc etiam muris ſpatioſa includit in urbe.

Pag. 287. An. Chr. 414.

Nam quoſdam ſcimus ſumma humanitate Gothorum,
Hoſpitibus ſtuduiſſe ſuis prodeſſe tuendis.
Sed mihi ad ſortem præfatæ conditionis,
Addita majoris nova eſt quoque cauſa laboris,
Ut me conquirens ſolatia vana tyrannus,
(c) Attalus abſentem caſſo oneraret honoris
Nomine, privatæ comitivam largitionis,
Dans mihi quam ſciret nullo ſubſiſtere cenſu,
Jamque ſuo ipſe etiam dediſſet fidere regno, D
Solis quippe Gothis fretus male jam ſibi notis,
Quos ad præſidium vitæ præſentis habere,
Non etiam imperii poterat per ſe nihil ipſe,
Aut opibus propriis aut ullo milite nixus.
Unde ego non partes infirmi omnino tyranni,
Sed Gothicam fateor pacem me eſſe ſecutum,
Quæ tunc ipſorum conſenſu optata Gothorum,
Paulò pòſt aliis ceſſit mercede redemta,
Nec pœnitenda manet cùm jam in republica noſtra
Cernamus plures Gothico florere favore,
Triſtia quæque tamen perpeſſis anteà multis,
Pars ego magna fui quorum privatus & ipſe, E
Cunctis quippe bonis propriis patriæque ſuperſtes:
Namque profecturi Regis præcepto Atiulfi,
Noſtra ex (d) urbe Gothi fuerant qui in pace recepti
Non aliter nobis quàm belli jure ſubactis,
Aſpera quæque omni urbe irrogavere cremata,
In quam me inventum comitem tum principis ejus,

(a) Paulinus Auſonii celeberrimi Aquitaniæ Poëtæ nepos fuit ex filia.

(b) Hujus portûs Burdigalenſis meminit etiam Auſonius in Burdigala.

(c) Attalus, qui, ut refert Proſper ad an. 414, purpuram in Galliis reſumſerat, Paulinum Comitem privatæ largitionis fecit.

(d) Burdigala profecturi Gothi præcepto Ataulfi eorum regis, illam diripiunt & incendunt. Quidam Gothi humanitate in ſuos hoſpites uſi ſunt. Hanc humanitatem non expertus eſt Paulinus, qui bonis omnibus ſpoliatus eſt.

Digitized by Google

Imperio cujus ſociatos nos ſibi norant, An. Chr. 414.
Nudavere bonis ſimul omnibus & genitricem
Juxta meam mecum communi ſorte ſubactos,
Uno hoc ſe nobis credentes parcere captis,
Quòd nos immunes pœna paterentur abire,
Cunctarumque tamen comitum ſimul & famularum
Eventum fuerant noſtrum quæcumque ſecutæ,
Illæſo penitus, nullo adtemptante, pudore:
Me graviore tamen relevato ſuſpicione,
Munere divino juges cui debeo grates,
Filia ut antè mea per me ſociata marito,
Excedens patria communi clade careret.
Nec poſtrema tamen tolerati meta laboris
Iſta fuit noſtri, quem diximus: illicò namque
Exacto laribus patriis, tectiſque crematis,
(a) Obſidio hoſtilis vicina excepit in urbe,
Vaſatis patria majorum & ipſa meorum:
Et gravior multò, circumfuſa hoſtilitate,
Fractio ſervilis paucorum mixta furori,
Inſano juvenum licèt ingenuorum,
Armata in cædem ſpecialem nobilitatis;
Quam tu, juſte Deus, inſonti à ſanguine avertens,
Illicò paucorum ſedaſti morte reorum,
Inſtantemque mihi ſpecialem percuſſorem,
Me ignorante, alio juſſiſti ultore perire:
Suetus quippe novis tibi me obſtringere donis,
Pro queis me ſcirem grates debere perennes.
Sed mihi tam ſubiti concuſſo ſorte pericli,
Quo me intra urbem percelli poſſe viderem,
Subrepſit fateor nimiùm trepido novus error
Conſilii, ut me præſidio (b) Regis dudum mihi cari,
Cujus nos populus longa obſidione premebat,
Urbe ab obſeſſa ſperarem abſcedere poſſe.
Agmine carorum magno comitante meorum,
Hac tamen hos noſtros ſpe ſollicitante paratus,
Quòd ſcirem, imperio gentis cogente Gothorum,
Invitum Regem populis incumbere noſtris.
Explorandi igitur ſtudio digreſſus ab urbe,
Ad Regem intrepidus nullo obſiſtente tetendi,
Lætior antè tamen * * * *
Alloquio gratumque magis fore quem mihi rebar.
Perſcrutato autem, ut potui, interiùs viri voto,
Præſidium ſe poſſe mihi præſtare negavit
Extra urbem poſito, nec tutum jam ſibi prodens,
Ut viſum remeare aliter pateretur ad urbem,
Ipſe niſi mecum mox ſuſciperetur in urbe;
Gnarus quippe Gothos rursùm mihi dira minari,
Seque ab ipſorum cupiens abſolvere jure.
Obſtupui fateor pavefactus conditione
Propoſita, & nimio indicti terrore pericli;
Sed miſerante Deo, afflictis qui ſemper ubique
Imploratus adeſt, paulò pòſt mente reſumpta,
Ipſe licèt trepidus & adhuc nutantis amici
Conſilium audacter ſtudui pro me ipſe fovere,
Ardua diſſuadens quæ ſcirem omnino neganda,
Præſtanda & * priùs quàm mox tentanda perurgens, * potiùs
Quæ non ſerò probans vir prudens ipſe ſecutus,

(a) Hæc Vaſatarum obſidio, cùm proximè Burdigalæ direptionem ſubſequuta ſit, differri non poteſt in Gothorum reditum in Gallias, qui contigit anno 418. vel 419.

(b) Rex ille, quem adiit Paulinus, Goar eſſe putatur Alanorum Rex, qui ſimul cum Gothis Vaſatas obſidebant.

Digitized by Google

An. Chr. 414.

Illicò consultis per se primatibus urbis, A
Rem cœptam accelerans una sub nocte peregit
Auxiliante Deo, cujus jam munus habebat,
Quò nobis populoque suo succurrere posset.
Concurrit pariter cunctis ab sedibus omnis
Turba Alanarum armatis sociata maritis.
Prima uxor Regis Romanis traditur obses,
Adjuncto pariter Regis caro quoque nato :
Reddor & ipse meis pactæ inter fœdera pacis,
Communi tamquam Gothico salvatus ab hoste,
Vallanturque urbis pomœria milite Alano,
Acceptaque dataque fide certa reparato :
Pro nobis nuper quos ipse obsederat hostis. B
Mira urbis facies, cujus magna undique muros
Turba indiscreti sexûs circumdat inermis.
Subjecta exteriùs muris hærentia nostris
Agmina barbarica plaustris vallantur & armis :
Quà se truncatam parte agminis haud mediocris,
Circumjecta videns populatum turba Gothorum,
Illicò diffidens tutò se posse morari,
Hoste intestino subitò in sua viscera verso,
Nil tentare ausa ulteriùs properanter abire,
Sponte sua legit cujus non serò secuti
Exemplum, & nostri quos diximus auxiliares,
Discessere fidem pacis servare parati C
Romanis, quoquò ipsos fors oblata tulisset.
Atque ita res temerè à me cœpta, benigno
Auxilio Domini, eventu est expleta secundo,
Erroremque meum Deus in nova gaudia vertit,
Multorum pariter mecum obsidione levata.

EX CONCILIO TAURINENSI CELEBRATO ANNO 401.

Apud Sirmondum, Tom. 1. *Concil. Galliæ, p.* 27.

SYNODICA AD UNIVERSOS EPISCOPOS GALLIARUM.

D

SANCTA Synodus, quæ convenit in urbe Taurinatium die x. Kalendas Octobris, Fratribus dilectissimis per Gallias & quinque Provincias constitutis. Cùm ad postulationem provinciarum Galliæ Sacerdotum convenissemus ad Taurinatium civitatem, atque in ejusdem urbis Ecclesia, auctore vel medio Domino, sederemus, auditis allegationibus Episcoporum, eorum videlicet qui ad judicium nostrum fuerant congregati, de singulis negotiis hæc sententiæ forma processit; ita ut pacis bonum, & instituta Canonum servarentur, & plurimorum intentionibus adhiberetur utilis medicina.

CANON I. *De Primatu Proculi Episcopi Massilienſis.*

NAM cùm primùm omnium vir sanctus Proculus Massilienſis Episcopus civitatis E
se tamquam Metropolitanum Ecclesiis, quæ in secunda provincia Narbonensi positæ videbantur, diceret præesse debere, atque per se ordinationes in memorata provincia summorum fieri Sacerdotum : siquidem assereret easdem Ecclesias vel suas parochias fuisse, vel Episcopos à se in eisdem Ecclesiis ordinatos; & è diverso ejus regionis Episcopi aliud defensarent, ac sibi alterius provinciæ Sacerdotem præesse non debere contenderent : id judicatum est à sancta Synodo contemplatione pacis ac concordiæ, ut non tam civitati ejus, quæ in altera provincia sita est, cujus magnitudinem penitus nesciremus, quàm ipsi potissimùm deferretur, ut tamquam pater filiis honore primatûs adsisteret. Dignum enim visum est, ut quamvis unitate provinciæ minimè tenerentur, constringerentur tamen pietatis affectu. Hæc igitur ipsi tantùm in vita ejusdem forma servabitur, ut in Ecclesiis provinciæ secundæ Narbo-

Digitized by Google

A nensis, quas vel suas parochias, vel suos discipulos fuisse ordinatos constiterit, primatûs habeat dignitatem.

CANON II. *De Primatu Arelatensis & Viennensis Ecclesiæ.*

ILLUD deinde inter Episcopos urbium Arelatensis & Viennensis, qui de primatûs apud nos honore certabant, à sancta Synodo definitum est, ut qui ex eis adprobaverit suam civitatem esse Metropolim, is totius provinciæ honorem primatûs obtineat; & ipse juxta Canonum præceptum ordinationum habeat potestatem. Certè ad pacis vinculum conservandum, hoc consilio utiliore decretum est, ut, si placet memoratarum urbium Episcopis, unaquæque de his viciniores sibi intra provinciam vindicet civitates, atque eas Ecclesias visitet, quas oppidis suis vicinas magis esse constiterit; ita ut memores unanimitatis atque concordiæ, non alter al-
B terum, longiùs sibi usurpando quod est alii propius, inquietet.

EPISTOLA ZOSIMI PAPÆ
Ad Episcopos Galliæ, de privilegiis Ecclesiæ Arelatensis.
Ibid. pag. 42.

ZOSIMUS universis Episcopis per Gallias & septem Provincias constitutis. An. Chr. 417.

I. Placuit Apostolicæ sedi, ut si quis ex qualibet Galliarum parte, sub quolibet Ecclesiastico gradu, ad nos Romam venire contendit, vel aliò terrarum ire disponit; non aliter proficiscatur, nisi Metropolitani Arelatensis Episcopi formatas acceperit, quibus sacerdotium suum, vel locum Ecclesiasticum quem habet, scriptorum ejus adstipulatione perdoceat. Quod eâ gratiâ statuimus, quia plures Episcopi, sive Presbyteri, sive Ecclesiastici simulantes, quia nullum documentum formata-
C rum extat, per quod valeant confutari, in nomen venerationis irrepunt, & indebitam reverentiam promerentur. Quisquis igitur, Fratres carissimi, prætermissâ prædicti formatâ, sive Episcopus, sive Presbyter, sive Diaconus, aut deinceps inferiore gradu sit, ad nos venerit, sciat se omnino suscipi non posse. Quam auctoritatem ubique nos misisse manifestum est, ut cunctis regionibus innotescat, id quod statuimus, omnimodis esse servandum. Si quis autem hæc salubriter constituta temerare tentaverit, sponte sua se à nostra noverit communione discretum. Hoc autem privilegium formatarum sancto (a) Patroclo fratri & coëpiscopo nostro meritorum ejus speciali contemplatione concessimus.

II. Jussimus autem præcipuam, sicuti semper habuit, Metropolitanus Episcopus Arelatensium civitatis in ordinandis sacerdotibus teneat auctoritatem: Viennensem, Narbonensem primam & Narbonensem secundam provincias ad pontificium suum
D revocet. Quisquis verò posthac contra Apostolicæ sedis statuta, & præcepta majorum, omisso Metropolitano Episcopo, in provinciis supradictis quemquam ordinare præsumpserit, vel is qui ordinari se illicitè siverit, uterque sacerdotio se carere cognoscat. Quomodo enim potest auctoritatem summi Pontificis obtinere, qui quæ erant Pontificis servare contempsit?

III. Omnes sanè admonemus, ut quique finibus territoriisque suis contenti sint: de qua re, ne ad nos querela ulteriùs redeat, admonemus. Dedit enim exemplum Arelatensis Ecclesia, quæ sibi Citharistam & Gargariam parochias in territorio suo sitas incorporari jure desiderat, ne de cetero ullus sacerdos in alterius sacerdotis præsumat injuriam. Sanè quoniam Metropolitanæ Arelatensium urbi vetus privilegium minimè derogandum est, ad quam primùm ex hac sede Trophimus summus
E Antistes, ex cujus fonte totæ Galliæ fidei rivulos acceperunt, directus est: idcircò quascumque parochias in quibuslibet territoriis, etiam extra parochias suas, ut antiquitus habuit, intemerata auctoritate possideat. Ad cujus notitiam, si quid illic negotiorum emerserit, referri censuimus, nisi magnitudo causæ etiam nostrum requirat examen. Data (b) XI. Kal. April. Honorio Augusto XI. & Constantio II. Consulibus.

(a) Patrocli ad Episcopatum Arelatensem fœdum aditum, & fœdiorem administrationem memorat Prosper in Chronico: & in Chronico Imperiali Prospero attributo dicitur Patroclus *infami mercatu Sacerdotia venditare* ausus.

(b) Duas idem Zosimus eodem anno scripsit epistolas, alteram ad Episcopos Viennensis provinciæ & Narbonensis secundæ, alteram ad Hilarium Episcopum Narbonensem, in quibus vult ut Metropolitanus Arelatensis in provincia Viennensi & in utraque Narbonensi ordinandorum Episcoporum habeat potestatem. Attamen Bonifacius Zosimi successor in Epistola, anno 422. ad Hilarium Episc. Narbonensem scripta, Patroclum Episcopum Arelatensem improbat, qui Episcopum in Ecclesia Lutevensi ordinaverat.

Digitized by Google

EX LIBELLO EPISCOPORUM

Metropolis Arelatensis Leoni Papæ oblato, de renovando Ecclesiæ Arelatensis privilegio.

Ibid. pag. 89.

An. Chr. 450. OMNIBUS Gallicanis regionibus notum est, sed nec sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ habetur incognitum, quòd prima intra Gallias Arelatensis civitas missum à beatissimo Petro Apostolo S. Trophimum habere meruit sacerdotem, & exinde aliis paulatim regionibus Galliarum bonum fidei & religionis infusum. Priúsque alia loca ab hoc rivo fidei, quem ad nos Apostolicæ institutionis fluenta miserunt, meruisse manifestum est sacerdotes, quàm Viennensem civitatem, quæ sibi nunc impudenter ac notabiliter primatus exposcit indebitos. Jure enim ac meritò ea urbs semper apicem sanctæ dignitatis obtinuit. . . . . His secundùm religionem utitur privilegiis Ecclesia memorata. Ceterùm multa sunt, quibus secundùm instituta Principum cunctis intra regiones nostras civitatibus præferatur. Hæc in tantum à glorioſissimæ memoriæ Constantino peculiariter honorata est, ut ab ejus vocabulo præter proprium nomen quo Arelas vocatur, Constantina nomen acceperit. Hanc clementissimæ recordationis Valentinianus & Honorius fidelissimi principes specialibus privilegiis, &, ut verbo ipsorum utamur, matrem omnium Galliarum appellando decorarunt. In hac urbe, quicumque intra Gallias ex tempore prædictorum ostentare voluit insignia dignitatis, Consulatum susceptit & dedit. Hanc sublimissima Præfectura, hanc reliquæ potestates, velut communem omnibus patriam semper inhabitant. Ad hanc ex omnibus civitatibus multarum utilitatum causâ concurritur. Et planè ita sibi erga privilegia memoratæ vel Ecclesiæ vel civitatis divinâ, ut credimus, dispensatione omnia consenserunt, ut semper, sicut Ecclesia Arelatensis intra Gallias primatum in sacerdotio antiquitatis merito, ita etiam civitas ipsa principatum in sæculo opportunitatis gratiâ possederit. Undè factum est ut non solùm provinciæ Viennensis ordinationem, sed etiam trium provinciarum, contemplatione S. Trophimi, sicut & sanctorum prædecessorum vestrorum patefactum sibi testatur auctoritas; Arelatensis Ecclesiæ Sacerdos ad sollicitudinem semper suam curamque revocarit. Cui id etiam honoris dignitatisque collatum est, ut non tantùm has provincias potestate propria gubernaret; verùm etiam omnes Gallias sibi Apostolicæ sedis vice mandata, sub omni Ecclesiastica regula contineret. His itaque omnibus intimatis, & in notitiam Beatitudinis vestræ fideli assertione perlatis, quæsumus & obsecramus coronam Sanctimoniæ vestræ. . . . . ut quicquid Arelatensis Ecclesia, sicut superiùs indicavimus, vel ab antiquitate susceptit, vel posteà auctoritate sedis Apostolicæ vindicavit, id omne ad suum pontificium revocare ejusdem Ecclesiæ Sacerdotem, Beatitudinis vestræ auctoritas in perpetuum mansura præcipiat, &c.

LEONIS PAPÆ EPISTOLA

Ad Episcopos Provinciæ, quâ Controversia inter Viennensis & Arelatensis Ecclesiæ Antistites componitur.

Ibid. pag. 91.

An. Chr. 450. *Dilectissimis fratribus Constantino, Armentario, Audentio, Severiano, Valeriano, Urso, Stephano, Nectario, Constantio, Maximo, Asclepio, Theodoro, Justo, Ingenuo, Augustali, Superventori, Ynantio, Fonteio, Palladio, Leo.* Lectis dilectionis vestræ litteris, quas ad nos filii nostri Petronius Presbyter & Regulus Diaconus detulerunt, quàm benevolum fratri & coëpiscopo nostro Ravennio impendatis affectum, evidenter agnovimus. Siquidem postulatis ut ei, quod decessor ipsius merito nimiæ præsumptionis amiserat, reformetur. Sed petitionem fraternitatis vestræ Viennensis Episcopus, missis litteris & legatis, sua suggestione prævenerat, conquerens Arelatensem Episcopum ordinationem sibi Vasensis Antistitis usurpasse. Cùm itaque nobis ita & paternarum reverentia sanctionum, & omnium vestrûm servanda sit gratia, ut in Ecclesiarum privilegiis nihil convelli, nihil patiamur excidi; consequens fuit ut ad conservandam intra Viennensem & Arelatensem provincias pacem adhiberetur justitiæ moderatio, quæ nec antiquitatis usum, nec desideria vestra negligeret. Consideratis enim allegationibus utriusque partis præsentium Clericorum, ita semper intra provinciam vestram, & Viennensem & Arelatensem civitates claras fuisse reperimus, ut quarumdam

Digitized by Google

A quarumdam cauſatum alterna ratione, nunc illa in Eccleſiaſticis privilegiis, nunc iſta præcelleret; cùm tamen eiſdem commune jus quondam fuiſſe à gentibus proderetur. Undè Viennenſem civitatem, quantùm ad Eccleſiaſticam juſtitiam pertinet, inhonoratam penitus eſſe non patimur, præſertim cùm de receptione privilegii auctoritate jam noſtræ diſpoſitionis utatur. Quam poteſtatem Hilario Epiſcopo ablatam, Viennenſi Epiſcopo credidimus deputandam. Qui ne repentè ſemetipſo factus videatur inferior, vicinis ſibi quatuor oppidis præſidebit, id eſt Valentiæ & Tarantaſiæ, & Genavæ, & Gratianopoli, ut cum his ipſa Vienna ſit quinta; ad cujus Epiſcopum omnium prædictarum Eccleſiarum ſollicitudo pertineat. Reliquæ verò civitates ejuſdem provinciæ ſub Arelatenſis Antiſtitis auctoritate & ordinatione conſiſtant: quem pro modeſtiæ ſuæ temperantia ita futurum credimus ſtudioſum caritatis & pacis, ut nequaquam ſibi credat ablatum, quod fratri videat eſſe conceſſum. Data
B III. Nonas Maii, Valentiniano Aug. VII. & Avieno V. C. Conſulibus.

EX CARMINE DE PROVIDENTIA DIVINA,

DE GALLIS.

Apud Proſperum, Edit. in fol. Pariſiis an. 1711.

(a) PROLOGUS.

MAXIMA pars lapſis abiit jam menſibus anni,
C Quo ſcripta eſt verſu pagina nulla tuo.
Quæ tam longa tibi peperere ſilentia cauſſæ?
Quiſve dolor mœſtum comprimit ingenium?
Quamquam * & jam gravibus non abſint carmina curis, * f. etiam
Et proprios habeant triſtia corda modos:
Ac ſi te fracti perſtringunt vulnera mundi,
Turbatumque unâ ſi rate fert pelagus;
Invictum deceat ſtudiis ſervare vigorem.
Cur manſura pavent, ſi ruitura cadunt?
O felix cui tanta Deo tribuente facultas
Contigit, ut tali tempore liber agat!
Quem non concutiat vicina ſtrage ruina,
D Intrepidum flammas inter, & inter aquas?
Nos autem tantâ ſub tempeſtate malorum,
Invalidi paſſim cædimur & cadimus.
Cúmque animum patriæ ſubiit fumantis imago,
Et ſtetit ante oculos quidquid ubique perit.
Frangimur, immodicis & fletibus ora rigamus:
Dumque pios agimus, vertimur in querulos.
Nec parcunt quidam turbatam inceſſere mentem,
Linguarum & jaculis ſaucia corda petunt.
Dic (aiunt) cauſſas, qui rerum hominumque labores
Arbitrio credis ſtare regique Dei:
Quo ſcelere admiſſo, pariter periere tot urbes?
Tot loca, tot populi quid meruere mali?
E Si totus Gallos ſeſe effudiſſet in agros
Oceanus, vaſtis plus ſupereſſet aquis.
Quòd ſanè deſunt pecudes, quòd ſemina frugum,
Quódque locus non eſt vitibus aut oleis:
Quòd fundorum ædes vis abſtulit ignis & imbris,
Quarum ſtare aliquas triſtius eſt vacuas.
Si toleranda mali labes, heu! cæde decenni
Vandalicis gladiis ſternimur & Geticis.
Non caſtella petris, non oppida montibus altis
Impoſita, aut urbes amnibus æquoreis,

(a) In hoc Prologo deſcribuntur calamitates, quibus per decem annos oppreſſæ fuerunt Galliæ, id eſt à fine anni 406. ad annum 416.

Digitized by Google

Barbarici ſuperare dolos atque arma furoris A
Evaluere, omnes ultima pertulimus.
Nec querar exſtinctam nullo diſcrimine plebem,
Mors quoque primorum ceſſet ab invidia.
Majores anni ne fortè & nequior ætas
Offenſo tulerint quæ meruere Deo.
Quid pueri inſontes? quid commiſere puellæ,
Nulla quibus dederat crimina vita brevis?
Quare templa Dei licuit popularier igni?
Cur violata ſacri vaſa miniſterii?
Non honor innuptas devotæ virginitatis,
Nec texit viduas relligionis amor.
Ipſi deſertis qui vitam ducere in antris B
Suerant, laudantes nocte dieque Deum,
Non aliam ſubiere necem, quam quiſque prophanus:
Idem turbo bonos ſuſtulit atque malos.
Nulla ſacerdotes reverentia nominis almi
Diſcrevit miſeri ſuppliciis populi.
Sic duris cæſi flagris, ſic igne peruſti,
Incluſæ vinclis ſic gemuere manus.
Tu quoque pulvereus plauſtra inter & arma Getarum
Carpebas duram, non ſine faſce, viam:
Cùm ſacer ille ſenex plebem, uſtâ pulſus ab urbe,
Ceu paſtor laceras duceret exſul oves.
Verùm hæc ſub belli ſileantur turbine geſta, C
Confuſis quoniam non fuit ordo malis.
Fortè etenim placidas res mundi, & tempora pacis,
Arbitra dignetur cernere cura Dei.
Si cunctos annos veterum recolamus avorum,
Et quidquid potuit noſtra videre dies;
Maximus injuſtis locus invenietur in orbe,
Oppreſſis autem pars propè nulla bonis.
Qui fuerit violentus, atrox, verſutus, avarus;
Cujus corde fides ceſſerit, ore pudor,
Hunc omnes mirantur, amant, reverentur, honorant,
Huic ſummi faſces, huic tribuuntur opes.
Quòd ſi quis juſtus caſtam & ſine crimine vitam D
Diſſimili ſtudio ducere maluerit;
Hic inhonorus, inops, odium juvenumque ſenumque,
In totis mundi partibus exſul agit.
Impius exſultat maturis integer annis,
Carpere non ceſſant ulcera dira pium.
Falſa valent in judiciis, & vera laborant,
Inſontes ſequitur pœna, ſaluſque reos.
Ignorata piis illudit adultera ſacris,
Blaſphemus templi limina tutus adit.
Quæ ſi cura Dei celsâ ſpectaret ab arce,
Reſque ageret noſtras ſub ditione ſua;
Aut non effugerent ultrices crimina pœnas, E
Aut virtus terris ſola reperta foret.
Talia cùm facilis vulgi ſpargantur in aures,
Quàm multis rudibus lingua maligna nocet?
Nec tantus dolor eſt Scythicis conſumier armis,
Quantus ab infidis cordibus iſta ſeri.
Prome igitur ſanctis cæleſtia tela pharetris,
Et medicis hoſtem confice vulneribus.
Fortè aliqui poterunt errorum evadere noctem,
Inque viam, viſa luce, referre pedem.
At ne ſermo moram patiatur ab impare verſu,
Heroi numeris porrige pentametrum.

Digitized by Google

EX SALVIANO MASSILIENSI, DE GALLIS.

Editi Parisiis in 8°. an. 1684.

EX LIB. IV. (a) DE GUBERNATIONE DEI.

REDDUNT miseri dignitatum pretia quas non emunt. Commercium nesciunt, & solutionem sciunt. Ut pauci inlustrentur, mundus evertitur. Unius honor, orbis excidium est. Denique sciunt hoc Hispaniæ, quibus solum nomen relictum est: sciunt Africæ, quæ fuerunt: sciunt Galliæ devastatæ, sed non ab omnibus, & ideò in pauciſſimis adhuc angulis vel tenuem spiritum agentes: quia eas interdum paucorum integritas aluit, quas multorum rapina vacuavit. Pag. 70.

Gens Saxonum fera est, Francorum infidelis..... si pejeret Francus, quid novi faciet, qui perjurium ipsum sermonis genus putat esse, non criminis? Pag. 86.

EX LIBRO V.

INTER hæc vastantur pauperes, viduæ gemunt, orphani proculcantur, in tantum ut multi eorum & non obscuris natalibus editi, & liberaliter instituti ad hostes fugiant, ne persecutionis publicæ adflictione moriantur; quærentes scilicet apud Barbaros Romanam humanitatem, quia apud Romanos barbaram inhumanitatem ferre non possunt. Et quamvis ab his, ad quos confugiunt, discrepent ritu, discrepent lingua, ipso etiam, ut ita dicam, corporum atque induviarum barbaricarum fœtore dissentiant, malunt tamen in Barbaris pati cultum dissimilem, quàm in Romanis injustitiam sævientem. Itaque passim vel ad Gothos, vel ad Bacaudas, vel ad alios ubique dominantes Barbaros migrant, & commigrasse non pœnitet. Malunt enim sub specie captivitatis vivere liberi, quàm sub specie libertatis esse captivi. Itaque nomen civium Romanorum aliquando non solùm magno æstimatum, sed magno emptum, nunc ultrò repudiatur ac fugitur; nec vile tantùm, sed etiam abominabile penè habetur. Et quod esse majus testimonium Romanæ iniquitatis potest, quàm quòd plerique & honesti & nobiles, & quibus Romanus status summo & splendori esse debuit & honori, ad hoc tamen Romanæ iniquitatis crudelitate compulsi sunt, ut nolint esse Romani? Et hinc est quòd etiam hi qui ad Barbaros non confugiunt, Barbari tamen esse coguntur; scilicet ut est pars magna Hispanorum, & non minima Gallorum, omnes denique quos per universum Romanum orbem fecit Romana iniquitas jam non esse Romanos. De (b) Bacaudis nunc mihi sermo est, qui per malos judices & cruentos spoliati, afflicti, necati, postquàm jus Romanæ libertatis amiserant, etiam honorem Romani nominis perdiderunt. Et imputatur his infelicitas sua; imputamus his nomen calamitatis suæ; imputamus nomen quod ipsi fecimus. Et vocamus rebelles, vocamus perditos, quos esse compulimus criminosos. Quibus enim aliis rebus Bacaudæ facti sunt, nisi iniquitatibus nostris, nisi improbitatibus judicum, nisi eorum proscriptionibus & rapinis, qui exactionis publicæ nomen in quæstûs proprii emolumenta verterunt, & indictiones tributarias prædas suas esse fecerunt: qui in similitudinem immanium bestiarum non rexerunt traditos sibi, sed devorarunt, nec spoliis tantùm hominum, ut plerique latrones solent, sed laceratione etiam, &, ut ita dicam, sanguine pascebantur? Ac sic actum est, ut latrociniis judicum strangulati homines & necati, inciperent esse quasi Barbari, quia non permittebantur esse Romani. Adquieverunt enim esse quod non erant, quia non permittebantur esse quod fuerant; coactique sunt vitam saltem defendere, quia sé jam libertatem videbant penitus perdidisse. Aut quid aliud etiam nunc agitur quàm tunc actum est, id est, ut qui adhuc Bacaudæ non sunt, esse cogantur? Quantùm Pag. 104.

(a) Hoc opus scripsisse creditur Salvianus anno 440. Et certè constat illud ante annum 451. scriptum fuisse. Nam licèt vixerit Salvianus usque ad finem quinti sæculi, quo tempore Gennadius Presbyter Massiliensis lib. de script. Eccles. de eo scribebat: *Vivit usque hodie senectute bona*: cùm tamen de Vandalorum in Gallias irruptione, de Visigothorum prædationibus, de Bagaudarum motibus, & de aliis calamitatibus, quæ Gallias ante annum 451. afflixerunt, mentionem faciat, atque omnino fileat de bello, quod Attila hoc anno Galliis intulit, consequens est illum suum opus ante hoc bellum absolvisse.

(b) Bagaudarum motus annis 435. 436. & 437. contigere ob inexplebilem Judicum & Magistratuum avaritiam, quam toto fere hoc libro describit Salvianus.

Digitized by Google

enim ad vim atque injurias pertinet, compelluntur ut velint esse; sed imbecillitate A impediuntur ut non sint. Sic sunt ergo quasi captivi jugo hostium pressi. Tolerant supplicium necessitate, non voto. Animo desiderant libertatem, sed summam sustinent servitutem. Ita ergo & cum omnibus fermè humilioribus agitur. Una enim re ad duas diversissimas coartantur : vis summa exigit ut aspirare ad libertatem velint; sed eadem vis posse non sinit quæ velle compellit, &c.....

Leniores his hostes quàm Exactores; & res ipsa hoc indicat. Ad hostes fugiunt, ut vim Exactorum evadant. Et tamen hoc ipsum, quamvis durum & inhumanum, minùs tamen grave atque acerbum erat, si omnes æqualiter atque in commune tolerarent. Illud indignius ac pœnalius, quòd omnium onus non omnes sustinent, immò quòd pauperculos homines tributa divitum premunt, & infirmiores ferunt sarcinas fortiorum.....Si respicias quod dependunt, abundare arbitreris; si respicias quod habent, egere reperies. Quis æstimare rem hujus iniquitatis potest ? Solutionem su- B stinent divitum, & indigentiam mendicorum. Plus multò est quod dicturus sum, Adjectiones tributarias interdum divites faciunt, pro quibus pauperes solvunt..... Veniunt plerumque novi nuntii, novi Epistolarii à summis sublimitatibus missi, qui commendantur inlustribus paucis ad exitia plurimorum. Decernuntur his nova munera, decernuntur novæ indictiones. Decernunt potentes quod solvant pauperes; decernit gratia divitum quod pendat turba miserorum. Ipsi enim in nullo sentiunt quod decernant..... A paucis potentibus decernitur, quod à multis miseris dependatur, &c.

Pag. 108. Sicut in onere novarum indictionum pauperes gravant, ita in novorum remediorum opitulatione sustentant : sicut tributis novis minores maximè deprimuntur, sic remediis novis maximè sublevantur. Immò par est iniquitas in utroque. Nam sicut in adgravatione pauperes primi, ita in relevatione postremi. Si quando enim, ut nu- C per factum est, defectis urbibus minuendas in aliquo tributarias functiones Potestates summæ existimaverunt, illicò remedium cunctis datum soli inter se divites partiuntur. Quis tunc pauperum meminit ? Quis ad communionem beneficii humiles & egestuosos vocat?..... Ubi enim aut in quibus sunt nisi in Romanis hæc mala ? Quorum injustitia tanta nisi nostra ? Franci enim hoc scelus nescium : Chuni ab his sceleribus immunes sunt : nihil horum est apud Wandalos, nihil horum apud Gothos. Tam longè enim est ut hæc inter Gothos Barbari tolerent, ut ne Romani quidem, qui inter eos vivunt, ista patiantur. Itaque unum illic Romanorum omnium votum est, ne unquam eos necesse sit in jus transire Romanorum. Una & consentiens illic Romanæ plebis oratio, ut liceat eis vitam quam agunt agere cum Barbaris. Et miramur si non vincuntur à nostris partibus Go- D thi, cùm malint apud eos esse quàm apud nos Romani. Itaque non solùm transfugere ab eis ad nos fratres nostri omnino nolunt, sed ut ad eos confugiant, nos relinquunt. Et quidem mirari possim quòd hoc non omnes omnino facerent tributarii pauperes, nisi quòd una tantùm causa est quare non faciunt, quia transferre illuc resculas atque habitatiunculas familiasque non possunt. Nam cùm plerique eorum agellos ac tabernacula sua deserant, ut vim exactionis evadant, quomodo non quæ compelluntur deserere vellent, sed secum, si possibilitas pateretur, auferrent ? Ergo quia hoc non valent, quod fortè mallent, faciunt quod unum valent. Tradunt se ad tuendum protegendumque majoribus : dedititios se divitum faciunt.

EX LIBRO VI.

Pag. 130. (a) NON hoc agitur jam in Mogontiacensium civitate; sed quia excisa atque de- E leta est : non agitur Aggrippinæ; sed quia hostibus plena : non agitur in Treverorum urbe excellentissima; sed quia (b) quadruplici est eversione prostrata.

Pag. 138. An. Chr. 407. & seqq. Inundarunt Gallias gentes barbaræ. Ergo, quantùm ad mores perditos spectat, non eadem sunt Gallorum crimina quæ fuerunt ?

Pag. 139. Sed quid ego loquor de longè positis, & quasi in alio orbe submotis, cùm sciam etiam in solo patrio, atque in civitatibus Gallicanis omnes fermè præcelsiores viros calamitatibus suis factos fuisse pejores? Vidi siquidem ego ipse Treveros domi nobiles, dignitate sublimes, licèt jam spoliatos atque vastatos, minùs tamen eversos rebus fuisse quàm moribus.

(a) Id est, ludicra & spectacula non ampliùs eduntur.

(b) Primam Treverorum eversionem anno circiter 399. secundam anno 411. aut 412. contigisse putat

Digitized by Google

A Denique expugnata eſt quater urbs Gallorum opulentiſſima. Promptum eſt de qua dicam. Sufficere utique debuerat emendationi prima captivitas, ut inſtauratio peccatorum non inſtauraſſet excidium. Sed quid plura? Incredibile eſt quod loquor. Adſiduitas illic calamitatum, augmentum criminum fuit. Sicut enim anguinum illud monſtrum, ut fabulæ ferunt, multiplicabat occiſio, ita etiam in Gallorum excellentiſſima urbe iis ipſis quibus coërcebantur plagis ſcelera creſcebant: ut putares pœnam ipſorum criminum quaſi matrem eſſe vitiorum. Et quid plura? Ad hoc malorum quotidie pullulantium multiplicatione perventum eſt, ut facilius eſſet urbem illam ſine habitatore, quàm ullum penè habitatorem eſſe ſine crimine. Igitur hoc in illa. Quid in (a) alia non longè, ſed propè in ejuſdem magnificentiæ civitate? Nonne eadem & rerum ruina pariter & morum? Nam præter cetera, cùm duobus illic præcipuis & generalibus malis, avaritia & ebrietate, omnia concidiſſent, B ad hoc poſtremò rabida vini aviditate perventum eſt, ut principes urbis ipſius ne tunc quidem de conviviis ſurgerent, cùm jam hoſtis urbem intraret. Adeò etiam Deus ipſis evidenter, ut credo, manifeſtare voluit, cur perirent, cùm per quam rem ad perditionem ultimam venerant, eam ipſam agerent cùm perirent. Vidi ego illic res lacrymabiles, nihil ſcilicet inter pueros differre & ſenes. Una erat ſcurrilitas, una levitas: ſimul omnia, luxus, potationes, perditiones: cuncta omnes pariter agebant. Ludebant, ebriabantur, enecabantur, laſciviebant in conviviis; vetuli & honorati, ad vivendum propè jam imbecilles, ad vinum prævalidiſſimi; infirmi ad ambulandum, robuſti ad bibendum; ad greſſum nutabundi, ad ſaltandum expediti..... Dixi de urbibus præclariſſimis. Quid reliquæ in diverſis Galliarum partibus civitates? Numquid non conſimilibus habitatorum ſuorum vitiis conciderunt?

Pag. 140.

Denique id breviter probari poteſt exciſa ter continuatis everſionibus ſumma urbe C Gallorum, cùm omnis civitas buſtum eſſet, malis & poſt excidia creſcentibus. Nam quos hoſtis in excidio non occiderat, poſt excidium calamitas obruebat; cùm id quod in excidio evaſerat morti, poſt excidium non ſupereſſet calamitati. Alios enim impreſſa altiùs vulnera longis mortibus necabant, alios ambuſtos hoſtium flammis etiam poſt flammas pœna torquebat. Alii interibant fame, alii nuditate, alii tabeſcentes, alii rigentes: ac ſic in unum exitum mortis per diverſa moriendi genera conruebant. Et quid plura? Excidio unius urbis affligebantur quoque aliæ civitates. Jacebant ſiquidem paſſim, quod ipſe vidi atque ſuſtinui, utriuſque ſexûs cadavera nuda, lacera, urbis oculos inceſtantia, avibus canibuſque laniata. Lues erat viventium, fœtor funereus mortuorum. Mors de morte exhalabatur: ac ſic, etiam qui excidiis ſupradictæ urbis non interfuerant, mala alieni excidii perferebant. Et quid poſt hæc, inquam, quid poſt hæc omnia? Quis æſtimare hoc amentiæ genus poſſit? Pauci no- D biles, qui excidio ſuperfuerant, quaſi pro ſummo deletæ urbis remedio circenſes ab Imperatoribus poſtulabant.

Pag. 142.

EX LIBRO VII.

NEMINI dubium eſt, Aquitanos ac Novempopulos medullam ferè omnium Galliarum & uber totius fœcunditatis habuiſſe, nec ſolùm fœcunditatis, ſed, quæ præponi interdum fœcunditati ſolent, jucunditatis, voluptatis, pulchritudinis. Adeò illic omnis admodùm regio aut intertexta vineis, aut florulenta pratis, aut diſtincta culturis, aut conſita pomis, aut amœnata lucis, aut inrigua fontibus, aut interfuſa fluminibus, aut crinita meſſibus fuit: ut verè poſſeſſores ac domini terræ illius non tam ſoli iſtius portionem, quàm paradiſi imaginem poſſediſſe videantur.

Pag. 151.

E In omnibus quippe Galliis, [Aquitani] ſicut divitiis primi fuere, ſic vitiis. Nuſquam enim improbior voluptas, nuſquam inquinatior vita, nuſquam corruptior diſciplina. Hanc pro muneribus ſacris dederunt Domino retributionem, ut in quantum eos beneficiis ſuis ille ad ſe inlexerat ad propitiandum, in tantum illi flagitiis ſuis laboraverint ad exacerbandum.

Pag. 152.

Apud Aquitanos verò, quæ civitas in locupletiſſima ac nobiliſſima ſui parte non quaſi lupanar fuit? Quis potentum ac divitum non in luto libidinis vixit? Quis non ſe barathro ſordidiſſimæ colluvionis immerſit? Quis conjugi fidem reddidit? immò quantùm ad paſſivitatem libidinis pertinet; quis non conjugem in numerum ancillarum

Pag. 153.

Pagius Crit. in Annal. Baronii pagg. 54. & 105. Tertiam ad annum 418. referunt Valeſius & Cointius, Tillemontius verò in annum 420. refundit; qui poſtremus quartam circa annum 440. accidiſſe exiſtimat.

(a) Hæc alia urbs, Colonia eſt Agrippina.

Digitized by Google

redegit, & ad hoc venerabilis connubii ſacramenta dejecit, ut nulla in domo ejus vilior videretur in maritali deſpectione, quàm quæ erat princeps matrimonii dignitate, &c. A

Pag. . o. Non ita Gothi, non ita Wandali, qui & in diſcrimine poſiti, opem à Deo poſtulant, & proſperitates ſuas munus divinitatis appellant. Denique probavit hoc, bello
An. Chr. 439. proximo, infelicitas noſtra. Cùm enim Gothi metuerent, præſumebamus nos in Chunis ſpem ponere, illi in Deo; cùm pax ab illis poſtularetur, à nobis negaretur; illi Epiſcopos mitterent, nos repelleremus; illi etiam in alienis ſacerdotibus Deum honorarent, nos etiam in noſtris contemneremus. Prout actus utriuſque partis, ita & rerum terminus fuit. Illis data eſt in ſummo timore palma, nobis in ſumma elatione confuſio..... Illis enim exaltatio data eſt pro humilitate, nobis pro elatione dejectio. Itaque agnovit hoc ille (a) Dux noſtræ partis, qui eandem urbem hoſtium, quam eodem die victorem ſe intraturum eſſe præſumpſit, captivus intravit..... In quo quidem, præter ipſam rerum infelicitatem, præſens judicium Dei patuit; ut quicquid facturum ſe uſurparat, ipſe pateretur. Nam quia ſine divinitatis auxilio ac Dei nutu capiendum à ſe hoſtem credidit, ipſe captus eſt: conſilii ac ſapientiæ ſummam uſurpavit, ignominiam temeritatis incurrit: vincla, quæ aliis paravit, ipſe ſuſtinuit. Et quod, rogo, evidentius Dei judicium eſſe potuit, quàm ut habens prædatoris fiduciam, præda fieret; triumphum præſumens, triumphus eſſet; circumdaretur, corriperetur, alligaretur, retorta tergo brachia gereret, manus, quas bellicoſas putabat, vinctas videret, puerorum ac mulierum ſpectaculum fieret, inludentes ſibi Barbaros cerneret, inriſionem ſexûs promiſcui ſuſtineret; & qui maximum habuerat ſupercilium fortis viri, mortem ſubiret ignavi? Atque utinam hoc ipſum breve remedium malorum eſſet, non diuturna toleratio. Ille autem, quantùm ad pœnarum magnitudinem pertinet, longo tempore & diuturna in ergaſtulo Barbarorum tabe conſumptus in hanc miſeriam redactus eſt, ut quod plerumque homines etiam pœnis ipſis gravius atque acerbius putant, in miſerationem hoſtium deveniret. Et hoc cur? Cur abſque dubio, niſi quia, ut jam dixi, illi Deo humiles, nos rebelles; illi crediderunt in manu Dei eſſe victoriam, nos in manu noſtra, immò in ſacrilega atque impia; quod eſt pejus nocentiuſque quàm noſtra. Denique ipſe (b) Rex hoſtium, quantùm res prodidit ac probavit, uſque ad diem pugnæ ſtratus cilicio preces fudit, ante bellum in oratione jacuit, ad bellum de oratione ſurrexit. Priuſquàm pugnam manu capeſſeret, ſupplicatione pugnavit: & ideò fidens proceſſit ad pugnam, quia jam meruerat in oratione victoriam. B C

Pag. 164. An. Chr. 407. Excitata eſt in perniciem ac dedecus noſtrum gens, quæ de loco in locum pergens, de urbe in urbem tranſiens, univerſa vaſtaret. Ac primùm à ſolo patrio effuſa eſt in Germaniam primam, nomine Barbaram, ditione Romanam; poſt cujus exitium primùm arſit regio Belgarum, deinde opes Aquitanorum luxuriantium; & poſt hæc corpus omnium Galliarum: ſed paulatim idipſum tamen; ut dum pars clade cæditur, pars exemplo emendaretur. D

Pag. 169. Franci mendaces, ſed hoſpitales.

(a) Litorius ſcilicet, qui Toloſam regni Gothici caput obſederat.
(b) Theodoricus Gothorum Rex.

Digitized by Google

A

EX C. SOLLIO APOLLINARI (a) SIDONIO.

Edit. Pariſiis in 4°. 1652.

EX LIBRO I. EPISTOLARUM.

Epiſt. II.

B SIDONIUS (b) *Agricolæ ſuo ſalutem.* Sæpenumerò poſtulaviſti ut, quia Theoderici (c) Regis Gothorum commendat popularis fama civilitatem, literis tibi formæ ſuæ quantitas, vitæ qualitas ſignificaretur. Pareo libens, in quantum epiſtolaris pagina ſinit, laudans in te tam delicatæ ſollicitudinis ingenuitatem. Igitur vir eſt & illis dignus agnoſci, qui eum minùs familiariter intuentur : ita perſonam ſuam Deus arbiter & ratio, naturæ conſummatæ felicitatis dote ſociata, cumulaverunt. Mores autem hujuſcemodi, ut laudibus eorum nihil ne regni quidem defraudet invidia. Si forma quæratur, corpore exacto, longiſſimis brevior, procerior eminentiorque mediocribus. Capitis apex rotundus, in quo paululùm à planicie frontis in verticem cæſaries refuga criſpatur. Cervix non ſedet nervis : geminos orbes hiſpidus ſuperciliorum coronat arcus. Si verò cilia flectantur, ad malas medias palpebrarum margo propè pervenit. Aurium legulæ, ſicut mos gentis eſt, crinium ſuperjacentium flagellis operiuntur. Naſus venuſtiſſimè incurvus : labra ſubtilia, nec C dilatatis oris angulis ampliata. Si caſu dentium ſeries ordinata promineat, niveum protinùs repræſentat colorem. Pilis infra narium antra fruticantibus quotidiana ſucciſio. Barba concavis hirta temporibus, quam in ſubdita vultûs parte ſurgentem ſtirpitus tonſor aſſiduus genas ad uſque forcipibus evellit. Menti, gutturis, colli non obeſi, ſed ſucculenti, lactea cutis, quæ propiùs inſpecta juvenili rubore ſuffunditur. Namque hunc illi crebrò colorem non ira, ſed verecundia facit. Teretes humeri, validi lacerti, dura brachia, patulæ manus, recedente alvo pectus accedens. Aream dorſi humilior inter excrementa coſtarum ſpina diſcriminat. Tuberoſum eſt utrumque muſculis prominentibus latus. In ſuccinctis regnat vigor ilibus. Corneum femur, internodia poplitum bene maſcula. Maximus in minimè rugoſis genibus honor. Crura ſuris fulta turgentibus, & qui magna ſuſtentat membra pes modicus.

Si actionem diuturnam, quæ eſt forinſecus expoſita, perquiras : antelucanos ſaDcerdotum (d) ſuorum cœtus minimo comitatu expetit, grandi ſedulitate veneratur : quamquam, ſi ſermo ſecretus, poſſis animadvertere quòd ſervet iſtam pro conſuetudine potiùs quàm pro religione reverentiam. Reliquum mane regni adminiſtrandi cura ſibi deputat. Circumſiſtit ſellam comes armiger, pellitorum turba ſatellitum ne abſit admittitur, ne obſtrepat eliminatur : ſicque pro foribus immurmurat excluſa velis, incluſa cancellis. Inter hæc intromiſſis gentium legationibus, audit plurima, pauca reſpondet. Si quid tractabitur, differt : ſi quid expedietur, accelerat. Hora eſt ſecunda ? ſurgit è ſolio, aut theſauris inſpiciendis vacaturus aut ſtabulis. Si venatione nuntiata procedit, arcum lateri innectere citra gravitatem regiam judicat : quem tamen, ſi cominùs avem feramque aut venanti monſtres, aut vianti ſors offerat, manui poſt tergum reflexæ puer inſerit, nervo loróve fluitantibus : quem ſicut puerile cómputat geſtare thecatum, ita muliebre accipere jam tenſum. Igitur acceptum modò inſinuatis è regione capitibus intendit, modò ad talum pendulum nodi E parte converſa, languentem cordæ laqueum vagantis digito ſuperlabente proſequitur : & mox ſpicula capit, implet, expellit : quidve cupias percuti, prior admonet : eligis quid feriat, quod elegeris ferit : & ſi ab alterutro errandum eſt, rariùs fallitur figentis ictus, quàm deſtinantis obtutus.

(a) Sidonius nobiliſſimo inter Gallos genere, ac patre avoque Præfectis Prætorio Galliarum natus eſt : nam, ut ipſe ait lib. 1. Ep. 3. ejus *pater, ſocer, avus, proavus præfecturis urbanis prætorianiſque, magiſteriis palatinis militaribuſque micuerunt.* Eum Lugduni natum putat Sirmondus, quamvis alii aliter ſentiant. Ab Anthemio Imperatore Præfectus Urbi creatus eſt atque Patricius. Aviti Imp. filiam uxorem duxit : Arvernorum cathedram Epiſcopalem ſortitus eſt anno 472. ut cenſet Sirmondus, vel anno 473. ut arbitratur Pagius. Multa ſeu metro vincta, ſeu ſoluta ac libera eleganter ſcripſit. Sirmondi notas in noſtros uſus convertemus ; alias adjiciemus.

(b) Agricola frater erat Papianillæ uxoris Sidonii.

(c) Theodericus II. Viſigothorum in Gallia Rex, Theoderici I. in pugna Catalaunica occiſi anno 451. filius, poſt fratris Thoriſmondi cædem regnum eſt adeptus anno 453. ipſe ab Eurico fratre circa annum 467. occiſus. Hujus adhuc ſuperſtitis formam, mores, actiones graphicè deſcribit Sidonius.

(d) Arrianorum ſcilicet, quales erant omnes Gothi.

Digitized by Google

Si in convivium venitur, quod quidem diebus profeſtis ſimile privato eſt, non A
ibi impolitam congeriem liventis argenti menſis cedentibus ſuſpirioſus miniſter im-
ponit. Maximum tunc pondus in verbis eſt : quippe cùm illic aut nulla narrantur,
aut ſeria. Toreumatum (a) peripetaſmatumque modò conchyliata profertur ſupellex,
* *Al.* ſplen- modò byſſina. Cibi arte, non pretio placent : fercula nitore, non * pondere. Scy-
dore. phorum paterarumque raras oblationes facilius eſt ut accuſet ſitis, quàm recuſet
ebrietas. Quid multis ? videas ibi elegantiam Græcam, abundantiam (b) Gallicanam,
celeritatem Italam, publicam pompam, privatam diligentiam, regiam diſciplinam.
De luxu autem illo (c) ſabbatario narrationi meæ ſuperſedendum eſt, qui nec latentes
poteſt latere perſonas. Ad cœpta redeatur. Dapibus expleto ſomnus meridianus ſæpe
nullus, ſemper exiguus. Quibus horis viro tabula cordi eſt, teſſeras colligit rapidè,
inſpicit ſollicitè, volvit argutè, mittit inſtanter, joculanter compellat, patienter ex-
pectat. In bonis jactibus tacet, in malis ridet, in neutris iraſcitur, in utriſque philo- B
ſophatur. Secundas faſtidit vel timere, vel facere : quarum opportunitates ſpernit
oblatas, tranſit oppoſitas. Sine motu evaditur, ſine colludio evadit. Putes illum &
in calculis arma tractare : ſola eſt illi cura vincendi. Cùm ludendum eſt, regiam ſe-
queſtrat tantiſper ſeveritatem, hortatur ad ludum, libertatem communionemque.
Dicam quod ſentio, timet timeri. Denique oblectatur commotione ſuperati, & tunc
demum credit ſibi non ceſſiſſe collegam, cùm fidem fecerit victoriæ ſuæ bilis aliena.
Quodque mirere, ſæpe illa lætitia minimis occaſionibus veniens, ingentium nego-
tiorum merita fortunat. Tunc petitionibus diù antè per patrociniorum naufragia jacta-
tis, abſolutionis ſubitæ portus aperitur. Tunc etiam ego aliquid (d) obſecraturus feli-
citer vincor, quando mihi ad hoc tabula petit, ut cauſa ſalvetur.

Circa nonam recrudeſcit moles illa regnandi. Redeunt pulſantes, redeunt ſum-
moventes, ubique litigioſus fremit ambitus : qui tractus in veſperam, cœnâ regiâ in- C
terpellante rareſcit, & per aulicos deinceps pro patronorum varietate diſpergitur,
uſque ad tempus concubiæ noctis excubaturus. Sanè intromittuntur, quanquàm rarò,
inter cœnandum mimici ſales, ita ut nullus conviva mordacis linguæ felle feriatur.
Sic tamen quod illic nec organa hydraulica ſonant, nec ſub phonaſco vocalium
concentus meditatum acroama ſimul intonat. Nullus ibi lyriſtes, choraules, meſocho-
rus, tympaniſtria, pſaltria canit; Rege ſolùm illis fidibus delinito, quibus non mi-
nùs mulcet virtus animum, quàm cantus auditum. Cùm ſurrexerit, inchoat nocturnas
aulica gaza cuſtodias, armati regiæ domûs aditibus aſſiſtunt, quibus horæ primi ſo-
poris vigilabuntur.

Sed jam quid meas iſtud ad partes, qui tibi indicanda non multa de regno, ſed D
pauca de rege promiſi ? ſimul & ſtylo finem fieri decet : quia & tu cognoſcere viri
non ampliùs quàm ſtudia perſonamque voluiſti; & ego non hiſtoriam, ſed epiſtolam
efficere curavi. Vale.

Ex Epiſt. V. Heronio.

Egreſſo mihi (e) Rhodanuſiæ noſtræ mœnibus publicus curſus uſui fuit.

Epiſt. VII.

SIDONIUS *Vincentio ſuo ſalutem.* Angit me caſus (f) Arvandi, nec diſſimulo
quin angat. Namque hic quoque cumulus accedit laudibus * Imperatoris, quòd
* Anthemii. amare palàm licet & capite damnatos. Amicus homini fui, ſupra quàm morum E
ejus facilitas varietaſque patiebantur. Teſtatur hoc propter ipſum mihi nuper invidia
conflata, cujus me paulò incautiorem flamma detorruit. Sed quòd in amicitia ſteti,

(a) Toreumata pro toralibus poſuit Sidonius.

(b) Gallos edacitatis notat Sulpicius Severus in Dialogis. Abundantiam quoque Francis familiarem teſtatur Luitprandus Ticinenſis lib. 1. cap. 6. *Metenſis*, ait, *Epiſcopus cibaria ei multa ſecundum Francorum conſuetudinem miniſtraret.*

(c) Per *luxum ſabbatarium* intelligit luxum dierum feſtorum : nam per hos dies major erat luxus publicis privatiſque conviviis. Hos dies diebus profeſtis opponit.

(d) Sidonius negotiorum cauſa Theoderici Regis aulam frequentabat, & cum eo ludebat. Fortaſſe in Provinciis quæ Gothis fuerant conceſſæ, quædam habebat prædia, quæ ſibi reddi poſtulabat.

(e) Lugdunum Rhodanuſia vocatur à Rhodano. Hinc alias urbes ad Rhodanum ſitas, *Rhodanitidas* appellat idem Sidonius lib. 9. Epiſt. 13. in Carmine Anacreontis. Irenæus verò regionem ipſam tractumque circa Rhodanum Ῥοδανουσίαν appellavit.

(f) Romæ morabatur Sidonius, cùm Arvandus Præfectus Prætorio Galliarum peculatûs accuſatus, eò adductus eſt. Illum utpote amicum ſuum conſiliis juvare ſtuduit, quibus cum contumelia ſpretis, Arvandus capite damnatus eſt. Sidonius tamen precibus ſuis effecit apud Anthemium Auguſtum, ut pœna mortis in exſilium mutaretur.

mihi

A mihi debui. Porrò autem in natura ille non habuit diligentiam perſeverandi : liberè queror, non inſultatoriè ; quia fidelium conſilia deſpiciens, fortunæ ludibrium per omnia fuit. Denique non eum aliquando cecidiſſe, ſed tamdiu ſtetiſſe plus miror. O quotiens ſæpe ipſe ſe adverſa perpeſſum gloriabatur ! cùm tamen nos ab affectu profundiore ruituram ejus quandoque temeritatem miſeraremur, definientes non eſſe felicem, qui hoc frequenter potiùs eſſe, quàm ſemper judicaretur. Sed gubernationis ſuæ ordinem expoſcis. Salva fidei reverentia, quæ amico etiam afflicto debetur, rem breviter exponam. Præfecturam (a) primam gubernavit cum magna populari-tate, conſequentemque cum maxima populatione. Pariter onere depreſſus æris alieni, metu creditorum ſucceſſuros ſibi optimates æmulabatur. Omnium colloquia ridere, conſilia rimari, officia contemnere, pati de occurrentum raritate ſuſpicionem, de aſſiduitate faſtidium. Donec odii publici mole vallatus, & priùs cinctus cuſtodia,
B quàm poteſtate diſcinctus, captus deſtinatuſque pervenit Romam : illicò tumens, quòd proſpero curſu procelloſum Tuſciæ littus enavigaſſet, tanquam ſibi bene conſcio ipſa quodam modo elementa famularentur. In Capitolio cuſtodiebatur ab hoſpite Flavio Aſello Comite ſacrarum largitionum, qui adhuc in eo ſemifumantem præfecturæ nuper extortæ dignitatem venerabatur. Intereà legati provinciæ Galliæ Tonantius (b) Ferreolus præfectorius, Afranii Syagrii Conſulis è filia nepos, Thaumaſtus quoque & Petronius, maxima rerum verborumque ſcientia præditi, & inter principalia patriæ noſtræ decora ponendi, prævium Arvandum publico nomine ac- An. Chr 469.
cuſaturi cum geſtis decretalibus inſequuntur. Qui inter cetera quæ ſibi provinciales agenda mandaverant, interceptas litteras deferebant, quas Arvandi ſcriba correptus dominum dictaſſe profitebatur. Hæc ad * regem Gothorum charta videbatur emitti, * Euricum.
pacem cum Græco * Imperatore diſſuadens, Britannos (c) ſuper Ligerim ſitos impu- * Anthemio.
C gnari oportere demonſtrans, cum Burgundionibus (d) jure gentium Gallias dividi debere confirmans, & in hunc fermè modum plurima inſana, quæ iram regi feroci, placido verecundiam inferrent. Hanc epiſtolam læſæ majeſtatis crimine ardenter Juriſconſulti interpretabantur. Me & Auxanium, (e) præſtantiſſimum virum, tractatus iſte non latuit, qui Arvandi amicitias, quoquo genere incurſas inter ipſius adverſa vitare, perfidum, barbarum, ignavum computabamus. Deferimus igitur nihil tale metuenti totam (f) perimachiam, quam ſummo artificio acres & flammei viri occulere in tempus judicii meditabantur ; ſcilicet ut adverſarium incautum, & conſiliis ſodalium repudiatis, ſibi ſoli temerè fidentem profeſſione reſponſi præcipitis involverent. Dicimus ergo, quid nobis, quid amicis ſecretioribus tutum putaretur. Suademus nil quaſi leve fatendum, ſi quid ab inimicis, etiam pro leviſſimo flagitaretur : ipſam illam diſſimulationem tribuloſiſſimam fore, quò faciliùs perſuaſionis
D ſecuritatem inferrent. Quibus agnitis, proripit ſeſe ; atque in convitia ſubita prorumpens, *Abite degeneres*, inquit, *& præfectoriis* (g) *patribus indigni, cum hac ſuperfluanea trepidatione : mihi, quia nihil intelligitis, hanc negotii partem ſinite curandam. Satis Arvando conſcientia ſua ſufficit : vix illud dignabor admittere, ut advocati mihi in*

(a) Præfecturas duas Arvandi annis 460. & 468. circumſcribi putat Ægidius Lacarrius.

(b) Tonantius ille Ferreolus Præfectus erat Galliarum annis 450. & ſeqq.

(c) Britannos è magna Britannia ab Anthemio an. 468. accitos fuiſſe, innuere videtur Jornandes de rebus Geticis cap. 45. cùm ait Anthemium, cùm Euricus Gallias occupare niteretur, ſolatia Britonum poſtulaſſe, *quorum Rex Riothimus cum duodecim millibus veniens, in Biturigas civitatem Oceano è navibus egreſſus, ſuſceptus eſt.* In hac Epiſtola ſimpliciter dicit Sidonius Britannos ſuper Ligerim ſitos. Multi exiſtimant jam ab anno circiter 460. Britones aliquot, quorum regionem Angli & Saxones occuparant, in Gallias transfretaſſe, ibique ſedem fixiſſe. In Concilio enim Turonenſi anno 461. celebrato Manſuetus *Epiſcopus Britonum* inter tertiæ Lugdunenſis comprovinciales memoratur. Libenter ego crediderim Riothimum Britannorum ſuper Ligerim ſitorum Ducem, ſeu Regem pro more iſtius temporis, ab Anthemio in magnam Britanniam eſſe miſſum, ut inde aliquot auxilia arceſſeret. Et certè Riothimus iſte jam ab aliquot annis commoratus in Galliis videtur : ad ipſum ſiquidem, velut ad amicum ſuum, familiariter ſcribit Sidonius Lib. 3. Epiſt. 9. Hunc *Riothamum* vocat, nec Regem appellat.

(d) Burgundiones in Sequanis & finitimis Galliæ populis ſedes fixerant. Regem autem illorum hoc tempore Gundeucum fuiſſe ſeu Gunduicium, Gundobaldi & fratrum parentem, opinatur Jacobus Sirmondus.

(e) Hujus Auxanii patrem inter duas Arvandi præfecturas Præfectum fuiſſe Galliarum putat Ægidius Lacarrius.

(f) Id eſt, ut interpretatur Sirmondus, totum ſuſceptæ accuſationis ordinem & apparatum. Legati enim, cùm duplici actione Arvandum aggredi liceret, Majeſtatis ob litteras ad Euricum datas, & repetundarum ob notas poſterioris Præfecturæ populationes ; ſolam hanc præ ſe ferebant, de Majeſtate ſtudio diſſimulabant, ut incautum in judicio imparatumque opprimerent.

(g) Sidonius alibi quoque ſe Præfectorio patre natum teſtatur : ait enim lib. 8. Epiſt. 6. *Audivi eum* [Flavium Nicetium] *adoleſcens, atque adhuc nuper ex puero, cùm pater meus Præfectus prætorio Gallicanis tribunalibus præſideret : ſub cujus videlicet magiſtratu Conſul Aſterius anni ſui fores votivùm trabeatus aperuerat.* Sidonii ergo pater, cujus nomen nuſquam prodit, Præfecturam Galliarum geſſit anno 448. Nam Aſterii Conſulatus anno 449. collocatur. Præterea Sidonius lib. 5. Epiſt. 9. dicit patrem ſuum in principatu Valentiniani Imperatoris Galliarum ſoliditati præfuiſſe.

Digitized by Google

actionibus repetundarum patrocinentur. Diſcedimus triſtes, & non magis injuria quàm mœrore confuſi. Quis enim medicorum jure moveatur, quotiens deſperatum furor arripiat? Inter hæc reus noſter aream Capitolinam percurrere albatus: modò ſubdolis ſalutationibus paſci, modò crepantes adulationum bullas, ut recognoſcens, libenter audire, modò ſerica & gemmas & pretioſa quæque trapezitarum involucra rimari, & quaſi mercaturus inſpicere, prenſare, depretiare, devolvere, & inter agendum multùm de legibus, de temporibus, de Senatu, de Principe queri, quòd ſe non priùs quàm diſcuterent, ulciſcerentur. Pauci medii dies: it in tractatorium frequens Senatus: ſic pòſt comperi; nam inter iſta diſceſſeram. Procedit noſter ad curiam paulò antè detonſus pumicatuſque, cùm accuſatores ſemipullati atque concreti nuntios à Decemviris opperirentur, & ab induſtria ſqualidi præripuiſſent reo debitam miſerationem ſub invidia ſordidatorum. Citati intromittuntur: partes, ut moris eſt, è regione conſiſtunt. Offertur præfectoriis ante propoſitionis exordium jus ſedendi. Arvandus jam tunc infelici impudentia concito gradu mediis propè judicum ſinibus ingeritur. Ferreolus, circumſiſtentibus latera collegis, verecundè ac leniter in imo ſubſelliorum capite conſedit, ita ut non minùs legatum ſe quàm ſenatorem reminiſceretur; plus ob hoc poſteà laudatus honoratuſque. Dum hæc, & qui procerum defuerant, affuerunt, conſurgunt patres, legatique proponunt. Epiſtola poſt provinciale mandatum, cujus ſuprà mentio facta eſt, profertur: atque cùm ſenſim recitaretur, Arvandus necdum interrogatus ſe dictaſſe proclamat. Reſpondere legati, quanquam valde nequiter conſtaret, quòd ipſe dictaſſet. At ubi ſe furens ille, quantúmque caderet ignarus, bis terque repetita confeſſione transfodit, acclamatur ab accuſatoribus, conclamatur à judicibus, reum læſæ majeſtatis confitentem teneri. Ad hoc & millibus formularum juris id ſancientum jugulabatur. Tum demum laborioſus tarda pœnitudine loquacitatis impalluiſſe perhibetur, ſerò cognoſcens poſſe reum majeſtatis pronuntiari etiam eum, qui non affectaſſet habitum purpuratorum. Confeſtim privilegiis geminæ præfecturæ, quam per quinquennium repetitis faſcibus rexerat, exauguratus, & plebeiæ familiæ non ut additus, ſed ut redditus, publico (a) carceri adjudicatus eſt. Illud ſanè ærumnoſiſſimum, ſicut narravere qui viderant, quòd quia ſe ſub atratis accuſatoribus exornatum ille politumque judicibus intulerat, paulò pòſt cùm duceretur addictus, miſer, nec miſerabilis erat. Quis enim ſuper ſtatu ejus nimis inflecteretur, quem videret accuratum delibutumque latomiis, aut ergaſtulo inferri? Sed & judicio vix per hebdomadem duplicem comperendinato, capite multatus, in inſulam conjectus eſt ſerpentis Epidaurii: ubi uſque ad inimicorum dolorem devenuſtatus, & à rebus humanis veluti vomitu fortunæ nauſeantis exſputus, nunc ex vetere ſenatuſconſulto Tiberiano triginta dierum vitam poſt ſententiam trahit, uncum & gemonias & laqueum per horas turbulenti carnificis horreſcens. Nos quidem, prout valemus, abſentes præſenteſque vota facimus, preces ſupplicationeſque geminamus, ut ſuſpenſo ictu jam jamque mucronis exerti, pietas Auguſta ſeminecem, quanquam publicatis bonis, vel exilio muneretur. Illo tamen, ſeu expectat extrema quæque, ſeu ſuſtinet, infelicius nihil eſt, ſi poſt tot notas inuſtas contumeliaſque, aliquid nunc ampliùs quàm vivere timet. Vale.

Ex Epiſtola VIII. Candidiano.

Ais enim gaudere te quòd aliquando neceſſarius tuus videam ſolem, quem utique rarò bibitor Araricus inſpexerim. Nebulas enim mihi meorum Lugdunenſium exprobras, & diem quereris nobis matutina caligine obſtructum vix meridiano fervore reſerari. . . . . Quocircà memento innoxiis Tranſalpinis eſſe parcendum, quibus cæli ſui dote contentis, non grandis gloria datur, ſi deteriorum collatione clareſcant.

Ex Epiſtola XI. Montio.

Erat ipſe Pœonius populi totus, qui tribunitiis flatibus crebrò ſeditionum pelagus impelleret. . . . Cúmque de capeſſendo diademate (b) conjuratio Marcelliana

(a) Caſſiodorus in Chron. ad an. 469. *His Conſulibus* [Marciano & Zenone] *Ardaburius Imperium tentans, juſſu Anthemii exilio deportatur.* Loco *Ardaburius*, legendum *Aravundus*, vel *Arabundus*. Sirmondus in Notis ad Sidonium: *Caſſiodorus, eumque ſecuti, Aravundum vocant.* Valeſius Rer. Franc. Tom. 1. pag. 205. *Arvandus apud Senatorem in Chronici vetere editione Arabundus pro Arbando, & in recentiore Ardaburius vocatur.*

(b) In Galliis, quæ Avitum imperio ſpoliatum eſſe ægrè ferebant, orta eſt factio quæ Marcellianum ſeu Marcellinum Imperatorem vellet renunciare. *Erat in Dalmatia Marcellianus*, ait Procopius lib. primo de bello Vandalico. cap. 6. *vir nobilis, & olim familiaris Aëtio, quo interfecto, obſequium abnuerat Imperatori.*

Digitized by Google

A coqueretur, nobilium juventuti ſigniferum ſeſe in factione præbuerat, homo adhuc novus in ſenectute, donec aliquando propter experimenta felicis audaciæ, natalium ejus obſcuritati dedit hiantis interregni (a) rima fulgorem. Nam vacante aula, turbataque republica, ſolus inventus eſt qui ad Gallias adminiſtrandas faſcibus priùs quàm codicellis auſus accingi, menſibus multis tribunal illuſtrium poteſtatum ſpectabilis Præfectus aſcenderet. . . . . Venio Arelatem; nihil adhuc ſuſpicans: unde enim? quanquam putarer ab inimicis non affuturus. Ac (b) Principe poſt diem viſo, in forum ex more deſcendo. Quod ubi viſum eſt, illicò expavit, ut aït ille, *nil fortiter auſa ſeditio.* Alii tamen mihi pluſquàm deceret ad genua provolvi; alii ne ſalutarent, fugere poſt (c) ſtatuas, occuli poſt columnas; alii triſtes vultuoſique junctis mihi lateribus incedere. . . . . Poſtridiè juſſit Auguſtus, ut epulo ſuo Circenſibus ludis intereſſemus. Primus jacebat cornu ſiniſtro Conſul ordinarius Severinus, B vir inter ingentes principum motus, atque inæqualem reipublicæ ſtatum gratiæ ſemper æqualis. An. Chr. 456. An. Chr. 461.

EX LIBRO II.

Epiſtola I.

Sidonius (d) *Ecdicio ſuo ſalutem.* Duo nunc pariter mala ſuſtinent Arverni tui. Quænam, inquis? præſentiam (e) Seronati, & abſentiam tuam. Seronati, inquam, de cujus ut primùm etiam nomine loquar, ſic mihi videtur quaſi præſcia futurorum luſiſſe fortuna, ſicuti ex adverſo majores noſtri prælia, quibus nihil eſt fœdius, bella dixerunt: quique etiam pari contrarietate fata, quia non parcerent, Parcas vocita- C vere. Rediit ipſe Catilina ſæculi noſtri nuper (f) Aturribus, ut ſanguinem fortunaſque miſerorum, quas ille ibi ex parte propinaverat, hîc ex aſſe miſceret. Scitote in eo per dies ſpiritum diu diſſimulati furoris aperiri. Apertè invidet, abjectè fingit, ſerviliter ſuperbit: indicit ut dominus, exigit ut tyrannus, addicit ut judex, calumniatur ut barbarus, toto die à metu armatus, ab avaritia jejunus, à cupiditate terribilis, à vanitate crudelis, non ceſſat ſimul furta vel punire, vel facere. Palam & ridentibus convocatis ructat inter cives pugnas, inter barbaros litteras: epiſtolas, ne primis quidem apicibus ſufficienter initiatus, publicè à jactantia dictat, ab impudentia emendat. Totum quod concupiſcit quaſi comparat, nec dat pretia contemnens, nec accipit inſtrumenta deſperans. In concilio jubet, in conſilio tacet, in eccleſia jocatur, in convivio prædicat, in cubiculo damnat, in quæſtione dormitat. Implet quotidie ſylvas fugientibus, villas hoſpitibus, altaria reis, carceres clericis: exultans D Gothis, inſultanſque Romanis, illudens præfectis, colludenſque numerariis: leges (g) Theodoſianas calcans, Theodoricianaſque proponens, veteres culpas, nova tributa perquirit. Proinde moras tuas citus explica, & quicquid illud eſt, quod te retentat, incide. Te expectat palpitantium civium extrema libertas. Quicquid ſperandum, quicquid deſperandum eſt, fieri te medio, te præſule placet. Si nullæ à republicà vires, nulla præſidia, ſi nullæ, quantùm rumor eſt, Anthemii Principis opes: ſtatuit te auctore nobilitas ſeu patriam (h) dimittere, ſeu capillos. An. Chr. 471.

(a) Poſt ereptum Avito imperium & ante Majoriani auſpicia, decem ampliùs menſium fuit intervallum, per quod turbata eſt Ricimeris factionibus Reſpublica. Hujus interregni occaſione Pœonius Gallicanam Præfecturam arripuit.

(b) Princeps ille Majorianus erat, qui anno 457. in Occidente Avito Imperatori ſucceſſit.

(c) Arelatenſe forum, ut aliarum ferè civitatum, ſtatuis & columnis refertum erat.

(d) Ecdicius frater erat Papianillæ Sidonii uxoris, Aviti Auguſti filius, qui primùm ſub Anthemio Comes & Magiſter Militum fuit in Gallia, deinde Patricius creatus eſt à Nepote.

(e) Hujus Seronati ſolus meminit Sidonius. Quem magiſtratum geſſerit, non omnino liquet. Putat Hadr. Valeſius Præfectum Prætorio Galliarum fuiſſe. Conſtat eum publicis tributis præfuiſſe, iiſque exigendis Arverniam vexaſſe. Ejus in Gabalitanos ſævitia deſcribitur lib. 5. Epiſt. 13. Hunc ab Arvernis delatum, Romæ capitis damnatum fuiſſe ſcribit Sidonius lib. 7. Epiſt. 7.

(f) *Aturres*, oppidum ad Aturrum fluvium; *Aturenſium civitas* dicitur in Notitia civitatum Galliæ, & provinciæ Novempopulanæ civitatibus adnumeratur, hodie *Aire*. Cùm Anthemii principatu, quo hæc geſta eſſe Sidonii docet Epiſtola, conſtet Novempopulanam Veſigothorum Regi paruiſſe, cenſet Hadr. Valeſius Seronatum judicem Romanum in Gothicæ ditionis urbem *Aturas* nullum jus habuiſſe; hinc illum Sidonii locum ſic emendat: *Rediit ipſe Catilina ſæculi noſtri nuper à Turonibus*; quæ urbs erat tum adhuc Romanæ ditionis unà cum Biturigibus & Arvernis.

(g) Sirmondus rectè obſervat *Theodoſianas* leges eſſe Romanas redactas in Codicem Theodoſianum, qui tum in Galliis vigebat; *Theodoricianas* verò Gothicas à Theodoricis Regibus Gothorum denominatas. Licèt enim, cùm hæc ſcriberet Sidonius, Gothis Galliarum partem occupantibus præfuerit Euricus, Sidonius tamen leges, quibus hi ſubdebantur, Theodoricianas dicere maluit ob paronomaſiam cum Theodoſianis.

(h) Hoc eſt, ut explicat Sirmondus, aut ſpontaneum exilium ſubire, aut clericatum. Hoc malebat videlicet Arverna nobilitas, quàm Gothorum partibus, ſi in illorum poteſtatem veniret, militare. Clerici enim à militia immunes.

Digitized by Google

A

Ex Epiſtola II. Domitio.

AVITACI (a) ſumus, nomen hoc prædio, quod, quia uxorium, patrio mihi dulcius. Hæc mihi cum meis, præſule Deo, niſi quid tu faſcinum verere, concordia. Mons ab occaſu quanquam terrenus, arduus tamen, inferiores ſibi colles tanquam gemino fomite effundit, quatuor à ſe circiter jugerum latitudine abductos. Sed donec domicilio competens veſtibuli campus aperitur, mediam vallem rectis tractibus proſequuntur latera clivorum, uſque in marginem villæ, quæ in boream auſtrumque converſis frontibus tenditur. Balneum ab Africo radicibus nemoroſæ rupis adhæreſcit; etſi cædua per jugum ſylva truncetur, in ora fornacis, lapſu velut ſpontaneo, deciduis ſtruibus impingitur, &c.

B

Ex Epiſtola IX. Donidio.

INDE ſurgentes, ſi (b) Voroangi eramus, (hoc uni prædio nomen) ad ſarcinas & diverſorium pedem referebamus: ſi Pruſiani, (ſic fundus alter nuncupatur) Tonantium cum fratribus, lectiſſimos æquævorum nobilium principes, ſtratis ſuis ejiciebamus. . . . . Domibus medius it Wardo fluvius, niſi cùm deflua nive paſtus impalluit, flavis ruber glareis, & per alveum perſpicuus, quietus calculoſuſque, neque ob hoc minùs piſcium ferax delicatorum.

Ex Epiſtola X. Heſperio.

An. Chr. 470. ECCLESIA nuper exſtructa Lugduni eſt, quæ ſtudio Papæ Patientis ſummum cœpti operis acceſſit, viri ſancti, ſtrenui, ſeveri, miſericordis, quique per uberem munificentiam in pauperes humanitatemque, non minora bonæ conſcientiæ culmina levet. Hujus igitur ædis extimis, rogatu præfati Antiſtitis, tumultuarium carmen inſcripſi trochæis triplicibus, adhuc mihi, jamque tibi perfamiliaribus. . . . .

C

Quiſquis Pontificis patriſque noſtri
Collaudas Patientis hîc laborem,
Voti compote ſupplicatione
Conceſſum experiare quod rogabis.
Ædes celſa nitet, nec in ſiniſtrum
Aut dextrum trahitur, ſed arce frontis
Ortum (c) proſpicit æquinoctialem.
Intus lux micat, atque bracteatum
Sol ſic ſollicitatur ad lacunar,
Fulvo ut concolor erret in metallo.
Diſtinctum vario nitore marmor,
Percurrit cameram, ſolum, feneſtras:
Ac ſub verſicoloribus figuris
Vernans herbida cruſta ſapphiratos
Flectit per praſinum vitrum lapillos.
Huic eſt porticus applicata triplex
Fulmentis (d) Aquitanicis ſuperba:
Ad cujus ſpecimen remotiora
Claudunt atria porticus ſecundæ:
Et campum medium procul locatas
Veſtit ſaxea ſylva per columnas.
Hinc agger ſonat, hinc Arar reſultat:
Hinc ſeſe pedes atque eques reflectit,
Stridentum & moderator eſſedorum:
Curvorum hinc chorus helciariorum,
Reſponſantibus alleluia ripis,
Ad Chriſtum levat amnicum celeuma.
Si ſic pſallite nauta, vel viator:
Namque iſte eſt locus omnibus petendus,
Omnes quo via ducit ad ſalutem.

D

Ex Epiſtola XIV. Mauruſio.

UNDE & in pago (e) Vialoſcenſi, qui Martialis ætate citeriore vocitatus eſt propter hiberna legionum Julianarum, ſuſpicor diutiùs te moraturum. Quo loco tibi cùm ferax vinea eſt, tum præter ipſam prædium magno non minus domino.

E

(a) Hujus prædii, quod elegantiſſimè copioſiſſiméque deſcribitur à Sidonio, reliquiæ aliquando creditæ ſunt extare ad Serlievam Lacum, qui à municipio Arvernorum modico ſpatio aberat. Verùm is paucos ante annos, derivatis quæ illic ſtagnabant aquis, penitus exhauſtus, opinionis hujus vanitatem oſtendit. *Sirmondus.* De Avitaci balneis vide Carmen XVIII.

(b) *Voroangus* prædium Apollinaris, *Pruſianus* Tonantii Ferreoli: utraque villa ad Wardonem fluvium, vulgò *le Gardon*, vel contracto nomine *le Gard*, vetuſto ponte & aquæductu ſtructuræ Romanæ nobilem. Pons ille triplici arcuum & pilarum ordine alio alii ſuperimpoſito, quorum unus olim fontem Nemauſum deducebat, hodieque ſpectabilis eſt. Hujus admirandi operis adhuc ſuperſunt reliquiæ.

(c) Omnes Chriſtianorum ædes ſacræ ab exordio in Orientem convertebantur.

(d) *Fulmenta Aquitanica* columnæ ſunt è marmore Aquitanico: Columnæ Aquitanicæ vocantur in vita Hilari Papæ.

(e) Savaro in Notis ad hunc locum putat agrum Vialoſcenſem, Martialem poſteà dictum, nunc vicum eſſe Martiacum, vulgò *Marſac*, Volvico finitimum, nec procul ab urbe Ricomagenſi.

Digitized by Google

A

EX LIBRO III.

Ex Epiſtola I. (a) *Avito.*

SED quod fatendum eſt, diu erectis utrinque amoris machinis, ipſe culmina pre- An. Chr. 473.
tioſa poſuiſti, Eccleſiam Arverni (b) municipioli, cui præpoſitus etſi immeritò videor, peropportuna oblatione locupletando: cujus poſſeſſioni plurimum contuliſti Cuticiacenſis (c) prædii ſuburbanitate, non minùs noſtræ profeſſionis fraternitatem loci proximitate dignatus ditare quàm reditu. . . . Nicetiana namque, ſi neſcis, hæreditas Cuticiaci ſupernum pretium fuit. Quod reſtat expoſcimus, ut ſicut eccleſiæ noſtræ, ita etiam civitatis æquè tibi ſit cura communis: quæ cùm olim, tum debe-
B bit ex hoc præcipuè tempore ad tuum patrocinium vel ob tuum patrimonium pertinere. Quod cujus meriti eſſe poſſit (quippe ſi veſtra crebrò illud præſentia inviſat,) vel Gothis credite, qui ſæpenumerò etiam Septimaniam (d) ſuam faſtidiunt, vel refundunt, modò invidioſi hujus anguli etiam deſolata proprietate potiantur. Sed fas eſt, præſule Deo, vobis inter eos & rempublicam mediis, animo quietiora concipere. Quia etſi illi, veterum finium limitibus effractis, omni vel virtute vel mole, poſſeſſionis turbidæ metas in Rhodanum Ligerimque proterminant; veſtra tamen auctoritas pro dignitate ſententiæ, ſic partem utramque moderabitur, ut & noſtra diſcat quid debeat negare cùm petitur, & poſcere adverſa deſinat cùm negatur.

Epiſtola II. (e) *Conſtantio.*

C SALUTAT te populus Arvernus, cujus parva tuguria magnus hoſpes impleſti, An. Chr. 473.
non ambitus comitatu, ſed ambiendus affectu. Deus bone! quod gaudium fuit laborioſis, cùm tu ſanctum pedem ſemirutis mœnibus intuliſti? quàm tu ab omni ordine, ſexu, ætate ſtipatiſſimus ambiebare? Quæ ſalſi erga ſingulos libra ſermonis? Quàm te blandum pueri, comem juvenes, gravem ſenes metiebantur? Quas tu lacrymas, ut parens omnium, ſuper ædes incendio prorutas, & domicilia ſemiuſta fudiſti? Quantùm doluiſti campos ſepultos oſſibus inſepultis? Quæ tua deinceps exhortatio, quæ reparationem ſuadentis animoſitas? His adjicitur, quòd cùm inveneris civitatem non minùs civica ſimultate quàm barbarica incurſione vacuatam, pacem omnibus ſuadens, caritatem illis, illos patriæ reddidiſti. Quibus tuo monitu non minùs in unum conſilium, quàm in unum oppidum revertentibus, muri tibi debent plebem reductam, plebs reducta concordiam. Quocircà ſatis te toti ſuum,
D ſatis ſe toti tuos æſtimant: &, quæ gloria tua maxima eſt, minimè falluntur. Obverſatur etenim per dies mentibus ſingulorum, quòd perſona ætate gravis, infirmitate fragilis, nobilitate ſublimis, religione venerabilis, ſolius dilectionis obtentu abrupiſti tot repagula, tot objectas veniendi difficultates; itinerum videlicet longitudinem, brevitatem dierum, nivium copiam, penuriam pabulorum, latitudines ſolitudinum, anguſtias manſionum, viarum voragines, aut humore imbrium putres, aut frigorum ſiccitate tribuloſas: ad hoc aut aggeres ſaxis aſperos, aut fluvios gelu lubricos, aut colles aſcenſu ſalebroſos, aut valles lapſuum aſſiduitate deraſas; per quæ omnia incommoda, quia non privatum commodum requirebas, amorem publicum

(a) Avito conſobrino, ut videtur, gratias agit Sidonius de Cuticiacenſi prædio ſuburbano, quod ille
E Arvernorum eccleſiæ, cujus Epiſcopus jam erat Sidonius, ex ſororia hæreditate donaverat.

(b) *Urbs Arverna* dicitur eodem libro Epiſt. 12. *Arvernum oppidum* lib. 6. Epiſt. ult. & lib. 7. Epiſt. 5. *Arverni* ſimpliciter gentis nomine lib. 7. Epiſt. 2. *Arverni huic patria*; & alibi paſſim.

(c) Savaro ſuprà laudatus aſſerit Cuticiacenſe prædium adhuc ſuo tempore ad eccleſiam Claromontenſem pertinere, ac vulgò *Conliac* vocari.

(d) Septimania, non, ut Sirmondo placuit, ſic dicta à Septimanis Biterrenſibus, non à numero civitatum Narboni metropoli attributarum atque ſubjectarum, ut voluit Hadr. Valeſius, non etiam à parte illa Galliarum quæ *ſeptem Provinciæ* dicebatur, ut putavit Petrus de Marca. Tres enim illas opiniones invictè refellunt Novæ Hiſtoriæ Occitaniæ Auctores, qui volunt Septimaniam veteribus Gothorum finibus circumſcribi, ejuſque nomen repetunt ab illa terrarum portione quas Gothis conceſſit Honorius, id eſt, à Toloſa & Aquitania II. quæ civitates Burdigalenſium, Agennenſium, Ecoliſmenſium, Santonum, Pictavorum & Petrocoriorum comprehendebat. Quibus ſi civitatem Toloſatium addideris, ſeptem habebis populos, qui Septimaniæ, de qua Sidonius, nomen dederint. A tempore Gregorii Turonenſis pars illa Narbonenſis primæ, quæ Viſigothis ceſſit, *Septimania* ſemper vocata eſt: quod nomen huic Provinciæ datum eſt uſque ad tertiam Regum Francorum ſtirpem. Cæterùm ſcriptores Gregorio Turon. poſteriores *Septimaniæ* & *Gothiæ* nomen indiſcriminatim dederunt illi Narbonenſis primæ parti; quæ poſt cladem Vocladenſem Viſigothis ſubdita fuit. Nullum tamen reperire eſt auctorem vel Gothum vel Hiſpanum, qui hanc Provinciam *Septimaniæ* nomine donaverit. Appellata tantùm *Provincia Galliarum*, vel *Gallia Gothica*.

(e) Conſtantius erat Lugdunenſis, amicus Sidonii, cujus hortatu hiemis tempore per vias aſperrimas Lugduno Arvernos venerat poſt urbis hujus obſidionem.

Digitized by Google

retulisti. Quod restat, Deum precamur, ut ævi metis secundùm vota promotis, A bonorum amicitias indefessim expetas, capias, referas; sequaturque te affectio quam relinquis; & initiatæ per te ubicumque gratiæ, longùm tibi redhibeantur quàm fundamenta, tam culmina. Vale.

Epistola III. (a) *Ecdicio.*

An. Chr. 473. vel 474. SIQUANDO, nunc maximè Arvernis meis desideraris, quibus dilectio tui immanè dominatur, & quidem multiplicibus ex causis. Primùm quòd summas in affectu partes jure sibi usurpat terra quæ genuit. Dein quòd sæculo tuo solus fermè mortalium es, qui patriæ non minùs desiderii nasciturus, quàm gaudii natus feceris. Adstipulantur assertis materni quondam puerperii tempora, quæ proficiente conceptu, concordantibus civium votis numerabantur. Omitto illa communia quidem, sed B quæ non mediocria caritatis incitamenta sunt, istius tibi reptatas cespitis glebas. Prætereo quòd hæc primùm gramina incessu, flumina natatu, venatu nemora fregisti. Omitto quòd hîc primùm tibi pila, pyrgus, accipiter, canis, equus, arcus ludo fuere. Mitto istîc ob gratiam pueritiæ tuæ undique gentium confluxisse studia litterarum, tuæque personæ quondam debitum, quòd sermonis Celtici squamam deposita nobilitas, nunc oratorio stylo, nunc etiam camœnalibus modis imbuebatur. Illud in te affectum principaliter universitatis accendit, quòd quos olim Latinos fieri exegeras, barbaros deinceps esse vetuisti. Non enim potest unquam civicis pectoribus elabi, quem te, quantumque nuper omnis ætas, ordo, sexus è semirutis murorum aggeribus conspicabatur, cùm interjectis æquoribus in adversum perambulatis, & vix (b) duodeviginti equitum sodalitate comitatus, aliquot millia Gothorum, non minùs die quàm campo medio (quod difficile sit posteritas creditura) transisti. C Ad nominis tui rumorem, personæque conspectum, exercitum exercitatissimum stupor obruit, ita ut præ admiratione nescirent duces partis inimicæ, quàm se multi, quámque te pauci comitarentur. Subducta est tota protinus acies in supercilium collis abrupti: quæ cùm priùs applicata esset oppugnationi, te viso non est explicata congressui. Intereà tu, cæsis quibusque optimis, quos novissimos agmini non ignavia, sed audacia fecerat, nullis tuorum certamine ex tanto desideratis, solus planitie quàm patentissima potiebare, cùm tibi non daret tot pugna socios, quot solet mensa convivas. Hinc jam per otium in urbem reduci quid tibi obviam processerit officiorum, plausuum, fletuum, gaudiorum, magis tentant vota conjicere, quàm verba referare. Si quidem cernere erat refertis capacissimæ domûs atriis, illam ipsam felicissimam stipati reditûs tui ovationem; dum alii osculis pulverem tuum rapiunt, alii sanguine ac spumis pinguia lupata suscipiunt; alii sellarum equestrium madefacta D sudoribus fulcra resupinant; alii de concavo tibi cassidis exituro flexilium laminarum vincula diffibulant; alii explicandis ocreatum nexibus implicantur; alii hebetatorum cæde gladiorum latera dentata pernumerant, alii cæsim atque punctim foraminatos circulos loricarum digitis livescentibus metiuntur. Hîc licèt multi complexibus tuorum tripudiantes adhæresceret, in te maximus tamen lætitiæ popularis impetus congerebatur: tandemque in turbam inermem quidem veneras, sed de qua te nec armatus evolveres: ferebasque nimirum eleganter ineptias gratulantum; & dum irruentum tumultuoso diriperis amplexu, eò conditionis accesseras piissimus publici amoris interpres, ut necesse esset illi uberiorem referre te gratiam, qui tibi liberiorem feciset injuriam. Taceo deinceps collegisse te privatis viribus publici exercitûs speciem, parvis extrinsecùs majorum opibus adjutum; & inferiores hostium antediscursus castigatis coërcuisse populatibus. Taceo te aliquot superventibus cuneos E mactasse turmales, è numero tuorum vix binis terniśve post prælium desideratis: & tantum calamitatis adversæ partis inopinatis certaminibus inflictum, ut occulere cæsorum numerositatem consilio deformiore meditarentur. Siquidem quos humari nox succincta prohibuerat, decervicatis liquere cadaveribus: tanquam minoris indicii foret, quàm villis agnosci (c) crinitum, dimisisse truncatum. Qui postquàm luce

(a) Hic Ecdicius, ad quem etiam scripta est epistola 1. libri 2. Arvernus erat, Aviti Imperatoris filius, frater Papianillæ Sidonii uxoris. Is Comes hoc tempore, magisterque militum Arvernorum urbem à Gothis obsessam propugnarat, multisque fortiter gestis Gothos ex Avernia expulerat. Hunc Julius Nepos Patricium fecit an. 474. Consule ejusdem Sidonii Epist. 16. l. 5.

(b) Ecdicius cum decem tantùm viris Gothorum multitudinem fugasse dicitur apud Gregorium Turon. lib. 2. cap. 24.

(c) Romani crines adeò decurtatos gestabant, ut nequidem aures tegerent: Gothorum capilli usque ad humeros fluebant.

Digitized by Google

A revoluta intellexerunt furtum ruinæ ſuæ crudeli vilitate patuiſſe; tum demum palàm officiis exequialibus occupabantur; non magis cladem fraude, quàm fraudem feſtinatione celantes : ſic tamen quòd nec oſſa tumultuarii ceſpitis mole tumulabant: quibus nec elutis veſtimenta, nec veſtitis ſepulcra tribuebant, juſtè ſic mortuis talia juſta ſolventes. Jacebant corpora undique locorum plauſtris convecta rorantibus; quæ quoniam perculſis indeſinenter incumberes, raptim ſuccenſis concluſa domiciliis culminum ſuperlabentium rogalibus fragmentis funerabantur : ſed quid ego iſta hæc juſto pluſculùm garrio? qui laborum tuorum non ex aſſe hiſtoriam texere, ſed pro parte memoriam facere præſumpſi, quò magis crederes votis tuorum, quorum expectationi ægreſcenti nulla ſalubriùs ocyúſque, quàm tui adventûs remedia medicabuntur. Igitur ſi quid noſtratium precatibus acquieſcis, actutùm in patriam receptui canere feſtina, & aſſiduitatem tuam periculoſæ (a) regum familiaritati celer
B exime; quorum conſuetudinem ſpectatiſſimus quiſque flammarum naturæ bene comparat, quæ ſicut paululùm à ſe remota illuminant, ita ſatis ſibi admota comburunt. Vale.

Ex Epiſtola IV. Felici.

OPPIDUM ſiquidem noſtrum, quaſi quendam ſui limitis oppoſiti obicem, circumfuſarum nobis gentium arma terrificant. Sic æmulorum ſibi in medio (b) poſiti lacrymabilis præda populorum, ſuſpecti Burgundionibus, proximi Gothis, nec impugnantum ira, nec propugnantum caremus invidia. An. circiter 474.

Ex Epiſtola V. Hypatio.

C

EBOROLACENSIS (c) prædii etiam ante Barbaros deſolatam medietatem, quæ domûs patritiæ jura modò reſpicit, ſuffragio veſtro juri ſuo optat adjungi [Donidius.]

Ex Epiſtola VI. Eutropio.

FASCIBUS veſtris gratamur (d) omnes, ut erectam per illos non magis veſtram domum, quàm noſtram amicitiam cenſeamus. Teſtis eſt ille tractatus, in quo exhortationis meæ non minimùm incitamenta valuerunt : quibus vix potuiſtis adduci, ut Præfecturam philoſophiæ jungeretis.

Ex Epiſtola VII. Felici.

D MEMENTO (e) viatorum manus gravare chartis, quatenus amicorum cura relevetur; & indicare feſtina, ſi quam, prævio Deo, Quæſtor Licinianus trepidationi mutuæ januam ſecuritatis aperuerit. Perſona ſiquidem eſt, ut perhibent, magna expectatione, major adventu, relatu ſublimis, inſpectione ſublimior, & ob omnia felicitatis naturæque dona monſtrabilis. Summa cenſura, par comitas, & prudentia fideſque miſſo mittentique conveniens..... Hunc nobis morum viri tenorem ſecundus rumor invexit. Mandate perniciter ſi vero dicta conquadrant; ut tantiſper à pervigili ſtatione reſpirent, quos à muralibus excubiis non dies ninguidus, non nox illunis & turbida receptui canere perſuadent : quia etſi Barbarus in hiberna concedat, mage differunt quàm relinquant ſemel radicatam corda formidinem. An. Chr. 474.

(a) Burgundionum ſcilicet, quibus familiaris erat Ecdicius. Itaque in Burgundiam poſteà, urbe Gothis dedita, ſeceſſit, in eaque habitavit, ut oſtendunt quæ de eo narrat Gregorius loco ſuprà laudato.

(b) Siti erant Arverni inter Gothos & Burgundiones. Hi Romanorum partes tuebantur, Arverniſque hoc bello contra Gothos auxilio fuerunt.

(c) Eborolacum oppidulum Arvernorum, vulgò *Ebreule*, ad Sicaulam fluvium, la *Sioule*. In Vita Ludovici Pii Eurogilum nuncupatur, eratque palatium hujuſce Ludovici.

(d) Eutropio viro nobili & philoſophiæ ſtudiis dedito, nunc Præfecto Prætorio Galliarum, hanc dignitatem gratulatur Sidonius. Et quia eumdem ipſum ad militiam palatinam & honores capeſſendos hortatus anteà fuerat lib. 1. Epiſt. 6. ejus hîc Epiſtolæ meminit, & exhortationis tractatum appellat. *Sirmondus*. Eutropii Præfecturam cum anno 470. componit Lacarrius.

(e) Ex hac Epiſtola liquet toto hoc anno 474. in Galliis belligeratum eſſe, ſolamque hiemem Barbaros ſeu Gothos Arvernum obſidione liberare coëgiſſe, ac Licinianum Quæſtorem in Gallias veniſſe, cùm Gothi ab obſidione Arvernorum in hiberna conceſſiſſent. Pacem inutiliter à Liciniano tentatam, Gothos inter & Romanos feliciter compoſuit Epiphanius Ticinenſis Epiſcopus exeunte anno 474. aut inſequentis initio.

Digitized by Google

Ex Epiſtola XII. Secundo.

SERUM poſt patruos patremque carmen
Haud indignus avo nepos dicavi:
Ne fors tempore poſtumo, viator,
Ignorans reverentiam ſepulti,
Tellurem tereres inaggeratam.
Præfectus jacet hîc (a) Apollinaris,
Poſt prætoria recta Galliarum,
Mœrentis patriæ ſinu receptus;
Conſultiſſimus utiliſſimuſque
Ruris, militiæ forique cultor;
Exemploque aliis periculoſo,
Liber ſub dominantibus tyrannis.
Hæc ſed maxima dignitas probatur,
Quòd frontem cruce, membra fonte purgans,
Primus de numero patrum ſuorum
Sacris ſacrilegis renuntiavit.
Hoc primum eſt decus, hæc ſuperba virtus,
Spe præcedere quos honore jungas:
Quíque hîc ſunt titulis pares parentes,
Hos illic meritis ſupervenire.

Ex Epiſtola XIV. Placido.

TE tua tenet (b) Gratianopolis.

EX LIBRO IV.

Ex Epiſtola XIII. Vectio.

NUPER rogatu Germanici ſpectabilis viri Cantillenſem (c) Eccleſiam inſpexi.

Ex Epiſtola XIV. Polemio.

BIENNIUM propè clauditur, quòd te Præfectum (d) prætorio Galliarum non nova veſtra dignatione, ſed noſtro affectu adhuc vetere gaudemus.

Ex Epiſtola XVII. (e) *Arvogaſti.*

QUIRINALIS impletus fonte facundiæ, potor Moſellæ Tiberim ructas. Sic Barbarorum (f) familiaris, quòd tamen neſcius barbariſmorum: par ducibus antiquis lingua manuque; ſed quorum dextera ſolebat non minùs ſtylum tractare quàm gladium. Quocircà ſermonis pompa Romani, ſi qua adhuc uſpiam eſt, Belgicis olim ſive Rhenanis abolita terris, in te reſedit: quo vel incolumi, vel perorante, etſi apud limitem ipſum Latina jura ceciderunt, verba non titubant.....Namque ut Antiſtitem (g) civitatis veſtræ relinquam, conſummatiſſimum virum, cunctarumque virtutum conſcientia & fama juxtà beatum; multò opportuniùs de quibuſcumque quæſtionibus tibi interrogabuntur inclyti Galliarum patres & protomyſtæ, nec ſatis poſitus in longinquo (h) Lupus, nec parum in proximo Auſpicius; quorum doctrinæ abundanti eventilandæ nec conſultatio tua ſufficit.

Ex Epiſtola XVIII. Lucontio.

BASILICAM ſancti Pontificis Confeſſoriſque Martini Perpetuus (i) Epiſcopus, digniſſimus tanto prædeceſſore ſucceſſor, multùm priori, quæ fuit hactenus,

(a) Apollinaris avus Sidonii Præfectus erat Galliarum anno 408. Ejus meminit Zoſimus lib. 6. Vide ſuprà, pag. 586.

(b) Gratianopolis ſic vocata à Gratiano Auguſto: verùm quam ob cauſam incertum. Anteà *Cularo* vocabatur.

(c) *Cantilla* vetus Caſtellum Arvernorum ad Bublam amniculum, *la Bouble*. Cantilia dicitur in Tabula Peuting. collocaturque inter Aquas Neri & Auguſtonemetum; vulgò *Chantelle*.

(d) Polemius fuit Præfectus Prætorio Galliarum annis 476. & 477. Ejus Præfecturam annis 471. 472. & 473. alligat Lacarrius.

(e) *Arvogaſtes* ſeu Arbogaſtes Trevirorum Comes, originem trahens ab Arbogaſte Franco, qui tempore Theodoſii I. & fortitudine & ambitione adeò celebris fuit. Ad noſtrum Arbogaſtem exſtat Epiſtola Auſpicii Tullenſis Epiſcopi verſibus conſcripta, & paulò inferiùs edenda, in qua Arbogaſtis pater dicitur Arrigius.

(f) Franci erant, qui jam tum in Belgica prima dominabantur.

(g) Iamblicum intelligit Trevirenſem Epiſcopum.

(h) Lupus Tricaſſinus Epiſcopus, Auſpicius Tullenſium Leucorum, qui eidem Arbogaſti epiſtolam, ſeu quoddam poëmatis genus inſcripſit.

(i) Perpetuus Turonenſem Epiſcopatum non iniit ante annum 461. Hunc ſextum à S. Martino numerat Sidonius in Epigrammate quod in novam eccleſiam compoſuit, quodque hac in epiſtola recitatur. Putat Tillemontius hos verſus Perpetuum à Sidonio poſtulaſſe anno 470. eccleſiæque dedicationem non factam ante annum 473.

capaciorem

Digitized by Google

A capaciorem novavit. Magnum eſt, ut ferunt, opus nominandumque, quod in honorem talis viri factum, talis vir feciſſe debuerit.

Epiſtola XX.

Sidonius Domnitio ſuo ſalutem. Tu cui frequenter arma & armatum & armatos inſpicere jocundum eſt, quam voluptatem putamus mente conciperes, ſi (a) Sigiſmerem regium juvenem ritu atque cultu gentilitio ornatum, utpote ſponſum, ſeu petitorem, prætorium ſoceri expetere vidiſſes? Illum equus quidem phaleris comptus, immò equi radiantibus gemmis onuſti antecedebant, vel etiam ſubſequebantur: cùm tamen hoc magis ibi decorum conſpiciebatur, quòd præcurſoribus ſuis, ſive pediſſequis, pedes & ipſe medius inceſſit, flammeus cocco, rutilus auro, B lacteus ſerico; tum cultui tanto, coma, rubore, cute concolor. Regulorum autem ſociorumque comitantum forma & in pace terribilis: quorum pedes primi perone ſetoſo talos ad uſque vinciebantur; genua, crura ſuræque ſine tegmine. Præter hoc veſtis alta, ſtricta, verſicolor, vix appropinquans poplitibus exertis: manicæ ſola brachiorum principia velantes, viridantia ſaga limbis marginata puniceis. Penduli ex humero gladii balteis ſupercurrentibus ſtrinxerant clauſa bullatis latera rhenonibus. Eo quo comebantur ornatu, muniebantur. Lanceis uncatis, ſecuribuſque miſſilibus dextræ refertæ, clypeis lævam partem adumbrantibus; quorum lux in orbibus nivea, fulva in umbonibus, ita cenſum prodebat, ut ſtudium. Cuncta prorsùs hujuſmodi, ut in actione thalamorum non appareret minor Martis pompa quàm Veneris. Sed quid hæc pluribus? Spectaculo tali ſola præſentia tua defuit. Nam cùm ſpectarem quæ tibi pulchra ſunt non te videre, ipſam eo tempore deſiderii tui impatientiam deſideravi. Vale. An. Chr 469.

C

Ex Epiſtola XXI. Apro.

Æduus (b) pater tibi, mater Arverna eſt..... * Hîc te imbuendum liberalibus diſciplinis Grammatici Rhetoriſque ſtudia florentia monitu certante foverunt. Unde tu non tam mediocriter inſtitutus exiſtis, ut tibi liceat Arvernos vel propter literas non amare. Taceo territorii (c) peculiarem jocunditatem: taceo illud æquor agrorum, in quo ſine periculo quæſtuoſæ fluctuant in ſegetibus undæ; quod induſtrius quiſque quò plus frequentat, hoc minùs naufragat; viatoribus molle, fructuoſum aratoribus, venatoribus voluptuoſum: quod montium cingunt dorſa paſcuis, latera vinetis, terrena villis, ſaxoſa caſtellis, opaca luſtris, aperta culturis, concava fontibus, abrupta fluminibus: quod denique hujuſmodi eſt, ut ſemel viſum advenis, multis patriæ oblivionem ſæpe perſuadeat. Taceo civitatem ipſam, tui ſemper D ſic amantiſſimam, ut ſoli nobilium contubernio præferre nil debeas. * Arvernis.

Ex Epiſtola XXII. (d) *Leoni.*

Quotidie per potentiſſimi conſilia Regis, totius ſollicitus orbis, pariter ejus negotia & jura, fœdera & bella, loca, ſpatia, merita cognoſcis. Unde quis juſtiùs ſeſe ad iſta ſuccinxerit, quàm ille quem conſtat gentium motus, legationum varietates, facta Ducum, pacta regnantum, tota denique publicarum rerum ſecreta didiciſſe? quíque præſtanti poſitus in culmine, non neceſſe habet, vel ſupprimere verum, vel concinnare mendacium?

(a) Sigiſmer, cujus magnificum in urbem Lugdunum introitum deſcribit Sidonius, Gothuſne ſit, Francus an Burgundio, fatetur ſe ignorare Sirmondus. Francum putat Valeſius Rer. Franc. lib. 5. pag. 219. eumque cenſet Lugdunum petiſſe, ut Eurici Wiſigothorum Regis filiam in matrimonium duceret. Novæ Hiſtoriæ Occitaniæ Auctores arbitrantur hunc Principem iter illud ſuſcepiſſe, ut filiam Regis Burgundionum, qui tunc Lugduni potiebantur, matrimonio ſibi copularet. Addunt prætereà Euricum anno 469. juniorem fuiſſe quàm ut filiam viro maturam habere potuerit.

(b) Ædui Arvernis ut ſedibus vicini, ita multis ſæpe privatis publiciſque fœderibus conjuncti. Fidem faciat vetus ara marmorea, quæ Genio Arvernorum à Suavi Æduo poſita, in Ricomagi ſuburbio Mauſiacenſi Cœnobio reſtat. Verba ſuprà retulimus pag. 22. in Notis ad Strabonem. Verùm hanc Inſcriptionem falſam & confictam videri cuidam Erudito Viro jam ſuprà monuimus pag. 261. in Notis ad Cæſarem.

(c) Hîc deſcribitur inferior Arvernia, quæ peculiari vocabulo Lemane dicta.

(d) Leo Conſiliarius erat Eurici Regis Gothorum, & velut Quæſtor. Hoc enim ſignificant quæ ad eundem ſcribit Sidonius lib. 8. Epiſt. 3. Quantus præterea vir fuerit eloquentiæ ac poëticæ ſtudiis, juriſque civilis eximia cognitione, multis paſſim locis prædicat Sidonius. Item Ennodius in vita Epiphanii, de hujus agens legatione ad Euricum; *Erat*, inquit, *ea tempeſtate conſiliorum Principis & moderator & arbiter, Leo nomine, quem per eloquentiæ meritum non una jam declamationum palma ſuſceperat: qui cum ſummo gaudio adventum Pontificis indicavit notitiæ publicæ.* Sed & ſuperſtes Eurico Leo: idem quoque munus obiit in aula Alarici, cujus item conſiliarius à Gregorio dicitur lib. 1. Miracul. cap. 92. *Ita Sirmondus.*

Digitized by Google

Epiſtola XXV.

Ante annum 471. SIDONIUS *Domnulo ſuo ſalutem.* Nequeo differre quin grandis communione te gaudii feſtinus impertiam; nimirum noſſe cupientem, quid pater noſter in Chriſto, pariter & Pontifex Patiens, Cabillonum (a) profectus, more religionis, more conſtantiæ ſuæ fecerit. Cùm veniſſet in oppidum ſupraſcriptum, provincialium ſacerdotum prævio partim, partim comitante collegio, ſcilicet ut municipio ſummus aliquis Antiſtes ordinaretur; cujus Eccleſiæ diſciplina nutabat, poſtquàm junior Epiſcopus Paulus diſceſſerat deceſſeratque: exceperunt Pontificale concilium variæ voluntates oppidanorum, necnon & illa, quæ bonum publicum ſemper evertunt, ſtudia privata; quæ quidam triumviratus accenderat competitorum: quorum hic antiquam natalium prærogativam reliqua deſtitutus morum dote ructabat; hic per fragores paraſiticos, culinarum ſuffragio comparatos, Apicianis plauſibus ingerebatur; hic apice votivo ſi potiretur, tacita pactione promiſerat Eccleſiaſtica plauſoribus ſuis prædia fore. Quod ubi viderunt ſanctus Patiens & ſanctus Euphronius, qui rigorem firmitatemque ſententiæ ſanioris præter odium gratiamque primi tenebant; conſilio cum Coëpiſcopis priùs clam communicato, quàm palam prodito, ſtrepituque furentis turbæ deſpecto, jactis repentè manibus arreptum, nihilque tum minùs quàm quæ agebantur optantem ſuſpicantemque, ſanctum Joannem, virum honeſtate, humanitate, manſuetudine inſignem, (Lector hic primùm, ſic miniſter altaris, idque ab infantia; pòſt laborum temporumque proceſſu Archidiaconus; in quo ſeu gradu, ſeu miniſterio multùm retentus propter induſtriam, diu dignitate non potuit augeri, ne poteſtate poſſet abſolvi) attamen hunc jam ſecundi ordinis ſacerdotem, diſſonas inter partium voces, quæ differebant laudare non ambientem, ſed nec audebant culpare laudabilem; ſtupentibus factioſis, erubeſcentibus malis, acclamantibus bonis, reclamantibus nullis, collegam ſibi conſecravere. Nunc ergo (b) Jurenſia ſi te remittunt jam Monaſteria, in quæ libenter ſolitus aſcendere, jam cæleſtibus ſuperniſque præludis habitaculis, gaudere te par eſt de communium patrum, vel patronorum, ſeu ſic ſentiente concordia, ſeu ſic concordante ſententia. Illius quoque nomine exulta, quem creaverunt Euphronius teſtimonio, manu Patiens, ambo judicio. In quo fecit Euphronius quod conveniret non ſenectutis modò ſuæ, verùm etiam dignitatis longævitati: fecit & Patiens, vir quamlibet magnis tamen par laudibus, quod ſatis decuit facere perſonam, quæ caput eſt civitati noſtræ per ſacerdotium, provinciæ verò noſtræ per civitatem. Vale.

EX LIBRO V.

Ex Epiſtola V. (c) *Syagrio.*

CUM ſis (d) Conſulis pronepos..... immane narratu eſt quantùm ſtupeam ſermonis te Germanici notitiam tanta facilitate rapuiſſe. Atqui pueritiam tuam competenter ſcholis liberalibus memini imbutam, & ſæpenumero acriter eloquenterque declamaſſe coram oratore ſatis habeo compertum..... Æſtimari minimè poteſt, quanto mihi ceteriſque ſit riſui, quoties audio quòd te præſente formidet facere linguæ ſuæ Barbarus barbariſmum. Adſtupet tibi epiſtolas interpretanti curva Germanorum (e) ſenectus, & negotiis mutuis arbitrum te diſceptatoremque deſumit. Novus Burgundionum Solon in legibus differendis, novus Amphion in citharis ſed tricordibus temperandis, amaris, frequentaris, expeteris, oblectas, eligeris, adhiberis, decernis, audiris.

(a) Vetus Eccleſiæ mos erat, ut obſervat idem Sirmondus, in Epiſcopis conſtituendis, ut quem clerus eccleſiæ & utriuſque ordinis populus delegiſſet, hunc ſibi collegiſque provincialibus, qui convenerant, probatum Metropolitanus Epiſcopum renuntiaret. Convenerant ergo Patiens Metropolitanus Lugdunenſis, Euphronius Epiſcopus Auguſtodunenſis, aliique provinciales, ut ritè ex more agerent. Qui cùm diverſa nacti eſſent civium ſtudia, ipſi Epiſcopum inter ſe delegerunt, quem populus renuntiatum ſuſciperet.

(b) Crebra erant in monte Jura monaſteria, quorum facilè princeps Monaſterium S. Eugendi, quod S. Claudii poſteà nuncupatum eſt.

(c) Doctiſſimus Abbas Dubos in Hiſtoria Critica Monarchiæ Francicæ lib 3. cap. 20. cenſet hanc Epiſtolam ſcriptam eſſe circa annum 481. quo Clodovæus Francis dominari cœpit, iſtumque Syagrium, cui inſcripta eſt, Ægidii Syagrii eſſe filium, qui apud Sueſſiones vulgò commorabatur.

(d) In Faſtis Afranius Syagrius Conſul notatur ad annum 382. Lugdunenſis erat, Lugdunique ſepultus eſt, teſte ipſo Sidonio Epiſt. 17. hujus libri.

(e) Idem Abbas ſuprà laudatus Francos intelligit, qui eò libentius Syagrium conſulebant, quòd ejus pater illorum regnum olim gubernaſſet, & ipſorum Rex Clodovæus annos tantùm quindecim natus eſſet, cùm regnare cœpit.

Digitized by Google

A

Epiſtola VI.

SIDONIUS Apollinari ſuo ſalutem. Cùm primùm æſtas deceſſit autumno, & Arvernorum timor potuit aliquantiſper ratione temporis temperari, Viennam veni; ubi Thaumaſtum germanum tuum, quem pro jure vel ſanguinis, vel ætatis, reverenda familiaritate complector, mœſtiſſimum inveni. Qui quanquam recenti cœlibatu granditer afficiebatur, pro te tamen parum minùs anxius erat. Timebat enim verebaturque, ne quam tibi calumniam turbo barbaricus, aut militaris concinnaret improbitas. Namque confirmat Magiſtro militum (a) Chilperico, victorioſiſſimo viro, relatu venenato quorumpiam ſceleratorum fuiſſe ſecretò inſuſurratum, tuo præcipuè machinatu, oppidum Vaſionenſe partibus novi Principis applicari. Si quid hinc tibi tuiſque ſuſpicionis incutitur, raptim doce recurſu familiarium paginarum, ne vobis B ſollicitudinis aut præſentiæ meæ opportunitas pereat. Curæ mihi peculiariter erit, ſi quid tamen cavendum exiſtimabis, ut te faciat aut gratia impetrata ſecurum, aut explorata iracundia cautiorem. Vale. Circa annum 472.

Ex Epiſtola VII. (b) *Thaumaſto.*

INDAGAVIMUS tandem qui apud Tetrarcham (c) noſtrum * germani tui & è diverſo partium novi Principis amicitias criminarentur, ſi tamen fidam ſodalium ſagacitatem clandeſtina delatorum non fefellere veſtigia. Hi nimirum ſunt, ut idem coram poſitus audiſti, quos ſe jam dudum perpeti inter clementiores Barbaros Gallia (d) gemit. Hi ſunt, quos timent etiam qui timentur. Hi ſunt, quos hæc peculiariter provincia manet inferre calumnias, deferre perſonas, afferre minas, auferre C ſubſtantias. Hi ſunt, quorum laudari audis in otio occupationes, in pace prædas, inter arma fugas, inter vina victorias..... Sanè quod principaliter medetur afflictis, temperat Lucumonem noſtrum (e) Tanaquil ſua, & aures mariti viroſa ſuſurronum fæce completas opportunitate falſi ſermonis eruderat. Cujus ſtudio ſcire vos par eſt, nihil interim quieti fratrum communium apud animum communis * patroni juniorum Cibyratarum venena nocuiſſe, neque quicquam Deo propitiante nocitura, ſi modò, quandiu præſens poteſtas Lugdunenſem (f) Germaniam regit, noſtrum ſuumque Germanicum præſens Agrippina moderetur. * Apollinaris. * Chilperici.

Ex Epiſtola X. Sapaudo.

HUNC [Pragmatium] quoque, manente ſententia, Galliis pòſt præfectus Priſcus (g) D Valerianus conſiliis ſuis tribunalibuſque ſociavit; judicium antiquum perſeverantiſſimè tenens, ut cui ſcientiæ obtentu junxerat ſobolem, jungeret & dignitatem.

Ex Epiſtola XIII. Pannychio.

SERONATUM Toloſa noſti redire ſi nondum, (& credo quòd nondum,) vel per hæc diſce. . . . . Ille ſic ira celer, quòd piger mole, ceu draco è ſpecu vix evolutus, jam metu exanguibus (h) Gabalitanis è proximo infertur: quos ſingulos ſparſos, inoppidatos, nunc inauditis indictionum generibus exhaurit, nunc flexuoſa calumniarum fraude circumretit; ne tum quidem domum laborioſos redire permittens,

(a) Is erat Gundicarii Burgundionum Regis filius, & ipſe Burgundionum Rex cum fratre Gundeuco, ut notat Hadr. Valeſius lib. 3. Rerum Franc. pag. 139. & Pagius in Crit. ad Annales Baronii ad an. 472. Num. 6. Sirmondus hunc *Chilpericum* putat eſſe Gundeuci filium, qui cum tribus ſuis fratribus, Gundobaldo, Gundegiſilo & Gundomaro, Burgundionibus imperabat, quíque ideò *Tetrarcha* appellatur in Epiſtola ſequenti. Verùm hæc appellatio etiam tribuebatur ei, qui portionem alicujus ditionis habebat. Quòd autem, ut notat Sirmondus, Chilpericum hunc non Regem, ſed Magiſtrum militum vocat Sidonius, ex more facit quo Sigiſmundum Gondebaldi filium Alcimus Avitus Patricium, Hilarus Papa Gunduicum Magiſtrum item militum appellat in Epiſtola ad Leontium Epiſc. Arelatenſem.

(b) Thaumaſtus frater erat Apollinaris, ad quem Epiſtola præcedens. Ambo Sidonii conſanguinei.

(c) Chilpericus eſt, de quo in Epiſtola ſuperiori.

(d) Apollinaris accuſatores, quorum mores hic depingit Sidonius, Romani erant, qui accuſandi artem in quæſtu habebant.

(e) Chilperici uxorem, cujus nomen reticet Sidonius, Tanaquillæ & Agrippinæ, quæ apud maritos ſuos multùm valebant, comparat. Item Apollinaris accuſatores comparat Tlepolemo & Hieroni è Cibyris Ciliciæ, quorum opera uſus Verres in deprædanda Sicilia.

(f) Sic appellatur Lugdunenſis regio, in qua Burgundiones Germani dominabantur.

(g) Priſcus Galliarum Præfecturam geſſit anno 454. Ipſi, tamquam viro Præfectorio, inſcribitur Carmen VIII. cujus initium;

Priſce decus ſemper noſtrum, cui Principe Avito
Cognatum ſociat purpura celſa genus.

(h) Hæc Gabalitani paſſi ſunt, cùm adhuc eorum regio in ditione Romanorum eſſet, id eſt ante annum 472. quo jam Romani Aquitaniam primam, ſi Arvernos & Biturigas exceperis, amiſerant. De Seronato jam ſuprà egimus lib. 2. Epiſt. 1.

Digitized by Google

cùm tributum annuum datavere. Signum & hoc certum eſt imminentis adventûs, A quòd catervatim, quo ſe cumque converterit, vincti trahuntur vincula trahentes, quorum dolore lætatur, paſcitur fame : præcipuè pulchrum arbitratus, antè turpare quàm punire damnandos. Crinem viris nutrit, mulieribus incidit; è quibus tamen, ſi rara quoſdam venia reſpexerit, hos venalitas ſolvit, vanitas illos, nullos miſericordia. . . . . In ſumma, de Seronato vis accipere quid ſentiam. Ceteri affligi per ſupraſcriptum damno verentur; mihi latronis & beneficia ſuſpecta ſunt.

Ex Epiſtola XIV. Apro.

CALENSES (a) nunc te Baïæ, & ſcabris cavernatim ructata pumicibus aqua ſulphuris, atque jecoroſis ac phtiſiſcentibus languidis medicabilis piſcina delectat. An fortaſſe ſedes montana circum caſtella, & in eligenda ſede perfugii, quandam pateris ex munitionum frequentia difficultatem? Quicquid illud eſt, quod vel otio, vel ne- B gotio vacas, in urbem tamen, ni fallimur, *Rogationum* contemplatione revocabere. Quarum nobis ſolemnitatem primus Mamertus pater & pontifex reverentiſſimo exemplo, utiliſſimo experimento invenit, inſtituit, invexit.

Ex Epiſtola XVI. (b) *Papianillæ.*

An. Chr. 474. RAVENNA veniens Quæſtor (c) Licinianus, cùm primùm tetigit, Alpe tranſmiſſa, Galliæ ſolum, literas adventûs ſui prævias miſit, quibus indicat eſſe ſe gerulum codicellorum, quorum in adventu fratri etiam tuo Ecdicio, cujus æquè titulis ac meis gaudes, honor patricius accedit; celerrimè, ſi cogites ejus ætatem, ſi merita, tardiſſimè. Namque ille jam pridem ſuffragium dignitatis ineundæ non ſolvit in lance, ſed in acie; ærariumque publicum ipſe privatus non pecuniis, ſed manubiis locupletavit. C Hoc tamen ſanctè Julius Nepos, armis pariter ſummus Auguſtus ac moribus, quòd deceſſoris Anthemii fidem, fratris tui ſudoribus obligatam, quò citerior, hoc laudabilior abſolvit : ſiquidem iſte complevit, quod ille ſæpiſſimè pollicebatur. Quo fit ut deinceps pro republica optimus quiſque poſſit ac debeat, ſiquid cuipiam virium eſt, quia ſecurus, hinc avidus impendere : quandoquidem, mortuo quoque Imperatore, laborantum devotioni quicquid ſpoponderit Princeps, ſemper redhibet principatus. Intereà tu, ſi affectum tuum bene colligo, hiſce compertis, magnum ſolatium inter adverſa maxima capis : nec animum tuum à tramite communium gaudiorum (d) vicinæ quoque obſidionis terror exorbitat.

Epiſtola XVIII.

SIDONIUS Attalo (e) *ſuo ſalutem.* Æduæ civitati te præſidere cœpiſſe, libens atque D cum gaudio accepi. Lætitiæ cauſa quadripartita eſt : prima, quòd amicus; ſecunda, quòd juſtus es; tertia, quòd ſeverus; quarta, quòd proximus. Quo fit ut noſtris noſtrorumque contractibus plurimùm velis, debeas, poſſis opitulari. Igitur amplectens in familiari vetuſto novum jus poteſtatis indeptæ, materiam beneficiis tuis jam diu quæro. Quibus me tantùm fidere agnoſce, ut etſi non invenio quæ poſcam, quæſiturus mihi videaris ipſe quæ tribuas. Vale.

EX LIBRO VI.

Ex Epiſtola IV. Papæ (f) *Lupo.*

COMMENDO ſupplicum bajulorum pro nova neceſſitate vetuſtam neceſſitudinem; E qui in Arvernam regionem longum iter his quippe temporibus emenſi, caſſo labore venerunt. Namque unam feminam de affectibus (g) ſuis, quam fortè (h) Vargorum

(a) Scripti aliquot libri *Caienſes*, alii *Calentes* habent. Nunc vicus *Aquæ-Calidæ* dictus, *Chaudes-Aigues*. Aquas Calidas memorat Tabula Peuting. in itinere, quod ab Auguſto nemeto Lugdunum ducit.

(b) Papianilla Aviti Auguſti erat filia, Sidonii uxor ante Sacerdotium, tunc ſoror, ex Canonum præſcripto, & perpetua conſuetudine priſcæ Eccleſiæ : in qua qui ex conjugio ad Sacerdotium adſciſcebantur, ab uxorum toro ſeparati, non aliter deinceps cum illis, quàm cum ſororibus verſabantur.

(c) De Liciniani altero in Galliam adventu jam ſupra ſcripſit Sidonius lib. 3. Epiſt. 7. nunc de codicillis Patriciatûs, quos Ecdicio Comiti attulit à Nepote Auguſto.

(d) Tunc urbs Arvernenſis, à qua non longè commorabatur Papianilla, obſidione cincta erat.

(e) Attalo gratulatur Sidonius quòd Comes Æduenſis factus fuerit.

(f) Lupus Tricaſſinus erat Epiſcopus.

(g) Id eſt de familia ſua.

(h) *Vargi* propriè dicebantur extorres & patria expulſi, ut in Lege Ripuaria octogeſima ſeptima, & Salica quinquageſima ſeptima. Verùm ex profugis exulibus indigenæ fiunt latrones.

Digitized by Google

A (hoc enim nomine indigenas latrunculos nuncupant) ſuperventus abſtraxerat; iſtò deductam ante aliquot annos, iſtincque diſtractam, cùm non falſo indicio comperiſſent, certis quidem ſignis, ſed non recentibus inquiſivere veſtigiis.

Ex Epiſtola XII. (a) *Papæ Patienti.*

Post Gothicam depopulationem, poſt ſegetes incendio abſumptas, peculiari ſumptu, inopiæ communi per deſolatas Gallias gratuita frumenta miſiſti; cùm tabeſcentibus fame populis nimiùm contuliſſes, ſi commercio fuiſſet ſpecies iſta, non munere. Vidimus anguſtas tuis frugibus vias: vidimus per Araris & Rhodani ripas non unum, quod unus impleveras, horreum. . . . . Quantas tibi gratias Arelatenſes, Reienſes, Avennicus, Arauſionenſis quoque & (b) Albenſis, Valentinæque, nec-
B non & Tricaſtinæ (c) urbis poſſeſſor exſolvat; quia difficile eſt eorum ex aſſe vota metiri, quibus noveris alimoniam ſine aſſe collatam. Arverni tamen oppidi ego nomine, uberes perquàm gratias ago; cui ut ſuccurrere meditarere, non te communio provinciæ, non proximitas civitatis, non opportunitas fluvii, non oblatio pretii adduxit. Itaque ingentes per me referunt grates, quibus obtigit per panis tui abundantiam ad ſui ſufficientiam pervenire. Igitur ſi mandati officii munia ſatis videor expleſſe, ex legato nuntius ero. Ilicet ſcias volo, per omnem fertur Aquitaniam gloria tua: amaris, laudaris, deſideraris, excoleris, omnium pectoribus, omnium votis.

EX LIBRO VII.

Ex Epiſtola prima Papæ (d) *Mamerto.*

C Rumor eſt (e) Gothos in Romanum ſolum caſtra moviſſe. Huic ſemper irruptioni nos miſeri Arverni janua ſumus. Namque odiis inimicorum hinc peculiaria fomenta ſubminiſtramus, quia quòd necdum terminos ſuos ab Oceano in Rhodanum Ligeris alveo limitaverunt, ſolam ſub ope Chriſti moram de noſtra tantùm obice patiuntur. Circumjectarum verò ſpatia tractumque regionum jampridem regni minacis importuna devoravit impreſſio. Sed animoſitati noſtræ tam temerariæ, tamque periculoſæ, non nos aut ambuſtam murorum faciem, aut putrem ſudium cratem, aut propugnacula vigilum trita pectoribus confidimus opitulatura: ſolo tamen invectarum, te auctore, Rogationum palpamur auxilio: quibus inchoandis inſtituendiſque populus Arvernus, etſi non effectu pari, affectu certè non impari cœpit initiari, & ob hoc circumfuſis necdum dat terga terroribus.

D *Epiſt. V.*

Sidonius Domino Papæ Agrœcio ſalutem. Bituricas decreto civium petitus adveni. Cauſa fuit evocationis titubans eccleſiæ ſtatus: quæ nuper ſummo viduata pontifice, utriuſque profeſſionis ordinibus ambiendi ſacerdotii quoddam claſſicum cecinit. Fremit populus per ſtudia diviſus: pauci alteros, multi ſeſe non offerunt ſolùm, ſed inferunt. Si aliquid pro virili portione ſecundùm Deum conſulas veritatemque, omnia occurrunt levia, varia, fucata: & quid dicam? ſola eſt illic ſimplex impudentia. Et niſi me immeritò queri judicaretis, dicere auderem, tam præcipitis animi eſſe pleroſque, tamque periculoſi, ut ſacroſanctam ſedem dignitatemque affectare pretio oblato non reformident: & rem jamdudum in nundinam mitti auctionemque potuiſſe, ſi quàm paratus invenitur emptor, venditor tam deſperatus inveniretur. Proin-
E dè quæſo, ut officii mei novitatem, pudorem, neceſſitatem, ſpectatiſſimi adventûs tui ornes contubernio, tuteris auxilio. Nec te, quanquam Senoniæ (f) caput es, inter hæc dubia ſubtraxeris intentionibus medendis Aquitanorum; quia minimùm refert, quòd nobis eſt in habitatione diviſa provincia, quando in religione cauſa conjungi- Circa An. Chr. 473.

(a) Lugdunenſis erat Epiſcopus Patiens, de quo jam in Epiſt. 10. libri 2. & in Epiſt. 25. libri 4. Hujus verò Sidonii Epiſtolæ & Patientis munificentiæ meminit Gregorius Turon. lib. 2. cap. 24.

(b) *Albenſis*, id eſt, Vivarienſis. In Notitia Civitatum Galliæ, *Civitas Albenſium*, *nunc Vivarium*. In Litteris Paſchalis 2. Papæ ad Guidonem Archiep. Viennenſem, *Alba quæ & Vivarium dicitur*.

(c) *Urbs Tricaſtina*, Plinio dicitur *Auguſta Tricaſtinorum*, hodie *S. Paul des trois Châteaux*.

(d) Mamertus Viennenſis Epiſcopus erat, de quo ſuprà in Epiſt. 14. lib. 5.

(e) Hanc Epiſtolam refert Tillemontius ad initium anni 474. aut 475. Scriptam putat anno circiter 470. Anton. Pagius Crit. in Annal. Baronii ad an. 467. Num. 5.

(f) Agrœcius, Epiſcopus erat Senonenſis; idcircò *caput Senoniæ* dicitur, id eſt Lugdunenſis quartæ, cujus Metropolis Senones; unde *Senonia* appellatur.

Digitized by Google

tur. His accedit, quòd de urbibus Aquitanicæ (a) primæ ſolum oppidum Arvernum Romanis reliquum partibus bella fecerunt. Quapropter in conſtituendo præfatæ civitatis Antiſtite, provincialium collegarum deficimur numero, niſi metropolitanorum reficiamur aſſenſu. De cetero, quod ad honoris veſtri ſpectat prærogativam, nullus à me hactenus nominatus, nullus adhibitus, nullus electus eſt: omnia cenſuræ tuæ ſalva, illibata, ſolida ſervantur. Tantùm hoc meum duco, veſtras invitare perſonas, expectare voluntates, laudare ſententias: & cùm in locum ſtatumque pontificis quiſque ſufficitur, ut à vobis præceptum, à me procedat obſequium. Sed ſi (quod tamen arbitror minimè fore) precibus meis apud vos maleſuadus obſtiterit interpres; poteritis præſentiam veſtram potiùs excuſare, quàm culpam: ſicut è diverſo, ſi venitis, oſtenditis quia terminus potuerit poni veſtræ quidem regioni, ſed non potuerit caritati. Memor noſtri eſſe dignare, Domine Papa. A

B

Ex Epiſt. VI. Papæ (b) *Baſilio.*

An. Chr. 474. Evarix (c) rex Gothorum, quòd limitem regni ſui, rupto diſſolutoque fœdere antiquo, vel tutatur armorum jure, vel promovet; nec nobis peccatoribus hîc accuſare, nec vobis ſanctis hîc diſcutere permiſſum eſt. . . . Sed quod fatendum eſt, præfatum regem Gothorum, quanquam ſit ob virium merita terribilis, non tam Romanis mœnibus, quàm legibus Chriſtianis inſidiaturum paveſco. Tantùm, ut ferunt, ori, tantùm pectori ſuo Catholici mentio nominis acet, ut ambigas ampliúſne ſuæ gentis, an ſuæ ſectæ teneat principatum. Ad hoc armis potens, acer animis, alacer annis, hunc ſolùm patitur errorem, quòd putat ſibi tractatuum conſiliorumque ſucceſſum tribui pro religione legitima, quem potiùs aſſequitur pro felicitate terrena. Propter quod diſcite citò Catholici ſtatûs valetudinem occultam, ut apertam feſtinetis adhibere medicinam. Burdegala, Petrocorii, Ruteni, Lemovices, Gabalitani, (d) Eluſani, Vaſates, (e) Convenæ, Auſcenſes, multóque jam major numerus civitatum, ſummis ſacerdotibus ipſorum morte truncatis, nec ullis deinceps epiſcopis in defunctorum officia ſuffectis (per quos utique minorum ordinum miniſteria ſubrogabantur) latum ſpiritualis ruinæ limitem traxit. . . . . Nulla in deſolatis cura diœceſibus parochiiſque. Videas in eccleſiis aut putres culminum lapſus, aut valvarum cardinibus avulſis, baſilicarum aditus hiſpidorum veprium fruticibus obſtructos. Ipſa, proh dolor! videas armenta, non modò ſemipatentibus jacere veſtibulis, ſed etiam herboſa viridantium altarium latera depaſci. Sed jam nec per ruſticas ſolùm ſolitudo parochias; ipſa inſuper urbanarum eccleſiarum conventicula rareſcunt. . . Taceo veſtros Crocum (f) Simpliciumque collegas, quos cathedris ſibi traditis eliminatos, ſimilis exilii cruciat pœna diſſimilis. Namque unus ipſorum ſe dolet non videre, quò redeat: alter ſe dolet videre, quò non redit. Tu ſacratiſſimorum pontificum (g) Leontii, Fauſti, Græci, urbe, ordine, caritate, medius inveniris: per vos mala fœderum currunt, per vos regni utriuſque pacta conditioneſque portantur. Agite quatenus hæc ſit amicitia, concordia principalis, ut epiſcopali ordinatione permiſſa, populos Galliarum, quos limes Gothicæ ſortis incluſerit, teneamus ex fide, etſi non tenemus ex fœdere. C D

Epiſtola VII.

* Maſſilienſi. An. Chr. 475. *Sidonius Domino Papæ* * *Græco ſalutem.* Ecce iterum Amantius nugigerulus noſter Maſſiliam ſuam repetit, aliquid, ut moris eſt, de manubiis civitatis domum reportaturus, ſi tamen cataplus arriſerit: per quem jocularitèr plura garrirem, ſi pariter unus idemque valeret animus exercere læta, & triſtia ſuſtinere. Siquidem noſtri hic nunc eſt infelicis anguli ſtatus, cujus, ut fama confirmat, melior fuit ſub bello E

(a) Loquitur tantùm de urbibus Aquitaniæ 1. urbi Bituricenſi, quæ metropolis erat, ſubjectis: nam ex hac Epiſtola conſtat urbem Bituricas nondum anno 473. in Viſigothorum poteſtatem deveniſſe. Licèt enim Viſigothi an. 470. Britannos ex agro Bituricenſi expulerint, non idcircò eo potiti ſunt.

(b) Baſilium Aquarum-Sextiarum Epiſcopum eſſe, hinc conjicit Sirmondus, quòd ſub finem Epiſtolæ Baſilius urbe medius eſſe dicatur inter Leontium Arelatenſem, Fauſtum Reiorum & Græcum Maſſiliæ Epiſcopos. Inter has autem urbes medio propè ſpatio ſita eſt Metropolis Aquenſium.

(c) Eoricus, qui & Euricus, vocatur in Epiſt. 9. lib. 8. Euricianæ in Catholicos perſecutionis, Sidoniique Epiſtolæ meminit Gregorius Turon. lib. 2. cap. 25.

(d) *Eluſa* olim Metropolis provinciæ Novempopulanæ, ut docet Notitia Civitatum Galliæ, nunc vicus ſine Epiſcopo *Euſe* vel *Eauſe* dictus, in Comitatu Armaniacenſi.

(e) *Convenæ*, nunc Comingenſes, quorum caput & ſedes Epiſcoporum civitas S. Bertrandi, quæ *Lugdunum* Straboni & Ptolemæo dicitur.

(f) Crocus Epiſcopus Nemauſenſis. Quam ſedem tenuerit Simplicius, non liquet.

(g) Hinc colligitur Leontium Arelatenſem, Fauſtum Regienſem, & Græcum Maſſilienſem Epiſcopos in pace Romanos inter & Gothos ſancienda operam ſuam collocaſſe.

Digitized by Google

A quàm (a) ſub pace conditio. Facta eſt ſervitus noſtra pretium ſecuritatis (b) alienæ. Arvernorum, proh dolor! ſervitus, qui, ſi priſca replicarentur, audebant ſe quondam fratres Latio dicere, & ſanguine ab Iliaco populos computare. Si recentia memorabuntur, hi ſunt qui viribus propriis hoſtium publicorum arma remorati ſunt. Cui ſæpe populo Gothus non fuit clauſo intra mœnia formidini, cùm viciſſim ipſe fieret oppugnatoribus poſitis intra caſtra terrori. Hi ſunt qui ſibi adverſus vicinorum aciem tam duces fuere quàm milites. De quorum tamen ſorte certaminum, ſi quid proſperum ceſſit, vos ſecunda ſolata ſunt: ſi quid contrarium, illos adverſa fregerunt. Illi amore reipublicæ (c) Seronatum Barbaris provincias propinantem non timuere legibus tradere; quem convictum deinceps Reſpublica vix præſumpſit occidere. Hoccine meruerunt inopia, flamma, ferrum, peſtilentia, pingues cædibus gladii, & macri jejuniis præliatores? Propter hujus tamen inclytæ pacis expectationem, avulſas
B muralibus rimis herbas in cibum traximus: crebrò per ignorantiam venenatis graminibus infecti, quæ indiſcretis foliis ſucciſque viridantia, ſæpe manus fame concolor legit. Pro his tot tantiſque devotionis experimentis noſtri (quantùm audio) facta jactura eſt. Pudeat vos precamur hujus fœderis, nec utilis, nec decori. Per vos legationes meant. Vobis primùm, quanquam Principe abſente non ſolùm tractata referantur, verùm etiam tractanda committuntur. Veniabilis ſit, quæſumus, apud aures veſtras veritatis aſperitas, cujus convitii invidiam dolor eripit. Parum in commune conſulitis: & cùm in concilium convenitis, non tam curæ eſt publicis mederi periculis, quàm privatis ſtudere fortunis: quod utique ſæpe diuque facientes, jam non primi comprovincialium cœpiſtis eſſe, ſed (d) ultimi. At quouſque iſtæ poterunt durare præſtigiæ? Non enim diutiùs ipſi majores noſtri hoc nomine gloriabuntur, qui minores incipiunt non habere. Quapropter vel conſilio, quo poteſtis, ſtatum con-
C cordiæ tam turpis incidite. Adhuc ſi neceſſe eſt obſideri, adhuc pugnare, adhuc eſurire delectat. Si verò tradimur, qui non potuimus viribus obtineri, inveniſſe vos certum eſt, quid barbarum ſuaderetis ignavi. Sed cur dolori nimio fræna laxamus? Quin potiùs ignoſcite afflictis, nec imputate mœrentibus. Namque alia regio tradita ſervitium ſperat, Arverna ſupplicium. Sanè ſi medicari noſtris ultimis non valetis, ſaltem hoc efficite prece ſedula, ut ſanguis vivat, quorum eſt moritura libertas: parate exulibus terram, capiendis redemptionem, viaticum peregrinaturis. Si murus noſter aperitur hoſtibus, non ſit clauſus veſter hoſpitibus. Memor noſtri eſſe dignare, Domine Papa.

*Ex Epiſtola VIII. Papæ * Euphronio.*

* Auguſtodunenſi.

D SEDULO precor ut conſulentem de ſcrupulo incurſæ ambiguitatis expedias: & quia Simplicium ſpectabilem virum Epiſcopum ſibi flagitat populus (e) Biturix ordinari, quid ſuper tanto debeam negotio facere, decernas. Hujus es namque vel erga me dignationis, vel erga reliquos auctoritatis, ut ſi quid fieri voles (voles autem quicquid æquiſſimum eſt) non ſuadere tam debeas quàm jubere. De quo tamen Simplicio ſcitote narrari plurima bona, atque ea quidem à plurimis bonis. An. Chr. 473.

Ex Epiſtola XII. (f) *Ferreolo.*

PRÆTERMISIT [ſtylus noſter] Gallias tibi adminiſtratas tunc cùm maximè incolumes erant. Prætermiſit (g) Attilam Rheni hoſtem, Thoriſmodum Rhodani ho-

(a) Nam ex fœdere pacis à Nepote cum Eurico Gothorum Rege initæ, Arverni in Gothorum ditionem venerunt anno 475.

(b) Id eſt, Maſſiliæ, Arelatis & aliarum Gallo-Provinciæ civitatum. Hinc hallucinantur ſcriptores qui tradunt Maſſiliam & Arelatem anno 471. in Eurici poteſtatem veniſſe.

(c) Jam de Seronato actum eſt in Epiſtola 1. libri 2. ſuprà pag. 787. & in Epiſt. 13 lib. 5. pag. 795.

(d) *Ultimi* Epiſcoporum Provinciæ Arelatenſis. Maſſilia olim Provinciæ fuerat Viennenſis: at Sidonii ævo Arelatenſi attribuebatur. Jam enim Leonis Magni decreto diviſa in duas fuerat Provincia Viennenſis, ita ut pars Viennæ cederet Metropoli, pars Arelato. Inter Arelatenſis autem Provinciæ civitates prima erat Maſſilia, tum Avenio, Arauſio, Carpentorate, Vaſio & aliæ. Primi ergo comprovincialium Epiſcopi Maſſilienſes. At nunc, ait Sidonius, reliquis ferè civitatibus in Gothorum vel Burgundionum poteſtatem redactis, jam non primi in ea Provincia cœperant eſſe, ſed ultimi. *Ita Sirmondus.*

(e) In Epiſtola ſequenti ad Perpetuum Turonenſem Epiſcopum recitatur concio quam Sidonius habuit ad populum Biturigem: in ea dicit; *Priùs Bituriges noveram quàm Bituricas.* Ubi *Bituriges* ſunt cives, *Bituricæ* urbs ipſa.

(f) Tonantius Ferreolus, Syagrii Conſulis ex filia nepos, ut liquet ex Epiſt. 7. lib. 1. Præfectus Prætorio Galliarum fuit annis 450. & ſeqq. fortaſſe poſt Sidonii patrem.

(g) Attila Rheni hoſtis dicitur, quia Galliarum urbes ad Rhenum poſitas depopulatus eſt. Cum eo pro Romanis anno 451. conflixere Aëtius, quem ob liberatos obſidione Aurelianos Ligeris liberatorem vocat, & Thoriſmodus Gothus, Theudorici Regis in acie cæſi filius. D. Abbas Dubos lib. 2. cap. 14. Hiſt. Crit. Monarchiæ Francicæ Aëtium Ligeris liberatorem ideò dici cenſet, quòd ante finem anni 445.

Digitized by Google

ſpitem, Aëtium Ligeris liberatorem ſola te diſpoſitionum ſalubritate toleraſſe: propterque prudentiam tantam providentiamque, currum tuum provinciales cum plauſuum maximo accentu ſpontaneis ſubiiſſe cervicibus; quia ſic habenas Galliarum moderarere, ut poſſeſſor exhauſtus tributario jugo relevaretur. Prætermiſit Regem Gothiæ ferociſſimum, inflexum affatu tuo melleo, gravi, arguto, inuſitato: & ab Arelatenſium (a) portis, quem Aëtius non potuiſſet prælio, te prandio removiſſe. A

EX LIBRO VIII.

Ex Epiſtola III. Leoni.

Dum me tenuit incluſum mora mœnium (b) Livianorum (cujus incommodi finem poſt opem Chriſti (c) tibi debeo) non valebat curis animus æger ſaltim ſaltuatim tradenda percurrere. . . . . Sepone pauxillulùm conclamatiſſimas declamationes, quas oris regii vice conficis, quibus ipſe Rex inclytus modò corda terrificat gentium (d) tranſmarinarum; modò de ſuperiore cum Barbaris ad Vachalim trementibus fœdus victor innodat; modò per promotæ limitem ſortis, ut populos ſub armis, ſic frænat arma ſub legibus. B

Ex Epiſtola IX. (e) *Lampridio.*

Cùm primùm Burdegalam veni, literas mihi tabellarius tuus obtulit plenas nectaris, florum, margaritarum. . . . . Ago laborioſum, agis ipſe felicem: ago adhuc exſulem, agis ipſe jam civem: & ob hoc inæqualia cano, quia ſimilia poſco, & paria non impetro. C

* Burdigalæ

Nos * iſtic (f) poſitos ſemelque viſos
Bis jam menſtrua luna conſpicatur;
Nec multùm domino vacat vel ipſi,
Dum reſponſa petit ſubactus orbis.
Iſtic Saxona cœrulum videmus,
Aſſuetum antè ſalo, ſolum timere.
— — — — — —
Hîc tonſo occipiti, ſenex Sicamber,
Poſtquàm victus es, elicis retrorsùm
Cervicem ad veterem novos capillos.
Hîc glaucis Herulus genis vagatur,
Imos Oceani colens receſſus.
Algoſo propè concolor profundo.
Hîc Burgundio ſeptipes frequenter
Flexo poplite ſupplicat quietem.
Iſtis Oſtrogothus viget patronis,
Vicinoſque premens ſubinde Chunos,
His quòd ſubditur, hinc ſuperbit illis.
Hîc, Romane, tibi petis ſalutem;
Et contra Scythicæ plagæ catervas,
Si quos Parrhaſis urſa fert tumultus,
Eorice, tuæ manus rogantur,
Ut Martem validus per inquilinum
Defenſet tenuem Garumna Tibrim. &c. D

Ex Epiſtola XII. Trigetio.

Tantum-ne Vaſatium civitas, non ceſpiti impoſita, ſed pulveri? tantùm Syrticus ager, ac vagum ſolum, & volatiles ventis altercantibus (g) arenæ ſibi poſſident; ut te magnis flagitatum precibus, parvis ſeparatum ſpatiis, multis expectatum diebus, attrahere Burdegalam, non poteſtates, non amicitiæ, non opimata vivariis oſtrea queant? An temporibus hibernis viarum te dubia ſuſpendunt? & quia ſolet Bigerricus

Turonos, quos occuparant Armorici, in poteſtatem Imperii Romani redegiſſet. Quod ſi verum eſt, Tonantii Ferreoli Præfectura ad annum 444. aut 445. retrahenda erit.

(a) Proſper in Chronico docet, Theodoſio Aug. XI. & Valentiniano Cæſare Conſulibus, id eſt an. 425. à Theodorico Rege obſeſſam urbem Arelatum, qui Aëtii virtute repulſus eſt. De hac obſidione hîc non agitur, quippe quæ multò ante Ferreoli præfecturam acciderit. Hinc Sirmondus putat Sidonium loqui de obſidione à Thoriſmodo facta, quem ait plus hoſtem demulcendo potuiſſe, quàm armis præſiturus erat Aëtius, ſi adfuiſſet: ſic enim ad ſuperiorem obſidionem alludit.

(b) Livianum caſtrum, in quod Sidonius ab Eurico Rege relegatus fuerat, ſitum eſt in finibus Provinciæ Narbonenſis. Hujus meminit Tabula Peutingeriana, in qua *Liviana* appellatur, ac Carcaſſonem inter atque Narbonem collocatur, duodecimo à Carcaſſone milliario.

(c) Sidonius Leonis ope ſui reſtitutionem impetravit an. 478. De iſto Leone jam ſuprà lib. 4. Epiſt. 22. Conſiliarius erat & Quæſtor Eurici: Quæſtor autem *os principis* dicitur.

(d) Gentes Tranſmarinæ, ut notat Sirmondus, hoc loco ſunt Vandali, qui in Africa mari tantùm à Gothorum Septimania diviſi. Barbari ad Vachalim ſunt Franci noſtri, ut Carmine XII. *Detonſus Vachalim bibat Sicamber.* Promotæ ſortis limes ad imperii Romani fines referendus eſt, in quos pervaſerat Eurícus.

(e) Lampridius erat Rhetor Burdigalenſis, eximius Poëta. Is aberat Burdegala, cùm in hanc urbem venit Sidonius ab Eurico Rege exſilii finem flagitaturus.

(f) Hîc eleganter deſcribitur Aulæ Gothicæ amplitudo, quò univerſi ferè orbis populi conveniebant, Eurici Regis opem imploraturi.

(g) Paulinus etiam Epiſt. ad Auſonium *arenoſas Vaſatas* vocat. Arenæ ipſæ hodie vocantur, *les Landes de Bazas.*

turbo

Digitized by Google

A turbo mobilium aggerum indicia confundere, quoddam vereris in itinere terreno pedeſtre naufragium? . . . . Portum (a) Alingonis tam piger calcas, ac ſi tibi nunc eſſet ad limitem Danubinum contra incurſaces Maſſagetas proficiſcendum. . . . . Veni cum mediterraneo inſtructu ad debellandos iſtos Medulicæ (b) ſupellectilis epulones. Hîc Aturricus piſcis Garumnicis mugilibus inſultet: hîc ad copias Lapurdenſium (c) locuſtarum cedat vilium turba cancrorum.

*Ex Epiſtola XV. Papæ * Proſpero.*

* Aurelianenſi.

EXEGERAS mihi ut promitterem tibi Attilæ bellum ſtylo me poſteris intimaturum: quo videlicet Aurelianenſis urbis obſidio, oppugnatio, irruptio, nec direptio, & illa vulgata exauditi cælitus ſacerdotis (d) vaticinatio continebatur. Cœperam ſcribere: ſed operis arrepti faſce perſpecto, tæduit inchoaſſe. An. Chr. 451.

B

EX LIBRO IX.

Ex (e) *Epiſtola III. Papæ * Fauſto.*

* Reienſi.

CUSTODIAS aggerum publicorum nequaquam Tabellarius tranſit inrequiſitus: qui etſi periculi nihil, ut pote crimine vacans, plurimùm ſanè perpeti ſolet difficultatis, dum ſecretum omne gerulorum pervigil explorator indagat. Quorum ſi fortè reſponſis quantulumcumque ad interrogata trepidaverit; quæ non inveniuntur ſcripta, mandata creduntur: ac per hoc ſuſtinet injuriam plerumque qui mittitur, qui mittit invidiam: pluſque in hoc tempore, quo æmulantum invicem ſeſe pridem fœdera ſtatuta (f) regnorum denuò per conditiones diſcordioſas ancipitia redduntur.

C Præter hoc ipſa mens noſtra domeſticis hinc inde diſpendiis ſaucia jacet. Nam per officii imaginem, vel (quod verius eſt) neceſſitatem ſolo patrio exactus, hoc relegatus, variis quaquaverſum fragoribus, quia patior hîc incommoda peregrini, illic damna proſcripti. Quocircà ſolvere modò literas paulò politiores, aut intempeſtivè petor, aut impudenter aggredior; quas vel joco lepidas, vel ſtylo cultas alternare, felicium eſt.

EX CARMINE V.

*In Panegyrico Majoriano Auguſto * dicto.*

* An. Chr. 458.

V. 126 Senſerat hoc ſed fortè * Ducis jam livida (g) conjunx * Aëtii.
Augeri famam * pueri, ſuffuſaque bili, * Majoriani.
D Coxerat internum per barbara corda venenum.

Ingreditur quà ſtrata viri, vocemque furentem
V. 142 His rupit: Secure jaces oblite tuorum,
O piger, & mundo princeps (ſic ſæcula poſcunt)
Majorianus erit. Clamant hoc ſidera ſignis.

203 Quid faciam infelix? nato quæ regna parabo,
Excluſa ſceptris Geticis, reſpublica ſi me
Præterit, & parvus ſuper hoc * Gaudentius hujus * Aëtii filius.
Calcatur fatis? * Iſtum jam Gallia laudat, * Majorianum.

(a) Alingonenſis Eccleſiæ meminit Paulinus Epiſt. 2. ad Delphidium, & Alingonenſium Epiſt. 2. ad Amandum. *Portum Alingonis* vix duodecim millia paſſuum Burdigala abeſſe docet Sidonius hiſce verbis proximè ſubſequentibus: *Cùm nec duodecim milium objectu ſic retarderis.* Nunc eſt oppidum in Vaſatibus ad flumen Garumnam: *Lengonem* hodie vocitant, vulgò *Lengon.*

(b) *Medulica ſupellex* oſtrea ſunt Medulica, de quibus Auſonius Epiſt. 7. Vide ſuprà, pag. 741.

(c) *Locuſtæ Lapurdenſes* Carabi ſunt Baionenſes: nam *Lapurdum* hodie *Baiona* ad oſtia Aturi fluvii.

(d) Non vaticinatus erat Anianus Epiſcopus Aurelianenſis urbem non captum iri, ut tradit Gregorius Turon. lib. 2. cap. 7. ſed tantùm prædixerat illam non direptum iri. Nam, teſte Sidonio, capta eſt, non direpta.

(e) Arbitrantur Savaro & Sirmondus ſcriptam hanc Epiſtolam Burdegalæ, cùm in ea urbe apud Euricum, ut eſt in Epiſt. 9. lib. 8. exſul ageret Sidonius, poſt deditos Arvernos, pace cum Romanis iterum turbata. Ipſe Fauſtus poſtmodùm ab Eurico, Provincia in ejus poteſtatem redacta, in diœceſim Lemovicenſem relegatus eſt, ut patet ex Epiſtolis 6. & 8. ejuſdem Fauſti ad Ruricium Epiſc. Lemovic. Tom. VIII. Biblioth. Vet. Patr. edit. Lugd.

(f) Putat doctiſſimus Abbas Dubos lib. 3. cap. 15. Hiſtoriæ Criticæ Monarchiæ Francicæ, duo regna quæ inter ſe exeunte anno 477. fœdus icerunt, regnum eſſe Viſigothorum, in quo Burdegala, & regnum Burgundionum, in quo urbs Reienſis: in iſtoque fœdere Burgundionum ſocios tam Romanos quàm Barbaros, ipſos etiam Francos, comprehenſos fuiſſe.

(g) Hîc inducitur uxor Aëtii, virum alloquens, & apud eum expoſtulans quòd ejus famæ & gloriæ caliginem jamjam eſſent inducturæ Majoriani virtutes.

Digitized by Google

An. Chr. 446.

Quodque per Europam eſt. Rigidis hunc abluit undis, A
Rhenus, Arar, Rhodanus, Moſa, Matrona, (a) Ledus,
(b) Clitis, (c) Elaris, Atax, Vachalis; Ligerimque bipenni
Exciſum per fruſta bibit. Cùm bella (d) timentes
Defendit Turonos, (e) aberas. Pòſt tempore parvo
Pugnaſtis pariter, Francus (f) quà Cloio patentes
Atrebatum terras pervaſerat. Hîc coëuntes
Claudebant anguſta vias, arcuque ſubactum
Vicum (g) Helenam, flumenque ſimul ſub tramite longo
Artus ſuppoſitis trabibus tranſmiſerat agger.
Illic te poſito, pugnabat ponte ſub ipſo
Majorianus eques. Fors ripæ colle propinquo,
Barbaricus reſonabat hymen, Scythiciſque choreis B
Nubebat flavo ſimilis nova nupta marito.
Hos ergo, ut perhibent, ſtravit: crepitabat ad ictus
Caſſis, & oppoſitis haſtarum verbera thorax
Arcebat ſquamis, donec converſa fugatus
Hoſtis terga dedit. Plauſtris rutilare videres
Barbarici vaga feſta tori, convictaque paſſim
Fercula, captivaſque dapes, cirroque madente
Ferre coronatos redolentia ſerta lebetas.
Ilicet increvit Mavors, thalamique refringit
Plus ardens Bellona faces. Rapit eſſeda victor,
Nubentemque nurum. — — — —

Hic quoque (h) monſtra domat, rutili quibus arce cerebri C
Ad frontem coma tracta jacet, nudataque cervix
Setarum per damna nitet, tum lumine glauco
Albet aquoſa acies, ac vultibus undique raſis,
Pro barba tenues perarantur pectine criſtæ.
Strictiùs aſſutæ veſtes procera coërcent
Membra virûm, patet his altato tegmine poples,
Latus & anguſtam ſuſpendit balteus alvum.
Excuſſiſſe citas vaſtum per inane bipennes,
Et plagæ præſciſſe locum, clypeoſque rotare
Ludus, & intortas præcedere ſaltibus haſtas,
Inque hoſtem veniſſe priùs. Puerilibus annis
Eſt belli maturus amor: ſi fortè premantur D
Seu numero, ſeu ſorte loci, mors obruit illos,

(a) *Ledus*, Sirmondo teſte, in Septimania è Cemmenis montibus per Volcas Arecomicos & Montem-Peſſulum in mare Gallicum decurrit; nunc *le Lez* vocatur. Malè à quibuſdam cum Liderico confunditur.

(b) Multi cum Maſſono *Clitim* putant eſſe *Clenum* aut *Clinnum* Pictavorum fluvium, vulgò *le Clain*, quem Vingenna *la Vienne* recipit. Ab iis totus diſſentit Hadr. Valeſius, qui negat *Clitim* pro Cleno dici haberique potuiſſe à Sidonio, cenſetque hîc deſignari *Olitim*, & legendum *Oltis*, ut vocatur à vetere Scriptore vitæ S. Deſiderii Cadurcorum Epiſcopi. Si qua fides Scaligero, Arverni & Cadurci, per quos decurrit *Olitis*, eum nominant *l'Old* & *l'Ould*: noſtræ tabulæ nunc *Lot*, nunc *le Lot*.

(c) *Elaris* fluvius eſt *Elaver*, Cæſaris Commentariis notiſſimus, qui ſurgens in Cebennis, & per Arvernorum plana decurrens, in Ligerim evolvitur tertio à Niverno lapide, poſtquàm pagum Nivernenſem à Burbonenſi diviſit per leugas decem.

(d) Timebant, inquit Sirmondus, à vicinis Armoricis, qui ad libertatem jamdudum, ut ex Zoſimi lib. 6. patet, adſpirantes, aut Romanos armis appetebant ipſi, aut appetebantur.

(e) Cùm Turones, quos impugnabant Armorici, defenderet Majorianus, aberat Aëtius, quia, ut obſervat doctiſſimus Abbas Dubos ſuprà laudatus, Romam abierat anno 446. ut tertium Conſulatum iniret.

(f) Francicum hoc bellum, in quo ab Aëtio & Majoriano cum Clodione Rege pugnatum eſt, plerique omnes ad Felicem & Taurum Conſules, Chriſtique annum 428. referri volunt: quòd eo anno Proſper & Caſſiodorus partem Galliarum propinquam Rheno, quam Franci occuparant, Aëtii Comitis armis receptam tradant. Verùm quî potuit Majorianus tunc adeſſe, & tam acriter dimicare, qui triginta poſt annos in hoc ſuo Conſulatu juvenis erat? Deinde prior illa expeditio ad Rhenum, hæc noſtra ad Atrebates & Helenam vicum. Certius ergo hæc geſta videri poſt annum Chr. 445. quo tempore narrant cum Gregorio & Sigeberto Annales noſtri, Clodionem è Thoringorum finibus egreſſum, protritis Romanis qui cis Rhenum erant, in Carbonariam ſylvam veniſſe, Tornacum & Cameracum urbes, aliaque mox omnia ad Somonam uſque fluvium occupaſſe. Conſtat enim urbes illas Atrebatum agris proximas eſſe. Quare cùm in hos quoque poſteà pervaderent Franci, ab Aëtio inhibitos, & hac quam Sidonius laudat victoria repreſſos conjicio. *Ita Sirmondus.* Vide etiam Petavium Rat. Temp. lib. 6. cap. 13.

(g) Sirmondus Savaronem ſecutus, *Vicum Helenam* putat eſſe vetus Heſdinium Quantiæ flumini impoſitum. Utrumque refellit Hadr. Valeſius, conjicitque *Vicum Helenam* eſſe *Lenſium* ad Deulam, *Lens*, quod *Lenenſe caſtrum* Balderico dicitur in Hiſtoriæ lib. 2.

(h) Hîc Sidonius Francos, quos ridiculè ob proceritatem eximiam monſtra appellat, graphicè deſcribit.

Digitized by Google

A Non timor; invicti perſtant, animoque ſuperſunt
Jam propè poſt animam. Tales te teſte * fugavit
Et laudante viros. Quis nam ferat? omnia tecum,
Te ſine multa facit. [*Huc uſque uxor Aëtii.*]

V. 354 Ex quo Theudoſius communia jura fugato
Reddidit (a) auctoris fratri, cui guttura fregit
Pòſt in ſe vertenda manus; mea (b) Gallia rerum
Ignoratur adhuc dominis, ignaraque ſervit.
Ex illo multùm periit, quia Principe clauſo,
Quidquid erat miſeri diverſis partibus orbis,
Vaſtari ſolemne fuit. Cui vita placeret,
B Cùm Rector moderandus erat? — —

446 Gallia (c) continuis quanquam ſit laſſa tributis,
Hoc cenſu placuiſſe cupit, nec pondera ſentit,
Quæ prodeſſe probat. — — —

510 — — — Jam (d) tempore brumæ
Alpes marmoreas, atque occurrentia juncto
Saxa polo, rupeſque vitri, ſiccamque minantes
Per ſcopulos pluviam, primus pede carpis, & idem
Lubrica præmiſſo firmas veſtigia conto.

553 Qui tibi prætereà comites, quantuſque (e) Magiſter
Militiæ, veſtrum poſt vos qui compulit agmen,
C Sed non invitum? dignus cui cederet unus
Sylla acie, genio Fabius, pietate Metellus,
Appius eloquio, vi Fulvius, arte Camillus.
Si Præfecturæ (f) quantus moderetur honorem
Vir quæras, tendit patulos quà Gallia fines:
560 Vix habuit mores ſimiles, cui teſte ſenatu
In ſe etiam tractum commiſerat Ulpius enſem:
Qui dictat modò jura Getis, ſub Judice veſtro
Pellitus ravum præconem ſuſcipit hoſtis.
Quid loquar hîc illum (g) qui ſcrinia ſacra gubernat?
D Qui cùm civilis diſpenſet partis habenas,
Suſtinet armati curas, interprete ſub quo
Flectitur ad veſtras gens effera conditiones.
Quid laudare Petrum parvis temeraria Clio

* Majorianus

An. Chr. 457.

(a) Theodoſii auctor eſt Gratianus, à quo impétium acceperat. Auctoris frater Valentinianus, cui gulam qui fregit Arbogaſtes, idem ſibi poſteà, cum Eugenio tyranno victus à Theodoſio, mortem conſcivit, ſeptimo ferè pòſt anno quàm Valentinianus à Maximo fugatus imperio per Theodoſium reſtitutus fuerat. Auctores ergo dicti, qui vel generis, vel opum & honoris parentes aliis fuiſſent. *Sirmondus.*

(b) Gallia ab interitu Valentiniani junioris per annos 66. legitimum Principem nullum viderat. Ubi tacitè Honorii & Plac. Valentiniani ſocordiam inſimulat, qui Ravennæ ferè mœnibus incluſi, Barbaris provincias lacerantibus omnia peſſum dederunt: cùm alter ob inertiam, alter ob ætatem moderatoribus egerent. *Idem.*

(c) Gallia, ut à novo Imperatore Majoriano gratiam iniret, venit in partem impenſarum, quas in claſſicum in Africam apparatum faciebat Imperator.

(d) Erat in Gallia quædam factio, quæ Marcelliano favebat, quæque Majorianum pro Imperatore habere nolebat; Majorianus ineunte hyeme anni 458. Alpes pertranſiit, ut ſuos adverſarios ſub ſuum ſubjungeret imperium. Jam ante finem hujus anni Lugdunum ceperat & diripuerat. Videtur Sidonius ſe ad partes adverſariorum Majoriani adjunxiſſe: nam in Præfatione hujus Panegyrici teſtatur ſe confugiſſe ad clementiam Imperatoris, qui ei veniam dederat:

Sic mihi diverſo nuper ſub marte cadenti,
Juſſiſti placido victor ut eſſem animo.

(e) Putat Sirmondus hunc Magiſtrum militiæ, quem ſummis laudibus extulit Sidonius, eſſe vel Ricimerem, vel Nepotianum: neutrum hac dignitate decoratum tunc fuiſſe oſtendit Abbas Dubos lib. 3. cap. 13. Hiſt. Crit. Monarchiæ Francicæ, cenſetque tunc in Galliis hoc munere functum eſſe Ægidium. Gregorius Tur. lib. 2. cap. 11. *Majorianus ſucceſſit. In Galliis autem Ægidius ex Romanis Magiſter Militum datus eſt.* De hoc Ægidio gloriosè prædicat Paulinus Petroc. de Vita Martini lib. 6.

Illuſtrem virtute virum, ſed moribus almis
Plus claruit, magnuſque fide qua celſior exſtat,
Egidium.

(f) Conjicit Sirmondus hic agi de Magno Narbonenſi Præfecto Galliarum, cujus præfecturæ jam exactæ meminit Sidonius lib. 1. Epiſt. 11. in epulo Majoriani, hoc eſt triennio poſt hunc Panegyricum. *Primus jacebat cornu ſiniſtro Conſul ordinarius Severinus.... Juxta eum Magnus, olim ex Præfecto, nuper ex Conſule, par honoribus perſona geminatis; recumbente poſt ſe Camillo filio fratris, qui duabus dignitatibus & ipſe decurſis, pariter ornaverat proconſulatum patris, patrui conſulatum.*

(g) Petrum ſcilicet Majoriano Principi ab Epiſtolis, cujus interventu, acceptis obſidibus, remotum fuerat ab urbe Lugduno militare præſidium, quod captæ urbi Majorianus impoſuerat. Ejus meminit Sidonius lib. 9. Epiſt. 13. Eidem prætereà Panegyricum Majoriani obtulit Carmine 111.

Digitized by Google

Viribus aggrederis? cujus dignatur ab ore
V. 570 Cæsar in orbe loqui, licèt & Quæstore diserto
Polleat. Attamen hic nuper, placidissime Princeps,
Obside percepto, nostræ de mœnibus (a) urbis
Visceribus miseris insertum depulit hostem.
Et quia lassatis nimiùm spes unica rebus
Venisti, nostris petimus succurre (b) ruinis;
Lugdunumque tuam, dum præteris, aspice victor.
Otia post nimios poscit te fracta labores:
Cui pacem das, redde animum. Lassata juvenci
Cervix deposito meliùs pòst sulcat aratro
580 Telluris glebam solidæ. Bove, fruge, colono,
Civibus exhausta est: stantis fortuna latebat,
Dum capitur, væ quanta fuit? post gaudia, Princeps,
Delectat meminisse mali. Populatibus, igni
Etsi concidimus, veniens tamen omnia tecum
Restituis: fuimus vestri quia causa triumphi,
Ipsa ruina placet. —— —— ——
596 —— —— Quòd lumina flectis,
Quódque serenato miseros jam respicis ore,
Exultare libet: memini, cùm (c) parcere velles,
Hic tibi vultus erat; mitis dat signa venustas.

EX CARMINE VII.

In Panegyrico Avito Augusto (d) *socero dicto.*

V. 139 Est mihi quæ Latio se sanguine tollit alumnam,
Tellus (e) clara viris, cui non dedit optima quondam
Rerum opifex natura parem. Fœcundus (f) ab urbe
Pollet ager, primo qui vix proscissus aratro,
Semina tarda sitit, vel luxuriante juvenco,
Arcana exponit picea pinguedine glebam.
Assurrexit huic coxit quod torridus Auster
Niliacum Libycumque solum; collataque semper
Arida Mygdoniæ damnarunt Gargara falces.
Appulus & Calaber cessit. Spes unica rerum,
Hanc, Arverne, colens; nulli pede cedis in armis,
150 Quosvis vincis equo. Testis mihi (g) Cæsaris esto
Hîc nimiùm fortuna pavens, cùm colle repulsus
Gergoviæ, castris miles vix restitit ipsis.
Hos ego tam fortes volui, sed cedere Avitum
Dum tibi, Roma, paro: rutilat cui maxima dudum
Stemmata complexum germen: palmata cucurrit
Per proavos gentisque suæ, te teste, Philagri,
Patricius resplendet apex. Sed portio quanta est
Hæc laudum, laudare patres? quos quippe curules
Et præfecturas constat debere nepoti.
160 Sunt alii, per quos se postuma jactet origo,
Et priscum titulis numeret genus alter; Avite,
Nobilitas tu solus avos. Libet edere tanti
Gesta viri, & primam paucis percurrere vitam.

(a) Lugdunenses, cùm imperium Majoriani detrectarent, ejus armis subacti captique fuerunt.

(b) Quia multis incommodis attriti hoc bello fuerant Lugdunenses, tributorum laxationem per Sidonium postulant.

(c) Sidonius paulò antè veniam participatæ defectionis impetrarat, ut suprà vidimus.

(d) Papianillam filiam Aviti Imp. in matrimonio sibi sociaverat Sidonius, ut testatur Gregorius Turon. lib. 2. cap. 21.

(e) Arvernia, Aviti patria. Gregorius Turon. lib. 2. cap. 11. *Avitus unus ex Senatoribus, & , ut valde manifestum est, civis Arvernus.*

(f) Arverniæ fœcunditatem jam suprà laudavit Sidonius lib. 4. Epist. 21.

(g) Arverni Cæsarem à Gergoviæ obsidione cum ingenti clade repulerunt. Vide Cæsarem lib. 7. de Bello Gall.

Digitized by Google

A Nec minùs hæc inter, civilia jura ſecutus,
Eligitur (a) primus, juvenis, ſolus, mala fractæ
Alliget ut patriæ, poſcatque informe recidi
Vectigal. Procerum tunc fortè potentior illic,
Pòſt etiam princeps, Conſtantius omnia præſtat,
Indole defixus tanta, & miratus in annis
Parvis grande bonum, vel in ore precantis ephebi
Verba ſenis. Ducis hinc pugnas, & fœdera regum
Pandere, Roma, libet. Variis incuſſa procellis
Bellorum, regi (b) Getico tua Gallia pacis
Pignora juſſa dare eſt: inter quæ nobilis obſes An. Chr. 425.
Tu, Theodore, venis, quem pro pietate propinqui
B Expetis in media pelliti (c) principis aula
Tutus, Avite, fide. Probat hoc jam Theudoris altum
Exemplum officii. Res mira & digna relatu,
Quòd fueris blandus, regi placuiſſe feroci.
Hinc te paulatim prælibat ſenſibus imis,
Atque animis vult eſſe ſuum. Sed ſpernis amicum
Pluſquàm Romanum gerere. Stupet ille repulſam,
Et plus inde places. — — — —
Aëtium intereà, Scythico quia ſæpe duello
Edoctus, ſequeris; qui quanquam celſus in armis,
Nil ſine te geſſit, cùm plurima tu ſine illo.
Nam poſt Juthungos (d) & Norica bella, ſubacto
C Victor Vindelico, Belgam, (e) Burgundio quem trux An. Chr. 428.
Preſſerat, abſolvit junctus tibi. Vincitur illic
Curſu Herulus, Chunus jaculis, Francuſque natatu,
Sauromata clypeo, Salius pede, falce Gelonus,
Vulnere vel ſi quis plangit, cui fleſſe periſſe eſt,
Ac ferro peraraſſe genas, vultuque minaci
Rubra cicatricum veſtigia defodiſſe.
Illuſtri jam tum donatur celſus honore,
Squameus & rutilis etiamnum livida criſtis
Ora gerens. Vix arma (f) domum ſordentia caſtris
Rettulerat; nova bella iterum, pugnamque ſub ipſis
Jam patriæ muris periturus commovet hoſtis.
D Litorius * Scythicos equites tum fortè ſubacto * Hunnos.
Celſus Aremorico, Geticum rapiebat in agmen
Per terras, Arverne, tuas: qui proxima (g) quæque
Diſcurſu, flammis, ferro, feritate, rapinis
Delebant, pacis fallentes nomen inane.

(a) Prima hæc Aviti legatio, cùm ab Arvernis ſuis levandi tributi cauſa miſſus eſt ad Honorium Auguſtum. In hujus enim aula Conſtantius Comes, cui nupſerat Placidia ejus ſoror. Quo anno peracta legatio, vel quibus tum cladibus fracta fuerit patria, non liquet. Sed legatum oportuit ante annum 421. quia hoc demum anno Conſtantius in conſortium imperii ab Honorio adſcitus eſt. *Sirmondus.*

(b) Rex Geticus eſt Theodoricus, qui Gothorum in Gallia poſt Valliam rex fuit. Gregorius Turon. Theudonem vocat, Sidonius Theudorim & Theudoridam. Gothicum autem hoc fœdus, in quo dati ſunt obſides à Gallis, atque in his Theodorus Aviti propinquus, poſt Arelatenſem, ni fallor, obſidionem intelligi debet, cùm Theodoricus, ut Iſidorus in Chronico ſcribit, regno Aquitanico non contentus, eam urbem obſedit, donec imminente Aëtio liberata eſt, anno, ut Proſper notat, 425. *Idem.*

(c) Id eſt, Gothorum regis.

(d) Aëtii expeditio adverſus Juthungos ad annum 427. vel ſequentem referenda eſt: nam Proſperi Chronicon ad an. 427. *Aëtius Juthungorum gentem delere intendit.*

(e) Hic notari putat Sirmondus cladem illam memorabilem, qua Burgundionum univerſa penè gens per Aëtium deleta eſt anno 436. Doctiſſimus tamen Abbas Dubos in Hiſtor. Crit. Monarchiæ Francicæ lib. 2. cap. 6. exiſtimat Burgundiones, qui tunc ſedes habebant in Germania prima, quique Metenſium & Tullenſium civitates invadere tentabant, ſtatim poſt ſubactos Juthungos, id eſt anno 428. ab Aëtio impeditos fuiſſe.

(f) Vix domum redierat Avitus, cùm novum à Theodorico Gothorum Rege exortum eſt bellum, quod cœpit ab obſidione Narbonæ anno 436. In hoc bello Romani Hunnorum auxilio uſi ſunt; quos cùm ab Armoricis, qui ſeſe cum Veſigothis contra Romanos conjunxerant, per Arvernos duceret Litorius; atque illi Arverniam vaſtarent, eos repulit Avitus, & ſingulare cum Hunno certamen iniit, quod à Sidonio pluribus verſibus deſcribitur.

(g) Hanc Arvernicam direptionem ad annum 437. refert Sigonius in lib. de Occidentis imperio: rejicit Pagius in annum 439. De hac auxiliarium Hunnorum graſſatione queritur Paulinus Petrocorius de Vita S. Martini lib. 6. verſ. 116.

Cum ſubito pavefacta metu, graviore periclo,
Auxiliatores pateretur Gallia Chunnos;
(Nam ſocium quis ferre queat, qui durior hoſte
Extat, & adnexum fœdus feritate repellat?)
Horum unus ſtimulis furioſi dæmonis actus,
Irrupit ſacram Domini prædo improbus ædem.

Digitized by Google

Hæc poſt geſta viri, temet, Styx livida, teſtor, A
Intemerata mihi Præfectus jura regebat:
Et caput hoc ſibimet ſolitis defeſſa ruinis
Gallia ſuſcipiens, Getica pallebat ab ira.
(a) Nil prece, nil pretio, nil milite fractus agebat
Aëtius. Capto terrarum damna patebant
An. Chr. 439. Litorio. In Rhodanum proprios producere fines
Theudoridæ fixum: nec erat pugnare neceſſe,
Sed migrare Getis. Rabidam trux aſperat iram
Victor; quòd ſenſit Scythicum pro mœnibus hoſtem,
Imputat, & nihil eſt gravius, ſi forſitan unquam
Vincere contingat, trepido. Poſtquàm undique nullum
Præſidium, Ducibuſque tuis nil, Roma, relictum eſt, B
Fœdus, Avite, novas: ſævum tua pagina regem
Lecta domat. Juſſiſſe ſat eſt te quod rogat orbis.
Credent hoc unquam gentes populique futuri?
Litera Romani caſſat, quod Barbare vincis.
Jura igitur rexit. Namque hoc quoque par fuit, ut tum
Aſſertor fieret legum, qui nunc erit auctor:
Ne dandus populis, princeps, caput, induperator,
Cæſar & Auguſtus, ſolùm fera prælia noſſet.
Jam Præfecturæ perfunctus culmine tandem
Se dederat ruri: nunquam tamen otia, nunquam
Deſidia imbellis: ſtudiumque & cura quieto
Armorum ſemper: ſubito cùm rupta (b) tumultu C
Barbaries totas in te transfuderat arctos,
Gallia. Pugnacem Rugum comitante Gelono
Gepida trux Sequitur, Scyrum Burgundio (c) cogit:
Chunus, Bellonotus, Neurus, Baſterna, Toringus,
An. Chr. 451. Bructerus, ulvoſa quem vel Nicer abluit unda,
Prorumpit (d) Francus. Cecidit citò ſecta bipenni
Hercinia in lintres, & Rhenum texuit alno.
Et jam terrificis diffuderat Attila turmis
In campos ſe, Belga, tuos. Vix liquerat Alpes
Aëtius, tenue & rarum ſine milite ducens
Robur, in auxiliis Geticum malè credulus agmen
Incaſſum propriis præſumens adfore caſtris. D
Nuntius at poſtquàm ductorem perculit, Hunnos
Jam propè contemptum propriis in ſedibus hoſtem
Expectare Getas, verſat vagus omnia ſecum
Conſilia, & mentem curarum fluctibus urget.
Tandem cunctanti ſedit ſententia, celſum
* Avitum. Exorare * virum; collectiſque omnibus unà
Principibus, coram ſupplex ſic talibus infit.
» Orbis, Avite, ſalus, cui non nova gloria nunc eſt,
» Quòd rogat Aëtius: voluiſti, & non nocet hoſtis:
» Vis? (e) prodeſt. Incluſa tenes tot milia nutu,

(a) Victo captoque ad Toloſam anno 439. à Gothis Litorio, cùm Aëtius Theodoricum, qui uſque ad Rhodanum regni ſui fines producere volebat, nullo modo flectere potuiſſet; ſcriptis ad eum litteris, Avitus Præfectus prætorio Galliarum adeò demulſit & mitigavit, ut cum eo pacem renovarit. Sidonius, ut renovatæ pacis gloriam in Avitum, cujus laudes canebat, refunderet, Veſigothos inducit tamquam ſuperbos & pacem rejicientes. Rem aliter narrat Proſper in Faſtis ad annum 439. *Pax cum Gothis facta, cùm eam poſt ancipitis pugnæ experimentum humiliùs quàm anteà popoſciſſent.*

(b) Attila in Galliam irruente, Avitus Toloſam ad Theodoricum Regem Aëtii rogatu profectus eſt, ut Gothos in belli Hunnici ſocietatem pertraheret. *Sirmondus.*

(c) Hi Burgundiones Scythæ erant, & ultra Danubium habitabant; ac proinde diverſi ſunt à Burgundionibus qui ex Germania prodiere.

(d) In hoc bello Francorum alii pro Romanis contra Attilam pugnabant, alii, qui Nicri fluvii ripas incolebant, ſtabant à partibus Attilæ. De Horum Rege Abbas Dubos Hiſt. Crit. lib. 2. cap. 15. loqui putat Priſcum Rhetorem in excerptis Legationibus, cùm ait poſt obitum Regis Francorum, de regno inter liberos ejus ortam eſſe diſſenſionem; *quorum major natu Attilam, minor Aëtium in auxilium vocare ſtatuerat.* Addit idem Priſcus minorem anno 450. à ſe viſum Romæ *legationem obeuntem, adhuc imberbem*, &c. Vide quæ ſuprà notavimus pag. 607.

(e) Hunc locum ſic explicat Sirmondus: Olim, inquit, cùm tibi victorem Theodoricum ad pacem hortari libuit, deſiit nocere: nunc ſi vis iterum rogare, proderit ſuis auxiliis.

Digitized by Google

A » Et populis Geticis ſola eſt tua gratia limes.
» Infenſi ſemper nobis pacem tibi præſtant.
» Victrices, i, prome aquilas : fac, optime, Chunos,
» Quorum fortè prior fuga nos concuſſerat olim,
» Bis victos (a) prodeſſe mihi. » Sic fatur, & ille
Pollicitus votum fecit ſpem. Protinus inde
Advolat, & famulas in prælia concitat iras.
Ibant * pellitæ poſt claſſica Romula turmæ, * Gothi.
V. 350 Ad nomen currente Geta. Timet ære vocari
Dirutus, opprobrium non damnum Barbarus horrens.
Hos ad bella trahit jam tum ſpes orbis Avitus,
Vel jam privatus, vel adhuc. — —
B 357 Jam propè fata tui biſſenas (b) vulturis alas
Complebant, (ſcis namque tuos ſcis, Roma, labores)
Aëtium (c) Placidus mactavit ſemivir amens; An. Chr. 454.
Vixque tuo impoſitum capiti diadema, Petroni;
Illicò (d) barbaries, necnon ſibi capta videri
Roma Getis, telluſque ſuo ceſſura furori.
— — — — —
369 Quin & Aremoricus piratam Saxona tractus
Sperabat, cui pelle ſalum ſulcare Britannum
Ludus, & aſſuto glaucum mare findere lembo.
Francus (e) Germanum primum Belgamque ſecundum
Sternebat, Rhenumque, ferox Alamanne, bibebas
C Romanis ripis, & utroque ſuperbus in agro
Vel civis, vel victor (f) eras. Sed perdita cernens
Terrarum ſpatia princeps jam Maximus, unum
Quod fuit in rebus, peditumque equitumque Magiſtrum
Te ſibi, Avite, legit. Collati rumor honoris Ann. Chr. 455.
Invenit agricolam, flexi dum fortè ligonis
380 Exercet dentes, vel pando pronus aratro
Vertit inexcoctam per pinguia jugera glebam.
— — — — — —
388 Ut primùm ingeſti (g) pondus ſuſcepit honoris,
Legas qui veniam poſcant, Alamanne, furoris.
Saxonis incurſus ceſſat, Chattumque (h) paluſtri
Alligat Albis (i) aqua. Vixque hoc ter menſtrua totum
D Luna videt. Jamque ad populos (k) & rura feroci

(a) Elegans clauſula orationis, qua optat Hunnos, qui bello Gothico, cùm auxiliares eſſent, victi nocuerant, cladiſque Litorianæ auctores fuga ſua fuerant, nunc cùm hoſtes ſunt, iterum vinci, atque ita bis victos prodeſſe. *Sirmondus.*

(b) Ex duodecim vulturibus, quos viderat Romulus Augures conſulendo, urbem Romam non mille ducentos annos exceſſuram prædixerat Augur Vettius.

(c) Aëtius anno 454. ab Imp. Valentiniano Placidiæ filio occiſus eſt.

(d) Cæſo poſt Aëtii necem Valentiniano an. 455. cùm Maximus Petronius purpuram induiſſet, continuò exorti ſunt in Gallia varii motus Gothorum, Saxonum, Francorum & Alamannorum. Ad quos ſedandos nihil conſultius viſum Maximo, quàm ut Avitum peditum equitumque per Gallias Magiſtrum crearet. *Sirmondus.*

(e) Abbas Dubos in opere ſuprà laudato lib. 2. cap. 20. arbitratur non eoſdem eſſe Francos qui & Germaniam primam & Belgicam ſecundam depopulabantur : ſiquidem Franci, devaſtata Germania, in Belgicam ſecundam ingredi non poterant, quin pertranſirent & devaſtarent Belgicam primam, quæ Germaniam primam à Belgica ſecunda ſeparabat. Quod ſi ita accidiſſet, aliter mentem ſuam aperuiſſet Sidonius. Hinc conjicit Francos, qui veterem Franciam incolebant, tranſacto Rheno, Germaniam primam invaſiſſe ; dum Franci alii, qui jamdudum in finibus ſecundæ Belgicæ ſedem fixerant, hanc provinciam occupabant. Hos Francos infrà Cattos vocat Sidonius.

(f) Alamannorum enim ſedes in Suevia trans Rhenum : nunc Rheno trajecto, citeriorem quoque Romanorum ripam infeſtabant. Itaque in hac, id eſt in Gallicana victores, in Germanica, quam dudum incolebant, cives erant. Sed non multò pòſt in Gallicanam quoque immigrarunt, totamque illam Maximæ Sequanorum partem occuparunt, quæ à Rheno ad Juram uſque montem porrigitur : cui & novæ Alamanniæ nomen fecerunt. De qua quidem Ciſrhenana ſeu Gallica Alamannia, tum alii paſſim, tum Gregorius Turon. in vita SS. Lupicini & Romani : *Illa Jurenſis deſerta ſecreta, quæ inter Burgundiam Alamanniamque ſita, Aventicæ adjacent civitati.* Sirmondus.

(g) Avito militum Magiſtro facto, ejus metu Franci, qui Germaniam primam & Belgicam ſecundam depopulabantur, Alamanni in Galliam trangreſſi, & Saxones tractum Armoricanum prædationibus infeſtantes, domum redierunt.

(h) *Chattus* paulò ſuperiùs *Francus* dicitur : quod argumento eſt Chattos gentem Francicam fuiſſe.

(i) Abbas Dubos jam toties ſuprà citatus per *Albim* hîc non intelligendum exiſtimat celebrem illum Germaniæ fluvium *Elbe* dictum, ſed fluviolum *Albam* vulgò *Albe* vel *Alve* nuncupatum, in territorio Tungrenſi, ubi regnante Honorio jam Franci ſedes collocaverant.

(k) Sedatis aliarum gentium motibus, reliqui erant Gothi, ad quos pacandos Avitus ipſe profectus eſt. Hæc poſterior ejus legatio ad Theodoricum juniorem ſuperioris filium ; cujus hortatu, cùm Toloſæ una eſſent, audita Maximi Aug. nece, imperium ſuſcepit. *Sirmondus.*

Digitized by Google

An. Chr. 455.

Tenta Getæ protendit iter, quà pulſus ab æſtu
Oceanus, refluum ſpargit per culta Garumnam,
In flumen currente mari : tranſcendit amarus
Blanda fluenta latex, fluviique impacta per alveum
Salſa peregrinum ſibi navigat unda profundum.
Hîc jam diſpoſito laxantes fræna duello
* Veſorum proceres raptim ſuſpendit ab ira
V. 400 Rumor, ſuccincto referens diplomate Avitum
jam Geticas intrare domos, poſitaque parumper
Mole magiſterii, legati jura ſubiſſe.
Obſtupuere duces, pariter Scythicuſque ſenatus,
Et timuere, ſuam pacem ne fortè negaret.

411 Hic aliquis tum fortè Getes, dum falce recocta
Ictibus informat, ſaxoque cacuminat enſem,
Jam promptus caluiſſe tubis, jamjamque frequenti
Cæde ſepulturus terram, non hoſte ſepulto,
Claruit ut primùm nomen venientis Aviti,
Exclamat, » Periit bellum, date rurſus aratra.
» Otia ſi replico priſcæ bene nota quietis,
» Non ſemel iſte mihi ferrum tulit. O pudor! ô dii!
» Tantùm poſſe fidem! quid fœdera lenta minaris,
420 » In damnum mihi fide meum? compendia pacis
» Et præſtare jubes nos & debere. Quis unquam
» Crederet? En Getici reges parere volentes,
» Inferiùs regnaſſe putant. Nec dicere ſaltim
» Deſidiæ obtentu poſſum te prælia nolle.
» Pacem fortis amas. Jam parteis ſternit Avitus:
» Inſuper & Geticas præmiſſus continet iras
» Meſſianus. Adhuc mandaſti, & ponimus arma.
» Quid reſtat quod poſſe velis? quòd non ſumus hoſtes,
» Parva reor. Priſco tu ſi mihi notus in actu es,
430 » Auxiliaris ero; vel ſic pugnare licebit. »
Hæc ſecum rigido Veſus dum corde volutat,
Ventum in conſpectum fuerat. Rex (a) atque Magiſter
Propter conſtiterant. Hic vultu erectus, at ille
Lætitia erubuit, veniamque rubore popoſcit.
Poſt hinc germano Regis, hinc Rege retento,
Palladiam implicitis manibus ſubiere Toloſam.

441 Intereà incautam furtivis Vandalus (b) armis,
Te capit, infidoque tibi Burgundio ductu
Extorquet trepidas mactandi (c) Principis iras.

450 Exilium patrum, plebis mala, Principe cæſo,
Captivum imperium ad Geticas rumor tulit aures.
Luce nova veterum cœtus de more Getarum
Contrahitur. Stat priſca annis, viridiſque ſenectus
Conſiliis : ſqualent veſtes, ac ſordida macro
Lintea pingueſcunt tergo, nec tangere poſſunt
Altatæ ſuram pelles, ac poplite nudo
Peronem pauper nodus ſuſpendit equinum.

(a) Ut paucis contraham quod fuſiori ſtylo proſequitur Sidonius; Avitus ad Theodoricum juniorem mittitur pacem petiturus : medius inter Theodoricum & Fridericum ejus fratrem Toloſam ingreditur. Theodoricus, cognita Maximi nece, Avito ſuadet ut Imperium recipiat. Reverſo Ugernum Avito idem ſuadent Gallorum principes : ac tertio pòſt die Arelati coronatur Imperator à proceribus & militibus.

(b) Genſericus Vandalorum Rex anno 455. Romam capit & diripit.

(c) Conſentiunt omnes Petronium Maximum, nuntiato Genſerici adventu, in ipſa fugæ trepidatione occiſum : de auctore necis mira ſcriptorum varietas. Proſper ab Eudoxiæ Reginæ famulis dilaniatum, Caſſiodorus à militibus extinctum, Jornandes ab Urſo milite Romano interemptum tradit : Theophanes à ſuis; Sidonius Burgundionis, alicujus fortaſſe de ſchola Protectorum, ductu cæſum docet. *Sirmondus.* Hîc *Burgundionis* nomine virum aliquem dignitate imperiali ornatum deſignari putat Abbas Dubos lib. 2. cap. 20. conjicitque eſſe Gundericum Burgundionum Regem, quibus ſedes in Galliis conceſſerat Aëtius.

Poſtquàm

Digitized by Google

A Poſtquàm in concilium ſeniorum venit honora
Pauperies, paciſque ſimul rex verba popoſcit; An. Chr. 455
V. 460. Dux aït, » Optaſſem (a) patriis ſecurus in arvis
» Emeritam fateor ſemper foviſſe quietem,
» Ex (b) quo militiæ poſt munia trina, ſuperbum
» Præfecturæ apicem quarto jam culmine rexi.
» Sed dum me noſtri princeps modò Maximus orbis
» Ignarum, abſentem, procerum poſt mille repulſas,
» Ad lituos poſt jura vocat, voluitque ſonoris
» Præconem mutare tubis, promptiſſimus iſtud
» Arripui officium, vos quò legatus adirem.
» Fœdera priſca precor, quæ nunc meus ille teneret,
B 470. » Juſſiſſem ſi fortè, ſenex, cui ſemper Avitum
» Sectari creviſſe fuit. Tractare ſolebam
» Res Geticas olim: ſcis te neſciſſe frequenter
» Quæ ſuaſi, niſi facta. Tamen fortuna priorem
» Abripuit genium. Periit quodcumque merebar
» Cum genitore tuo. (c) Narbonem tabe ſolutum
» Ambierat, tu parvus eras trepidantia cingens
» * Millia, in infames jamjamque coëgerat eſcas: * Mœnia.
» Jam triſtis propriæ credebat defore prædæ,
» Si clauſus fortaſſe perit: cùm noſtra probavit
480. » Conſilia, & refugo laxavit mœnia bello.
» Teque ipſum (ſunt ecce ſenes) hoc pectore fotum
C » Hæ flentem tenuere manus, ſi forſitan altrix
» Te mihi, cùm nolles, lactandum tolleret. Ecce
» Advenio, & priſci repeto modò pignus amoris.
» Si tibi nulla fides, nulla eſt reverentia patris,
» I durus, pacemque nega. » Prorumpit ab omni
Murmur concilio: fremituſque & prælia damnans,
Seditioſa ciet concordem turba tumultum.
Tum rex effatur: » Dudum, Dux (d) inclyte, culpo
490. » Poſcere te pacem noſtram, cùm cogere poſſis
» Servitium, trahere ac populos in bella ſequaces.
» Ne quæſo invidiam patrio mihi nomine inuras:
» Quid mereor, ſi nulla jubes? ſuadere ſub illo
D » Quod poteras, modò velle ſat eſt, ſolúmque moratur,
» Quod cupias neſciſſe Getas. Mihi Romula dudum
» Per te jura placent; parvumque ediſcere (e) juſſit
» Ad tua verba pater, docili quo priſca Maronis
» Carmine molliret Scythicos mihi pagina mores.
» Jam pacem tum velle doces: ſed percipe, quæ ſit
500. » Conditio obſequii, forſan rata pacta probabis.
», Teſtor, Roma, tuum nobis venerabile numen,
» Et ſocium de Marte genus, vel quicquid ab ævo,
» (Nil te mundus habet melius, nil ipſa ſenatu)
» Me pacem ſervare tibi, vel velle abolere
» Quæ noſter peccavit avus, quem fuſcat id unum,
E » Quòd te, Roma, capit. Sed Dii ſi vota ſecundant,

(a) Avitus nihildum de Maximi interitu cognorat.

(b) Falluntur, ut notat Sirmondus, qui ex hoc loco Avitum ter Magiſtrum militum, quater Præfectum Prætorio fuiſſe augurantur. Neque enim Avitus, quem Sidonius loquentem inducit, hoc aſſerit. Sed dicit tantùm ſibi, poſtquàm triplici jam bello, non ſine honoris titulo, militaſſet, quarto loco Præfecturam obtigiſſe. Præfectura autem Aviti incidit in annum Chr. 439. Exiſtimat Lacarrius his verbis *quarto culmine* vix aliud intelligi poſſe quàm quadriennii Præfecturam, id eſt ab anno 439. ad annum 444. quo Auxiliarem Avito ſucceſſiſſe falsò conjicit, ut ſuprà pag. 643. notavimus in Vita S. Germani.

(c) Avitus, qui maxima apud Theodoricum Seniorem auctoritate valebat, ei ut à Narbone obſeſſo, qui jam extrema incommoda an. 436. patiebatur, exercitum abduceret, perſuaſit. Proſper, Iſidorus, Paulus Diaconus & alii à Litorio Comite famis periculo liberatum Narbonem ſcribunt.

(d) Theodoricus Avito non ſolùm pacem, verùm etiam belli adverſus Vandalos ſocietatem ſpondet, ſi modò ſe Imperatorem, vacante per Maximi cædem aula, deligi patiatur. Ita enim fore, ut Romæ vetus excidium ab Alarico admiſſum, Genſerici, qui Urbem per eos dies iterum ſpoliarat, vindicta expietur. *Sirmondus.*

(e) Avitus Theodoricum II. prima humaniorum litterarum & juris elementa docuerat.

Digitized by Google

An. Chr. 455.

» Excidii veteris crimen purgare valebit A
» Ultio præſentis, ſi tu, Dux inclyte, ſolùm
» Auguſti ſubeas nomen. Quid lumina flectis?
» Invitum plus eſſe decet. Non cogimus iſtud,
» Sed conteſtamur. Romæ ſum te duce amicus,
» Principe te miles. Regnum non præripis ulli,
» Nec quiſquam Latias Auguſtus poſſidet arces:
» Qua vacat aula, tua eſt. Teſtor, non ſufficit iſtud,
» Ne noceam, atque tuo hoc utinam diademate fiat,
» Ut proſim: ſuadere meum eſt: nam Gallia ſi te
» Compulerit, quæ jure poteſt, tibi pareat orbis,
» Ne pereat. » Dixit, pariterque in verba petita
Dat ſanctam cum fratre fidem. Diſcedis, (a) Avite, B
Mœſtus, qui Gallos ſcires non poſſe latere,
Quid poſſint ſervire Getæ, te ptincipe. Namque
Civibus ut patuit trepidis te fœdera ferre,
Occurrunt alacres, ignaroque ante tribunal
Sternunt: utque ſatis ſibimet numeroſa coiſſe
Nobilitas viſa eſt, quam ſaxa nivalia (b) Cotti
Deſpectant, variis necnon quam partibus ambit
Tyrrheni Rhenique liquor, vel longa Pyrenei
Quam juga ab Hiſpano ſecluſam jure coërcent;
Aggreditur nimio curarum pondere triſtem
Gaudens turba virum. Procerum tum maximus unus,
Dignus qui patriæ perſonam ſumeret, infit: C
» Quàm nos per varios dudum fortuna labores,
» Principe ſub puero, laceris terat aſpera rebus,
» Fors longum, Dux magne, queri, cùm quippe dolentum
» Maxima pars fueris, patriæ dum vulnera lugens
» Sollicitudinibus vehementibus exagitaris.
» Has nobis inter clades ac funera mundi
» Mors vixiſſe fuit. Sed dum per verba parentum
» Ignavas colimus leges, ſanctumque putamus
» Rem veterem per damna ſequi; portavimus umbram
» Imperii, generis contenti ferre vetuſti
» Et vitia, ac ſolitam veſtiri murice gentem
» More magis quàm jure pati. Promptiſſima nuper D
» Fulſit conditio, proprias quâ Gallia vires
» Exereret, trepidam dum Maximus occupat urbem;
» Imò orbem potuit, ſi te ſibi tota Magiſtro
» Regna reformaſſet. Quis noſtrûm Belgica rura,
» Littus Aremorici, Geticas quis moverit iras,
» Non latet. His tantis tibi ceſſimus, inclyte, bellis.
» Nunc jam ſumma vocant. ——— ——— ———
——— ——— Petimus, conſcende tribunal,
» Erige collapſos. Non hoc modò tempora poſcunt,
» Ut Romam plus alter amet. —— —— ——
» Non tibi centurias aurum populare paravit,
» Nec modò venales numeroſoque aſſe redemptæ E
» Concurrunt ad puncta tribus: ſuffragia mundi
» Nullus emit: pauper legeris, quod ſufficit unum,
» Et meritis dives. Patriæ cur vota moraris,
» Quæ jubet ut jubeas? hæc eſt ſententia cunctis,

(a) Ambiiſſe purpuram Avitum non diſſimulat Gregorius Turon. lib. 2. cap. 11. nec abeſt ab ea ſententia quod ſcribit Iſidorus, Theodoricum Avito ſumendi imperialis faſtigii cum Gallis auxilium præbuiſſe. Hanc ergo labem ut eluat Sidonius, imperium mœſto & invito delatum ingeſtumque affirmat. Tradit Idacius Avitum Toloſæ primùm, deinde Arelati Auguſtum fuiſſe appellatum: quod cum Sidonio cohæret. Toloſæ enim, ut patet, acta ſunt quæ de Aviti cum Theodorico congreſſu, capeſſendique imperii conſiliis hactenus cecinit. Concionem verò Gallicæ nobilitatis, qua in reditu exceptus inauguratuſque deſcribitur, Ugerni in Arelatenſium caſtro coiſſe mox docebit. *Hæc ex Sirmondo.*

(b) Id eſt, *Alpes Cottiæ*: ſed harum nomine reliquas etiam intelligi voluit, quæ Galliam ab Italia ſecludunt. Cottiæ autem mediæ ſunt inter Graias & Maritimas. *Sirmondus.*

Digitized by Google

A "Si dominus fis, liber ero." Fragor atria complet — An. Chr. 455.
Ugerni, (a) quo fortè loco pia turba, ſenatus
Detulerat vim, vota, preces. Locus, hora dieſque
Dicitur imperio felix: ac protinus illic
Nobilium excubias gaudens ſolertia mandat.
Tertia lux refugis Hyperiona fuderat aſtris,
Concurrunt proceres, ac milite circumfuſo
Aggere (b) compoſito ſtatuunt, ac torque coronant
Caſtrenſi mœſtum, donantque inſignia regni.

V. 585 Hunc tibi, Roma, dedi, patulis dum Gallia campis
Intonat Auguſtum plauſu, fauſtumque fragorem
B Portat in exanguem boreas jam fortior auſtrum.

CARMEN XII.

Ad V. C. Caſullinum, quòd propter hoſtilitatem Barbarorum Epithalamium ſcribere non valeret.

QUID me, etſi valeam, parare (c) carmen
Feſcenninicolæ jubes Dionès
Inter crinigeras ſitum catervas,
Et Germanica verba ſuſtinentem,
Laudantem tetrico ſubinde vultu,
C Quod Burgundio cantat eſculentus,
Infundens acido comam butyro?
Vis dicam tibi quid poëma frangat?
Ex hoc barbaricis abacta plectris
Spernit ſemipedem ſtylum Thalia,
Ex quo ſeptipedes videt patronos.
Felices oculos tuos & aures,
Felicemque libet vocare naſum,
Cui non allia ſordidæque cepæ
Ructant mane novo decem apparatus.
Quem non ut vetulum patris parentem,
Nutriciſque virum, die nec orto,
D Tot tantique petunt ſimul Gigantes,
Quot vix Alcinoi culina ferret.
Sed jam muſa tacet, tenetque habenas
Paucis Hendecaſyllabis jocata,
Ne quiſquam ſatyram vel hos vocaret.

EX CARMINE XIII.

In Epigrammate, quo ab Imp. Majoriano trium capitum remedium poſtulavit.

E GERYONES nos eſſe puta, monſtrumque tributum:
Hîc (d) capita, ut vivam, tu mihi tolle tria.

(a) *Ugerni* Arelatenſium caſtri meminere Strabo lib. 4. Cyprianus in Vita S. Cæſarii Arelatenſis Epiſcopi, Gregorius Turon. lib. 8. cap. 30. & Tabula Peutingeriana. Putat Valeſius *Ugernum* nunc eſſe Bellumquadrum, *Beaucaire*, oppoſitum Taraſconi, & ſolo Rhodano ab eo diviſum; vel potiùs *Inſulam Gervicam*, Taraſconem inter & Belliquadrum poſitam, quam Rhodanus abſorbuit. Quod falſum eſſe demonſtrat Pagius ad an. 584. Num. 4. qui illud tantùm certum eſſe aſſerit, *Ugerni* caſtrum exſtitiſſe in Septimania, Rhodano fluvio, Nemauſo ac Arelati vicinum.

(b) Id eſt, aggeſta terra in ſpeciem tribunalis; quod ceſpititium tribunal appellat Vopiſcus. Torque autem diadematis vice coronatos legimus etiam Julianum Pariſiis, & Firmum in Africa: de quibus Marcellinus lib. 20. & 29. *Sirmondus*.

(c) Negat ſe poſſe verſus cudere, viventem inter Burgundiones, quorum ruſticitatem, barbariem & corporis proceritatem notat. Hoc tempore, id eſt circa an. Chr. 472. Chilpericus Burgundionum Rex, atque militiæ Magiſter in Galliis, Arvernos contra Veſigothos tuebatur.

(d) Olim in ſingula capita tributum imponebatur, quod *caput* vocabatur; adeò ut, ſi in una civitate viginti eſſent millia virorum ac mulierum, ab ea viginti millia capitum exigerentur. Non tamen ſinguli ſingula capita pendebant. Quorum amplæ erant facultates, alii unum, alii duo vel tria capita ſolvebant: quorum curtæ erant res domeſticæ, duo vel tres ſimul jungebantur ut unum penderent caput. Lex Impp.

Digitized by Google

Has ſupplex famulus preces dicavit,
Reſponſum opperiens pium ac ſalubre,
Ut reddas patriam ſimulque vitam,
Lugdunum (a) exonerans ſuis ruinis.
Hoc te Sidonius tuus precatur.

Sic ripæ duplicis tumore (b) fracto,
Detonſus Vachalim bibat Sicamber.

EX CARMINE XXII.

Dum apud Narbonem (c) quondam Martium dictum, ſed nuper factum, moras necto, ſubiit animum quoſpiam ſecundùm amorem tuum hexametros concinnare.

Burgus (d) *Pontii Leontii.*

V. 101 EST locus, irrigua quà rupe Garumna rotate,
Et tu qui ſimili feſtinus in æquora lapſu
Exis curvata, Durani muſcoſe, ſaburra,
Jam pigreſcentes ſenſim confunditis amnes.
Currit in adverſum hîc pontus, multoque recurſu
Flumina quos volvunt & ſpernit & expedit undas.
At cùm ſummotus lunaribus incrementis
Ipſe Garumna ſuos in dorſa recolligit æſtus,
Præcipiti fluctu raptim redit, atque videtur
In fontem jam non refluus ſed defluus ire.
Tum recipit laticem, quamvis minor ille, minore
Stagnanti de fratre ſuum, turgeſcit & ipſe
Oceano, propriaſque facit ſibi littora ripas.
Hos inter fluvios, uni magè proximus undæ eſt
Æthera mons rumpens, alta ſpectabilis arce. &c.

EX CARMINE XXIII.

Narbo.

V. 37 SALVE Narbo potens ſalubritate,
Urbe & rure ſimul bonus videri,
Muris, civibus, ambitu, tabernis,
Portis, porticibus, foro, theatro,
Delubris, Capitoliis, (e) monetis,
Thermis, arcubus, horreis, macellis,
Pratis, fontibus, (f) inſulis, ſalinis,
Stagnis, flumine, merce, ponte, ponto.
Unus qui venerere jure divos,
Lenæum, Cererem, Palem, Minervam,
Spicis, palmite, paſcuis, trapetis.
Solis fiſe viris, nec expetito

Valentis & Valentiniani ita habet : *Cùm antea per ſingulos viros, binas verò mulieres capitationis norma cenſa ſit ; nunc binis ac ternis viris, mulieribus autem quaternis, unius pendendi capitis jus attributum eſt.* Cod. Juſt. lib. 11. tit. 47. leg. 10.

(a) Hoc Epigramma Majoriano Lugduni obtulit Sidonius an. 458. paucis pòſt diebus quàm hæc urbs in Imperatoris ditionem redacta fuiſſet.

(b) Precatur Sidonius ut Francorum, qui utramque Rheni ripam incolebant, frangatur ſuperbia. Hinc Francos, non ſecus ac Veſigothos, tunc contra Majorianum facere, colligit ſæpe laudatus Abbas Dubos lib. 3. cap. 3.

(c) Ex hoc Sidonii loco patet Narbonem *Martium* dici, non à Marcio Conſule qui coloniam deduxit, ſed à Marte aut Legione Martia. Narbo reipſa *Martius* nuper factus eſt, cùm acerrimam Gothorum obſidionem fortiſſimè ſuſtinuit.

(d) Burgus villa Pontii Leontii, quam hîc deſcribit Sidonius, nunc nomen retinet, *Bourg*, ad Duranii fluminis (*la Dordogne*) ripam, non procul ab illius & Garumnæ confluentibus.

(e) Licentia poëtica Sidonius *Capitolia* expreſſit, licèt unicum tantùm eſſet. Supererat adhuc an Chr. 1344. versùs portam regiam prope muros civitatis quædam turris vocata vulgariter Capitolium, ſive *Capduel*, ut addidicit Petrus de Marca ex veteribus actis quæ ſervantur in Archivo Archiepiſcopi Narbonenſis.

(f) Has inſulas quatuor eſſe teſtis eſt Feſtus Avienus, quem vide ſuprà pag. 99.

Digitized by Google

A Naturæ auxilio, procul relictis
V. 50 Promens montibus altius cacumen.
Non te foſſa patens, nec hiſpidarum
Objectu ſudium coronat agger.
Non tu marmora, bracteam, vittumque,
Non teſtudinis Indicæ nitorem,
Non ſi quas eboris trabes refractis
Roſtris, Marmarici dedere barri,
Figis mœnibus, aureaſque portas
Exornas aſaroticis (a) lapillis.
Sed per ſemirutas ſuperbus arces,
60 Oſtendens veteris decus duelli,
B Quaſſatos geris ictibus molares,
Laudandis pretioſior ruinis.
Sint urbes aliæ ſitu minaces,
Quas vires humiles per alta condunt,
Et per præcipites locata criſtas
Nunquam mœnia cæſa glorientur.
Tu pulſate places, fidemque fortem
Oppugnatio paſſa publicavit.
Hinc te Martius ille (b) rector, atque
70 Magno patre prior, decus Getarum,
Romanæ columen ſaluſque gentis,
C Theodoricus amat, ſibique fidum
Adverſos probat antè per tumultus.
Sed non hinc videare fortè turpis,
Quòd te machina crebra perforavit.
Namque in corpore fortiorum virorum
Laus eſt amplior amplior cicatrix.

88 Quid quod Cæſaribus ferax creandis,
Felix prole virûm, ſimul dediſti
Natos (c) cum genitore principantes?

455 Seu nos, Magne, (d) tuus favor tenebat,
Multis prædite dotibus virorum,
D Forma, nobilitate, mente, cenſu.
Cujus ſi varios eam per actus,
Centum & ferrea laſſet ora laude.
Conſtans, ingenioſus, efficaxque,
Prudens arbiter, optimus propinquus,
Nil fraudans genii ſibi, vel ulli,
Perſonas, loca, tempus intuendo.

EX CARMINE XXIV.

In Propemptico ad Libellum.

E V. 16 Hinc te ſuſcipiet benigna (e) Brivas,
Sancti quæ fovet oſſa Juliani.

20 Hinc jam dexteriora carpis arva,
Emenſuſque jugum die ſub uno,
Flavum craſtinus aſpicis (a) Triobrem.
Tum terram Gabalûm ſatis nivoſam,

(a) Id eſt, teſtulis in varios colores tinctis, quales in aſarotis pavimentis, de quibus Plinius lib. 36. c. 20.

(b) Theodoricus eſt junior Viſigothorum Rex, magni Theodorici filius, qui prodita ſibi per Agrippinum Comitem urbe Narbonenſi potitus eſt anno 462.

(c) Carus cum Carino & Numeriano filiis nati dicuntur Narbone.

(d) Magnus cognomento Felix, civis erat Narbonenſis. Præfectus fuit Prætorio Galliarum annis 458. & 459. ad Conſulatum evectus eſt à Majoriano anno 460.

(e) *Brivas* nunc oppidum eſt non longè à fluvio Elavere, *Brioude* dictum: cui proximus vicus impoſitus eidem flumini, ubi pons eſt mirandi operis, nuncupatur Brivas vetus, *vieille Brioude.*

Digitized by Google

Et quantum indigenæ volunt putari, A
Sublimem (b) in puteo videbis urbem.

Horum cùm fueris ſinu receptus,
Ibis (c) Trevidon, & calumnioſis
Vicinum nimis heu jugum Rutenis.
Hîc docti invenies patrem Tonanti,
Rectorem columenque Galliarum,
Priſci Ferreolum parem Syagri,
Conjunx Papianilla quem pudico
Curas participans juvat labore.

Hinc te (d) Leſora Caucaſum Scytharum B
Vincens aſpiciet, cituſque Tarnis,
Limoſum & ſolido (e) ſapore preſſum
Piſcem perſpicua gerens in unda.

Sed quamvis rapido ferare curſu,
Laſſum te (f) Voroangus obtinebit.
Noſtrum hîc invenies Apollinarem.

Hinc tu Cottion ibis, atque Avito
Noſtro dicis ave, dehinc valeto.

Exin tende gradum, Tribuſque villis
Thaumaſtum expete, quemlibet duorum. C

Hinc ad Conſulis ampla tecta Magni,
Felicemque (g) tuum veni libelle.
Et te bibliotheca quæ paterna eſt,
Qualis nec tetrici fuit Philagri,
Admitti faciet (h) Probus probatum.
Hîc ſæpè Eulaliæ meæ legêris,
Cujus Crecopiæ pares Minervæ
Mores, & rigidi ſenes, & ipſe
Quondam purpureus (i) ſocer timebant.

(a) *Triobris* fluvius è jugis Gabalûm in Rutenos defluens, ab Catello *Troveyre*, à cæteris, quos Tabulæ ſequuntur, vulgò *Trieure* vocatur, & in Olitim effluit.

(b) Id eſt, ex profunda valle urbem celſam aſpicies.

(c) *Trevidus*, nunc vicus vulgò dictus *Treves*, qui abeſſe dicitur duodecim millia paſſuum ab Amiliano Rutenorum, *Milhau en Rouergue*, & impoſitus eſſe ſtuviolo Trevido vel Treviſelo, *Trevezels*, quem Turbida flumen, *la Dourbie*, in Tarnem defert.

(d) *Leſora* mons eſt altiſſimus, vulgò nuncupatus *Loſere*, quem Romæ quondam præcipua caſei laude notum tradit Plinius lib. 11. Portio eſt Cebennorum in Gabalis, fluvii Tarnis fonte nobilis.

(e) Cùm hæc verba *ſolido ſapore* nullum ſenſum tolerabilem reddant, reſtituit Hadr. Valeſius, *ſtolido ſopore*.

(f) De Voroango Apollinaris prædio ſuprà pag. 788. egimus ad Epiſt. 9. libri 2.

(g) Felix, filius Magni Felicis, Præfecturam Prætorianam Galliarum geſſit annis 472. & 473. Patricius factus eſt anno 474. hoc enim tempore hanc illi dignitatem gratulatur Sidonius Epiſtola 3. libri 2. *Gaudeo*, inquit, *te*, *Domine major*, *ampliſſimæ dignitatis inſulas conſequutum*..... *Nam licèt inpræſentiarum ſis potiſſimus magiſtratus*, *& in lares Philagrianos Patricius apex tantis pòſt ſæculis tua tantùm felicitate remeaverit*, &c. Tandem ſæculum reliquit, & vitam religioſam amplexus eſt. Ad eum ſcripſit Sidonius lib. 3. Epiſt. 4 & 7. lib. 4. Epiſt. 5. & 10. Felix Sidonium rogaverat ut poëmatia, quæ variis occaſionibus ſcripſerat, in unius libri formam redigeret ac publicaret. Hinc illi nuncupavit Sidonius Carmen 1x. cujus titulus, *Excuſatorium ad V. C. Felicem*, eumque ſic compellat: D

Dic dic quod peto, *Magne*, *dic amabo*,
Felix nomine, *mente*, *honore*, *fama*,
Natis, *conjuge*, *fratribus*, *parente*,
Germanis genitoris atque matris,
Et ſummo patruelium Camillo.

Camillus filius erat fratris Magni Felicis.

(h) Probus frater Felicis, de quo ſuprà : duxerat in uxorem Eulaliam ſororem patruelem Sidonii : de qua ipſe Sidonius ad Probum ſcribens Epiſt. 1. lib. 4. *Soror mihi quæ uxor tibi*..... *& ea quidem patruelis*.

(i) Avitus Imperator Sidonii ſocer.

Digitized by Google

A

EPISTOLA AUSPICII EPISCOPI ECCLESIÆ TULLENSIS
Ad Arbogaſtem (a) Comitem Treverorum.

Apud Cheſnium Tom. 1. *Script. Franc. pag.* 864.

PRÆCELSO (b) expectabili bis Arbogaſto Comiti,
Auſpicius qui diligo, ſalutem [dico] plurimam.
Magnas cæleſti Domino rependo corde gratias,
Quòd te Tullenſi proximè magnum in urbe vidimus.
Multis me tuis actibus lætificabas anteà,
B Sed nunc feciſti maximo me exultare gaudio.
Major etenim ſolus [tu] apparuiſti omnibus,
Ut poteſtatis ordinem illuſtri mente vinceres;
Cui * * * honor debitus majore nobis gaudio
Nondum delatus nomine, jam eſt collatus meritis.
Plus eſt enim laudabilem virum fulgere actibus,
Quàm prætentare lampada ſine ſcintillæ lumine.
Sed tu qui totis gradibus plus es quàm eſſe diceris,
Erit, credo, velociùs ut reddant [tua] merita.
Clarus etenim genere, clarus & vitæ moribus,
Juſtus, pudicus, ſobrius, totus illuſtris redderis.
Pater in cunctis nobilis fuit tibi Arigius:
C Cujus tu famam nobilem aut renovas, aut ſuperas.
Sed tuus honor ejus eſt, ejuſque tibi permanet,
Et geminato lumine ſic tu præcluis omnibus.
Cujuſque nemo dubitet felicitati præſtitum,
Ut ſupereſſet genitrix tibi laudanda omnibus,
Quæ te ſic cunctis copiis replet & ornat pariter,
Ut ſis abundans uſibus, & ſis decorus actibus.
Congratulandum tibi eſt, ô Treverorum civitas,
Quæ tali viro regeris, antiquis comparabili.
De magno origo ſemine deſcendit tui nominis:
Certè virtutis ejus eſt, ut Arbogaſtis legitur.
Scribantur in annalibus hujus triumphi pariter,
D Sicut & ejus ſcripti ſunt, quem ſuprà memoravimus.
Sed hoc addamus meritum huic, qui verè major eſt,
Quòd Chriſti nomen invocat religioni deditus.
Fuit in armis alacer ille antiquus, verum eſt:
Sed infidelis moritur, & morte cuncta perdidit.
Hic autem noſter ſtrenuus, belligeroſus, inclytus,
Et, quod his cunctis majus eſt, cultor divini nominis.
Nunc autem, fili ſapiens, quæſo dignanter accipe
Tui cultoris paginam, quam ex amore porrigo.
Primùm depoſco, cupias collatas tantas gratias
In te conſerves integras, & bonis multis affluas.
Unum repelle vitium, ne corda pura inquinet,
E Quod eſſe ſacris ſcribitur radix malorum omnium:
Cupiditatem ſcilicet, quæ in alumnos deſævit,
Nec ſæva parcit rabiem quorum amore paſcitur.
Hos, inquam, ſemper devorat famem * edendam perferens,
Et velut ignis addito ſuccenſa creſcit pabulo.
Sed hæc non ita dixerim, quòd te hoc damnem crimine.
Tamen depoſco diligens, ut nec ſcintilla vulneret.
Quam ſi fortè improvidus quandoque ineſcaveris,
Citò flagrabit nimiùm augendum incendium.
Tende per mundum oculos, cerne primates ſeculi,

* *f.* edendi.

(a) Ad eum ſcribit etiam Apollinaris Sidonius. Vide ſuprà, pag. 792.

(b) Quilibet Verſus octo conſtat ſyllabis, quarum duæ ultimæ Iambus.

Digitized by Google

Aut interire cupidos, aut in periclis vivere. A
Corradunt, quærunt, inhiant, veluti canes avidi :
Et hæc nec ipsi possident, sed nec relinquunt posteris.
Tamen non generaliter ista de cunctis dixerim :
Sed ut paucorum dedecus sit multis * emanatio.
Tu autem, vir eximie, judex multorum providus,
Tui repentè pectoris secreta judex perspice.
Hujus si ullam senseris parvam veneni guttulam,
Dulci perfunde oleo, ne serpat in viscеribus.
Nec hoc ignoras oleum pro tua sapientia,
Quod est cunctorum pauperum mercatum elemosynis.
His te exerce studiis, hæc bona cuncta perage,
Ut mea tibi maneant, & perseverent gaudia. B
Nam parum esse noveris, si quisquam nulla rapiat,
Et obdurato pectore sua præcludat miseris.
Non multùm sibi consulit, qui sic evitat rabiem
Cupiditatis, ut simul incurrat avaritiæ.
Nam ista duo crimina, velut cognata genere,
Et geminata specie, nimis conjuncta permanent.
Hæc qui sectantur miseri, hoc unum distat vitium ;
Quòd unus horum malus est, & ille alter pessimus.
Unde mi cara dignitas tu, quæso, fili unice,
Sic ab alienis abstine, ut tua sanctis tribuas :
Illudque super omnia memor in corde retine,
Quòd te jam sacerdotio præfiguratum teneo. C
Hanc, quæso, serva gratiam, & illis cresce meritis,
Ut prælocuta populi vox cælo sacra veniat.
Sanctum, & primum omnibus, nostrumque Papam * Jamlychum.
Honora corde, dilige, ut diligaris postmodùm.
Cui quicquid tribueris, tibi in Christo reparas,
Hæc recepturus postmodùm, quæ ipse seminaveris.

* *f.* emendatio.

* Jamblicum

EX AUCTORIBUS LINGUÆ LATINÆ,

DE GALLIS.

D

Edit. in 4°. *an.* 1595.

EX M. TERENTIO (a) VARRONE DE LINGUA LATINA.

Ex Lib. IV.

Col. 20. LORICA à loreis; quòd de corio crudo pectoralia faciebant : posteà succuderunt Galli è ferro sub id vocabulum ex anuleis ferream tunicam.

Col. 26. Locus *ad Busta Gallica*, quòd Roma recuperata, Gallorum ossa, qui possederunt urbem, ibi coacervata ac consita.

Ex Lib. V.

E

Col. 35. ALLIENSIS dies ab Allia fluvio dictus : nam ibi exercitu nostro fugato, Galli obsederunt Romam.

Ex Lib. VIII.

Col. 80. LANA Gallicana & Appula videtur imperito similis propter speciem, cùm peritus Appulam emat pluris, quòd in usu firmior sit.

(a) Scio Varronem sub Cæsare & Augusto floruisse : at nolui eum ab aliis Linguæ Latinæ Auctoribus separare.

EX

Digitized by Google

A

EX SEXTO POMPEIO FESTO.

IN Gallia Ciſalpina, ubi forum Lepidi fuerat, Regium vocatur. Col. 167.

Murmullonicum genus armaturæ Gallicum eſt, ipſique Murmillones antè Galli appellabantur, in quorum galeis piſcis effigies inerat. Col. 175.

Senonas Gallos Verrius ait exiſtimari appellari, quia novi venerint ex Tranſalpina regione, ac primùm appellatos ξένους, poſteà Senonas. Col. 207.

EX EPITOME S. POMPEII FESTI,

Confecta à Paulo Diacono.

B

ALLIENSIS dies dicebatur apud Romanos obſcœniſſimi ominis, ab Allia fluvio ſcilicet, ubi Romanus fuſus à Gallis exercitus eſt. Col. 249.

Ambrones fuerunt gens quædam Gallica, qui ſubita inundatione maris, cùm amiſiſſent ſedes ſuas, rapinis & prædationibus ſe ſuoſque alere cœperunt. Eos & Cimbros Teutonoſque C. Marius delevit. Ex quo tractum eſt, ut turpis vitæ homines Ambrones dicerentur. Col. 250.

Bardus, Gallicè cantor appellatur, qui virorum fortium laudes canit, à gente Bardorum, de quibus Lucanus, *Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi.* Col. 258.

Benna, lingua Gallica genus vehiculi appellatur. Unde vocantur Conbennones in eadem benna ſedentes. Col. 259.

Boïcus ager dicitur, qui fuit Boïorum Gallorum. Is autem eſt in Gallia citra Al-
C pes, quæ Togata dicitur, in qua ſunt Mediolanenſes. Col. 260.

Bulgas Galli ſacculos ſcorteos appellant. Col. 261.

Cimbri linguâ Gallica latrones dicuntur. Col. 267.

Petorritum, & Gallicum vehiculum eſſe, & nomen ejus dictum exiſtimant à numero quatuor rotarum. Col. 365.

Rumex, genus teli ſimile ſpari Gallici. *Paulus.* Col. 415.

Ve victis, in proverbium veniſſe exiſtimatur, cùm, Roma capta à Senonibus Gallis, aurum ex conventione & pacto adpenderetur, ut recederent, quod iniquis ponderibus exigi à barbaris querente Ap. Claudio, Brennus Rex Gallorum ad pondera adjecit gladium, & dixit, *ve victis.* Quem poſteà perſecutus Furius Camillus, cùm inſidiis circumventum conſideret, & quereretur contra fœdus fieri, eadem voce remuneraſſe dicitur. Col. 472.

D

EX NONIO MARCELLO.

GESA, tela Galliarum. Cap. 18.

Gallia materibus, Suevi lanceis configunt. *Ex Siſennæ hiſt. lib.* 3. Col. 798. Col. 799.

EX LIBRO VIII. ISIDORI ORIGINUM.

[INCUBOS] dæmones Galli *Duſios* nuncupant, quia aſſiduè hanc peragunt immunditiam. Cap. 11. Col. 1032.

EX LIBRO IX.

E

GOMER, ex quo Galatæ, id eſt Galli. Cap. 2.

Galatæ, Galli eſſe noſcuntur, qui in auxilium à rege Bithyniæ evocati, regnum cum eo peracta victoria diviſerunt: ſicque deinde Græcis admixti, primùm Gallogræci: nunc ex antiquo Gallorum nomine Galatæ nuncupantur. Col. 1037. Col. 1040.

Umbri, Italiæ genus eſt: ſed Gallorum veterum propago: qui Apenninum montem incolunt; de quibus hiſtoriæ perhibent, quòd tempore aquoſæ cladis imbribus ſuperfuerint, & ob hoc ὀμβρίους Græcè nominatos. Col. 1041.

Populi habitantes juxta Lemannum (a) fluvium *Alemanni* vocantur: de quibus Lucanus: *Deſeruere cavo tentoria fixa Lemanno.*

(a) Nugatur Iſidorus cùm ait, ut Alanos dictos à Lano fluvio, ſic à Lemanno fluvio vocatos Alemanos. Lemannus non fluvius eſt, ſed Lacus, per quem medium fertur Rhodanus.

Digitized by Google

Vandelicus (a) amnis ab extremis Galliæ erumpens; juxta quem fluvium habitaſſe, & ex eo traxiſſe nomen *Vandali* perhibentur. A

Burgundiones, quondàm à Romanis ſubacta interiore Germania, per caſtrorum limites poſiti à Tiberio Cæſare, in magnam coaluerunt gentem; atque ita nomen ex locis ſumpſerunt, quia crebra per limites habitacula conſtituta, burgos vulgò vocant. Hi poſteà rebelles effecti Romanis, pluſquàm octoginta milia armatorum ripæ Rheni fluminis inſederunt, & nomen gentis obtinuerunt.

Col. 1042. *Franci* à quodam proprio duce vocari putantur. Alii eos à feritate morum nuncupatos exiſtimant. Sunt enim in illis mores inconditi, naturaliſque ferocitas animorum.

Col. 1043. *Galli* à candore corporis nuncupati ſunt: γάλα enim Græcè lac dicitur. Unde & Sibylla ſic eos appellat, cum ait de iis; *Tunc lactea colla auro innectuntur*..... Galli autem Senones antiquitus *Xenones* dicebantur, quòd Liberum hoſpitio rece- B piſſent: poſtea X in S literam commutata eſt....

Vaccei Pyrinæi jugis peramplam montis habitant ſolitudinem. Idem & *Vaſcones*, quaſi *Vaccones*, C in S litteram demutata. Quod genus Pompeius, edomita Hiſpania, & ad triumphum venire feſtinans, de Pyrinæi jugis depoſuit, & in unum oppidum congregavit: unde & *Convenarum* urbs nomen accepit.

Celtiberi ex Gallis Celticis fuerunt, quorum ex nomine appellata eſt regio Celtiberia. Nam ex flumine Hiſpaniæ Ibero ubi conſederant, & ex Gallis qui Celtici dicebantur, mixto utroque vocabulo Celtiberi nuncupati ſunt.

EX LIBRO XI.

Cap. 1. Col. 1094. TOLES Gallica lingua dicuntur; quas vulgò per diminutionem *Tuſillas* vocant, C quæ in faucibus turgeſcere ſolent.

EX LIBRO XIII.

Cap. 16. Col. 1151. GALLICUS [Sinus] Narbonenſem provinciam alluit.

Cap. 21. Col. 1158. *Rhodanus*, Galliæ fluvius ab oppido (b) Rhodo cognominatus eſt, quem coloni Rhodiorum vocaverunt, qui rapido concitus curſu, Tyrrheni æquoris freta ſcindens, non modicum ſæpe navigantium facit periculum, dum inter ſe maris fluctus & amnis fluenta decertant.

Rhenus à Rhodani ſocietate fertur vocatus: quoniam cum eodem ex una provincia oritur. Eſt autem Germaniæ fluvius inter tres Europæ maximos fluvios computatus, qui à jugo Alpium uſque in Oceani profunda curſus ſuos dirigit. D

EX LIBRO XIV.

Cap. 3. Col. 1166. TYRRHENUS cum ingenti multitudine profectus, loca Galliæ occupavit, & Tyrrheniam nuncupavit.

Cap. 4. Col. 1170. *Gallia* à candore populi nuncupata eſt: γάλα enim Græcè lac dicitur. Montes enim & rigor cæli ab ea parte ſolis ardorem excludunt; quo fit ut candor corporum non coloretur. Hanc ab oriente Alpium juga tuentur; ab occaſu Oceanus includit; à meridie prærupta Pyrenæi; à ſeptentrione Rheni fluenta atque Germania. Cujus initium Belgica, finis Aquitania eſt. Regio gleba uberi ac pabuloſa ad uſum animantium apta, fluminibus quoque & fontibus irrigua, perfuſa duobus magnis Rheno & Rhodano fluviis. *Belgis* autem civitas eſt Galliæ, à qua Belgica provincia dicta eſt. *Ciſalpina*, quia citra alpes; *Tranſalpina*, id eſt, trans Alpes contra E Septentrionem. *Rhetia* verò, quòd ſit juxta Rhenum. *Aquitania* autem ab obliquis aquis Ligeris fluminis appellata, quia ex plurima parte terminus ejus eſt, eamque penè in orbe cingit.

(a) Aliàs, *Vandalicus*. Mendosè utrovis modo. *Vindalicus* verum eſt nomen, ſic dictus à Vindalo oppido, priùs *Sulgas* vocatus, *la Sorgue*: à quo ſanè nomen non traxerunt Vandali, qui erant Germani, quique circa Danubium ac Albis caput habitabant.

(b) Plinius etiam lib. 3. cap. 4. à *Rhoda* Rhodiorum colonia *Rhodanum* dictum putat. Duæ fuerunt *Rhodæ*, una in Hiſpania Tarraconenſi à Rhodiis condita ad Thicim fluvium; altera in Gallia Narbon. ad flumen Rhodanum à Maſſilienſibus conſtituta. Plinius ex duabus *Rhodis*, omiſſa Hiſpanica, unam fecit coloniam Rhodiorum, quam in Gallia Narbon. poſuit, & à qua *Rhodanum* dictum credidit, cùm *Rhodam* Rhodiorum in Hiſpania collocare, & ab altera *Rhoda* vel *Rhodanuſia* Maſſilienſium colonia ad Rhodanum in Gallia, *Rhodani* appellationem deducere debuerit: quamquam *Rhoda* vel *Rhodanuſia* noſtra à *Rhodano* appellationem accepiſſe potiùs videtur, quàm ſuum fluvio nomen dediſſe. *Ita Valeſius in Not. Gall. pag. 475.*

Digitized by Google

A *Stœchades* insulæ Massilienſium ſexaginta millium ſpatio à continenti in fronte Narbonenſis provinciæ, quà Rhodanus fluvius in mare exit. Dictæ autem Græcè Stœchades, quaſi opere in ordinem ſint poſitæ. Cap. 6. Col. 1178.

Alpes autem propriè montes Galliæ ſunt, de quibus Virgilius, *Aerias Alpes*. Et dicendo *Aerias*, verbum expreſſit à verbo: nam Gallorum linguâ Alpes montes alti vocantur. Hæ ſunt enim quæ Italiæ murorum exhibent vicem. Cap. 8. Col. 1181.

EX LIBRO XV.

GALLI quidam inteſtina diſcordia & aſſiduis diſſenſionibus ſuorum permoti, ſedes novas quærentes Italiam profecti ſunt: ſedibuſque propriis Tuſcis expulſis, *Mediolanum* atque alias urbes condiderunt. Vocatum autem Mediolanum ab eo B quòd ibi ſus in medio lanea perhibetur inventa..... Eſt autem [*Mantua*] in Venetia, quæ Gallia Ciſalpina dicitur. Et Mantua dicta, quòd manes tuetur..... In ultimos Galliæ ſinus navibus profecti [Phocenſes,] armiſque ſe adverſus Gallicam feritatem tuentes, *Maſſiliam* condiderunt, & ex nomine ducis nuncupaverunt. Hos Varro trilingues eſſe dicit, quòd & Græcè loquantur & Latinè & Gallicè. *Narbonam* & *Arelatum* & *Pictavium* coloni proprii condiderunt. *Burdegalim* appellatam ferunt, quòd *Burgos* Gallos primùm colonos habuerit: quibus anteà cultoribus impleta eſt. Cap. 1. Col. 1189.

Galli *Candetum* appellant in areis urbanis ſpatium centum pedum, quaſi centetum: in agreſtibus autem pedum centum quinquaginta, quod aratores *Candetum* vocant. Cap. 15. Col. 1204.

Menſuras viarum nos *milliaria* dicimus, Græci *ſtadia*, Galli *leucas*. Cap. 16. Col. 1205.

C

EX LIBRO XVII.

[UVA] Biturica à regione nomen ſortita eſt, turbines & pluvias & calores fortiſſimè ſuſtinens, nec in macra terra deficiens. Cap. 5. Col. 1240.

Quidam *volemum* Gallica lingua bonum & magnum intelligunt. Cap. 7. Col. 1249.

EX LIBRO XVIII.

[SECURES] Hiſpani ab uſu Francorum per derivationem *Franciſcas* vocant. Cap 6. Col. 1269.

[*Cateia*] eſt genus Gallici teli ex materia quammaximè lenta, quæ jactu quidem non longè propter gravitatem evolat: ſed quò pervenit, vi nimia perfringit. Quòd ſi ab artifice mittatur, rursùm redit ad eum qui miſit. Hujus meminit Virgilius dicens: D *Teutonico ritu ſoliti torquere cateias.* Unde & eos Hiſpani & Galli Teutones vocant. Cap. 7. Col. 1270.

EX LIBRO XIX.

LINNÆ, ſaga quadra & mollia ſunt: de quibus Plautus: *Linnæ cooperta eſt textrino Gallia.* Cap. 23. Col. 1301.

Sagum Gallicum nomen eſt: dictum autem ſagum quadrum, eò quòd apud eos primùm quadratum vel quadruplex eſſet. Cap. 24. Col. 1302.

EX LIBRO XX.

TAXEA lardum eſt Gallicè dictum. Cap. 2. Col. 1314.

E

EX SUIDÆ LEXICO, DE GALLIS.

Edit. Cantabrigiæ in fol. 1705.

EX TOMO I.

Ἀβρογάστης Φράγξ, ὃς τῷ ἀλκίμῳ σώματι καὶ θυμῷ πραχθέντα φλογοειδὴς ἦν, δευτεραγωνιστὴς τυγχάνων Βαώδου. ἀλ-

ABROGASTES Francus, robore corporis ferox, & animi iracundia flammæ ſimilis, ſecundas à Baudo- Pag. 13.

Digitized by Google

ne partes agebat. Cæteroquin temperantiæ & vitæ moderatæ deditissimus, & bellum irreconciliabile cum pecunia gerens. Quamobrem à gregariis militibus, quod ad divitias attinet, nihil differebat: eamdemque ob causam Cæsari Theodosio videbatur utilis, quippequi ad Valentiniani mores viriles & justos suum quoque adjungebat pondus, tamquam rectam & accuratam Regiæ normam, ne quid in aula peccaretur, vel res ejus detrimenti quicquam caperent.

Pag. 30. Ancyra urbs; cujus cives vocantur Ancyrani. Qui hodie Ancyrani vocantur, olim Helleno-Galatæ dicebantur.

Pag. 36. Ancones, usitatæ hastæ apud Francos.

Pag. 100. Albani, nomen gentis Gallorum. Horum agrum aïunt esse uberrimum, & aptum ad fruges ferendas, vinoque multo & suavi abundantem.

Pag. 265. Bella adversus Celtas, hoc est Germanos Rheni fluminis accolas, & Galatas sive Gallos gesta, causasque bellorum, fœderaque sancita & violata, tumultusque à Celtis excitatos, usque ad Caïi imperium, quartus liber [Appiani] persequitur.

